

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.


+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

I.

INA,
ÆCA
, ET
& IN-
QUE
TOR,
AM-

Migne, Jacques Paul.

PATROLOGIÆ.

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

LUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXIII.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

BR
60
.M38
v.23
cop. 1

SÆCULUM IV.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

EUSEBII PAMPHILI,

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

CURIS VARIORUM, NEMPE :

HENRICI VALESII, FRANCISCI VIGERI, BERNARDI MONTFAUCONII, CARD. ANGELO MAII

EDITA;

COLLEGIT ET DENUO RECOGNOVIT J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITOR.

TOMUS QUINTUS.

VENEUNT SEX VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XXIII CONTINENTUR.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

Commentaria in Psalmos. *Col.* 65

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ.

EUSEBII PAMPHILI
COMMENTARIA IN PSALMOS.

Ex mss. codicibus eruta, Latine versa, ac notis illustrata, studio et opera D. Bernardi DE MONTFAUCON, *presbyteri et monachi ordinis S. Benedicti, e congregatione S. Mauri.*

(*Collectio nova Patrum et scriptorum Græcorum*, Parisiis, 1707, in-fol., tom. I.)

CLEMENTI XI PONTIFICI MAXIMO.

Cum per Romanum otium colloquio non semel dignatus tuo, Sanctissime Pater, Græcarum quas apprime calles, disciplinarum maximam in te curam animadverterim, ea mihi cum stimulos addidit, ut jam multis annis initum Græcarum Musarum curriculum prosequerer; tum animos fecit, ut hasce lucubrationes meas Sanctitati Tuæ nuncuparem. Est quippe illud iis qui veterum monumentis eruendis ætatem conterunt, nec modicum ad operam navandam incitamentum, cum ii qui dignitate et amplitudine cæteris præstant, parem in re litteraria gradum gustu et peritia rerum assecuti sunt. Cum autem, Sanctissime Pater, rei ecclesiasticæ juxta ac litterariæ judex arbiterque sedeas, quorum aliud tibi summa virtus omnium conjuncta votis detulit, aliud eximia disciplinarum omnium notitia una conciliavit; cui potius labore et sudore nostro parta offeramus, quam ei qui non eruditione minus quam dignitate cæteris antecellat?

Eusebii itaque nostri Commentaria in psalmos Sanctitati Tuæ sistimus. Opus sane egregium, si Scripturæ sacræ notitiam, veterum interpretum copiosam supellectilem, doctas de cujusque psalmi auctore et tempore observationes spectaveris. Huc accedunt frequentes contra atheos ac impios velitationes, ac de Psalmorum sententia, tum litterali, tum mystagogica accuratissimæ meditationes, et alia multa queis rudiores animi ad pietatem, perfectiores autem, ad sublimem Scripturæ sacræ notitiam informari solent. Hæc ex diuturna tractatione Eusebius, Pamphili martyris Scripturarum scientissimi contubernio nobilitatus, apprime calluit, hæc docte disseruit et explanavit; unde merito sane Hieronymus eruditissimos hasce Commentarios esse pronuntiat. Quorum tanta fuit apud veteres existimatio, ut Occidentalis Ecclesiæ lumen illud Eusebius Vercellensis in Latinorum usum totum opus, submotis tamen iis quæ Arianismum olerent, Latine fecerit. Hujus nos diligentiam æmulantes, ne, jamdiu tanti viri interpretatione amissa, nostra ætas hoc insigni opere orbata, segnitiei nobis notam inureret, ex bibliothecis erutum et Latine versum publicamus, tibique offerimus, ut tuis, Sanctissime Pater, auspiciis felicius in lucem prodeat, teque duce faciles sibi paret ad rempublicam litterariam aditus.

Verum non perinde laudandus Eusebii conatus Sanctitati Tuæ videatur, si ad doctrinam de Trinitate, si ad vitiatam de Verbo Dei sententiam animum attenderis. Est enim eorum, qui nimis ingenio doctrinæque suæ fidunt, perpetuus ille scopulus, ut eum suo marte religionis capita definire audeant, a veræ fidei tramite passim aberrent. Possem innumerabiles

proferre, qui nova tentata ejus explanandæ via, naufragium fecerunt; verum unus esto Eusebius satis : is in exemplum cunctis offeratur. Nam si vir ille tantus, tot disciplinis excultus, ubi sese fidenter sacrorum interpretem præstitit, tantum a veræ pietatis sententia deflexerit, quid aliis sperandum, qui non paribus ingenii doctrinæque dotibus instructi, parem tamen aleam subire non verentur? Una, una est veræ fidei anchora, statuta scilicet Ecclesiæ : hujus tu, Summe Pontifex, caput, antistesque sacrorum, cui religionis jura dicere in officio est. Ab hac vero norma quisquis aberraverit, huic extrema et certa pernicies est pertimescenda.

Accedit igitur ad pedes Sanctitatis Tuæ Eusebius ille Pamphili, ut ejus de Verbo Dei doctrina, quam cum ex pestiferorum hominum afflatu, tum ex ingenii sui arbitrio protulit, judicium subeat tuum. Verum talibus onustus mercibus vix conspectum illum ferret, vix illam oculorum orisque dignitatem sustineret, nisi permista malis bona innumera, nisi multa offerret, quæ passim in opere decerpi possint emolumenta : ut hac in re nobis Eusebii diligentiam laudare liceat, si minus liceat in aliis doctrinæ sinceritatem. Nos vero, etsi pro more nostro hæc ad codicum fidem, uti se dabant, publica fecerimus, Eusebii tamen Vercellensis cautionem alia cautione pensamus : in præliminaribus quippe, Eusebii de Verbo Dei opinionem, non ex his modo Commentariis, sed ex aliis item scriptis ejusdem aperimus, confutamus : ac ne malum occultis subinde verbis obvolutum latius serpat, a quibus cavendum sit indicamus, et argumenta contra fidem oblata pro virili depellimus.

Huic nostræ operæ, Sanctissime Pater, si calculum addideris, si hæc studio vigiliisque nostris parta lubenti animo acceperis, unus nobis instar omnium auctor eris, ut cæteris quæ per otium parantur, alacrius manum admoveamus. Te quippe hoc in honoris culmine, hac in specula sedente, ad virtutis studium, et ad litterarum cultum acuuntur animi; ut spes sit afflictam et labantem in dies rem litterariam ope et patrocinio tuo restauratum iri. Quod omni exspectatione maturius accidet, si nobis fausta precantibus favcrit omnium moderator ille, qui rebus prospicit humanis, nec te modo incolumem diutius servaverit, sed etiam tranquilla pacataque tempora plebi suæ providerit, quod cum primis efflagitat,

Sanctitatis Tuæ,

Obsequentissimus et addictissimus filius et servus,
F. Bern. De Montfaucon.

PRÆLIMINARIA

IN EUSEBII COMMENTARIA IN PSALMOS.

PROŒMIUM.

Tantum sibi nomen in re litteraria peperit Eusebius Cæsariensis, ut cum in ejus scriptis restaurandis, si prostent, emendis, si lateant, opera navatur, id in præcipua officii parte ponant eruditi. Is enim tot in historia, in chronologia, in antiquitatis notitia, ingenii sui specimina dedit, ut cum primis Ecclesiæ scriptoribus censeri mereatur. Unum restabat in quo nullidum Eusebii peritiam internoscendi potestas fuerat, interpretatio videlicet Scripturarum. Qua in re cum non minoris apud veteres pretii fuerit, temporum tamen injuria ignotus pene ad nostrum ævum mansit. Jam vero ubi celeberrimi illi in Psalmos commentarii, situ et vetustate pene obruti, in lucem veniunt, in omnibus sui se similem A prodit Eusebius : qui si quantam eruditionis, tantam sinceræ fidei laudem tulisset, vix parem admitteret. Hos itaque commentarios, diu expetitos, sed nunquam tentatos, tibi, lector erudite, legendos sistimus. Versionem porro Latinam pro more nostro ita adornavimus, ut, etsi compendiaria, ut plurimum, via dicta Eusebii interpretemur, Græca tamen non penitus e vestigio sectemur : neque enim importuno scrupulo ita litteræ hæremus, ut concinnam sententiæ exprimendæ rationem deseramus, non nescii, iis qui talem vertendi modum aggressi sunt, non feliciter cessisse conatum. Quam vero Latinæ linguæ peregrinitatem intulerunt Ecclesiæ Patres, eam non omnino exuere licitum fuit : neque enim abstineri potest a vocibus diuturno scripto-

rum Ecclesiæ usu tritis, ut sunt, *mortificare, vivificare, persecutio, tribulatio*, et similes, quæ quodammodo consecratæ, et in libris frequenti Scripturæ lectione intermistis prorsus necessariæ sunt. Ubi occurrunt Scripturæ sacræ dicta, Vulgatam, si res ita ferat, sequimur : sed quando ex Veteri Testamento sententiæ afferuntur, quia plerumque Vulgata, ex Hebræo expressa, cum Græca versione non quadrat, tum necesse prorsus est litteræ obsequi, aliamque interpretationem parare : quod item necessario præstandum sicubi vel lectio diversa, vel Eusebii sententia aliam versionem postulat. In decursu autem operis breves rarasque notas dedimus : quia eæ si huc illuc conjiciantur, vulgo pereunt inobservatæ, intactæ. Quare si quid in his commentariis notatu dignum occurrit, id in præliminaria contulimus, ubi de stylo, de genere interpretandi, de doctrina, de disciplina deque aliis, quæ omnia unum sub aspectum conjicere e re fore visum est : neque putamus eruditis et sagacibus consilium displiciturum.

CAPUT PRIMUM.

COMMENTARII EUSEBII EX QUIBUS CODICIBUS PRODEANT.

I. De codice Taurinensi cardinalis Perronii. II. De codice cardinalis Coislinii. III. De Colbertino et catenis Regiis. IV. Græci Eusebio et aliis suspectæ fidei scriptoribus infensi. V. Catenæ commentarios pessumdederunt. VI. De præfationibus Eusebii.

I. De codice Taurinensi cardinalis Perronii.

Commentarios Eusebii in Psalmos in bibliothecis latere multorum narratu jam pridem acceperam : verum haud certis notis indiciisque ; alii enim quod rumore nuntio, nonnullisque referentibus audierant, nulla data experiundi facultate, dictitabant ; alii indicibus codicum decepti, quædam in Psalmos ἀποσπασμάτια, Eusebii nomine insignita, pro veris Eusebii commentariis habuerant. Annis vero ab hinc circiter decem renuntiarunt sodales nostri Sancti Taurini Ebroicensis monachi, exstare in bibliotheca sua, quæ olim cardinalis Perronii fuerat, antiquissimum codicem commentariorum Eusebii Cæsariensis in Evangelia, ac recentiorem alium in quo commentarii ejusdem in Psalmos. Tum animo utriusque operis publicandi, rogavi ut mihi antiquioris illius copiam facerent. Mittitur, evolvo, et statim fucum olfacio. Quia enim his commentariis, ex variorum interpretationibus consarcinatis, vulgati illi Eusebii canones erant præfixi, hinc Eusebio totum ascriptum fuerat. Pari igitur me fortuna usurum in codice alio, quem recentiorem prædicabant, ratus, consilium intermisi : ac ut principia sese dabant, de restituendis Eusebii commentariis prope despondebam animum. Sub hæc cum vir cl. Boivinius, Græce peritissimus, istac haberet iter, renuntiavit non ex variis scriptoribus, neque ex catenis collectum, sed verum commentarium isthic haberi, ac maturandæ editionis auctor fuit. Accersitum, itaque codicem deprehendi ipsissimum esse commentarium Eusebii, quem cardinalis Perronius in Italia degens ex antiquioribus codicibus exscribi curaverat. Is etsi ad centesimum usque et duodecimum psalmum pertingeret, in multis deficiebat ; ita ut etiam psalmi a quadragesimo octavo ad octogesimum abessent, in cæterisque non pauca desiderarentur.

II. De codice cardinalis Coislinii.

Tunc iteranda mihi diligentia fuit, ut si quid in illo deesset, aliorum subsidio sarcire possem. Forte fortuna accidit ut in bibliotheca Segueriana alter codex Eusebii in Psalmos adesset. Hunc ab eminentissimo cardinali Coislinio impetravi, qui qua pollet humanitate et beneficentia, suadente ac monente domino de la Vergne, in publicum usum codicem hujusmodi commodare nobis dedignatus non est. Habet is Psalmos cum commentariis plenis integrisque a quinquagesimo ad nonagesimum quintum ; ita ut hujus adminiculo lacunam illam ingentem explendi facultas esset. Quod sane mihi inopinatum et gratum accidit : nam solent esse quæ minus exspectantur lætiora. Est porro codex ille decimi sæculi, egregiæ notæ, cui titulus hujusmodi secunda manu XIII sæculi præfixus est : Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου Ἀρειανοῦ ἐξήγησις εἰς τοὺς ν' ψαλμοὺς τοῦ Δαυΐδ, τοὺς ἀπὸ να' ἕως ρ', id est, *Eusebii Pamphili Ariani expositio in quinquaginta psalmos Davidis, a quinquagesimo primo ad centesimum.* Nam plerique omnes Græci Eusebium, nec immerentem, pro Ariano passim habuerunt. Codex autem ille temporum injuria postremis quinque psalmis mutilatus est. nam in nonagesimum quintum desinit.

III. De codice Colbertino et de catenis Regiis.

Cætera quæ deficiebant ex codice Colbertino 640, admodum recenti et ex catenis Regiis 1807 et 1878, nonnulla item ex catena Corderii, mutuati sumus ; sunt autem catenæ illæ mss. optimæ notæ et X sæculi. Neque tamen id consequi potuimus ut totum commentarium ad ultimum usque psalmum in lucem proferre liceret : in nullo enim ex memoratis codicibus ultra centesimum decimum octavum psalmum, quidpiam offertur (*a*). Quodque per mihi mirum visum est, catenæ illæ Regiæ quæ usque ad centesimum decimum octavum psalmum interpretationibus Eusebii utuntur, ita ut nullus veterum interpretum adeo frequentatus occurrat, in centesimo decimo octavo psalmo ita finem faciunt Eusebium in medium afferendi, ut ne verbum quidem ulterius Eusebii compareat.

IV. Græci Eusebio et aliis suspectæ fidei scriptoribus infensi.

Unde conjectare forte liceat a multis jam sæculis Eusebii commentarios hac posteriore sui parte

(*a*) Hanc lacunam supplevit cardinalis Angelo Mai. Ejus præfationem his præliminaribus subnectimus. EDIT. PATR.

truncatos librariorum incuria fuisse, quia scilicet scriptores illos, qui ob temeratam fidem male audiebant, non libenter exscriberent. Atque hinc etiam fuerit quod Origenis, Theodori Heracleotæ, Apollinarii, Didymi, et Theodori Mopsuesteni commentarii in Psalmos jamdiu, exceptis Catenarum laciniis, pessum ierint. Hi quippe scriptores, violatæ fidei sive rei, sive suspecti, adeo perosi Græcis erant, ut ne nomen quidem proferrent sine indignantis animi significatione. Hinc est quod plerumque in codicibus Græcis, ubi Origenes, Eusebius, Apollinarius, in medium afferuntur, ad marginem scriptum observes, ψεύδῃ, *mentiris*. Incidi ego in centonem Colbertinæ bibliothecæ manuscriptum, qui ad singula Origenis, Eusebii, Apollinarii, etc., loca, singularem hanc cautionem, minio exaratam, in margine affert, ἀνάθεμά σοι, *anathema tibi*. Quamobrem miror hunc Eusebii commentarium ad nos usque devenisse : quam enim interitui proximus fuerit indicat codicum illa paucitas, qui etiam non prorsus integrum exhibeant.

V. Catenæ commentarios pessumdederunt.

Nec una ea est tantæ jacturæ causa : verum quando catenarum usus in orbem invectus est, illa interpretum varietas ita Græcorum animos demulsit, ut commentarios illos plenos integrosque negligerent : unde vix ferendum damnum res cum ecclesiastica tum litteraria subiit. Nam ii catenarum collectores, cum gustu et peritia rerum non valerent, missis vulgo iis, quæ vel ad historiam vel ad disciplinam, vel ad lectionem veterum interpretum pertinerent, ea solum excerpserunt, quæ sui captus erant.

VI. De præfationibus Eusebii.

Præfationes illæ Græcæ quæ commentariis præmittuntur ex codice Taurinensi prodeunt, similiterque argumenta psalmorum, ad mystagogicum cujusque psalmi sensum ut plurimum concinnata, quæ omnia haud dubie ab ipso Eusebio sunt adornata. Nam Eusebianæ illæ præfationes variis commentariorum locis adeo affines sunt, ut eamdem utrobique Eusebii manum statim deprehendas. Argumenta vero non in Taurinensi modo codice, sed etiam in prima catena Regia, quæ decimi sæculi est, Eusebii nomine comparent.

CAPUT II.

COMMENTARII EUSEBII IN PSALMOS A QUIBUS ANTIQUIS SCRIPTORIBUS LAUDATI.

I. Eusebius hos commentarios nusquam memorat. II. Hieronymus laudat. III. Eusebius Vercellensis Latine transtulit. IV. Theodoretus eorum meminit. V. Itemque Gelasius.

I. Eusebius hos commentarios nusquam memorat.

Opinatur vir cl. Tillemontius se commentarii in Psalmos sub hæc edendi notam et pollicitationem Eusebii deprehendisse in *Demonstratione evangelica*, lib. v, c. 21, ubi de psalmo *Qui habitat in adjutorio Altissimi*, loquens, hæc habet : Τούτοις ἀκολούθως ἐφαρμόσεις αὐτῷ τὰ δι' ὅλου τοῦ ψαλμοῦ δηλούμενα, ἃ καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρὸν ἐπιθεωρήσομεν, i. e., *Consequenter ad hæc ipsi* (Christo scilicet) *coaptabis ea quæ in toto psalmo declarantur, quæque nos suo tempore speculabimur*. Verum non animadvertit ille hic agi de fusiore ejusdem psalmi interpretatione, quæ lib. IX *Demonstrationis evangelicæ* legitur, p. 433, (*a*) ubi pluribus depugnat Eusebius totum psalmum ad Christi post baptismum tentationem pertinere. Unde nihil hic de commentariis in Psalmos : neque usquam puto Eusebium in iis quæ jam supersunt operibus eorum meminisse, puta quia cum hos commentarios postremis vitæ annis adornarit, vel nulla vel pauca secundum hæc edidit.

II. Hieronymus laudat

Qui prior itaque hos commentarios memoravit est Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, ubi hæc de Eusebio : *Eusebius Cæsareæ Palæstinæ episcopus, in Scripturis divinis studiosissimus, et « Bibliothecæ divinæ » cum Pamphilo martyre diligentissimus pervestigator, edidit infinita volumina*. Sub hæc autem enumeratis aliis, hæc adjicit : *Et in* CL *psalmos eruditissimos commentarios, et multa alia*. In epistola autem sua ad Augustinum, quæ jam in editis Augustini LXXV. numero est, talia fatur : *In explanatione Psalmorum, quos apud Græcos interpretati sunt multis voluminibus, primus Origenes, secundus Eusebius Cæsariensis, tertius Theodorus Heracleotes, quartus Asterius Scythopolitanus, quintus Apollinaris Laodicenus, sextus Didymus Alexandrinus. Feruntur et diversorum in paucos psalmos opuscula ; sed nunc de integro Psalmorum corpore dicimus. Apud Latinos autem Hilarius Pictaviensis, et Eusebius Vercellensis episcopi, Origenem et Eusebium transtulerunt. Quorum priorem et noster Ambrosius in quibusdam secutus est*. Ubi intelligas ab Hilario Origenis commentarios translatos esse, ut habet idem Hieronymus cum de Hilario agit ; ab Eusebio autem Vercellensi gentilis sui Cæsariensis commentarios Latine datos fuisse.

III. Eusebius Vercellensis eos Latine transtulit.

Eusebius itaque Vercellensis hos commentarios Latine transtulit, ut alibi narrat idem Hieronymus : *Edidit*, inquit, *ille in Psalmos commentarios Eusebii Cæsariensis, quos de Græco in Latinum verterat*. Quia vero hi commentarii erroribus aspersam de Filio Dei sententiam passim præferrent, ea expunxit Vercellensis quæ Arianam hæresim saperent, eodem teste Hieronymo *Contra Vigilantium*. *Si igitur*, ait, *quæ bona sunt transtuli, et mala vel aptavi, vel correxi, vel tacui, arguendus sum, cur per me Latini bona ejus habeant, et mala ignorent ? Sic hoc crimen est, arguatur et confessor Hilarius, qui Psalmorum interpretationem et homilias in Job ex libris ejus, id est, ex Græco in Latinum transtulit ; sit in culpa ejusdem confessionis*

(*a*) Hic, et infra non semel, revocatur lector ad numeros crassiores qui librorum *Demonstrationis* et *Præparationis* textui inseruntur *Patrologiæ* nostræ Græcæ tom. XXI et XXII. EDIT.

Vercellensis, qui omnium Psalmorum commentarios hæretici hominis vertit in nostrum eloquium; licet hæretica prætermittens, optima quæque transtulerit. Hæc porro Eusebii Vercellensis interpretatio jamdiu interiit : nec memini me uspiam ejus vel codices, vel fragmenta memorata deprehendisse.

IV. Theodoretus eorum meminit.

Theodoretus, non quidem ut hodie in *Psalmorum Expositionibus* legitur, quæ passim truncatæ et in compendium redactæ sunt, et quidem, ut conjectare licet, a Græculis catenarum auctoribus; sed ut ab Agellio laudatur, p. 486, in hæc psalmi LXXXVIII verba : *Tu vero repulisti et despexisti, distulisti Christum tuum : evertisti testamentum servi tui, profanasti in terra sanctuarium ejus*, hæc habet : Εὐσέβιος δὲ εἰς τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ ταῦτα πειραθεὶς λαβεῖν, οὔτε διασῶσαι τὸν εἰρμὸν τῆς ἑρμηνείας ἠδυνήθη, οὔτε δυσφημίας παντελῶς ἀπαλλαγῆναι, id est, *Eusebius autem, cum hæc de passione Christi explicare tentaverit, neque seriem narrationis servare, neque blasphemia penitus vacuus esse potuit.* Hanc autem Eusebii interpretationem fusissime enarratam habes, psal. LXXXVIII. An vero hic Eusebio impietatis nota jure inuratur, necne, expendere inutile fuerit ; cum ipse temeratæ divini Verbi doctrinæ notam in aliis multo liquidius incurrat, ut suo loco comprobatur.

V. Gelasius eos memorat.

Gelasius de duabus naturis in Christo, inter Patrum testimonia, Eusebii Cæsariensis locum in psalmum decimum septimum affert, qui sic habet: *Deus qui inclinavit cœlos et descendit, ascendens in hominem quem assumpsit, quem nunc cherubim sermo nominat, evolavit cum eo, ascensum faciens cum divinis, spiritualibus, obsequentibus sibi pennarum ventis, ipsis etiam appellatis.* Ubi paucioribus sententiam exprimit, quam ibidem ab Eusebio enuntiatur, etsi eadem prorsus mente et interpretatione : nam Eusebius ibidem cherubinum illum in psalmo memoratum, pro humanitate Christi habet. Et paulo post idem Gelasius ex eodem commentario hæc affert : *Si vero jurantem eum audieris per sanctum et Patrem suum, audi jurantem per Deum Verbum, quod omnibus sæculis præexsistit, sanctum et unigenitum ejus Filium, quem Deum varie locutæ sunt dudum a nobis propositæ voces : per quem jurat Deus et Pater ejus tanquam dilectum eum, qui ex semine David est, in infinitum sæculum glorificaturus, quod etiam factum est, quando Verbum incarnatum eum qui ex semine David est assumpsit, atque deificat; unde et Filium eum appellat dicens : « Ego ero ei in Patrem, et ipse erit mihi in Filium (II Reg. VII, 14); » et iterum : « Ego primogenitum ponam illum (Psal. LXXXVIII, 28). »* Hæc item compendio exprimuntur ex interpretatione psalmi LXXXVIII, maximeque ex vers. 4, 5, 36, 37 et 38.

Etsi vero Photius inter Eusebii opera hos commentarios non recenseat, nihil mirum; tum quia vulgo in recensione opera non pauca ipse vel consulto mittit; tum quia, uti supra dictum est, ex catenarum usu bene multa in Scripturam sacram commentaria pene obsoleverant. Indeque forte fuerit quod tam infrequens apud scriptores Græcos horum mentio occurrat.

CAPUT III.

NOTÆ EUSEBIANI STYLI ET ÆVI IN HIS COMMENTARIIS.

I. Hi commentarii aperte Eusebii sunt. II. « Demonstrationi evangelicæ » stylo similes. III. De stylo Eusebii. IV. Maximini carnificinam ut oculatus testis memorat Eusebius. V. Itemque aliorum Christiani nominis hostium. VI. Quo tempore hos commentarios ediderit.

I. Hi Commentarii aperte Eusebii sunt.

A Deo manifesta et per se clara res est, hos ipsissimos esse Eusebii Cæsariensis commentarios, ut ne vel minimum dubii eruditis et sagacibus adversum suboriri possit. Verum quia hoc ævo non pauci, ut criticorum nomen sibi pariant, de libris quos ne vel primoribus quidem labris attigerunt, sententiam ferre nihil verentur : et primo conspectu ita pronuntiant : Non sapit stylum scriptoris, indignum auctore tanto; ac plerumque in partem negandi procliviores sunt, hinc sibi nasutorum famam conciliaturos esse rati, quibus non facile sit verba dare; ideo nobis aliquid de Eusebiano stylo his in commentariis conspicuo, deque manifestissimis ibidem Eusebiani ævi notis, edisserere animus est.

II. Demonstrationi evangelicæ stylo similes.

Nulli ex Eusebii operibus ita affinis horum commentariorum stylus est, ut *evangelicæ Demonstrationi :* non modo enim dictiones et tractandi ratio consonant, sed etiam Scripturarum interpretationes, sententia semper, verbis non infrequenter similes sunt. In *Demonstratione* item *evangelica*, perinde atque in hoc commentario passim offendas in illud, νοήσεις ἐπιστήσας, *intelliges si animum adhibueris*, inque sexcentas alias dicendi formulas, queis sermonis ab alio ad aliud series transfertur : voces Eusebio frequentatas, aliisque scriptoribus minus usitatas, in utroque opere ritu pari adhibitas deprehendas : explicationes de Verbi substantia et deitate ita consimiles, ut illico unam Eusebii mentem, unam utrobique manum olfacias. Verum isthæc exercitatione prius, quam ratiocinio, quivis experiri valeat : neque his diutius insistere libet, de quibus nullam spero, apud cordatos saltem, controversiam futuram.

III. De stylo Eusebii.

Est porro styli genus hic ut in aliis ejus operibus, quale describit Photius in *Bibliotheca*, num. 13: Τὴν δὲ φράσιν οὐκ ἔστιν οὐδαμοῦ, οὔτε ἡδὺς, οὔτε λαμπρότητι χαίρων. Πολυμαθὴς δέ ἐστιν ὁ ἀνήρ, hoc est : *Dictione autem nusquam suavis est, neque elegantia ornatus. Eruditissimus tamen vir est.* Stylus itaque ejus nonnihil strigosus et perplexus est, non arte limatus : oratio nedum excurrat libere,

adeo intricata plerumque est, ut scriptoris mentem vix assequare. Periodos ita prolixas ducit, ut extractam longius seriem, si quid novi menti succurrerit, subinde intercipiat, dum suspensus animo lector, nec quo deducere, nec ubi claudere argumentum velit, intelligere valet. Quod maxime his in commentariis observes, ubi perpetuus veterum versionum, quæ ut plurimum subbarbaræ sunt, usus, aliquam stylo ejus intulit peregrinitatem. Neque tamen par ubique styli ratio est: nam ubi ad descriptiones vertitur, seriem exornat verbis quam potest lectissimis; non ut otiosos inani voluptate demulceat, sed ut ex rerum quæ sub aspectum cadunt pulchritudine et concentu, ad opificis contemplationem alliciat. Sic ad psalmum XVIII, de cursu solis floridiore stylo mirifice edisserit: alias similiter de verno tempore, deque aquarum divortiis, quæ sapientissimi Conditoris nutus ad terræ cultum et fecunditatem moderatur. Divine autem loquitur sicubi contra eos disceptat, qui temperante fortuna rerum humanarum aleam cadere arbitrantur; sive etiam, qui res omnes, quæ sunt homini expetendæ, voluptate metiuntur: frequentissime vero illos exagitat, qui mundum fortuito ac ex temerario partium concursu sponte coaluisse pugnabant, in hisque sane invenimus Eusebium Eusebio elegantiorem.

IV. Maximini carnificinam ut oculatus testis memorat Eusebius.

Ævo suo grassantem Maximini in Christianos carnificinam ut oculatus testis memorat ad psal. XXXVI, ubi postquam gentilium immanitatem recensuit, hæc subdit: Ὥσπερ δὲ ταῦτα ἱστορησάμενοι, οὕτω καὶ τὴν μετελθοῦσαν αὐτοὺς Θεοῦ δίκην τεθεάμεθα, τοιαύτην γενομένην, ὡς μὴ ἁμαρτεῖν τὸν φήσαντα ἀληθῶς, τὴν ῥομφαίαν αὐτῶν εἰσελθεῖν εἰς τὴν καρδίαν αὐτῶν, καὶ τὰ τόξα αὐτῶν συντετρίφθαι, id est: *Ut autem hæc vidimus, ita et ultionem Dei ipsos invadentem suspeximus, quæ talis utique fuit, ut nihil aberraverit is qui dixit, gladium eorum infixum in corda ipsorum, et arcus eorum confractos esse.* Et alibi: *Quis autem oculis contemplatus impios* (nam Græca compendii causa mittimus) *qui ævo nostro ex divitiis, gloria, dignitatibus in admiratione fuere, in multasque gentes imperium obtinuere, repente ab hac celsitudine lapsos, non fateatur verum esse oraculum hujusmodi?*

V. Itemque aliorum Christiani nominis hostium.

Diserte vero ad psal. XLVII quinam illi Christianorum carnifices imperatores, et quo mortis genere sublati sint enarrat his verbis: *Hæc porro opere completa nos ipsis oculis percepimus: quibus sane verisimile est posteros nostros incredulos, cum hæc audient, fidem non habituros esse. Quotquot igitur ævo nostro fuere Ecclesiæ Dei inimici, principes hujus sæculi et tyranni, divinitus immissis flagellis laniati; alii quidem corporis cariem perpessi sunt, ut etiam vel adhuc viventes cum intolerabili fetore vermibus scaterent: alii viventes item oculis capti sunt, ita ut divinitus immissum sibi flagellum animadverterent, palinodiamque canerent, ac Ecclesiæ Deum magnum verumque, et solum esse Dominum confiterentur, summaque cura præciperent, ut civitas illa Dei, ab se olim impugnata, restauraretur, ac denuo construeretur.* Videlicet Galerius Maximianus, qui vermium fetore computruit, ut habet Eusebius *Hist. eccl.* lib. VIII, c. 16; alius qui captus oculis fertur, est Maximinus Orientis imperator, ut ait Eusebius, l. IX, c. 10. Utrumque vero palinodiam cecinisse narrat Eusebius hic et in *Historia ecclesiastica.* Similiter ad psalmum LXXVIII, hæc habet: *Neque solum iis* (qui tempore Antiochi passi sunt) *hæc tradita fuere; omnibus quippe similia patientibus competunt: quia in persecutionibus, quæ nostra ætate contigerunt, sexcenti supra recensitis similia sunt perpessi.* Et ad psalmum XC, vers. 9, se non unius tantum sed plurimarum persecutionum testem fuisse narrat, tyrannosque non diu ab illata Christianis clade, interitu plexos his testificatur: *Nos autem veritatem ipsa exemplorum interpretatione percepimus, conspecto variis temporibus Ecclesiam Christi impugnantium exitu, qui confestim, ne diuturno post tempore, debellati sunt.* Ipse namque viderat Diocletianum, Maximianum Galerium, Maximinum et Licinium, qui in Christianos carnificinam exercuerant, infausto mortis genere periisse.

VI. Quo tempore hos commentarios ediderit.

Manifestissimis igitur notis indiciisque sese horum commentariorum auctorem prodit Eusebius: jam vero restat ut exploremus quo tempore hoc opus ediderit. Qua de re ex uno tantum loco lucem mutuari licet. Est is in psalmo LXXXVII, ad hunc versum: *Nunquid mortuis facies mirabilia?* ubi sic habet: Εἰ δέ τις νοῦν ἐπιστήσειε τοῖς καθ' ἡμᾶς ἀμφὶ τὸ μνῆμα καὶ τὸ μαρτύριον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιτελεσθεῖσι θαυμασίοις, ἀληθῶς εἴσεται ὅπως πεπλήρωται ἔργοις τὰ τεθεσπισμένα, id est: *Quod si quis animum adhibeat iis, quæ nostro tempore ad sepulcrum et martyrium Salvatoris nostri patrata sunt, mirabilibus, is sane deprehendet quo pacto ea quæ prænuntiata fuerant, opere completa sint.* De miraculis in sepulcro et martyrio Christi editis ne verbum quidem Eusebius in *Vita Constantini;* etsi detectum, curante Helena, sepulcrum et martyrium memoret, exstructam eodem loco per Constantinum magnificentissimam ecclesiam enarret, synodum in ejusdem ecclesiæ encæniis seu dedicatione celebratam anno 335, minutatim et κομψῶς describat. Verum hic de miraculis agi quæ a Rufino, Sulpicio Severo, Socrate, Sozomeno et Theodoreto recensentur, ne ambigas. Aiunt quippe illi, afflante numine locum sepulcri Helenam detexisse, tres ibi cruces repertas esse; hærentesque omnes quænam ex tribus Christi suspendio consecrata fuisset, dubio tandem levatos fuisse, cum in extremis agens mulier, ex aliarum contactu nihil remedii consecuta, admota demum vera Christi

cruce, statim a morbo penitus recreata, et pristinæ valetudini restituta est. Cum autem hæc anno 327, act insequenti gesta sint, hinc consequitur Eusebium sua in Psalmos commentaria sub hæc edidisse. Neque tamen statim postea, sed multis hinc elapsis annis hæc elucubrasse suadere videtur vox καθ' ἡμᾶς, quæ *nostra ætate* significat; neque enim pro præsentibus aut ita nuperis rebus hæc loquendi ratio usu venire solet. Sic ille cum de tyrannis agit, qui jam multos ante annos fato functi erant, voce καθ' ἡμᾶς utitur, quam tamen nusquam usurpat cum de rebus, quæ vel illo scribente, vel nuperrime gestæ sunt, agitur. Verum ut hæc conjectando solum dicimus, ita post annum 327, ea quam supra diximus de causa, editos commentarios affirmari posse putamus. Detecti item Dominici sepulcri meminit Eusebius ad psalmum CVIII, his verbis: *Hoc autem ediscas, si consideres qua mente sint Judæi, videntes quidem veneranda et sancta sua funditus deleta; illius vero qui ab ipsis ignominia affectus, ac in crucem et mortem traditus est, sepulcrum, studio et honoribus celebrari, Ecclesias autem, quæ ejus virtute per totum orbem fundatæ sunt, in dies accrescere*, etc.

CAPUT IV.

DE GENERE INTERPRETANDI EUSEBII, DEQUE ANTIQUIS VERSIONIBUS AB EO ALLATIS.

I. Interpretandi genus Eusebium commentarii auctorem prodit. II. Observationes criticæ egregiæ notæ. III. De litterali explanatione. IV. De mystagogica. V. Eusebius Origenem sequitur, alii Eusebium. VI. Antiquis interpretibus frequenter utitur.

I. Interpretandi genus Eusebium commentarii auctorem prodit.

Hosce commentarios germanum esse Eusebii opus, non ex præmissis modo, sed etiam ex interpretandi genere, ex frequente illo veterum interpretum usu, ex Scripturæ sacræ peritia comprobatur. His se tesseris et argumentis exhibet Eusebius ille Pamphili martyris socius, quicum, teste Hieronymo, *Divinam Bibliothecam* diligentissime pervestigarat. Tria porro cum primis contemplanda nobis offert celeberrimus interpres: criticas in Psalmorum ordinem notas, interpretationem litteralem, et mystagogicam explanandi viam, de quibus pauca prælibare e re fuerit.

II. Observationes criticæ, egregiæ notæ.

Observationes Eusebii criticæ, egregiæ notæ sunt: nam præter ea quæ in præfationibus feruntur, non spernenda sane, multa expositionibus suis de ordine et de auctore cujusque psalmi subinde præmittit, quæ judicium peritiamque scriptoris arguant: qua in re sane vix accuratius sagaciusque disputari posse æstimabunt periti. In his autem Eusebius, qui nunquam compendio studuit, sine aliquo lectoris tædio fastidiove prolixius agit. Id vero præsertim observes in ejus de Abimelecho dissertatione, in perquisitionibus de vera Psalmorum serie et de germano cujusque auctore: maximeque ubi de psalmo in spelunca mirifice edisserit. Pedetentim vero ratiocinia profert, nihil, quod ad rem pertineat, intactum relinquit. Parem arguendi vim et methodum animadvertas, cum eorum sententiam depellit, qui numeri rationem ad cujusque psalmi intelligentiam conferre pugnabant: quam Philonianam explanandi methodum, ut futilem et ἀπροσδιόνυσον, explodit Eusebius.

III. De litterali explanatione.

Litteralem Psalmorum mentem ubi explicat Eusebius, genuinum vulgo sensum attingit, neque ita frequenter aberrat a scopo et a vera Psalmorum sententia. Aderat quippe opima illa Hexaplorum supellex, unde et Hebraicam lectionem et veterum interpretum versionem mutuari posset. Neque enim, ut ex his commentariis deprehendere licet, Hebraice peritus fuit Eusebius: siquidem de Hebraica ille lectione plerumque non ita docte edisserit, utpote qui Hebraica Græcis litteris expressa, qualia in Hexaplis erant, tantum legerit; sed si quid de vocibus et litteris Hebraicis hinc inde tradat, id ex Hebræis mutuatus est. Et mirum sane hominem qui in Palæstina ætatem egit, cum Judæis frequenter sermonem habuit, Hexaplis et *Bibliothecæ divinæ* cum Pamphilo martyre digerendis operam dedit, Hebraice ineruditum fuisse? Doctoribus autem suis nimis credulum persæpe deprehendas, utpote qui nonnulla interdum afferat, ubi accuratior notitia desideretur; exempli causa ad hunc versum psalmi CXI, *Ex utero ante luciferum genui te*, ubi Hebraicum מרחם, *Merehem* habet, ut probabilem cujusdam opinionem affert, qui putabat hic beatam Mariam Deiparam indicari, quod sane ἀπροσδιόνυσον est: nam *Maria*, nomen apud Hebræos frequentissimum מרים, *Miriam* scribebatur; et *Merehem* nihil aliud quam, *ex utero*, significat.

IV. De mystagogica.

Mystagogicam explanandi viam, qua ad Christi personam vel Ecclesiam, sive ad fidelem animam, aut demum ad cœlestem Sionem omnia reducuntur, admodum frequentavit Eusebius: quia illo ævo cum Judæi perpetuo Christianis obgannirent, atque ex prave detorta Scripturarum sententia, Christiana de Servatore dogmata traducerent in dies, scriptores ecclesiastici contra, ut petulanti et protervo generi occurrerent, omnia ad Christum et ad Christi Ecclesiam referebant: nec modo ea quæ de Christo et de Christi fidelibus diserte et evidenter enuntiata fuerant, sed etiam quæ, haud ita dilucide enarrata, possent in utramvis partem derivari. Nec tutum erat illis temporibus interpretandi aliam inire rationem: certe non impune fuit Theodoro Mopsuesteno, quod neglecta mystagogica illa, litterali solum attenderet.

Cæterum hunc explanandi ritum, auctore Christo, commonstrantibus apostolis, sectati sunt Ecclesiæ scriptores. Non modo enim lex vetus legis novæ figura exstitit; sed etiam res in veteri Ecclesia gestæ, præsertim nobiliores, umbra Christi ejusque discipulorum erant. Nam *hæc omnia in fi-*

guris contingebant illis : scripta sunt autem ad nostram admonitionem (*I Cor.* x, 11). Unde Tertullianus de resurrectione carnis, *Talia interim*, ait, *dicinarum virium lineamenta, non minus parabolis operato Deo, quam loculo.* Inter prophetas autem et præstantes viros, qui in veteri lege Christi typum gessere, nemo propius personam ejus retulit, quam David, genere item propinquior. Cujus non modo gesta, sed etiam dicta in Psalmis præsertim, ad Christi personam Ecclesiamque pertinere, divino ipsius Christi ore didicimus. Ille vero sensus ἀλληγορούμενος, sive mystagogicus, non a Christianis modo, sed etiam a Judæis adhibitus est : etsi illi, ut obcæcati atque sensilium rerum mole obruti erant, omnia ad res temporarias, divitias, terreni regni latitudinem, Messiæ sui imperium, reducerent : qua in re a justa allegoriæ ratione immane quantum aberrabant. Allegoria quippe, figura, typus et umbra, signa sunt rerum non earumdem atque illæ quæ allegoriæ et typi munus præstant : atenim vel ipsa allegoriæ vox, signa hujusmodi, rem aliam longe diversam, disparem et diguiorem significare subindicat. Multo igitur præstantior et verior illa Christianorum interpretatio, qua res corporeas et sensibiles, ad intelligibiles ac cœlestes, incolumi tamen litteræ sensu, referunt.

Hoc ergo genus interpretandi summe est ab Eusebio frequentatum. Illud autem hujusmodi est, ut sicubi inimici insurgentes et tumultuantes exprimantur, quod in psalmis frequentissime occurrit, id vel ad Judæos contra Christum frementes et machinantes, vel ad Ecclesiam ab hostibus, scilicet a principibus hujus sæculi, aut a dæmonibus oppugnatam, vel ad fidelem animam vexatam a *spiritibus* immundis, referatur : si læta et jucunda efferantur, cœlesti Jerosolymæ, sive Ecclesiæ, seu Christiani cujuslibet animæ, totum adscribatur : si flumina inundantia memorentur, id de confluenti ad Christi doctrinam gentium multitudine intelligatur. Quam explanandi viam, non Eusebius modo, sed etiam Theodorus Heracleotes, Chrysostomus, Theodoretus et alii plerique sectati sunt, qua in parte si unum noris, omnes noris. Neque tamen inter mystagogicas interpretationes accensendæ illæ, quæ litteram ipsam ad unum Christum referri nec infrequenter comprobant; ut exempli causa, cum Eusebius psalmum XVII, *Deus, Deus meus, respice in me*, in uno Christo impletum esse asseverat : in hoc enim et in similibus, ut nemo non fateatur, sensus ipse litteralis Christum respicit. Hæc de interpretandi ritu dicta sunto.

V. Eusebius Origenem sequitur, alii Eusebium.

Cæterum Eusebius Origenis expositiones haud obscure sectatur, tam quod ad ipsam explanandi rationem, quam quod ad verborum seriem; ut in manuscriptis et editis catenis videre est : nam commentarios Origenis plenos integrosque jamdiu amisimus : ejus porro commentarios semel memorat Eusebius ad psalmum CXVIII. Theodoretus item, qui plerumque ab Eusebiana interpretatione deflectit, non raro tamen illa pene ad verbum utitur, etsi breviore ut plurimum stylo : nam Eusebius, ut jam diximus, ita prolixas subinde periodos ducit, vix ut seriem deprehendas, et ubi sententiam claudat non ita facile comperias. Asterii vero interpretatio psalmi IV, quam commentario Eusebii in eumdem psalmum subjunximus, a quodam scholiaste invecta est, qui Asterium Arianum esse indicat, scilicet sophistam illum circulatorem, qui in ipsis Arianismi exordiis contra catholicos antistites classicum canebat, et doctrinam de Filio Dei spargebat, vel ipsa Arianica deteriorem. Ex hoc autem specimine deprehendas, Asterium partim litteralem, partim mystagogicum interpretandi morem sectatum : nec iis ingenii doctrinæque partibus instructum, quæ fuissent ad tantum opus perficiendum satis. Scholiastes porro ille non Asterium modo Arianica labe aspersum indicat, sed etiam Eusebium, sicubi ad Arianismum deflectit, ut Arianum traduci, ut suo loco videas.

VI. Antiquis interpretibus frequenter utitur. LXX Interpretes.

Nihil autem his in commentariis præstantius, nihil pretiosius frequentissimo illo veterum interpretum usu. Atenim multo plura ex Aquila, Theodotione et Symmacho affert Eusebius, quam in Drusii vel Nobilii collectionibus usquam compareant, ita ut ejus adminiculo non raro psalmos integros, ex Symmachi maxime versione, restaurare liceat. Illas porro versiones modo ad litteralem, modo ad mystagogicam asserendam sententiam usurpat : nonnunquam ad decem versus una serie affert : expositionesque eorum Septuaginta Interpretum versioni anteponendas asserit haud infrequenter. Aquilam Hebraicæ litteræ servientem, δουλεύοντα τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει, hic et in *evangelica Demonstratione* multis in locis nuncupat. Is nimirum ita litteræ hæsit, ut dum verba redderet, sententiam non ita curaverit. Symmachum sæpe mirabilem dicit interpretem, ejusque versione utitur libentius, frequentius et copiosius. Ambos tamen ait in gratiam Judæorum prophetias de Christo aliam in sententiam derivasse : Ἰουδαϊκώτερον, sic ille, Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος τὴν ἑρμηνείαν ἐκτεθείκασι, id est, *Modo ad Judaicam doctrinam propius accedente, Aquila et Symmachus interpretati sunt.* Nam in *Demonstratione evangelica* (*a*) ait utrumque Judæum aut semi-Judæum fuisse. Theodotionem cum laude memorat, et accuratum interpretem ait. Quinta minus frequenter, Sexta vero rarissime interpretationibus utitur. Notas in hujusmodi versiones raras et brevissimas dedimus : quia a multis jam annis ad Hexaplorum excerpta ex codicibus cum editis tum manuscriptis colligenda animum appuli : quodque habui cæteris quæ tractabam otii, huic provinciæ consecravi : et jam tanta eo-

(*a*) Pag. 316.

rum accessio facta est, ut quadruplo saltem plura penes nos habeamus, quam Nobilius et Drusius ediderint. His propediem postremam admovere manum, eaque publicare animus est. Quare a prolixioribus in veteres interpretes notis consulto abstinuimus, ne sub hæc actum agere cogeremur.

Ait Eusebius Septuaginta Interpretes cum Ptolemæi Philadelphi tempore vertendis Scripturæ sacræ libris operam darent, loca quædam, queis Christi ortus apertius prænuntiaretur, ne in Græcorum, quibus versio parabatur, notitiam venirent, obscurius interpretatos esse. Qua de re adeundus ipse, cum psalmi LXXXVI, *Fundamenta ejus in montibus sanctis*, expositionem edit. Nec silentio mittendum est, Eusebium persæpe Scripturæ sacræ loca secus, quam in exemplaribus hodiernis leguntur, afferre, partim quod exemplaria sua variam lectionem præferrent, partim quod ille nonnunquam, sine prævia monitione aliorum interpretum lectiones admisceat : partim etiam quod plerumque memoriter Scripturarum dicta enuntiet, ac synonyma et extranea verba interserat.

CAPUT V.

DE REBUS DOCTRINAM SPECTANTIBUS IN HOC COMMENTARIO.

I. In scriptoribus sacris ne minimum vitium admittit Eusebius. II. Sanctorum merita nobis prodesse putat. III. Veram Christi in Eucharistia præsentiam declarat. IV. Quid de libero arbitrio sentiat. V. Gratiam indifferentiæ ad utrumlibet, seu versatilem, docet. VI. Et prædestinationem post prævisa merita.

Haud ingratum lectori fore speramus, si quæ sparsim variisque in locis, quo fors tulit, inducta sunt doctrinæ capita, hic in unum collecta ipsi offeramus, cum ad manum nobis sit ea, quæ assidua tractatione hinc inde decerpsimus, una complecti; ut labore diuturno parta harumce rerum notitia, eruditis ingratæ perquisitionis tædium levet.

I. In scriptoribus sacris ne minimum vitium admittit Eusebius.

Æstimat Eusebius non sine audacia et temeritate credi posse, scriptores illos, qui afflante Numine divinas nobis litteras transmiserunt, vel in minimis errasse; ita ut etiam nomen pro alio vel ex imprudentia vel ex incogitantia substituerint. Id diserte ait, explanando titulum psalmi XXXIII, in quo dicitur immutasse David vultum suum coram Abimelech : ubi Achimelech legendum, atque in exemplaribus, *beth* in *caph* mutatum fuisse putat Eusebius : quod sane ob litterarum *beth* et *caph* inter se affinitatem perfacile fuit. Tum allata eorum sententia qui dicerent, Achimelech pro Achis positum fuisse, ibique agi de Davidis in Geth peregrinatione, ubi cum periculum capitis immineret, insaniam ille simulavit, et immutavit vultum suum coram Achis rege Geth; hæc in adversum reponit ille : *At ego audax temerariumque facinus*, ἔργον δὲ

(a) Cf. *De præparatione evang.*, p. 575.

A θρασὺ καὶ προπετές, *arbitror illud esse, pronuntiare confidenter divinam Scripturam lapsam esse, et tale vitium præferre, ut pro viro alienigena sacerdos Domini ponatur, cum maxime Hebraica lectio et reliqui interpretes omnes Achimelech circumferant.* Ubi notes velim Hebraicam lectionem hodie אבימלך circumferre, et in Græcis Bibliis Ἀβιμέλεχ · unde patet Eusebii exemplaria diversam ab ea, quæ nunc habetur, lectionem prætulisse. Utut vero sit de Eusebii in memoratum titulum opinione, quæ fortassis non omnibus placitura est, putat sane ille nefas esse vitium, si quod vel minimum subsit, in scriptorem sacrum refundere.

II. Sanctorum merita nobis prodesse putat.

B Ait non semel Eusebius sanctorum, sive martyrum, sive aliorum Deo acceptorum hominum merita, subsidio apud Deum nobis esse. Sic psal. LXXVIII, vers. 10: *Ad hæc in precibus tempore persecutionis dicenda instituimur, hostiarum et holocaustorum loco sanguinem sanctorum martyrum proponentes, ac hujusmodi supplicationes emittentes*; et vers. 11 : *Nos siquidem non digni habiti sumus qui ad finem usque certaremus, ac pro Deo sanguinem funderemus; sed quia filii sumus eorum qui hæc sunt perpessi, virtute patrum nostrorum ornati, precamur ut illorum gratia misericordiam consequamur.*

III. Veram Christi in Eucharistia præsentiam declarat.

Veram Christi in Eucharistia præsentiam (*a*) profitetur cum hunc versum explicans, *Cibavit* C *eos ex adipe frumenti, et de petra melle saturavit eos* (*Psal.* LXXX, 17), ait : Κατὰ τοῦτο δὲ ἐπλήρου καταξιώσας αὐτοὺς τῆς οἰκείας τροφῆς, οὐ μόνον σωματικῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐπουρανίου καὶ πνευματικῆς, ὁπηνίκα πρώτοις αὐτοῖς ἐπεδήμει ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, τροφὴν αὐτοῖς παρεῖχεν τὸν ἐπουράνιον ἄρτον, ΑΥΤΟΣ ΕΑΥΤΟΝ, id est : *Tunc porro proprio illos cibo replere dignatus est, non corporeo solum, sed etiam cœlesti et spirituali, cum ad ipsos primos Christus Dei peregrinatus est, atque in cibum ipsis cœlestem panem, ipse semetipsum, dedit.* Ad psalmum vero XXXVI, hæc habet : Κατατρυφᾷν δὲ τοῦ Κυρίου δυνήσεται ὁ τῆς ψυχῆς τὰ αἰσθητήρια κεκαθαρισμένος, ὡς δύνασθαι ἐσθίειν τὸν ζῶντα ἄρτον καὶ τὰς ζωοποιοὺς αὐτοῦ σάρκας, πίνειν τε τὸ σωτήριον D αὐτοῦ αἷμα. Τούτοις τρεφόμενος καὶ πιαινόμενος, τῆς ἐνθέου μέθης ἀπολαύων, *κατατρύφησον τοῦ Κυρίου*, id est : *Delectari autem in Domino valebit, quisquis animæ sensibus puris purgatisque fuerit, ita ut panem vivum et vivificas carnes ejus edere possit, ac salutarem ejus bibere sanguinem. His enutritus et impinguatus, divina fruens ebrietate, « delectare in Domino. »*

IV. Quid de libero arbitrio sentiat.

Liberum arbitrium in homine ad bonum malumve deligendum sic explicat ille, ad psalmum XXXV : Ἀκαλύπτως δὲ ὁ τοιοῦτος ἐξέδωκεν ἑαυτὸν τῇ ἁμαρτίᾳ, ὡς καὶ τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀνομίαν

εἶναι καὶ δόλον. Πάνυ δὲ ταῦτα ἐκὼν εἵλετο· ἅτε δὴ αὐτεξούσιος ὢν, καὶ δυνάμενος μὲν τὴν ἀγαθὴν μετελθεῖν ὁδὸν, μὴ βουληθεὶς δέ. Hoc est : *Palam autem ille se peccato dedidit, ita ut verba oris ejus iniquitas et dolus essent. Hæc autem ipse admodum libere elegit, utpote liberi arbitrii, penes quem erat viam adire bonam : quod ille noluit. Quamobrem dictum est,* « *Noluit intelligere ut bene ageret : sed iniquitatem meditatus est in cubili suo.* » Et ad psalmum LVII : Ἐπειδὴ γὰρ φύσεως ἐλευθέρας καὶ αὐτεξουσίου γενόμενοι, διακριτικοί τε τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ ἐναντίου, τήν τε εἰς ἑκάτερα ῥοπὴν τὴν ἐν ἑαυτοῖς κεκτημένοι, οὐκ ὀρθῶς ἐχρήσαντο τῷ κριτηρίῳ, οὐδὲ ἠγάπησαν τὴν εὐθεῖαν, καίπερ εἰδότες αὐτὴν, οὐδ' ἔργοις μετῆλθον τὴν δικαιοσύνην, ἣν λόγῳ μόνῳ καὶ χείλεσιν ἐπηγγέλλοντο, τῷ παλαιῷ δὲ ὄφει ὁμοιωθέντες, ἀσπίδος κωφῆς χείρους ἐγένοντο· τούτου χάριν ἐπακούσατε τίνα καὶ αὐτοὺς περιμένει, id est : *Quoniam enim libera et sui arbitrii natura præditi, vi internoscendi boni et contrarii instructi, atque liberam ad utrumlibet inclinationem nacti, non recte judicio suo sunt usi, neque rectam viam, etsi notam sibi, dilexerunt, neque operibus justitiam adierunt, quam verbis duntaxat et labiis sunt professi, veterique serpenti similes, aspide surda deteriores evascre; ideo quæ, ipsis eventura sunt audite.* Similiter de Hebræis agens, psalmi LXXVII ad hunc versum, *Et obliti sunt benefactorum ejus*, ita loquitur : Πάντων γὰρ τούτων λήθην πεποιημένοι, τῶν πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν ἐπιδεδειγμένων, ὅπλα ἤραντο κατὰ τοῦ Θεοῦ, οὐ βουληθέντες τῷ νόμῳ αὐτοῦ πορεύεσθαι· καίτοι ἐπ' αὐτοὺς κειμένου τοῦ δύνασθαι, καὶ τοῦ βούλεσθαι, id est : *Nam omnium eorum obliti, quæ patribus suis ostensa sunt, arma tulerunt contra Deum, cum nollent in lege ejus ambulare, etiamsi penes ipsos esset ut possent et vellent.*

V. Gratiam indifferentiæ ad utrumlibet, seu versatilem, docet.

Ne quis vero opinetur putare Eusebium, ex solo liberi arbitrii motu hominem, nec gratia fultum, bonum perinde atque malum adire posse; huic suspicioni occurrit ille his verbis : *Quos præscientia sua prævertens Deus, antequam in lucem prodirent, tales futuros esse noverat; sed tamen permisit ut nascerentur, gratia sua ipsis quoque concessa, ut palam eorum propositum fieret*, τὴν παρ' αὐτοῦ χάριν καὶ αὐτοῖς δωρησάμενος, εἰς τὸ φανεροὺς γενέσθαι τὴν προαίρεσιν. *Siquidem et ordinem justorum rectam ac minime deflexam viam suapte voluntate initurum prævertens Deus noverat. Deinde utrique ordini liberum arbitrii motum dimisit, concedens ut in stadio cursum conficerent. Ac cum universos natura similes constituisset, voluntate sua quemque meliora deligere pariter permisit. Illi vero, utpote qui sui ipsorum domini, sui juris, ac liberi quoad motum essent, arbitratu suo disjuncti sunt, aliis rectam, obliquam aliis viam cooptantibus.* Pari sententia de Juda loquens hæc habet ad psalm. XL : *Sed,* « *in quo speravi,* » *ait; vel secundum Aquilam,* « *confisus sum;* » *aut ut Symmachus,* « *confisus eram :* » *quandoquidem ipsum paribus atque cæteros apostolos donis affecerat. Confidebat autem ei Salvator, et bonam de ipso spem habebat, quia in eo liberum arbitrium esset. Neque enim Judas ex hujusmodi natura erat, quæ non posset salutem consequi; sed poterat, si quidem voluisset, ut et cæteri apostoli, a Filio Dei erudiri, ac bonus probusque discipulus effici.* Unde palam est eum gratiam versatilem, ad utrumlibet, sive bonum sive malum indifferentem, in omnibus prorsus hominibus, etiam impiis et peccatoribus, constituisse.

VI. Et prædestinationem post prævisa merita.

Nec minus aperte prædestinationem post prævisa merita docet ad psalm. LVI, ubi hanc Pauli sententiam explicans, *Nam quos præscivit, et prædestinavit* (Rom. VIII, 29), etc., ait : Ὥσπερ οὖν τούτους προγνοὺς μέλλοντας ἀγαπᾷν αὐτὸν προώρισεν· οὕτως καὶ τοὺς ἀσεβεῖς, ἐπειδὴ προέγνω μέλλοντας λαλεῖν δικαιοσύνην διὰ τὸ γινώσκειν αὐτὴν, οὐ μὴν καὶ τοῖς ἔργοις αὐτὴν μετελευσομένους, διὰ τὸ ταῖς χερσὶν ἀδικίαν συμπλέκειν, τούτου χάριν ἀπηλλοτρίωσεν ἀπὸ μήτρας, καὶ ἐν πλανωμένοις καὶ λαλοῦσι ψευδῆ παρ' ἑαυτῷ κατηρίθμησε πρὶν γενέσθαι, συνεχώρησέ τε, εἰδὼς αὐτοὺς τοιούτους ἐσομένους, εἰς φανερὸν ἐλθεῖν, ὡς ἂν τὸ διάφορον τῶν δικαίων καὶ θεοσεβῶν ἀνδρῶν ἐκ τῆς τῶν χειρόνων παραθέσεως διαλάμψειεν. Μιᾶς γὰρ ὄντες φύσεως οἱ πάντες, οἱ μὲν ἑκόντες εἵλαντο τὰ κρείττω, οἱ δὲ τὴν ἐναντίαν ὧδευσαν, αὐτεξουσίῳ προαιρέσει χρησάμενοι. Id est : *Quemadmodum igitur cum eos præscivisset, qui amaturi ipsum erant, etiam prædestinavit eos; sic et impios cum prævidisset justitiam quidem locuturos, utpote qui nossent illum, sed ipsam tamen non operibus adituros esse, quia injustitiam manibus complicaturi erant; ideo alienavit eos a vulva, et, vel antequam fierent, in errantium et mendacia loquentium numero apud se computavit : permisitque tamen, etsi tales futuros esse nosset, ut palam prodirent, quo præstantia justorum et religiosorum hominum ex pejorum comparatione eluceret. Nam cum ex una omnes natura constarent, libero usi arbitrio, alii quidem sponte bonum elegerunt, alii contrariam iniere viam.* Quæ omnia ita perspicue enuntiantur, ut Œdipo non egeant.

CAPUT VI.

EUSEBII DE VERBO ET FILIO DEI SENTENTIA.

I. Variæ circa Eusebii de Filio Dei doctrinam opiniones. II. Eusebius docet unitatem deitatis in uno Patre servari. III. Filium longe minorem Patre. IV. Diversæ substantiæ. V. Interpres Latinus « *Demonstrationis evangelicæ* » *de industria Eusebium ad catholicam sententiam detorsit. VI. Eusebius Filii deitatem aliam statuit a paterna. VII. Grandis paralogismus Eusebii. VIII. Non obscure docet Filium non esse vere Deum. IX. Quo sensu Filium Deum esse dicat. X. Quam adversa rationi et priscorum Patrum sententiæ tradat. XI. Cum Arianis plane consentit. XII. Qua sententia τῷ ὁμουσίῳ, sive consubstantiali, subscripserit. XIII. Quo sensu ἐξ οὐκ ὄντων neget, et genitum Filium dicat. XIV. Filium negat æternum.*

XV. Summa doctrinæ Eusebii. XVI. Ægre defenditur. XVII. Arianum probant tam gesta quam scripta.

I Variæ circa Eusebii de Filio Dei doctrinam opiniones.

Jamdiu inter doctos disceptatum est, quæ vera fuerit Eusebii Cæsariensis de Filio Dei opinio; alii enim catholice sensisse defendunt, nec quidpiam Arianæ labis in scriptis ejus deprehendi pugnant; vel si quid deprehendatur, in iis certe scriptis observari, quæ ante Nicænam synodum edidit; in posterioribus non item : alii contra ab Arianismi exortu, ad obitum suum, adeo manifestas cum gestis tum scriptis suis dedisse contendunt Arianismi notas, ut incunctanter inter Arianorum primipilares connumerandum censeant. Talemne, inquiunt, hominem, qui semper augendæ Arianicæ rei tam acriter adlaboravit, qui diuturnas cum Arianis ad restituendum Arium excubias egit, qui capitalibus odiis catholicæ rei proceres assidue exagitavit, catholicum censeamus? Hinc si scriptis ejus attendas, aiunt, probe cum gestis consonare deprehendes : nam qui Filium passim minorem Patre, alterum Deum inferiorem, ac ministrum purum ait, qui catholicus habeatur? Ego vero iis qui orthodoxum Eusebium censent ad tanti viri purgationem astipulari peroptarem, si per ejus scripta liceret; at secus suadent cum cætera ejus opera, tum maxime hi commentarii, ubi Arianismum aperte profitetur. Non ex aliqua igitur præjudicata opinione ad eam sententiam accedimus : nedum enim ægre feram, summopere gaudebo, si quis ab eo non modo culpam, sed etiam suspicionem, dimovere possit : idque mihi non minus ex voluntate, quam præter opinionem cadet. Vereor enim ut qui catholicum Eusebium affirmant, tantam in adversum mox proferendam locorum silvam concoquere, et ad sincera dogmata detorquere valeant. Eusebii itaque de Verbo et Filio Dei sententiam in certa capita distinctam, tam ex his commentariis, quam ex aliis ejus scriptis, maximeque ex *evangelica Demonstratione*, et ex libris *Contra Marcellum* in medium afferemus : eamque sententiam amplectemur, quæ ab ipsa rei veritate et perspicuitate suadebitur.

II. Eusebius docet unitatem Dei in uno Patre servari. — III. Filium longe minorem Patri.

Ab unitate Dei ordiri operæ pretium erit, quam Eusebius in uno Patre servari, neque Filium, multoque minus Spiritum sanctum, in ejusdem unitatis consortium venire clare et multis in locis affirmat. Patrem enim in se totam deitatis plenitudinem, excluso Filio, complecti indicat, dum ipsum solum passim vocat, τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, τὸν ἐπέκεινα πάντων Θεόν, id est, *Deum universorum, Deum supra omnia, Deum ultra omnia;* Filiumque contra nuncupat, δεύτερον Θεὸν, δεύτερον Κύριον, *secundum Deum, secundum Dominum.* Ne quis vero reponat, Patrem ideo Deum universorum ab Eusebio vocari, quod sit origo et fons Trinitatis, et in ratione principii primus exsistat; hoc catholicum interpretandi genus respuere occupat Eusebius, dum ait ad psalmum Asaphi decimum : Ἵνα μή τις αὐτὸν ψιλὸν ὑπολάβοι ἄνδρα καὶ τοῖς πολλοῖς ὅμοιον, θεολογεῖ αὐτὸν ἐν τοῖς μετὰ χεῖρας, φήσας· *Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν.* Καὶ ὅπως μὴ ταραχθείη τις εἰς τὸν περὶ μοναρχίας λόγον, Θεὸν ἀκούων τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, εἰκότως καὶ πλείονας θεοὺς ὀνομάζει τοὺς διὰ τῶν ἑξῆς κατηγορουμένους, μονονουχὶ παρακελευόμενος μὴ ἀποκνεῖν καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ Θεὸν ἀποκαλεῖν. Εἰ γὰρ οἱ διαβαλλόμενοι τοῦ ἔθνους ἄρχοντες θεοὶ ἠξιώθησαν ὀνομασθῆναι, ποῖος ἂν γένοιτο κίνδυνος τὸν ἄνδρα τῆς δεξιᾶς τοῦ Θεοῦ καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου τὸν κεκραταιωμένον Θεὸν ὁμολογεῖν ; id est : *Ne quis ipsum merum hominem, et multis aliis similem, arbitraretur, ipsum hic Deum prædicat his verbis : « Deus stetit in synagoga deorum. » Ac ne quis ob monarchiæ, sive unius principii, rationem turbaretur, Christum Dei Deum esse audiens; congruenter hic multos deos nominat eos, qui sub hæc incusantur : tantum non præcipiens ut ne cunctemur Filium quoque Dei Deum vocare. Si enim gentis principes, qui male audiebant, Dei nomine dignati sunt, quod, quæso, periculum fuerit, si virum dexteræ Dei et Filium hominis confirmatum, Deum fateamur?* Clarius autem in expositione psalmi LXXXVIII, vers. 7, idipsum exprimit his verbis : Δοκεῖ δέ μοι ὁ Προφήτης.... ὑπερεκπλήττεσθαι τὸν ἐπέκεινα πάντων, καὶ ὑπὲρ πάντας τὸν Μονογενῆ τοῦ Θεοῦ· εἶτ' ἐκ τοῦ θαύματος ἀναπεφωνηκέναι τὸ, *Ὅτι τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ Κυρίῳ; ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· Τίς γὰρ ἐν αἰθέρι ἀντιπαραθέσει τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ;* Ταῦτα δὲ περὶ μὲν τοῦ Μονογενοῦς τοῦ Θεοῦ λεγόμενα σώζοι ἂν εὐσεβῆ τὴν διάνοιαν, οὐ μὲν περὶ τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ τῶν ὅλων· ἀνοίκειος γὰρ καὶ ἀσεβὴς ἡ παράθεσις. Τὸ γὰρ υἱοῖς Θεοῦ παραβάλλειν τὸ πάντων αἴτιον, καὶ τὸ συγκρίνειν ἑτέροις τολμᾶν τὸν ἐπέκεινα τῶν ὅλων Θεὸν, πάντων ἂν γένοιτο ἀνοσιώτατον. Ἀκίνδυνος δ' ἂν εἴη ὁ λόγος υἱοῖς Θεοῦ συγκρίνειν Υἱὸν Θεοῦ μονογενῆ, καὶ τὸ πρὸς πάντας ἀσύγκριτον αὐτοῦ καὶ ἀπαράθετον, καθ' ὑπερβολήν τε ὑπερέχον σημαίνειν. Id est : *Videturque mihi Propheta..... eum qui omnes excedit, omnes superat, Unigenitum Dei cum stupore considerare : deinde ex admiratione hæc effari : « Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino? » sive secundum Symmachum, « Quis enim in æthere conferet se Domino in filiis Dei? » Hæc de Unigenito Dei dicta, piam servant sententiam; de Patre vero ac Deo universorum secus : impropria enim et impia comparatio esset. Nam filiis Dei omnium causam conferre, et eum qui supra omnia est Deus aliis comparare, improbissimus omnium ausus esset. At sine periculo Filius Dei unigenitus, filiis Dei comparatur, ac dicitur eum incomparabilem esse, cum nullo conferendum, atque admodum antecellere asseritur?* Hic manifeste vides Filium longe inferiore quam Patrem gradu ab Eusebio reponi; ita ut nec ad unitatem Dei, nec ad unitatem principii universorum pertineat, neque deitate cum illo primo principio unum

sit. Nam ubi dictum illud, *Deus stetit in synagoga deorum*, de Filio Dei explicat, ac nihil metuendum ait, etsi Filius Deus vocetur, ne unitas principii et deitatis tollatur; non veram ille causam affert, cur hinc nulla multiplicitas deorum metuenda sit, quia scilicet Pater et Filius, unus Deus, unum principium rerum sunt; sed, ait, quoniam ipsi hômines dii vocantur, quin ulla hinc deorum multiplicitas inferri possit, posse pariter Filium Deum dici, quin multos esse deos suspicemur. Etenim ut in loco sub hæc allato significatur, longe inferioris gradus est, quam ut possit ad primam illam Dei unitatem pertinere, utpote quem creaturis comparare liceat, etsi multo excellentior iis sit: quod de Patre asserere impiissimum et improbissimum esse ait Eusebius. Similia habet in *Demonstratione evangelica*, l. VI, p. 257, ubi de Patre et Filio talia fatur: Σαφῶς ἐν τῷ πέμπτῳ συγγράμματι τῆς *Εὐαγγελικῆς Ἀποδείξεως* ὡρισμένου τοῦ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λόγου, καὶ Θεοῦ μὲν ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων ὡμολογημένου, δευτέρας δὲ μετ' αὐτὸν ἀποδειχθείσης οὐσίας ἡγουμένης τῶν γενητῶν ἁπάντων, ἣν σοφίαν Θεοῦ, κ. τ. λ. Hoc est: *Cum in quinto Evangelicæ demonstrationis libro, clare de Patre et Filio definitum statutumque fuerit, ac Deum quidem unum supra omnia esse declaratum, secundam vero post ipsum substantiam esse, quæ omnibus opificiis præsit, commonstratum sit, quam sapientiam Dei*, etc., ubi interpres qui solet Eusebii dicta ad piam sententiam in versione sua detorquere, postrema sic interpretatur: *Et Patrem quidem Deum unum esse constitit; alteram autem præter illum et cum illo personam esse, quæ omnia quæ facta sunt antecedat, demonstratum est.* Quo in loco οὐσίαν ille *personam*, vertit, etsi substantiam significet hic et in aliis Eusebii locis, ut ex repetitis sub hæc exemplis propalam erit: illud autem μετ' αὐτόν, perperam vertit ille, *præter illum et cum illo*, cum aperte significet, *post illum*, nec numero tantum, sed dignitate et præstantia; ut ex jam dictis manifestum est, et ex infra dicendis liquidius constabit. Ait siquidem lib. II *Contra Marcellum*, p. 109: Οὐδὲ δύο Θεοὺς ἀνάγκη δοῦναι τὸν τὰς δύο ὑποστάσεις τιθέντα· οὐδὲ γὰρ ἰσοτίμους αὐτὰς ὁριζόμεθα, id est: *Neque necesse est eum duos deos fateri, qui duas admiserit substantias: non enim illas honore pares esse definimus;* ita ut eatenus unitatem deitatis statui velit, quatenus illa prima deitas, primumque principium in uno Patre servatur, cui longe inferior Deus Filius, in unitate illa non comprehendatur. Quod ille ibidem affirmat his verbis: Ἀλλὰ φοβῇ, ὦ ἄνθρωπε, μὴ δύο ὑποστάσεις ὁμολογήσας, δύο ἀρχὰς εἰσαγάγοις, καὶ τῆς μοναρχικῆς θεότητος ἐκπέσοις. Μάνθανε τοίνυν, ὡς, ἑνὸς ὄντος ἀνάρχου καὶ ἀγεννήτου Θεοῦ, τοῦ δὲ Υἱοῦ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένου, μία ἔσται ἀρχή, μοναρχία τε καὶ βασιλεία μία

A ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς ἀρχὴν ἐπιγράφεται τὸν αὐτοῦ Πατέρα. Κεφαλὴ γὰρ Χριστοῦ ὁ Θεός, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, hoc est: *At vereris, mi homo, ne, si duas fateare substantias, duo item principia inducas, et a monarchica deitate excidas. Discas igitur, quod cum unus sit sine principio et ingenitus Deus, Filius autem ex illo gignatur, unum necessario principium fuerit, monarchia et regnum unum; quia ipse Filius Patrem suum principium ascribit: caput enim Christi Deus est, secundum Apostolum* (*I Cor.* XI, 3). Ubi videas monarchicam sive unam illam et primariam deitatem, ex Eusebio in Patre solo servari. Quia vero aliquam Patris et Filii unitatem esse concedere necesse fuit secundum illud: *Ego et Pater unum sumus* (*Joan.* X, 30), animadverte in quo B talem constituat unitatem Eusebius, l. III *Contra Marcellum*, c. 19, p. 192: Καὶ δὴ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἓν πρὸς τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν οἱ πάντες γενησόμεθα. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς ἑαυτόν τε καὶ τὸν Πατέρα ἓν εἶναι ἔλεγε, φάσκων· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*· οὕτω καὶ πάντας ἡμᾶς, κατὰ τὴν αὐτοῦ μίμησιν, τῆς ἑνότητος τῆς αὐτοῦ μετασχεῖν εὔχεται· οὐ κατὰ Μάρκελλον τοῦ Λόγου ἑνωμένου τῷ Θεῷ, καὶ τῇ οὐσίᾳ συναφθησομένου· καθὼς δὲ ἐμαρτύρησεν ἡ ἀλήθεια, ὁ Σωτὴρ αὐτὸς εἰπών· *Τὴν δόξαν ἣν ἔδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἕν ἐσμεν*. Hoc est: *Atque ad hunc modum nos omnes cum Patre et Filio unum erimus. Quemadmodum enim ipse se et Patrem unum esse dixit, « Ego, inquiens, et Pater unum sumus; » ita* C *quoque, ut ad ipsius imitationem nos omnes ejusdem unionis participes simus, precatus est. Non quod Verbum, ut Marcellus vult, uniatur Deo, et substantialiter ipsi conjungatur: sed ut veritas, ipse Servator scilicet, testificatur dicens: « Gloriam quam dedisti mihi dedi eis, ut sint unum sicut et nos unum sumus* (*Joan.* XVII, 22). » Ubi unitatem illam substantialem Patris cum Filio dilucide explodit Eusebius; vultque tantum illam unitatem concedere, qua ex dignatione quadam Pater Filium gloriæ suæ participem efficit, ut et Filius nos ejusdem gloriæ consortes reddidit. Sub hæc autem eidem comprobandæ sententiæ totus insistit, atque ita demum concludit: Οὕτως οὖν ἓν εἰσιν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ D Υἱὸς κατὰ τὴν κοινωνίαν τῆς δόξης, ἣς τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς μεταδιδοὺς, τῆς αὐτῆς ἑνώσεως καὶ αὐτοὺς ἠξίου, hoc est: *Ita Pater et Filius unum sunt communione gloriæ: quam cum discipulis suis impertiat, ejusdem eos unionis participes efficit.* Qua in re grandi paralogismo utitur Eusebius, ut infra videbitur, dum unitatem illam gloriæ, in quam ex dignatione tantum discipuli Christi vocantur, pari modo a Patre communicari Filio suo, atque hinc substantialem unitatem excludi, contendit. Hanc porro deitatis unitatem et monarchiam sexcentis in locis (*a*) docet ille, quæ ne longius abducamur in-

(*a*) *Comment. in Psal.* p. 86, 344, 357, 358, 372, 376, 377, 410, 426, 491, 533, 534, 582, 584, 597, 598; *Demonstr. evang.* 147, 148, 149, 248, 255; *Contra Marc.* 65, 66, 69, 70, 90, 96, 106, 107, 110, 127, 141.

dicare solum sufficiat. Cæterum ubi vox ὑπόστασις occurrit, nos *substantiam* vertimus; tum quia sic Eusebii ævo ex recepto more accipiebatur, ut habet Athanasius; tum quia, cum Eusebius diversam in Patre et Filio substantiam admittat et doceat, inutilis sane fuerit personarum et hypostasium vulgata distinctio.

IV. Diversæ substantiæ.—V. Interpres Latinus *Demonstr. evangelicæ* Eusebium de industria ad catholicam sententiam detorsit.

Licet autem ex præmissis propalam sit Eusebium diversam a paterna substantiam et deitatem in Filio constituere : nam duas in allatis locis substantias aperte profitetur : et sane qui unitatem principii et deitatis in uno Patre, excluso Filio, servat, consequenter aliam in Filio et diversam substantiam et deitatem, si quidem Deus sit, statuat necesse est ; e re tamen fuerit ex multis pauca Eusebii loca in medium afferre, ubi ille substantiam et deitatem Filii, a paterna aliam et diversam, separatam, ipsique multo inferiorem commonstrare nititur: unde etiam planius evadat quod superius probatum est, Eusebium videlicet unitatem principii et deitatis in uno Patre, excluso Filio, statuere. Ait igitur in *Demonstratione evangelica*, l. IV, c. 3, p. 147 : Ἀλλὰ τοῦ μὲν αἰσθητοῦ φωτὸς ἀχώριστος ἡ αὐγή, ὁ δὲ Υἱὸς ἰδίως παρὰ τὸν Πατέρα καθ' ἑαυτὸν ὑφέστηκε. Καὶ φωτὸς μὲν ἡ αὐγὴ χώραν ἐνεργείας ἐπέχει, ὁ δὲ Υἱὸς ἕτερόν τι ἢ κατὰ ἐνέργειαν τυγχάνει, καθ' ἑαυτὸν οὐσιωμένος. Καὶ πάλιν, ἡ μὲν αὐγὴ συνυπάρχει τῷ φωτὶ, συμπληρωτική τις οὖσα αὐτοῦ· ἄνευ γὰρ αὐγῆς οὐκ ἂν ὑποσταίη φῶς, ὁμοῦ τε καὶ κατ' αὐτὸ συνυφέστηκεν· ὁ δὲ Πατὴρ προϋπάρχει τοῦ Υἱοῦ, καὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ προϋφέστηκεν, ᾗ μόνος ἀγέννητος ἦν. Καὶ ὁ μὲν καθ' ἑαυτὸν τέλειος καὶ πρῶτος, ὡς Πατὴρ, καὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ συστάσεως αἴτιος, οὐδὲν εἰς συμπλήρωσιν τῆς ἑαυτοῦ θεότητος παρὰ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνων· ὁ δὲ ὡς ἐξ αἰτίου γεγονὼς υἱὸς, δεύτερος οὗ ἐστιν υἱὸς καθέστηκε, παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τὸ εἶναι, καὶ τοιόσδε εἶναι εἰληφώς. Καὶ πάλιν, ἡ μὲν αὐγὴ τὸ κατὰ προαίρεσιν τοῦ φωτὸς ἐκλάμπει, κατά τι δὲ τῆς οὐσίας συμβεβηκὸς ἀχώριστον· ὁ δὲ Υἱὸς κατὰ γνώμην καὶ προαίρεσιν εἰκὼν ὑπέστη τοῦ Πατρός. Βουληθεὶς γὰρ ὁ Θεὸς γέγονεν Υἱοῦ Πατὴρ, καὶ φῶς δεύτερον κατὰ πάντα ἑαυτῷ ἀφωμοιωμένον ὑπεστήσατο. Quæ sic ego interpretor: *Sed a sensibili quidem lumine splendor separari non potest, Filius vero seorsum a Patre per seipsum subsistit. Ac luminis quidem splendor locum efficientiæ obtinet, Filius autem aliud quidpiam quam secundum efficientiam est, per seipsum substantia præditus. Rursum, splendor simul exsistit cum lumine, illudque quodammodo complet : nam sine splendore lumen nequaquam subsistat, simulque cum illo ac secundum illud subsistit; Pater autem Filio præexsistebat, et ante ortum ejus exsistebat, quatenus solus non-genitus erat. Et ille quidem per seipsum perfectus et primus, utpote Pater, et constitutionis Filii causa, nihil ad deitatis suæ complementum a Filio accipiens; hic autem tanquam ex causa factus filius, secundus est ab eo cujus est filius, quippe qui a Patre et ut sit, et ut talis sit, acceperit. Ac rursum, splendor quidem non ex proposito et voluntate luminis splendet, sed secundum accidens quidpiam a substantia inseparabile; Filius vero ex sententia et proposito voluntatis, imago Patris substitit. Volens enim Deus Filii Pater exstitit, ac secundum lumen per omnia simile sibi subsistere (a) fecit.* Ubi interpres sive ex insito erga Eusebium affectu ; sive alia ignota de causa, multa secus posita ad catholicam sententiam pro more suo deflexit : nam illud, καθ' ἑαυτὸν οὐσιωμένος, sic transtulit : *Non per seipsum substantiam nactus, sed a Patre;* cum disparatam omnino sententiam efferat Eusebius, scilicet, *per se et seorsim substantiam habens.* Pari modo illud : Ὁ δὲ Πατὴρ προϋπάρχει τοῦ Υἱοῦ, καὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ προϋφέστηκεν, ᾗ μόνος ἀγέννητος ἦν· sic ille vertit : *At a Patre Filius procedit, et illum generat, at ipse non genitus est.* At vera sententia hæc est : *Pater autem Filio præexsistebat, et ante ortum ejus exsistebat, quatenus solus non genitus erat.* Sic etiam ille fere ubique Eusebii dicta in aliam sententiam detorsit, ut catholicum redderet : nam lib. IV, c. 15, p. 173, hæc Eusebii verba, Καὶ μόνον ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα Θεὸν Λόγον, μετοχῇ τε τοῦ γεννήσαντος, ἀγεννήτου καὶ πρώτου καὶ μείζονος, Θεὸν ἐκ Θεοῦ ἀποφανθέντα, Χριστὸν καὶ ἠλειμμένον ἀπεκάλεσε, sic transtulit ille : *Et qui solus ex illo genitus Deus Verbum, communicatione gignentis ingeniti, Deus de Deo est declaratus, Christum atque unctum vocavit;* ubi voces illas πρώτου καὶ μείζονος, *primi et majoris*, prætermisit ille, sic autem vertendum fuit : *Et solum ex ipso genitum Deum Verbum, participatione genitoris non-geniti, primi et majoris, Deum de Deo declaratum, Christum et unctum vocavit.* Et p. 181 B : Διόπερ ἐπὶ τούτῳ ἔχρισέ σε, ὦ Θεὲ, ὁ ἀνωτάτω καὶ μείζων αὐτὸς, ὁ καί σου Θεὸς, ὡς εἶναι καὶ τὸν χριόμενον καὶ τὸν χρίοντα πολὺ πρότερον, πάντων μὲν ὄντα Θεὸν, καὶ αὐτοῦ διαφερόντως τοῦ χριομένου, ubi in Græcis necessario legas, ὡς εἶναι καὶ τοῦ χριομένου τὸν χρίοντα πολὺ πρότερον, alias sententia non constabit. Locum ita vertit, sive potius pervertit interpres . *Propterea ob hanc ipsam causam, unxit te, o Deus, ille, qui tuus quoque est Deus; ut sit et qui ungitur, Deus, et qui ungit : qui quidem sit omnium Deus.* Ea porro est vera dicti sententia : *Ideo unxit te, o Deus, qui supremus et major, ac tui quoque Deus est : ita ut ungens uncto multo prior sit, cum omnium quidem sit Deus, præsertim vero ejus qui ungitur.* Et p. 236 A : Καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, ᾧ καὶ στήλην ἀνέστησεν ὁ θεοφιλὴς, Θεὸς μὲν ἦν καὶ Κύριος (αὐτῷ γὰρ λέγοντι πιστευτέον), οὐ μὴν ὁ ἐπὶ πάντων, ἀλλ' ὁ ἐκείνου δεύτερος, τὰ τοῦ Πατρὸς εἰς ἀνθρώπους διακονούμενος καὶ διαγγέλλων, ubi inter-

(a) Quo sensu per omnia similem Filium dicat, vide infra.

pres more solito : *Et Deus Isaac, cui et titulum erexit Dei amicus, Deus quidem erat et Dominus (ipsi enim dicenti credendum est), non tamen is qui Pater est et a nullo est; sed qui ea, quæ ad Patrem pertinent, hominibus subministrat et nuntiat.* Ubi vertendum erat : *Et Deus Isaac, cui et titulum erexit vir ille religiosus, Deus quidem erat et Dominus; ipsi enim dicenti credendum est; nec tamen erat ille supra omnia [Deus], sed illi secundus, qui res Patris in hominibus ministrat et nuntiat.* Quæ recidunt in illam superius commonstratam Eusebii sententiam, unitatem scilicet Dei universorum in uno Patre servari, Filio excluso, et in secundum locum ablegato. Similiter p. 138, C, hæc Eusebii verba : Ὅτε δὲ Κύριον καὶ Θεὸν οἶδε τὸν ἐπιφαινόμενον, ταύταις αὐταῖς σαφῶς κέχρηται ταῖς προσρήσεσι. Κύριον δὲ καὶ Θεὸν ὅτι μὴ τὸν αἴτιον λέγοι, προφανῶς ἐπέδειξαν τῆς θείας Γραφῆς αἱ λέξεις, ἄγγελον Θεοῦ προσειποῦσαι τὸν ἐπὶ τοῦ Ἰακὼβ Κύριον καὶ Θεὸν προωνομασμένον. Λείπεταί τις ἄρα ὢν ἐν τοῖς οὖσι Θεὸς καὶ Κύριος μετὰ τὸν παμβασιλέα καὶ Θεὸν τῶν ὅλων· εἴη δ' ἂν οὗτος ὁ πρὸ αἰώνων τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ κρείττων μὲν ἡ πᾶσα ἀγγελικὴ φύσις, μείων δὲ ἢ κατὰ τὸ πρῶτον αἴτιον, ita Latine fecit ille : *Quoties vero Dominum et Deum, eum qui apparet intelligit, his ipsis palam utitur locutionibus : quod vero Dominum Deumque non eum significet qui Pater est, ipsæ Scripturæ divinæ locutiones in superioribus evidentissime ostendunt, ubi angelum Dei appellant eum quicum de Jacob sermo esset; superest igitur ut quæramus, quisnam sit, in iis quæ sunt, Deus et Dominus, præter Patrem omnium, et regem Deumque universi : erit autem hic Verbum Dei, quod est ante sæcula, superior quidem omni angelica natura, profectus autem ab eo, qui Pater est.* Sed longe alia profert Eusebius, scilicet : *Cum vero Dominum et Deum, qui apparet, esse agnoscit, iisdem ipsis clare utitur appellationibus : quod vero Dominum et Deum dicens, non eum, qui Causa est, significet, evidenter ostendunt divinæ Scripturæ voces, quæ angelum Dei ipsum nuncupant, qui Jacobo [visus] Dominus et Deus antea appellatus est. Restat ergo quispiam inter ea quæ exsistunt Deus et Dominus, post omnium regem et Deum universorum : is autem fuerit, qui ante sæcula est, Dei Verbum, major quidem omni angelica natura, minor vero illa prima causa.* Ubi de more Eusebius Filium Dei, a primaria illa deitate et omnium causa seclusum, dignitate et ordine ceu medium inter Deum et angelos constituit. Sexcenta alia ex *evangelica Demonstratione* loca afferre in promptu esset, ubi interpres Eusebium ad catholicam doctrinam vel invitum deduxit : sed hæc lectori erunt ad cautelam satis, ne in Latina versione se Eusebii sententiam expiscari posse confidat. Æstimo sane multos interpretis artificio ad Eusebii futandas partes accessisse : nam is sciens et prudens scriptorem Græcum vitiavit, et catholice loqui compulit.

Jam quo destinavimus pergamus : substantiam ergo Filii Eusebius, aliam et diversam docet a Patris substantia, idque non in præmissis modo locis, sed etiam alibi plerumque ; sic in *Demonstratione evangelica*, lib. v, cap. 1, pag. 215, postquam in quo quadret comparatio Patris et Filii cum luce et splendore, explicaverat ; in quo differant Pater et Filius a splendore et luce sic enarrat : Ἀλλ' οὐ τοῖς ὑποδείγμασι κατὰ πάντα τρόπον ὁμοίως, ὡσπεροῦν ἤδη πρότερον εἴρηται. Τὰ μὲν γὰρ ἄψυχα σώματα τὸ συμβεβηκὸς ἐν ποιότησι κέκτηνται· ἥ τε γὰρ αὐγὴ, σύμφυτος οὖσα τῇ τοῦ φωτὸς φύσει, καὶ οὐσιωδῶς συνυπάρχουσα τῷ φωτὶ, οὐκ ἂν δύναιτο ἐκτὸς ὑφεστάναι τοῦ ἐν ᾧ ἐστιν· ὁ δέ γε τοῦ Θεοῦ Λόγος καθ' ἑαυτὸν οὐσίωταί τε καὶ ὑφέστηκε, καὶ οὐκ ἀγεννήτως συνυπάρχει τῷ Πατρὶ, ἀλλ' ὡς μονογενὴς Υἱὸς μόνος πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγεννημένος, hoc est : *Sed non omnimode exemplorum similitudo convenit, ut jam dictum fuit : nam corpora inanimata accidens in qualitatibus obtinent : splendor enim cum naturæ lucis connatus sit, et substantialiter cum luce coexsistat, extra idipsum in quo est nequaquam subsistere possit; at Dei Verbum per se et seorsim substantiam obtinet et subsistit ; neque ingenite* (i. e. *ut non-genitus*) *Patri coexsistit ; sed ut unigenitus Filius, solus ante omnia sæcula ex Patre genitus.* Pariterque lib. VI initio procœmii, in eo quem supra retulimus loco, ait Filium esse secundam post Patrem substantiam, quæ rebus factis omnibus præsit. Et lib. I *Contra Marcellum*, p. 5, ait, eum qui dixerit Patrem et Filium substantia unum, aperte Sabellianum esse ; et p. 25 accusatus a Marcello Eusebius, quod teste Narcisso Neroniadis, duas esse Patris et Filii substantias diceret, rem ille non negat, sed alio rem et sermonem divertit. Tempus me deficeret, si similia Eusebii loca congerere vellem : de industria enim ille passim rem agitat et comprobare nititur (*a*).

VI. Eusebius Filii deitatem aliam statuit a paterna.

Cum ergo Filium diversæ a paterna substantiæ dicat, hinc consequitur ut deitatem aliam a paterna in Filio esse doceat : quod licet eodem recidat, ex ipsis Eusebii dictis planius evadet : unde etiam asseratur quod initio comprobavimus, scilicet Eusebium unitatem deitatis in uno Patre constituere. Ait igitur lib. V *Dem. evang.*, c. 30, p. 255 : Ἀλλὰ γὰρ δι' ὅλων τριάκοντα προφητικῶν κεφαλαίων δεύτερον Θεὸν μετὰ τὸν ἀνωτάτω καὶ ἐπὶ πᾶσι, τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν, τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, εἶναι μεμαθηκότες, ἐφ' ἑτέραν τῆς κατ' αὐτὸν οἰκονομίας ὑπόθεσιν μεταβησόμεθα. Ubi interpres pro more hæc impia dicta ad catholicam sententiam detorsit : nam sic transtulit : *Atenim postquam hactenus ex totis triginta propheticis capitibus, Deum, Salvatorem ac*

(*a*) *Vide comment. in Psal.* pag. 249. 554 ; *Demonstr. evang.*, 148, 155, 202, 230, 233, 234, 235 ; *contra Marcellum*, 4, 69, 79, 104.

Dominum nostrum, Dei Verbum esse didicimus, ad alterum ejus quæ ad eumdem pertinet dispensationis argumentum transeamus. Ubi vertendum fuit : *Atenim postquam ex totis triginta propheticis capitibus, secundum Deum, post illum supremum et qui supra omnia est, Salvatorem scilicet Dominum nostrum, Dei Verbum, esse didicimus ; jam ad aliud ejus œconomiæ argumentum transeamus.* Hic vides secundum, sive alterum Deum, a supremo illo et qui supra omnia est, distinctum, prædicari : nam utrique suam deitatem ascribit, alteram supremam et majorem, quæ ad Patrem, alteram vero minorem, quæ ad Filium, pertineat. Et vero in libro primo *Contra Marcellum*, diserte et sine ambage de Patre ait : Ὁ τὴν οἰκείαν θεότητα κεκτημένος, *qui propriam sibi deitatem obtinet.* Neque enim, ut ille passim loquitur, Filium ad illam primariam pertinere deitatem putat ; sed seorsim a Patre minorem esse Deum pronuntiat : nam in secundo *Contra Marcellum* libro, cap. 16 et 17, pag. 126 et 127, pro viribus depugnat ille Patrem et Filium non eumdem esse Deum ; sed ex inani illa distinctione, quam in primo Evangelii Joannis versiculo comminiscitur, alium esse Deum qui supra omnia est, alium vero Deum, qui Verbum dicitur. Siquidem, ait ille, hæc evangelistæ verba : Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν· καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, Deum Patrem cum articulo exprimunt, πρὸς τὸν Θεόν, Deum vero Filium sine articulo, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος : ex quo arguit ille, Deum Verbum sine articulo expressum, alium esse Deum ab eo qui cum articulo exprimitur ; atque ita Sabellii errori se occurrere putat, qui crederet, Patrem et Filium non eumdem modo Deum, sed eamdem esse personam, quæ secundum varias intelligendi rationes distingueretur, ac modo Pater, modo Filius et Verbum appellaretur.

VII. Grandis paralogismus Eusebii.

At non videt Eusebius se in impietatem Sabelliana forte deteriorem incidere, ac sacro evangelistæ grandem paralogismum affingere. Nam si, ut putat Eusebius, evangelista Deum alium majorem et supremum hic indicet, alium vero minorem et longe inæqualem ; incogitanter admodum Joannes, ut ait plerumque Athanasius, res adeo disparatas sine ulla distinctione, uno eodemque vocabulo utramque copulans, significavit : *Et Verbum*, ait, *erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (*Joan.* I, 1). Nam quis non voci, *Deus*, conjunctim repetitæ, eamdem utrobique significationem statim aptaverit ? Quis eamdem vocem, bis eodem loco enuntiatam, tam disparata significare putaverit ? Hinc item longe deterrima impietas consequitur, a qua semper tam vetus quam nova Ecclesia summe abhorruit : nam si Filium alium a Patre Deum esse admittamus, duos esse deos fateamur necesse est, alium majorem aliumque minorem : atque sic in pluralitatem deorum incidamus, et in πολύθεον ἀθεΐαν, ut habet Gregorius Nazianzenus : sic ὁ θεολόγος Joannes initio Evangelii sui deorum multiplicitatem induxerit. Hic se mire contorquet Eusebius, et ne duos cogatur admittere deos tot circuitionibus et ambagibus utitur, ut perplexam arguendi methodum mirari subeat. Ait igitur Eusebius lib. II *Contra Marcellum* (*a*) : Δέον ἐντεῦθεν συνεῖναι, ὡς οὐ δύο θεοὺς ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ κηρύττει· οὐ γὰρ δύο ἀγέννητα, οὐδὲ δύο ἄναρχα, ὡς πολλάκις ἡμῖν εἴρηται, οὐδὲ δύο οὐσίας ἐξ ἰσοτιμίας ἀντιπαρεξαγομένας ἀλλήλοις εἰσάγει· διὸ οὐδὲ δύο θεούς· ἀλλὰ μίαν ἀρχὴν καὶ Θεὸν εἶναι, τὸν αὐτὸν Πατέρα διδάσκουσα εἶναι τοῦ μονογενοῦς καὶ ἀγαπητοῦ Υἱοῦ, hoc est : *Hinc intelligendum est Ecclesiam Dei non duos deos prædicare : non enim duo non genita, nec duo principio carentia, ut sæpe dictum a nobis est, neque duas substantias, honore pari ex adverso mutuo collatas, inducit, ideoque nec duos deos : sed unum principium et Deum, ipsum Patrem unigeniti et dilecti Filii esse docet.* Itaque eatenus non duos deos esse dicit, quatenus solus Pater non genitus et sine principio, unus Deus et unum principium est, Filius vero, utpote ipsi inæqualis, non in primaria et una illa deitate censetur esse : atqui hinc solum concludi potest, non esse duos æquales deos, sed unum Patrem supremum esse Deum : cum autem Filius, licet impar et minor, Deus tamen esse dicatur, hinc sane consequetur duos esse deos ; majorem alium, alterum vero minorem.

VIII. Non obscure docet Filium non esse vere Deum. — IX. Quo sensu Filium esse Deum dicit.

Probe animadvertit Eusebius non posse ratiocinia sua consistere : quamobrem, quæ ipsi una supererat elabendi ratio, ne duos admittere deos cogatur, modo aperte docet, mox nec obscure insinuat Filium non esse vere Deum. In epistola quippe sua ad Euphrationem, ab Athanasio et a Nicæna secunda synodo laudata (*b*), de Filio talia fatur : Τὸν αὐτὸν δὲ καὶ μόνον ἀληθινὸν εἶναι διδάσκει δι' ὧν φησιν· *Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν·* οὐχὶ ὡς ἑνὸς ὄντος μόνου τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἑνὸς ὄντος μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ, μετὰ προσθήκης ἀναγκαιοτάτης τοῦ, *ἀληθινοῦ*. Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς Θεὸς μὲν ὁ Υἱὸς, ἀλλ' οὐκ ἀληθινὸς Θεός· εἷς γάρ ἐστι καὶ μόνος ἀληθινὸς Θεὸς, διὰ τὸ μὴ ἔχειν πρό αὐτοῦ τινα. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς ἀληθινὸς, ἀλλ' ὡς εἰκὼν τοῦ ἀληθινοῦ. εἴη ἂν καὶ Θεός· ἐπεὶ καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, οὐ μὴν ὡς ὁ μόνος ἀληθινὸς Θεός, hoc est : *Eumdem autem et solum verum esse docet his verbis : « Ut cognoscant te solum verum Deum* (*Joan.* XVII, 3), » *non quasi unus solus sit Deus, sed quasi unus solus sit verus Deus, cum hoc pernecessario additamento, « verus. » Nam et ipse quidem Filius, Deus, sed non verus Deus : unus est enim solus verus Deus, eo quod non habeat aliquem ante se. Quod si ipse quoque Filius verus est, sed sicut imago veri Dei, Deus fuerit : siquidem et Deus erat Verbum, non tamen sicut ille solus verus Deus.* Idipsum diserte declarat in

(*a*) P. 141.

(*b*) Athan. t. I ; II *Nic.*, act. V, p. 366.

Demonstr. evang., cap. 4, pag. 226, his verbis : Οὐκ- A οὐκ ἰδιόκτητον αὐτὴν ἐσχηκότα. Ὁ μὲν γὰρ δίδωσιν, οὖν δὲ τούτων ὁ μὲν ἀληθὴς καὶ μόνος Θεὸς εἷς ἂν εἴη, μόνος κυρίως τυγχάνων τῆς προσηγορίας· ὁ δὲ δεύτερος μετουσίᾳ τοῦ ἀληθοῦς τῆς κοινωνίας ἠξίωται, οὔτε ὢν καθ' ἑαυτόν, οὔτε ὑφεστὼς δίχα τοῦ θεοποιοῦντος αὐτὸν Πατρός, οὔτ' ἄνευ τοῦ Πατρὸς θεολογούμενος : missa vero interpretis versione, quam ille pro more suo ad catholicam fidem concinnavit, sic nos reddimus : *Itaque ex his verus et solus Deus* (*a*), *unus fuerit, qui solus hanc appellationem proprie obtinet; secundus autem participatione veri, communicatione illa dignatus est, qui non sine Patre qui ipsum Deum efficit, per se exsistit et subsistit; neque sine Patre Deus vocatur.* Ubi clare dicit solum unum Deum Patrem esse, cui Dei nomen proprie competit, secundum autem Deum participatione tantum a B Deo Patre Deum factum fuisse. Cum autem ait secundum illum Deum, cui scilicet non vere et proprie competit quod Deus sit, non sine Patre exsistere, ad illud Evangelii Joannis respicit : *Et Verbum erat apud Deum.* Ideo autem Filium Deum dignatione Patris esse (vel potius ex iis quæ supra diximus vocari), ait, quia est imago Patris : non quidem imago quæ eamdem quam Pater substantiam obtineat, nam, ut supra comprobatum est, diversam a paterna substantiam Filii constituit; sed imago perfectissima, quantum ea potest esse quæ alia a supremo Deo fuerit. Idipsumque multis in locis tam in *Demonstratione evangelica*, quam in libris *Contra Marcellum* declarat. Nam lib. I *Contra Marcellum* C p. 70, de Patre clare et sine ambage ait, Μόνος ἀληθινὸς Θεός · *Solus verus Deus.* In *Demonstratione evangelica*, l. v, c. 4, pag. 227, suam dilucide de Patre et Filio sententiam explicat, aitque Filium ob suam cum Patre similitudinem Deum vocari, licet non proprie et per se talem nuncupationem obtineat : nam postquam dixerat Filium natura Deum esse, mentem suam sic aperit : Πλὴν εἰ καὶ φύσει μονογενὴς Υἱὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν ἀνευφημεῖται, ἀλλ' οὐχ ὁ πρῶτος Θεὸς, πρῶτος δὲ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Υἱὸς, καὶ διὰ τοῦτο Θεός. Καὶ ὅλον γε τοῦτο αἴτιον ἂν εἴη τοῦ καὶ αὐτὸν εἶναι Θεὸν, τὸ μόνον εἶναι φύσει τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, καὶ μονογενῆ χρηματίζειν, καὶ τὸ δι' ὅλου σώζειν τοῦ μόνου Θεοῦ τὴν ἔμψυχον καὶ ζῶσαν νοερὰν εἰκόνα, κατὰ D πάντα τῷ Πατρὶ παρωμοιωμένην, καὶ τῆς θεότητός τε αὐτῆς τὴν ὁμοίωσιν ἐπιφερομένην. Ταύτῃ τοιγαροῦν καὶ αὐτὸν ὡς ἂν μόνον Υἱὸν καὶ μόνον εἰκόνα ὄντα τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς ἀγεννήτου καὶ ἀνάρχου τοῦ Πατρὸς οὐσίας τὰς δυνάμεις κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς ὁμοιώσεως περιβεβλημένον, ὑπό τε τοῦ πάντων τεχνικωτάτου καὶ πανεπιστήμονος ζωγράφου τε καὶ ζωοποιοῦ Πατρὸς εἰς τὸ ἔτι ἀκριβὲς τῆς ὁμοιώσεως ἀπειργασμένον, Θεὸν εἰκότως οἱ θεῖοι ἀναγορεύουσι λόγοι· ὡς καὶ ταύτης μετὰ τῶν ἄλλων παρὰ τοῦ Πατρὸς ἠξωμένον προσηγορίας, εἰ ἠφότα τε, ἀλλ' ὁ δὲ λαμβάνει. Ὥστε κυρίως καὶ ἕνα ἐκεῖνον εἶναι Θεὸν, καὶ μόνον γὰρ καὶ φύσει ὄντα, καὶ μὴ παρ' ἑτέρου λαβόντα· τὸν δὲ τῶν δευτερείων ἠξιῶσθαι, καὶ τὸ Θεὸν εἶναι λαβόντα παρὰ τοῦ Πατρὸς ἔχειν, ὡς ἂν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ, μιᾶς ἐπ' ἀμφοῖν κατὰ τὸ παράδειγμα τῆς θεότητος ἐπινοουμένης, ἑνός τε ὄντος Θεοῦ τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἀνάρχως καὶ ἀγεννήτως ὄντος, διὰ δὲ τοῦ Υἱοῦ ὡς ἂν δι' ἐσόπτρου καὶ εἰκόνος ἐπιθεωρουμένου. Missa Latini interpretis versione, qui pro more suo hæc ad catholicam sententiam detorsit, sic nos ad verbum interpretamur : *Cæterum etiamsi natura unigenitus Filius et Deus noster celebretur, at non est primus Deus; sed primus Dei unigenitus Filius, et ideo Deus. In summa hæc causa fuerit quod ille Deus sit, quia solus natura Filius Dei est, ac Unigenitus vocatur, et quia solius Dei animatam, viventem et intelligentem imaginem servat, secundum omnia Patri similem, ac etiam ipsius deitatis imaginem ferentem. Hac ergo de causa ipsum etiam, utpote solum Filium, qui solus Dei imago sit, ac non-genitæ et principio carentis substantiæ Patris virtutibus secundum exemplum similitudinis indutus sit, atque ab omnium peritissimo ac scientissimo pictore ac vitæ auctore Patre, ad accuratissimam similitudinem effectus sit, Deum merito divini sermones appellant; utpote qui cum aliis a Patre hac appellatione dignatus sit, eamque acceperit, non autem ut propriam sibi habuerit. Nam ille quidem dat, hic vero accipit. Ita ut proprie ille unus sit Deus, et solus quidem natura exsistens, neque ab alio accipiens; hic vero secundo loco dignatus sit, atque a Patre acceperit ut Deus esse obtineat, utpote imago Dei, cum una in ambobus secundum exemplum deitas intelligatur, uno Deo secundum se sine principio et generatione exsistente, qui per Filium quasi per speculum et imaginem consideratur.* Quorum hæc summa fuerit, eatenus Filius natura Deus est, quatenus natura sua ad similitudinem Dei per omnia effectus est, atque ideo deitatis nomine dignatus est, quæ tamen non ipsi proprie competebat; sed propter similitudinem deitatis quam repræsentabat, Deus vocatur : nec primus Deus est, sed secundas in deitate ex dignatione occupat, non ex jure et proprietate : nam Deus ob accuratissimam similitudinem hac illum appellatione donavit. Eusebianæ de Filii deitate doctrinæ luculenta item testimonia affert Nicephorus patriarcha in *Antirrheticis*, cujus operis non hactenus editi ac luce dignissimi, editionem parat eruditissimus Anselmus Bandurius noster. Hæc igitur excerpta affert ille ex epistola Eusebii ad Constantiam Augustam : Μόνος γοῦν οὗτος μετὰ τὸν ἀνωτάτω Θεὸν καὶ Πατέρα δίκαιός ἐστι Κύριος καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησε, id est : *Hic itaque solus post supremum Deum et Patrem, justus est Dominus, et justitias dilexit;* et paucis interjectis :

(*a*) Lib. I *Contra Marcellum*, pag. 70, μόνος ἀληθινὸς Θεός · et lib. II *Contra Marcellum*, pag. 109, et p. 87, 96.

Ὅτι ἔχομεν καὶ ἡμεῖς ἀρχιερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανούς, Ἰησοῦν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· οὗ τὰ μὲν ἀνωτάτω καὶ κορυφαῖα τῆς θεότητος ἐπέκεινα πάσης κτίσεως διήκοντα, καλύμματι πατρικῷ τῆς ἐνθέου ἀϊδιότητος καὶ ἀγεννησίας ἐπικαλύπτεται, id est : *Quia habemus et nos Pontificem magnum, qui cœlos præterivit, Jesum Filium Dei, cujus Deitatis suprema et summa, supra omnem creaturam pervadentia, paterno divinæ æternitatis et innascibilitatis operimento contegunlur.* Sub hæc autem clarius : Ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ μετώπου στέφανος τῆς ἐνθέου καὶ παντοκρατορικῆς βασιλείας τε καὶ δεσποτείας ἐδήλου προσηγορίαν, ἣν μόνῳ τῷ Μονογενεῖ ὁ ἀνωτάτω καὶ μόνος αὐτοῦ Πατὴρ ἐδωρήσατο, Θεὸν καὶ Κύριον καὶ βασιλέα τῶν ὅλων μόνον αὐτὸν μετά γε ἑαυτὸν ἀναδείξας, id est : *Corona autem in fronte posita, divini et omnipotentis regni ac dominii appellationem declarat : quam soli Unigenito supremus et solus ejus Pater donavit, Deum, Dominum et Regem universorum solum ipsum post se declarans.* Ubi vides ex Eusebio, Filium, Dei et Domini appellationem ex sola dignatione Patris obtinere, ac secundum a Patre Deum esse, quo respicit etiam ille Commentariorum locus, in argum. psal. LXXII Asaphi, et ad psal. X : *Ac ne quis ob monarchiæ, sive unius principii, rationem turbaretur, Christum Dei Deum esse audiens ; congruenter hic multos deos nominat eos, qui sub hæc incusantur : tantum non præcipiens ut ne cunctemur Filium quoque Dei Deum vocare. Si enim gentis principes, qui male audiebant, Dei nomine dignati sunt, quod, quæso, periculum fuerit, si virum dexteræ Dei, et filium hominis confirmatum, Deum fateamur,* id est, cum homines etiam dii vocentur, multo magis possumus Christum appellare Deum, quin hinc metus sit ne pluralitatem deorum et principiorum inducamus, quia scilicet Filius non proprie et vere Deus est, quod hic ille insinuat, et alibi clare et sine ambage dixit. Idèo autem, ut ipse in allato loco, in libris *Contra Marcellum*, et in Comment. in psal. LXXXV, 10, explicat, Deus ille præ omnibus iis, qui Dei nomine dignati sunt, appellatur, quia in ipso solo Patris similitudo servatur ; et in ortu suo a Patre Deus factus et deputatus est, θεοποιηθείς ut supra, unde etiam est quod αὐτόθεος vocetur in *Hist. eccl.* l. X, p. 375 (*a*), comparatione scilicet hominum, qui dii vocantur ; nec tamen dii dici possunt, si cum illo conferantur, ut habet in his commentariis. *Quod si illud adjiciatur* (sic ille), « *Tu es Deus solus* (*Psal.* LXXXV, 10) ; » *id applices Salvatori, hoc item apponens,* « *Non est similis tui in diis, Domine* (*Ibid.* 8) : » *sicut enim si te cum memoratis diis comparemus,* « *non est similis tui,* » *sic si te conferamus cum iisdem,* « *tu es Deus solus.* » *Siquidem solus Salvator et Dominus noster* « *in principio erat, Dei Verbum erat, apud Deum erat, et Deus erat* (*Joan.* I, 1) : » *quamobrem non est similis ipsi in diis, ac solus ipse quasi in diis Deus fuerit ; cum nullus ex multis illis, qui dii vocantur, comparatione illius Deus dici possit.* Hinc intelligas illud αὐτόθεος, *ipse Deus* (*b*) ; sive quod alibi dicit, ἀληθινὸς Θεός, *verus Deus ;* scilicet comparate ad homines, qui aliquando dii appellantur : nam comparate ad Patrem, sive Deum universorum, non vere et proprie Deus dicitur, secundum Eusebii sententiam.

A

B

C

D

X. Quam adversa rationi et priscorum Patrum sententiæ tradat.

Sic ille ne duos deos dicere cogatur, Filium vere Deum esse negat, Evangeliorum dicta distorquet, a priscorum Patrum doctrina discedit, et ad Arianorum partes accedit. Nam ut Evangelia tres esse in uno Deo personas clare indicant ; ita rationem Dei in tribus unam et eamdem esse docent : stultum quippe est in hoc Joannis dicto, I, 1 : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum,* duas et disparatas Dei rationes somniare, et ineptissimam amphibologiam scriptori sacro affingere, unde prisci Ecclesiæ Patres, tam ii qui ad usque quartum sæculum floruere, quam ii qui ex toto orbe coacti Nicænam synodum celebrarunt, etsi hypostasium et personarum vocibus non uterentur, eadem sententia tres unum constituere Deum, constanter docebant. Hic apposite aurea illa Dionysii Alexandrini, quem patrocinari sibi falso jactitabant Ariani, sententia locum habeat : Οὕτω μὲν ἡμεῖς εἴς τε τὴν Τριάδα τὴν μονάδα πλατύνομεν ἀδιαίρετον, καὶ τὴν Τριάδα πάλιν ἀμείωτον εἰς τὴν μονάδα συγκεφαλαιούμεθα, hoc est : *Sic quidem nos indivisibilem unitatem in Trinitatem dilatamus, et Trinitatem iterum, quæ imminui nequit, in unitatem contrahimus.* Ubi vides unitatem Dei, contra quam Eusebius sentit, in tribus personis constitui. Siquidem Trinitas illa nihil unitati officit, quia in tribus una natura, substantia et deitas exsistit. De sententia vero Eusebii circa Spiritum sanctum, non est quod disseratur : etenim vel ii qui ejus de Filio doctrinam tueri conantur, non inficias eunt ipsum de Spiritu sancto non recte locutum. Nam libro *contra Marcellum* (*c*) ait, Spiritum sanctum neque Deum neque Filium esse ; ita ut illum decernat Filio inferiorem, quippe quem ne ex dignatione quidem Deum nuncupari velit : sed post Filium non numero tantum, sed etiam gradu et dignitate constituat. In his vero commentariis perraro de Spiritu sancto verba facit, quia nondum mota fuerat de Spiritu sancto quæstio. Nam etsi ab exortu Arianismi, sequaces Arii de Spiritu sancto impie sentirent, nondum quidpiam adversum protulerant. Sed post mortem Arii et Eusebii, ubi Arianorum sunt facta divortia, Macedoniani et Pneumatomachi Spiritum sanctum, perinde atque Filium, inter opificia et res creatas palam computare cœperunt.

XI. Cum Arianis plane consentit.

In iis porro quæ supra attulimus, cum Ario et Arianis plane consentit Eusebius (*d*) : nam et ipsi perinde atque Cæsariensis ille præsul, unum et so-

(*a*) Hujusce *Patrologiæ* nostræ tom. XX.
(*b*) *Dem. ev.* p. 156.
(*c*) P. 174 et 175.
(*d*) Athan. p. 728, 729.

lum vero? Deum, Patrem scilicet, admittebant; Filium vero alius a paterna substantia, neque verum esse Deum prædicabant: etsi, perinde atque Eusebius, de Filio loquentes a Dei appellatione non abhorrerent; Filium longe imparem et inæqualem Patri, ipsoque minorem affirmabant: quod Eusebius in hisce commentariis, in *Evangelica Demonstratione* et in libris *Contra Marcellum* frequentissime dicit ac repetit, nec ea in re unquam circuitione vel ambage utitur.

XII. Qua sententia τῷ ὁμοουσίῳ sive consubstantiali subscripserit.

Objicere solent qui Eusebii partes tutantur, ipsum in synodo Nicæna, τῷ ὁμοουσίῳ, sive consubstantiali subscripsisse. Et id sane testificatur Eusebius in epistola sua ad Cæsarienses; nam cum, imperatore præsente, instaret exsilii metus, Eusebius, qui non ex eorum numero fuit, qui de civitate maluerunt quam de sententia dimoveri, ægre tandem synodi placitis assensus est; ut ipse nec obscure innuit in eadem epistola, καὶ μέχρις ἐσχάτης ὥρας ἐνιστάμεθα, *usque ad extremam horam obstitimus*. Quare id non puto esse tanti ad ejus defensionem: quid enim exoneratus metu fecisset, experiundi potestas non fuit. Sed tamen ita ibidem τοῦ ὁμοουσίου significatum extulit, ut sibi pristina repetere liceret, sicubi facultas adesset. Nam hæc eadem in epistola profert: Παραστατικὸν δὲ εἶναι τὸ *ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ* τὸ μηδεμίαν ἐμφέρειαν πρὸς τὰ γενητὰ κτίσματα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ φέρειν, μόνῳ δὲ τῷ Πατρὶ τῷ γεγεννηκότι ἀφωμοιῶσθαι, καὶ μὴ εἶναι ἐξ ἑτέρας τινὸς ὑποστάσεώς τε καὶ οὐσίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρός, hoc est: *Verum hisce verbis*, CONSUBSTANTIALEM PATRI, *indicari nullam Filio Dei cum factis et creatis rebus esse similitudinem; sed soli Patri, qui ipsum genuit, omni modo similem esse, neque ex alia quam ex Patris hypostasi et substantia esse.* Ubi vides eatenus Filium Patri consubstantialem dici, quatenus non creatis rebus, sed Patri omni modo similis est. Ὁμοούσιος quippe, sive consubstantialis, Patri Filius est secundum Eusebium, quia ejus substantia, Patris substantiam refert; ita ut ratione similitudinis una sit in utraque substantia repræsentatio. Quod alibi passim enuntiat, maximeque in libris *Contra Marcellum*: in quo autem eam similitudinem constituat, mox pluribus expendemus. Quod adjicit ille Filium non ex alia, quam ex Patris hypostasi et substantia esse, non ita intelligit Eusebius, quod jam conspicue probatum est, ut eamdem putet esse Patris et Filii substantiam: id enim sexcentis in locis explodit ille, et ut Sabellii doctrinam traducit; sed quod substantiam a paterna, quoad imaginem et similitudinem, expressam acceperit, licet minorem et longe imparem: illud porro perinde atque τὸ ὁμοούσιον, quia in Nicæna fide contineretur, admittere coactus est.

(*a*) *Contr. Marcell.* lib. I, p. 67, 69.

XIII. Quo sensu ἐξ οὐκ ὄντων neget, et genitum Filium dicat.

Quia vero in Nicæna fide, cui subscripsit Eusebius, damnatur item Arianicum illud, ἐξ οὐκ ὄντων, *ex non exsistentibus*, et Filium genitum et non factum esse declaratur; hanc synodi doctrinam ore tenus defendit Eusebius, ne Constantini Nicænæ doctrinæ tenacissimi indignationem incurreret; ore tenus dixi, non ex conjectura et opinione quadam; sed ex ipsis Eusebii dictis, qui ea in re unus sui ipsius interpres esse valeat. Nam illud, ἐξ οὐκ ὄντων, duobus potest modis intelligi; primo, ita ut qui non antea exstiterit, initium exsistendi accipiat, et cum nihil antea fuisset, in rerum natura prodeat: quam veram fuisse puto Arianorum mentem: et huic sententiæ Eusebius semper institit, qui Filium ante creationem non sempiternum esse defendit (*a*); secundo, ex non exstantibus aliquid fieri dicatur, cum ex nullo præexsistente originem ducit: quo sensu Eusebius Filium ex non exsistentibus prodiisse negat, nam passim dicit et pugnat Filium ex Patre genitum esse, licet non sua sibi ratiocinia constent: siquidem in hoc commentario ait, *Psal.* XLIV, 2, Filium a Patre ex corde et ex visceribus produci. Et in *Demonstratione evangelica*, l. IV, c. 2, p. 146, Filium genitum declarat, similiterque p. 148, et passim ubique cum in hoc ipso opere, tum in libris *Contra Marcellum*, genitum Filium contendit: et tamen aliam a Patre substantiam Filii esse, non numero tantum, sed dignitate et magnitudine pronuntiat; ita ut nec vere et proprie Deus dici possit; sed ait illum imaginem non modo Deitatis, sed etiam unitatis paternæ perfectissimam esse, atque ideo ex Patre prodeuntem, quia ad Patris similitudinem sit expressa, κατὰ γνώμην καὶ προαίρεσιν, id est, ex voluntate et proposito Patris, non ex naturæ necessitate; quæ tamen imago, alia sit a paterna Deitate, minor, impar, quæ dignatione quidem Patris in ortu suo Dei nomen acceperit, sed non vere et proprie Deus sit.

Ex Deo autem et ex substantia Dei esse Filium dicit ratione similitudinis; quemadmodum imago cujuspiam a peritissimo pictore concinnata, ex eo et ex persona ejus expressa eumque perfecte exhibere dicitur: etsi alterius et diversæ substantiæ sit; ita Filius, secundum Eusebium, ex substantia Dei et ex Deo esse dicitur, qui est imago ex Deo expressa, Deum perfecte repræsentans, etsi alterius et diversæ substantiæ sit. In quo sane Eusebius a recto ratiocinandi genere immane quantum aberrat: nam ex communi et recepto hominum usu, qui vere gignitur, gignentis substantiam plenam integramque accipit, ut filius vocari possit. Ea quippe est filii proprie dicti ratio, ut eamdem prorsus quam pater naturam obtineat; alias, non filius, sed opificium erit; eamdem, inquam, specie naturam in rebus creatis, quæ multiplicari possunt; eamdem vero numerice in divinis, quia na-

tura Dei cum multiplicari nequeat, utpote infinita, non potest nisi una et ipsa eademque communicari. Verum hæc minime quadrare non nesciebat Eusebius, et quia arduum est contra animi sententiam diu multumque scribere, quin nonnihil ex mente scriptoris vel imprudenter effluat, non pari semper modo Eusebius loquitur : nam in *Demonstr. evangelica* Filium sic nuncupat, *Τὸ τέλειον τοῦ τελείου δημιούργημα, καὶ σοφοῦ σοφὸν ἀρχιτεκτόνημα, Perfectum perfecti opificium, et sapientis sapiens artefactum :* et in epistola ad Alexandrum (*a*), Filium rem factam esse dicit : et Arianorum causam aperte propugnat, qui dicebant Filium factum fuisse, sed non ut aliquam ex rebus factis; et creatum item fuisse, sed non ut aliquam ex rebus creatis. Cæterum etiamsi ex animi sententia Eusebius Verbum vere genitum et Filium dixerit, verbo tantum tenus ab Arianis discrepabit : nam illi perinde atque Eusebius Verbum a Patre productum, substantia diversum ac minus esse Patre putabant; an vero id dici possit genitum esse, de nomine tantum quæstio est.

XIV. Filium negat æternum.

Quod ad æternitatem vero Filii ante creationem, ne latum unguem ab Arianorum sententia deflectere videtur, qui dicebant Filium non ἀΐδιον sive sempiternum esse : sed ante omnia factum. Sic et ille Filium quidem πρῶτον τῶν ὄντων ἁπάντων dicit *Demonstr. evang.* p. 146, id est, *Primum omnium quæcunque sunt;* idque passim repetit in his commentariis, inque libris *contra Marcellum :* itemque ait Filium πρὸ χρόνων αἰωνίων, et πρὸ πάντων αἰώνων, id est, *ante sæcula*, productum : nam sæcula et tempus omne cum mundo cœpisse cum multis aliis veteribus arbitratur, nec vox αἰώνιος apud Eusebium, pro æternitate ante creationem usquam sumitur : nam hujusmodi æternitatem in Filio evidenter negat et *contra Marcellum* agens affirmat Filium non posse dici ἀΐδιον sive sempiternum, ut videre est, l. II, c. 12, et alibi. Nec diffiteor tamen in Commentariis in Psalmos ad hunc psal. II versum, *Ego hodie genui te*, hæc haberi : Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, δηλονότι περὶ τῆς χρονικῆς ἔφη γεννήσεως· περὶ γὰρ τῆς ἀνάρχου φησὶν αὐτὸς ὁ Δαυΐδ· Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου γεγέννηκά σε, hoc est : « *Ego hodie genui te,* » *id videlicet de temporali generatione dictum, quæ per œconomiam facta est; de illa namque quæ sine principio est, ait ipse David :* « *Ex utero ante luciferum genui te* (*Psal.* CIX, 3). » Verum id nihil veræ Eusebii sententiæ officiat, nam, ut vides, ἄναρχον vocat Verbi generationem, quia ante luciferum, id est, ante principium temporis fuit : siquidem Verbum, ut ait Joannes, in principio erat, quod ille de principio temporis explicat, atque ideo hic ἄναρχος Verbi ortus dicitur, quia cum ante omne tempus et ante omnia sæcula fuerit, non habet principium temporis. Ἄναρχον tamen ille ubique alias cum de Filio loquitur respuit, et soli Patri competere dicit : parique modo tetragrammon יהוה, quod passim ait in his Commentariis uni Patri competere posse; semel in commentario itemque semel in *Demonstratione evangelica*, ait Filio nonnunquam ascriptum fuisse, accommodate scilicet, neque proprie, ut alibi de Dei appellatione dictum est. Non sempiternum autem fuisse Verbum ante creationem probat hoc dilemmate Eusebius, in loco *Contra Marcellum* superius memorato : Si Filius sit ἀΐδιος sive sempiternus, vel duo erunt sempiterna, nempe Pater et Filius, quod est a fide absonum; vel Pater et Filius unum erunt sempiternum, quod est Sabellianum. Ante creationem igitur Verbum non sempiternum esse docuit Eusebius; neque tamen res creatas statim post Verbi ortum editas esse putat; sed interpositum spatium inter Verbi et opificiorum productionem constituit ille : qua in re paulum deflectere videtur ab Arianæ sectæ principibus, qui Verbum ad rerum omnium creationem productum sine intermedio spatio arbitrabantur, ut illo Deus ad opificia edenda ceu instrumento uteretur.

XV. Summa doctrinæ Eusebii.

En ergo totam Eusebianæ theologiæ summam. Unus verus ab æterno Deus Pater fuit, qui omnibus atque etiam Filio suo præexsistit : Filiumque sibi postea non ex necessitate naturæ, sed ex libero voluntatis arbitrio ac proposito, produxit ex substantia sua : non substantiam suam sive totam, sive decisam, Filio communicans; sed substantiam aliam ad sui per omnia similitudinem et imaginem producens; quantum scilicet potest substantia a Deo diversa Dei imaginem ferre : nam longe impar et minor Patre Filius est. Cum autem imago illa una Deum perfectissime, quantum fieri potest, repræsentet, non substantiæ modo Dei, sed etiam unitatis ejus imago est. Unde ob illam unicam et singularem similitudinem, Filius ab origine Deus vocatus et factus est, θεοποιηθείς : qui etsi vere Deus dici non possit, si cum Patre comparetur, comparate tamen ad creaturas vere Deus dicitur : quia ipsæ imagines Dei longe imperfectiores sunt. Quare αὐτόθεος dicitur, sive, *ipse Deus*, quia ex omnimoda illa similitudine Deus ab ortu appellatus est; cum contra angeli et homines secundum aliquam similitudinis rationem dii nuncupentur. Genitus etiam dici potest et debet Filius, quia etsi non eadem quam Pater substantiam habeat, ex substantia Patris eo quo supra diximus modo productus est. Æternus autem non est Filius, sed ante omnes creaturas genitus. Hanc ipsissimam esse Eusebii de Verbo doctrinam liquido comprobatum superius est. Quod si in his Eusebius secum pugnare deprehendatur, id sane proprium erroris est, ut consistere non valeat, sibique ipsi adversetur.

(*a*) *Conc. Nic.* II, act. 6, p. 498.

XVI. Ægre defenditur. — XVII. Arianum probant tam gesta, quam scripta.

At qui purgatum Eusebium volunt, cum veteres, tum recentiores, in medium ejus dicta afferunt, quæ catholicum hominem arguere pugnant; hujusmodi sunt, quod dixerit ille ex Deo, et ex substantia Dei esse Filium, quod vere Deum et αὐτόθεον prædicaverit, quod æternum, quod ὁμοούσιον, quibus nos omnibus, ipso Eusebio usi interprete, jam occurrimus. Verum hæc illi ex arbitrii sui sententia, neque ex ipsa Eusebii mente, pluribus in locis expressa, comprobare nisi sunt : alii quoque interpretis versione decepti, ex libris *de Demonstratione* et *contra Marcellum*, Latine tantum lectis, ad eam opinionem accesserunt, pars Marcelli dicta pro Eusebianis substituentes, æternum ab Eusebio Filium prædicari arbitrati sunt : nulli hosce Eusebii Commentarios inspexerunt, ubi palam ille mentem suam aperit, et nonnisi comparate ad homines Filium vocari Deum insinuat. Ego vero me profiteor hac in quæstione nihil præjudicati attulisse, sed pronum semper ad mitiorem ferendam sententiam, Eusebii scripta assidue lectitasse, ponderasse dicta et sententias, ac demum rei perspicuitate victum, contra Eusebium calculum posuisse. Certe, ut initio dixi, Eusebii gesta cum scriptis ita consonant; ut hinc etiam testatior animus sententiaque illius omnibus esse valeat. Ab exordio enim Arianismi ad obitum usque cum Arianis concordissime vixit, nascenti hæresi nomen dedit; in Nicæna synodo, quantum licuit, Catholicis obstitit; sed qui apprime calleret concedere tempori, demum cessit et subscripsit : sic enim suadebat timor, non diuturni magister officii : qua enim mente id egerit, sibi subditis populis sic enarravit, ut sibi pristina repetendi, sicubi liceret, aditum reliquerit. Non diu vero postea ficte reconciliatam cum Catholicis gratiam disturbavit; ut nescias plusne operæ in pellendo Athanasio posuerit, quam in restituendo Ario. Contra Marcellum intemperantior fortasse quam debuerat, non plus ad propulsandum illum, quam ad purgandos Arianorum primipilares scripsit. Historiam Nicænæ synodi fuse narravit, et quasi per dissimulationem ignorandi, quia gestorum pudor silentium imperabat, ne verbum quidem fecit de Ario et de Ariana hæresi : quod perinde est ac si quis Tridentinæ synodi historiam texens, de quibusdam ἐκ παρέργου gestis ageret, de Luthero nihil. Si cum talibus gestis talia scripta non obsint quominus Eusebius catholicus dicatur meo periculo, nemo unquam fuit aut futurus est, quin Eusebianis conditionibus orthodoxus dici valeat. Nihil moror eos qui Eusebium ante Nicænam quidem synodum Arianice sensisse ac scripsisse fatentur, postea vero secus : nam cum sine controversia hos Commentarios et libros *Contra Marcellum*, unde perspicuas et frequentes Arianismi notas eruimus, longe post illam synodum ediderit, inutilis prorsus illa distinctio : nam ut vere de Eusebio dicatur, nec pœnituit cœpisse, nec libuit desistere. Qua in re quid certius evangelica cautione, *Ex fructibus eorum cognoscetis eos?* (*Matth.* VII, 16.) Certe secundum Nicænam synodum fovendæ Arianicæ rei ita totus incubuit ille, ut nihil prætermisisse videatur quo se Arianum proderet.

CAPUT VII.

DE RELIQUIS IN QUIBUS VEL A FIDE ABERRARE VIDETUR EUSEBIUS IN HIS COMMENTARIIS, VEL EXPLICATIONE OPUS HABET.

I. Eusebius plerumque sua, non Ecclesiæ, sensa tradit. II. An neget peccatum originale, et an id dogmatis ex Origene hauserit. III. An putet B. Virginem alios quam Christum filios suscepisse. IV. Eam non quasi suam, sed quasi alienam sententiam attulit. V. Non statuit duas in Christo personas. VI. Quid de confessione peccatorum senserit.

I. Eusebius plerumque sua, non Ecclesiæ, sensa tradit.

Cum quis eo devenit ut fidei dogmata ex judicii sui arbitrio definiat, ac sive ex præjudicata opinione, sive ex affectu partiumque studio, divinarum rerum explicationem aggrediatur, nihil mirum si frequenter aberret : omnia quippe sunt incerta, cum semel ab Ecclesiæ statutis discessum est. Nam cum arcana Deitatis et religionis, ab humano sensu remotissima, Numen ipsum tradiderit, nonnisi ejusdem Numinis ope et afflatu ea possunt explicari ac recte percipi : ac cum uni Ecclesiæ earumdem rerum arbitrium Deus permiserit, ipsi soli eadem explananti se adfuturum pollicitus est. Nihil itaque insolens est, si Eusebius, qui plerumque Scripturarum et Ecclesiæ dogmata ex sensu et opinione sua æstimare ausus est, in multis lapsus sit. Et jam quidem ejus de Verbo Dei mentem, ex ejusdem Eusebii scriptis, Ariana labe vitiatam commonstravimus; superest ut cætera Commentariorum loca, ubi vel heterodoxa vel suspecta tradidisse videtur, breviter expendamus.

II. An neget peccatum originale. An id dogmatis ex Origene hauserit.

Peccatum originale, sive culpam ab humano genere ex Adami lapsu contractam, negare prorsus videtur Eusebius ad psalm. XLVIII, 6 : *Cur timebo in die mala? Iniquitas calcanei mei circumdabit me :* ubi sic habet : Εἰ δὲ πρόσωπον Κυρίου τὸ λέγον, πτέρναν αὐτοῦ εὕρῃς τὸν ἔσχατον τοῦ σώματος καὶ τῇ γῇ πλησιάζοντα Ἰούδαν· σῶμα γὰρ Κυρίου οἱ ἀπόστολοι. Οὐ φοβοῦμαι οὖν τὴν Ἰούδα προδοσίαν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σταυροῦ· ἐπεὶ μηδὲ ἕκαστος τὴν τοῦ Ἀδὰμ παρακοήν· ταύτην γὰρ ὑπηνιξάμεθα πτέρναν ἀνομίας εἶναι. Οὐδεὶς γὰρ δι' ἄλλου κακίαν καταδικάζεται, id est : *Si persona Domini est quæ loquitur, calcaneum ejus deprehendas esse Judam, qui ultimus in corpore, et terræ propinquior erat. Nam corpus Domini sunt apostoli. Non timeo itaque Judæ proditionem in tempore crucis : quandoquidem neque singuli homines Adami inobsequentiam timere debent : hanc quippe calcaneum iniquitatis esse subindicavimus. Nemo enim propter alterius nequitiam condemnatur.* Ubi innuit ille, non magis

damnandum genus humanum esse ob Adami inobsequentiam, quam cæteros apostolos ob Judæ proditionem. Qui Origenem de peccato originali non catholice sensisse putant, Eusebium ex Origeniana disciplina, in qua eductus fuit, hæc hausisse opinabuntur. Nam is, ut ignorat nemo, Origenianis semper partibus hæsit. Verum in hodiernis Origenis scriptis nihil non sanum et orthodoxum de peccato originali traditur. Sic *Comment. in Matthæum*, Huet. p. 391, arguit ille ex lavacro regenerationis, quod etiam infantibus conferebatur, hominem sordibus inquinatum nasci. Et *in Joannem*, Huet. p. 300, ait, *Nos quandiu peccamus nostram ex diabolo generationem nondum exuisse ac deposuisse.* Ὅσον ποιοῦμεν ἁμαρτίας, οὐδέπω τὴν ἐκ τοῦ διαβόλου γένεσιν ἀπεκδυσάμεθα. *In Levitico* autem, edit. Genebrard. p. 90 : *Quæcunque anima in carne nascitur, iniquitatis et peccati sorde polluitur*; et inferius : *Si nihil esset in parvulis, quod ad remissionem deberet et indulgentiam pertinere, gratia baptismi superflua videretur.* Nec prætermittendum, hæc *Commentaria in Leviticum* pro spuriis passim haberi. Idipsum tamen alibi docet Origenes in suis, quæ hodieque supersunt, operibus : unde inferatur eos qui Origenem hac in parte violatæ fidei accusant, ex objectis priscorum ejus adversariorum, non ex ejus hodiernis operibus, id opinionis mutuatos esse. Et sane in synodo v, Origenes ideo damnatus et proscriptus est : unde forte dicatur quæ in hodiernis ejus scriptis pro peccato originali comparent, aliena manu invecta fuisse. Nam opera Origenis in Scripturam, variis in locis interpolata, aut vitiata vel truncata fuere : neque in promptu est dicere quænam in scriptis ejus corrupta, quænam germana, et Græculorum ausibus intacta sunt. Rufini quoque versio vulgo suspecta habetur. Quod Eusebium vero spectat, duo forte possint ad purgationem ejus proferri; primo locum superius allatum, non integrum, sed truncatum fuisse : ut hinc manifeste arguitur, quod ipse se superius indicasse testificetur, calcaneum iniquitatis esse Adami inobsequentiam, quod nusquam alias in his commentariis habetur; secundo quod alibi in his commentariis peccatum originale admittere videatur : sic in hæc verba psalmi L, *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum*, ait infantes non in matris iniquitatibus, sed in suis, nasci.

III. An putet B. Virginem alios præter Christum filios habuisse. — IV. Id non quasi suam, sed quasi alienam sententiam attulit.

Est alius Eusebii locus, in quo prima fronte videatur credere, aut probabile existimare B. V. Mariam alios præter Christum filios suscepisse; verum accuratius explorata verborum serie deprehenditur illum hanc sententiam quasi alienam, non vero suam, proponere. Locus sic habet ad hunc psal. LXVIII versum : « *Extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filiis matris meæ.* » *Si igitur filios matris ejus in hoc psalmo sic vocatos, pro istis accipiamus, necesse est nos sanctam Virginem reliquorum fratrum ejus matrem dicere. Verum Jacobus, qui dicitur frater Domini, non videtur peregrinus ipsi fuisse, nec fidei in ipsum extraneus; imo vero unus erat ex iis, qui cum primis inter germanos ejus discipulos computabantur; ita ut ipse primus Jerosolymitanæ Ecclesiæ thronum acciperet. Reliqui item ejus fratres, etsi a principio non crederent in ipsum; at certum est eos postea credidisse. Narrat enim Evangelium* (Matth. XII, 47) *matrem et fratres ejus foras stetisse, quærentes eum alloqui. Et in Actibus apostolorum dicitur, fuisse apostolos una perseverantes in oratione cum Maria matre ejus et fratribus ejus* (Act. I, 14). *Qui ergo existimetur iis peregrinus esse? Nullus itaque locus superest, ut de iis dicatur* : « *Extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filiis matris meæ.* » *Non enim iis peregrinus, sed multum pretiosus erat; ita ut nullatenus credere liceat supra memoratos fratres ejus filios Mariæ fuisse. Alii sane fuerint qui in psalmo filii matris ejus dicuntur, quibusque extraneus factus est. Intelliges porro matrem quidem ejus esse Judæorum Synagogam*, etc. Græca brevitatis causa omittimus, quia nulla de iis potest oriri controversia. Hic autem, ut videre est, rem προβληματικῶς tantum proponit, nec eam velut suam sententiam affert. Nam ita arguit ille : Si filios matris ejus hic ad litteram accipiamus, hinc consequitur sanctam Virginem reliquorum fratrum ejus esse matrem; cum autem nolit hic germanos fratres ejus significari, neque sequelam haud dubie admittit. Et sane non nesciebat ille veterum Ecclesiæ Patrum eam sententiam fuisse, Mariam unius Christi esse matrem, Tertulliani, Clementis Alexandrini, Origenis : qui tamen postremus innuit nonnullos secus æstimare, et Eusebio suppar Basilius rem quasi nondum definitam proponit. Verum Ecclesia deinceps in Helvidium sententiam ferente, quotquot B. Virginem alios præter Christum filios suscepisse dixerunt, pro heterodoxis habiti sunt.

V. Non statuit duas in Christo personas.

Passim Eusebius in his commentariis de humanitate Christi, quasi de persona quadam propria, verba facere videtur, dum sexcenties humanam, quam Christus assumpsit naturam, *hominem Servatoris*, et *hominem Christi* nuncupat, et alium a Verbo Christi hominem indicare videtur : quod loquendi genus secundum hæc multis nominibus suspectum esse cœpit, cum hæretici quidam, Verbum Dei in hominem ex Maria natum, perinde atque olim in prophetas, advenisse pugnarent : maxime vero postea, cum horum vestigiis insistens Nestorius, duas in Christo personas esse affirmaret. Verum antequam hac in re novarent hæretici, SS. Patres ab his loquendi generibus non abhorrebant. Nam Athanasius virum ex Maria natum, *hominem Dominicum*, non semel appellavit. Epiphanius similiter hac loquendi formula est usus. Quia

tunc temporis cum nihil ea in re dubii vel erroris esset obortum, hæc fidei capita non erant certis verborum limitibus circumscripta. Quare non videtur Eusebius ea de causa in novatæ fidei suspicionem vocari posse. Secus tamen bene multi æstimant, ac Eusebium duas in Christo personas statuisse persuasum habent. Verum cum ea de re Eusebii tempore nihildum controversum aut quæsitum fuisset, non in promptu est dicere novandine studio ac de industria, an perfunctorie et obiter locutus sit. Cui posteriori sententiæ libentius astipularer, quia non semel ille B. Virginem vocat Θεοτόκον : quam vocem respuebant, qui duas in Christo personas esse arbitrabantur. Vox autem illa Eusebii tempore a Patribus frequentabatur. Occurrit enim in epistola Alexandri Alexandrini ad Alexandrum Byzantinum, et apud Athanasium frequentissime.

A

B

VI. Quid de confessione peccatorum senserit.

Neque puto item in jus vocandum Eusebium esse quod ad psalmum XCI, *Bonum est confiteri Domino*, dixerit : Καὶ γὰρ προσήκει μὴ ἀνθρώποις ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἐξομολόγησιν, id est : *Par quippe est non hominibus confessionem*, peccatorum scilicet, *edere*. Hic enim agit de priscæ illius Ecclesiæ ritu, quo Dominica die primo diluculo in ecclesia coacti Christiani populi, Deo confitebantur, cum peccatorum sordes per sinceram ad Deum emissam confessionem deplorantes, tum pro collatis beneficiis Deo gratias agentes : nam utroque modo confessionem edi non semel docet Eusebius. Quod autem de illa tantum confessione matutina, in cœtu ecclesiæ edenda, hic agat Eusebius, propalam ex præcedentibus est. Nam cum psalmus ille, inscriptus, *In die Sabbati*, sic exordium ducat, *Bonum est confiteri Domino*, hic Sabbatum pro Dominica positum asseverans, nonnisi de matutino Dominicæ conventu pertractat ille ; sic enim habet : *Quare ut ea die conveniamus traditum nobis est, et ea quæ in psalmo jubentur nobis exsequi præceptum est, quorum primum est confiteri.* Moxque adjicitur illa superius allata clausula, qua dicitur par non esse hominibus, scilicet Christianorum cœtui, confiteri, sed Deo. Quæ sequuntur pariter ad matutinum illum conventum pertinent. Ea est igitur Eusebii sententia, non oportere in cœtu Christianorum, ac in matutinis conventibus peccata publice et alta voce confiteri, sed uni Deo corda scrutanti conscientiam aperire suam. Cui accinit Basilius in epistola ad Neocæsarienses, ubi sic habet : Ἐκ νυκτὸς γὰρ ὀρθρίζει παρ' ἡμῖν ὁ λαὸς ἐπὶ τὸν οἶκον τῆς προσευχῆς, καὶ ἐν πόνῳ καὶ ἐν θλίψει καὶ ἐν συνοχῇ δακρύων ἐξομολογούμενοι τῷ Θεῷ, id est : *A nocte apud nos populus vigilias agit in domo orationis, ac in labore, contritione et lacrymarum contentione confitentur Deo* : et paucis interjectis : Ἡμέρας ἤδη ὑπολαμπούσης, πάντες κοινῇ, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος καὶ μιᾶς καρδίας, τὸν τῆς ἐξομολογήσεως ψαλμὸν ἀναφέρουσι τῷ Κυρίῳ, ἴδια ἑαυτῶν ἕκαστος τὰ ῥήματα τῆς μετανοίας ποιούμενοι, hoc est : *Die jam illucescente omnes simul, quasi uno ore et uno corde, confessionis psalmum Domino referunt, singuli pœnitentiæ verba quasi sua proferentes.* Hæc una confessio est, de qua hic Eusebius agit. Nam confessionem saltem publicam homini faciendam ne heterodoxi quidem hodierni tunc in more fuisse negant. Quare cum hic Eusebii locus non magis contra privatam, quam contra publicam confessionem afferri valeat, neutram vere impetit. Certe in *Historia ecclesiastica* legem confitendi peccata iis, quibus solvendi facultas conceditur, aperte memorat Eusebius : nam de Philippo imperatore agens hæc habet, l. III, c. 34 : Τοῦτον κατέχει λόγος, Χριστιανὸν ὄντα, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ὑστάτης τοῦ Πάσχα παννυχίδος, τῶν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας εὐχῶν τῷ πλήθει μετασχεῖν ἀθελῆσαι· οὐ πρότερον δὲ ὑπὸ τοῦ τηνικάδε προεστῶτος ἐπιτραπῆναι εἰσβαλεῖν, ἢ ἐξομολογήσασθαι, καὶ τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἐξεταζομένοις, μετανοίας τε χώραν ἴσχουσιν, ἑαυτὸν καταλέξαι· ἄλλως γὰρ μὴ ἂν ποτε πρὸς αὐτοῦ. μὴ οὐχὶ τοῦτο ποιήσαντα, διὰ πολλὰς τῶν κατ' αὐτὸν αἰτίας, παραδεχθῆναι, id est : *Narratur hunc, Christianus cum esset, in die postremi Paschæ pervigilii, precationum Ecclesiæ cum reliqua multitudine participem fieri voluisse : sed non prius ei ab eo, qui isthic præerat, aditum concessum fuisse, quam confessus esset, ac iis qui lapsi fuerant et in pœnitentium ordine stabant, se adjunxisset. Alioquin ob ea quæ admiserat crimina, nunquam ab illo admissus fuisset.* Ubi vides, testificante Eusebio, confessionem peccatorum homini factam, necessariam prorsus fuisse. Eo respicit item quod habet his in commentariis Eusebius, psal. XXXVII, ad versiculum 5 : *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, sicut onus grave gravatæ sunt super me. Putruerunt*, etc. Διὰ τούτων, inquit, διδάσκει ἡμᾶς ὁ λόγος, μὴ κρύπτειν τὰ ἑαυτῶν κακὰ, μηδ' ὥσπερ τινὰ μελανίαν καὶ σῆψιν κατὰ βάθους τῆς ψυχῆς συνέχειν τὰ ἁμαρτήματα, hoc est : *His docemur, ne mala occultemus nostra, neu peccata ceu quemdam nigrorem et corruptionem in intimo animæ concludamus.* Non Deo autem, cui arcanum nihil, occultare peccata vetat ; sed hominibus qui et medendi et peccata solvendi potestate donati sunt.

C

D

CAPUT VIII.

DE IIS QUÆ AD ECCLESIÆ DISCIPLINAM PERTINENT EX VARIIS HORUM COMMENTARIORUM LOCIS.

I. Ecclesia nunquam variat in præcipuis. II. De conventibus Christianorum matutinis. III. De adorandi ritu in Ecclesia singularis Eusebii et Basilii sententia explanatur. IV. Infinita dona Ecclesiis Eusebii tempore collata.

I. Ecclesia nunquam variat in præcipuis.

Occasione solum pauca Eusebius tangit et explicat, quæ ad ævi sui disciplinam spectant, quæque nos in lectoris commodum una conferemus. Licet enim in rebus præcipuis et capitalibus una semper

Ecclesiæ consuetudo, ritus unus fuerit, in iis tamen quæ ad externum morem minoresque cæremonias pertinent, et temporum et locorum consuetudines variæ observantur, quæ scilicet possunt, illibata Christiana religione, mutari.

II. De conventibus Christianorum matutinis.

Quod plerique priscorum Ecclesiæ scriptorum tradunt de conventibus Christianorum in ecclesia, Dominica die celebrari solitis, deque sacri corporis Christi ibidem usitata comestione; id Eusebius in variis horum commentariorum locis nec obiter explicat. In more quippe tunc erat, ut Dominica die Christiani omnes exortum solis anteverterent et ad ecclesiam properarent, ubi matutinos conventus exoriente luce una coacti celebrabant; ut, in die resurrectioni Domini consecrata, sacro Dominici corporis cibo refecti, pignus futuræ et gloriosæ in carne resurrectionis acciperent: unoque concentu Deum et Christum celebrarent, pro bonis acceptis gratias agerent, pro necessariis tum animæ tum corpori, Deum obnixe precarentur. De his itaque conventibus hæc habet Eusebius in psal. XXI, vers. 30 : « *Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terræ, et in conspectu ejus cadent*, etc. » *Singulis resurrectionis Salvatoris nostri diebus, quæ Dominicæ vocantur, ipsis oculis cernere est eos qui sacrum cibum et Salutare, id est Salvatoris corpus accipiunt, post ipsum esum vivifici alimenti largitorem et promum adorare, atque mirari verborum hujusmodi eventum, ac re gesta, quoad planiorem dicti sententiam, impletum vaticinium.* Quæ autem quod ad ritum exteriorem illa adoratio esset, sic, paucis interpositis, explicat : « *In conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram :* » *pro quo Aquila,* « *In vultum ejus flectent se omnes qui descendunt in pulverem.* » *Queis manifeste eorum, qui in ecclesia Dei genua flectunt, morem declarat : ibi enim genua flectentes, atque frontibus suis terræ incumbentes, hunc adorandi ritum servant.* Ἐν ᾗ γόνατα κλίναντες, καὶ τὰ μέτωπα εἰς γῆν ἐρείσαντες, τοῦτον προσκυνεῖν εἰώθασι τὸν τρόπον. De matutinis item conventibus agit, psal. XLV, vers. 6, et LVIII, ubi genua flectendi morem antiquissimum declarat : procumbendi item consuetudinem, vel primis Ecclesiæ sæculis statutam, diserte explicat. Ad psalmum vero XCI, fusius enarrat cur Christiani Sabbatum in Dominicam transtulerint : qua ratione primo diluculo conventus agant, panes propositionis offerant, ad Orientem versi precentur, psalmos una multitudinis voce concinant, et cætera, quæ μυστικώτερος ille prosequitur. Psalmorum autem cantum in omnibus universi orbis tam Græcorum quam barbarorum, ecclesiis observari testificatur ille, psal. LXV.

III. De adorandi ritu in ecclesia singularis Eusebii et Basilii sententia explanatur.

Singulare prorsus ac ponderandum est quod ait Eusebius, non licere extra ecclesiam Deum adorare : ut ipse ad psalmum XXVIII, his verbis enuntiat : Οὐ γὰρ ἔξω τῆς ἐκκλησίας βούλεται, οὐδὲ ἀναχεχωρημένῳ ἰδιάζοντας προσκυνεῖν, ἀλλ' ἁπαντῶντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ, id est : *Non vult enim extra ecclesiam, neque in secessu semotos adorare ipsum; sed accedere jubet ad ecclesiam suam.* Idipsumque Basilius habet in eumdem psalmum, hom. 28, p. 181 : Ἔξω τῆς ἁγίας αὐλῆς οὐ χρὴ προσκυνεῖν τῷ Κυρίῳ, ἀλλ' ἔνδον γενόμενον : id est : *Non oportet, quempiam extra sacram aulam adorare Dominum, sed intus positum.* At nemo rerum sacrarum vel mediocriter peritus ignorat, hanc præcipue novæ legis tesseram, hoc institutum, hanc solemnem Christi doctrinam esse, quod Deus ubique adorandus sit *in spiritu et veritate :* neque ad eam rem necesse sit assignatum quempiam adire locum; sed quisque privatim hunc cultum persolvere possit ac debeat. Cur ergo viri doctrina insignes, Basilius Magnus et Eusebius, ab hujusmodi cultu, qui ab ipso Christo traditus et sancitus est, homines absterreant? At enim nec in Veteri quidem Testamento, cum post templi conditum, non sacrificia, non certas statasque cæremonias alibi persolvere licitum esset, vetitum usquam legimus quemque penes se orare et adorare Deum, si liberet. Imo vero Daniel, in Babylone versans, frequenter Deum adorabat : aliique bene multi sancti viri Deum extra templum adorasse deprehenduntur. Hæc itaque Basilii et Eusebii loca ex superius allato Eusebii loco sunt explicanda, ubi recitata Aquilæ versione sic habet ille : *Queis manifeste eorum, qui in ecclesia Dei genua flectunt, morem declarat : ibi enim genua flectentes, atque frontibus suis terræ incumbentes, hunc adorandi ritum servant.* Opinor igitur hunc adorandi morem, utpote quodammodo consecratum, extra ecclesiam vetitum fuisse : ea prorsus ratione qua hodie non licet cuique arbitrio suo, exempli causa incensum et thymiamata in vicis et plateis promiscue offerre, quia hæc speciali ritu consecrata et statuta sunt; ita illis temporibus, etsi licitum cuique esset Deum penes se precari et adorare, illo tamen modo genu flectendi ac in frontem procumbendi extra ecclesiam adorare vetitum erat : eratque huic rei locus atque tempus ecclesiastico canone constitutum : ne fortassis hinc risus et cachinnorum materia Judæis et ethnicis, quorum tum ingens erat multitudo, subministraretur; neve hinc quidam ex frequentiori adorationis usu infidelium animos exasperarent in Christianos; neu demum ementita pietatis specie gloriam et laudem humanam aucuparentur, aut alia nobis ignota de causa. Hunc itaque adorandi morem vetant Basilius et Eusebius extra ecclesiam peragere : neque volunt ideo adoratione illa interna, ubique Numini præstanda, piis hominibus interdici : quod neminem puto inficias iturum. Alias enim iidem Basilius et Eusebius, Deum pro lubito cujusque adorandum statuunt : quod in scriptis Basilii frequenter comperias, ac in his item commentariis Eusebius nec semel adorandum ubique Deum esse docet. In promptuque esset, multa ad id comprobandum loca congerere : verum cum

nullus hac de re controversiæ locus esse valeat, iis afferendis supersedemus.

IV. Infinita dona ecclesiis Eusebii tempore collata.

In psalmum LXXI, *Deus judicium tuum regi da*, ad hunc versum, *Et vivet et dabitur ei de auro Arabiæ*, ait Eusebius : *Et alias quoque in ecclesiis Christi, ipsis oculis videmus infinita ex auro puro cimelia, in ejus honorem consecrata.* Quo videas non novum, neque recens inductum morem esse, dona et cimelia in ecclesiis Christi consecrandi : quin potius quod Eusebius frequentissimum indicat, jam perrarum esse comprobatur : neque enim ita multa ex auro puro cimelia in templis hodie deprehendas. Narrat vero idem Eusebius Constantinum, ecclesiam sive martyrium Salvatoris, quod ipse magnificentissimum exstruxerat, infinitis donariis locupletasse, partim ex auro et argento, partim ex gemmis et aliis pretiosis cimeliis. Qui imperator aliis fortasse exemplo ac stimulo fuerit, ut similia dona certatim in ecclesiis consecrarent. Idipsum paucis repetit ad psalmum CXVII, additque diebus præsertim solemnitatum ecclesiam donis exornandam esse. Ubi ad hæc Symmachi verba, Συνδήσατε ἐν πανηγύρει πυκάσματα, ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου, id est, *Colligate in celebritate densitates usque ad cornua altaris ;* hæc habet : *His autem præcipit, multis cimeliis domum Dei replere, atque donariis frequentibus ipsam temporibus solemnitatum onare.*

CAPUT IX.

MISCELLANEA QUÆDAM OBSERVANDA IN HIS COMMENTARIIS.

I. Eusebii de Matthæi Evangelio sententia. II. Joannes Hebraico exemplari usus est, Paulus autem Græco LXX Interpretum. III. Apostoli omnes martyrio coronati, ex qua tribu singuli fuerint deprehendi potest. IV. An prophetarum successio ad Joannem Baptistam pervenerit. V. Eusebius labitur dum monachos a Symmacho memorari putat. VI. Monachi perrari tempore Eusebii. VII. Martyrum cruciatus singulares. VIII. Judæi Jerosolymorum aditu interclusi. Quare. IX. Traditiones quædam Judæorum. X. Christianorum frequentia in Moabitide, Ammonitide et Idumæa. XI. Eusebius ait mundum sphærica forma esse; montes et petras sensim crescere.

I. Eusebii de Matthæi Evangelio sententia.

Ait Eusebius Matthæum, Hebræus cum esset, ubi Veteris Testamenti locum attulit, propria usum esse interpretatione : nam illud, אביעה חידות מני־קדם quod ita a Septuaginta Interpretibus redditur, Φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς, *Loquar problemata ab initio* (*Psal.* LXXVII, 2), in Græco Matthæi textu his verbis vertitur, Ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, *Eructabo abscondita a constitutione mundi.* At cum Matthæus, Irenæo, Origene, Eusebio ipso et Hieronymo testibus, Evangelium Hebraice scripserit, cujus exemplar ævo Hieronymi in bibliotheca Cæsariensi, a Pamphilo Martyre collecta, A servabatur ; Matthæus sane propria interpretatione Græca usus non est, sed ipsa Hebraica verba Syro-Chaldaico sermone, qualis tunc apud Judæos usu veniebat, expressit, ut in voce *Lamma Sabacthani* deprehendas, in aliisque non paucis, queis palam est Matthæum in Evangelio suo Hebraice conscripto, sicubi loca ex Veteri Testamento occurrebant, ea Syro-Chaldaico sermone expressisse : an vero propria ille interpretatione sit usus, an ex alia prius adornata versione loca sit mutuatus, haud levis quæstio est. Postea autem interpres Græcus, quis ille fuerit incertum esse narrat Hieronymus, hæc propria interpretatione donavit, nec LXX interpretatione est usus.

II. Joannes Hebraico exemplari usus est, Paulus autem Græco LXX Interpretum. B

Joannem similiter, utpote Hebræum et ex Hebræis ortum, ait Eusebius ad psalmum XLI, propria interpretatione usum esse ubi πτέρναν, sive, *calcaneum* vertit, quo loco LXX πτερνισμόν, id est, *supplantationem*, posuerant. Contra vero apostolus Paulus, sic Eusebius, ps. III, 7, *legisperitus cum esset*, in Epistola ad Hebræos Septuaginta Interpretum versione est usus. Hæc vero pluribus in collectione Hexaplorum, a nobis propediem adornanda, exploranda venient.

III. Apostoli omnes martyrio coronati. Ex qua tribu singuli fuerint deprehendi potest.

In illum psalmi LXXI versum, *Et honorabile nomen eorum coram illo ;* sive secundum Symmachum, *Et pretiosus erit sanguis eorum coram illo*, hæc habet Eusebius : *Queis aperte necem illorum (apostolorum) subindicavit, qua singuli vario martyrii genere affecti sunt, ac alius alio modo, ob testimonium de illo datum, sanguinis agonem subiit.* Ex monumentis autem certis, quæ jam supersunt, haud facile est singulorum apostolorum martyrium comprobare. Verum Eusebius, ut apostolicis temporibus vicinior, potuit forsitan de cujusque apostoli martyrio certiores notas invenire. Est vero illa jam usu pene recepta opinio apostolos omnes pro Christo passos esse, etsi non desint qui secus arbitrentur. Verum ea in re perquam difficile est explorati C D quidpiam afferre : nam apostolica tempora et gesta tantis sunt tenebris offusa, ut nec ubi mortem obierint apostoli, paucis exceptis, nec quas orbis regiones peragrarint, ita perspicue narrari possit. Nec modo quæ jam traduntur incerta sunt ; sed etiam si qua ab Eusebio, et a coævis aut supparibus scriptoribus carptim de illis proferantur, non ita clare recensentur. Quod autem ait Eusebius, in psal. LXVII, 28 ad finem : *Si quis vero per otium accurate perquisierit, cujusque apostoli tribum reperiet : nam cuivis quærenti datur a Servatore inveniendi promissio ;* id, inquam, Eusebii ævo fortasse poterat ex monumentis veterum explorari. Jam vero cum eorum bene multa fuerint vetustate obliterata et exstincta ; frustra, ut arbitror, quæratur ex qua tribu singuli

apostoli prodierint : quod etiam si deprehendi posset, non magno operæ pretio fieret.

IV. An prophetarum successio ad Joannem Baptistam pervenerit.

Neque item probatu facile est quod ait Eusebius, psal. LXXIII, 8, 9, 10, prophetarum successionem usque ad Joannem Baptistam devenisse : nam ex libri Machabæorum et Flavii Josephi testimonio, Persarum tempore desiit illa prophetarum series; ut ne vel unum a Nehemiæ temporibus prophetam assignare valeas. Quare æstimo Eusebii dictum non ad litteram accipiendum esse; sed indicare solum legem et prophetas in Joannem Baptistam desinere, quin neget intermissam aliquando fuisse prophetarum successionem.

V. Eusebius labitur dum monachos a Symmacho memorari putat. — VI. Monachi perrari tempore Eusebii.

Ad hunc versum psalmi LXVII, *Qui inhabitare facit unius moris in domo*, veterum interpretum lectionem affert Eusebius, ubi Symmachi versio sic habet : Δίδωσιν οἰκεῖν μοναχοῖς οἰκίαν · id est : *Dat inhabitandam monachis domum* ; nam ita nos vertimus quia Eusebius de monachis locum explicat : etsi, mea quidem sententia, non monachorum institutum hic Symmachus respiciat, sed solitarios generatim quoslibet. Atenim quo tempore Symmachus versionem suam concinnavit, scilicet Septimio Severo, ut verior fert opinio, imperante, monachorum ne nomen quidem notum erat, neque ullus tunc in orbe monachus, nisi fortasse in penitioribus Ægypti recessibus, fuisse putatur. Quare hic vox μοναχός pro solitario quolibet in secessu degenti accipienda; non pro monachis, quorum a quarto sæculo institutum floruit. Nam quia solus vivat oportet qui velit abesse a malorum consortio, quotquot declinandæ frequentiæ causa in secessu degebant, μοναχοί Græce vocitabantur. Attamen quæ de monachis hic habet Eusebius non prætermittenda : *Primus itaque*, ait, *ordo eorum qui in Christo proficiunt, est monachorum. Sed rari sunt illi, quare secundum Aquilam, Unigeniti Dei vocati sunt, similes facti unigenito Filio Dei : secundum Septuaginta Interpretes autem, unius, non diversi moris sunt, neque subinde morem variant; sed unum colunt, qui ad virtutis cacumen advenit. Ipsos autem unius zonæ, Quinta editio vocavit, ut pote qui solitarii et præciucti sint.* Et in psal. LXXXIII, 4 : *Et re autem dixeris, expeditos illos milites, qui monasticam vitam amplexi sunt, pro passeribus habendos esse; eos autem qui liberis dant operam, ac reliquis vitæ negotiis et curis se dedunt, turturis vicem agere.* Quo tempore igitur Eusebius hæc scriberet perpauci in orbe monachi erant, ac nonnisi in Ægypto monasticum genus frequentabatur, auctoribus Antonio, qui, anno 271, monachi statum amplexus, innumeros exemplo suo pellexit ad parem vitæ conditionem amplectendam; Pachomio, qui in Thebaide monasticum genus mirum in modum adauxit, et Amune Nitriensi, complurium monasteriorum fundatore. In Palæstina vero, ubi sedes habebat Eusebius, Hilario et fortasse alii perrari in desertis et latibulis agebant. Sub hæc autem Hilario in Palæstina et Syria mirum in modum monachorum institutum auxit, et tunc monasteria bene multa condita sunt.

VII. Martyrum cruciatus singulares.

Martyrum sui temporis cruciatus, in hæc verba psalmi (*Psal.* LXV, 10) : *Quoniam probasti nos, Deus, igne nos examinasti sicut examinatur argentum*, non obiter describit Eusebius. Ac licet in *Historia ecclesiastica*, de Maximini carnificina agens, multorum martyrum agones descripserit, hic tamen nonnulla tangit singularia, nec forte alibi enuntiata, v. g. : *Et vero plerumque vel pupillas oculorum verberabant, dum capita athletarum Dei plagis cæderent.* Atrocitatem vero suppliciorum subjicit his verbis : *Ferrum quippe, et ferro illata supplicia, aliaque mortis genera, quæ maxima pars nostrum sustinuit, pro nihilo computantur ex deteriorum comparatione. Quamobrem hæc quidem tacemus. Quia vero inter atrocia, nihil crudelius nece per ignem et aquam illata existimatur, hæc nos perpessos dicimus. Nam alii nostrum in mari et in fluminibus demersi sunt, alii ignis supplicium luerunt.* Et cætera quæ fusius ibi ille prosequitur.

VIII. Judæi Jerosolymorum aditu interclusi, quare.

Trita res et nulli non nota est, Judæis postquam Barchocheba duce, seditione facta, sub Adriano principe armis subacti ac pene internecione deleti sunt, Jerosolymorum aditum interclusum fuisse; concessum tamen ut quotannis ad certos limites lugendi causa proxime urbem accederent. Verum Eusebius ad suum usque tempus hunc morem vigere graphice narrat his verbis : *Irruentes Romani, dictis propheticis finem intulerunt : siquidem victorum lege, universæ Judaicæ genti aditu locorum interdictum est : inevitabilis quippe lex is transgressoribus impendet ultio. Quamobrem ad hanc usque diem, ad certos terminos in circuitu accedentes, procul consistunt : neque solum illud, quod sacrum olim reputabatur, vel procul conspicere ipsis conceditur; sed foras circumeuntes, Scripturæ, de qua jam agitur, fidem conciliant, dicenti : « Convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canes, et circuibunt civitatem. »* (*Psal.* LVIII, 7.) Idipsum repetit in psal. LXIX, 26, adjicitque nullum Jerosolymis Judæorum domicilium superesse, in quo Græci habitare possint, verum excisa omnia ac funditus deleta universaque prorsus ipsis sublata fuisse; ita ut sacerdotum, Sadducæorum et Pharisæorum ne nomen quidem superesset.

IX. Traditiones quædam Judæorum.

Hebræorum traditionem ait esse, mare Rubrum *in duodecim sectiones divisum fuisse secundum numerum duodecim tribuum*, ita ut singulæ tribus in assignato sibi meatu pertransirent; quæ narratio non videtur cum divina Scriptura consonare, atque ideo inter Rabbinicas fabulas forte computanda.

inter Hebræorum traditiones pariter recensendum est quod habet Eusebius, Azotios ideo in posterioribus et podicibus percussos esse, quod iis in partibus peccassent, et ἀρρενοχοῖται essent, nisi fortasse ea Eusebii ipsius, nec ab aliis accepta, fuerit opinio.

X. Christianorum frequentia in Moabitide, Ammonitide et Idumæa.

In hæc verba psal. CVIII, 10, *Moab lebes spei meæ, in Idumæam extendam calceamentum meum*, quo nobis aperit Eusebius, nimirum Ammonitas et Moabitas inter Arabas ævo suo sedes habuisse; itemque penes Ammonitas, Moabitas et Idumæos infinitam esse Christianorum multitudinem, hæc ejus verba sunt : *Et hæc opere completa licet ipsis oculis percipere iis, qui in Arabum regione peregrinantur, cum videant Moabitas et Ammonitas, qui penes illos magno numero sunt, Ecclesias Dei implere. Similiterque, « in Idumæam*, inquit, *conscendam calceamento meo, » secundum Symmachum. Quam item prædictionem in promptu est completam videre iis qui in Idumæam concedunt, et multitudinem Ecclesiarum Dei ibi conspiciunt, ut cunctetur nemo confiteri, vere in loca illa conscensum factum esse.*

XI Eusebius ait mundum sphærica forma esse. Montes et petras sensim crescere.

Eusebius qui, uti diximus, descriptionibus plerumque gaudet, ad physicam subinde speculationem vertitur. Ait vero non uno loco mundum sphærica forma esse : quæ opinio olim agitabatur inter scriptores; aliis planam, montibus tamen distinctam, terræ superficiem prædicantibus, e quorum numero Augustinus et Cosmas Ægyptius monachus, qui librum ea de re edidit *Topographiam Christianam* inscriptum, ubi sphæram sacris Litteris aperte repugnare contendit ille; aliis veram, et experimento demum assertam, opinionem tuentibus, qualis Eusebius, qui mundum sphæricum esse non semel indicavit. Eam tamen sententiam, non ut suam ille, sed ut alienam affert. Verisimile item arbitratur montes et petras sensim crescere, atque occultis intimisque incrementis majores evadere; quæ quorumdam, inquit ille, sui ævi physiologorum erat opinio; ut jam e nostris sunt qui idipsum propugnent, experimentisque manifestis rem comprobari affirment.

CAPUT X.

DE IDIOTISMIS EUSEBII IN HIS COMMENTARIIS, ET DE SINGULARI QUARUMDAM VOCUM SIGNIFICATU.

I. Vocis βίος usus singularis. II. Itemque τοῦ δοκεῖν. III. Ἐντυγχάνειν quid significat apud Eusebium. IV. Περίστασις pro calamitate. V. Ὑπακούειν respondere. VI. Σωτήριος quid, etc.

Etsi a multis Græceque peritissimis viris, in colligenda Græcarum omnium vocum significatione tanta sit industria desudatum, ut perpauca jam ad perfectam Græcorum scriptorum intelligentiam desiderentur; subinde tamen nomina verbaque occurrunt, quorum vis et sententia nondum observata, interpretibus errandi occasio esse possint. Hujusmodi autem pauca his in commentariis exstant, quorum præcipua hic consignare et explanare visum : nam minutiora ad indicem rerum allegamus.

I. Vocis βίος usus singularis.

Singularis est apud Eusebium vocis βίος significatio : passim quippe pro genere hominum accipitur : sic psal. v, 2 : Τοιοῦτος μὲν οὖν ἐτύγχανεν πᾶς ὁ πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας βίος, id est, *Hujusmodi profecto erat ante Salvatoris adventum totum hominum genus :* et psal. LXVII, vers. 5 : Ἵνα γὰρ ἐπιβῇ ὁ Θεὸς τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ, hoc est, *Nam ut Deus ad hominum genus accederet*, et passim alios : itemque in fine VI libri *Præparationis evangelicæ*, ὁ σύμπας τῶν ἀνθρώπων βίος, *universum hominum genus.* Similiter Athanasius, t. I, pag. 1233, καταλαζονευόμενοι τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου, *superbe agentes adversum genus humanum.* Quo etiam usu in aliis item scriptoribus occurrit, et in Heliodori Æthiopicis non semel observatur.

II. Itemque τοῦ δοκεῖν.

Alia vox est, in qua item Latine transferenda non pauci interpretes labuntur, scilicet δοκεῖν, *videri*, δοκεῖ, *videtur :* quod verbum vulgo usurpatur ad minuendam affirmationem; ita ut si, verbi causa, de quopiam dicatur, δοκεῖ εἶναι σοφός, *videtur esse sapiens*, id ut asseveranter dictum non habeatur, sed dubitationem quamdam præferat. Verum frequentissime apud scriptores bene multos δοκεῖ nihil minuit affirmationem, ut exempli gratia in his commentariis ad psalmum CXVIII, vers. 156, de Deo dicitur δικαιότατος εἶναι δοκεῖ, ubi vertendum sine dubio, *justissimus est.* Innumera proferri possent cum ex Eusebio, tum ex aliis scriptoribus exempla. Sic apud Athanasium, Ἵνα τοίνυν καὶ ὧν ἐπιθυμεῖς τετυχηκέναι δοκοίης; *ut igitur optata consequaris.* Sed jam hac de re tractatum a nobis est.

III. Ἐντυγχάνειν quid significet apud Eusebium.

A *dicunt animæ meæ : Non est salus ipsi in Deo ejus. Tu autem, Domine, susceptor meus es : gloria mea et exaltans caput meum.* Persecutiones exspectare oportet omnes qui secundum Deum vivere constituerint. Siquidem ut ait Apostolus : *Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu persecutionem patientur*[93]. At in omnibus par est gravia fortiter ferre : quandoquidem neque ad breve tempus, neque adversus paucos certamen nobis est ; sed contra multos ac fortes, non solum homines, sed etiam invisibiles inimicos. Et ut ad rem propositam veniatur, David a juventute sua per Saulem bello impetitus, ac deinceps a sexcentis aliis, demumque a filio pulsus regno, atque fugatus, hæc tempore fugæ dicebat. Inimicorum autem proprium est, irruere B atque insurgere in hostes, dum in mala inciderunt. Quamobrem post peccatum Davidis cum uxore Uriæ, multi in eum, ex iis scilicet qui alienis gaudebant malis, insurrexerunt. Jamdiu enim et a longis retro temporibus per invidiam exaltatur caput ejus, qui secundum corpus ad majora evehitur, et imminet capitibus infimorum, quæ deorsum inclinantur. Eodem modo dum beati viri anima crescit, et ad altiorem, qualis animabus competit, magnitudinis gradum evehitur, Deo videlicet juvante et ad se in cœlum evehente eum qui sese præbet ad superna ducendum. Quoniam vero, munificus cum sit, multo plura homini præbet quam ipse vel voto assequatur, superatque donis suis eum, qui pro viribus bonum operatur ; ideo omnis boni causam Deo C adscribens Paulus ait : *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*[94]. Deus igitur atque virtus sancti viri animam incremento donant, et omnino ad altiora evehunt : malignitas autem ejusque adjutrix inimica hominibus potestas contrahit, in angustumque redigit animam Deo non obsequentem ; atque ita minuitur, et, ut ita dicam, decurtatur ; ut inundante malitia, hujusmodi anima, secundum Isaiam, pro nihilo reputetur : peccatores namque pro nihilo habentur. Ac quemadmodum omnium corporum minimum pulvis est ; ita animæ improbæ multum imminutæ, sunt *tanquam pulvis quem projicit ventus.* Caput autem animæ æstimanda est intelligendi vis : nihil enim ea præstantius vel cogitare licet ; siquidem et caput corpori antecellit. D Hæc igitur intelligendi vis, quæ tropo quodam caput animæ dicitur, in quibusdam sursum erigitur, dum superne respicit, atque non modo terram, sed omnia etiam corpora transcendit, ita ut usque ad Deum perveniat. Observandum autem est, Deum hic triplici modo celebrari, ac primo, deinde secundo, demum tertio ordine exprimi. Ait enim primo Deum esse susceptorem suum, deinde gloriam, denique exaltantem caput. Cur autem susceptor sive patronus sit, vel ipso nomine deprehenditur : quia patrocinatur, ut liberet a multis mala

[93] II Tim. III, 12. [94] Rom. IX, 16.

(1) Ic. ἐπαίρει.

inferentibus, insurgentibus et ad desperationem salutis inducentibus eum qui talia fatur. Postquam susceptorem dixit, sequitur, *gloria* : prius suscipit Deus, deinde gloria afficit, demum gloria affecti caput exaltat. Nam si consurrexit cum Christo, et quæ sursum sunt sapit, non quæ super terram, exaltabitur caput ejus a Domino, qui est Verbum, et gloria ejus qui se recipit, quam a solo [Christo] expetit, quisquis gloriam non accipit ab homine. Quomodo autem exaltatum sit Davidis caput probe intelliges, si animadvertas, Davidis nomen per universum orbem et in omnibus gentibus propter Christum Dei Filium, ex semine ejus secundum carnem ortum, celebrari. Non tanta enim gloria affectus, neque ita exaltatus est, cum inter homines versaretur, et solum Israelis regnum obtineret, maximeque post Absalonis rebellionem, illatumque bellum, quanta exornatus est gloria per

A Ἐξῆς δὲ τῷ ἀντιλήπτορι ἡ *δόξα* ἐστί· πρότερον γὰρ ἀντιλαμβάνεται ὁ Θεὸς, εἶτα δοξάζει καὶ ἐξῆς ὑψοῖ τοῦ δεδοξασμένου τὴν κεφαλήν. Εἰ γὰρ συνηγέρθη Χριστῷ, καὶ τὰ ἄνω φρονεῖ, οὐ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ὑψωθήσεται αὐτοῦ ἡ κεφαλὴ ἀπὸ τοῦ Κυρίου, ὅς ἐστιν ὁ Λόγος, δόξα ὢν τοῦ χωρήσαντος αὐτὸν, ἣν ἀπὸ τοῦ μόνου ἐξῄτησεν ὁ μὴ λαμβάνων δόξαν παρὰ ἀνθρώπου. Ὅπως δὲ ὑψώθη τοῦ Δαυὶδ ἡ κεφαλὴ, νοήσεις ἐπιστήσας, ὡς καθ' ὅλης τῆς τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένης καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τὸ τοῦ Δαυὶδ βεβόηται ὄνομα, διὰ τὸν ἐκ σπέρματος αὐτοῦ κατὰ σάρκα γενόμενον Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱόν· οὐχ οὕτως γὰρ ἐν ἀνθρώποις ὢν, καὶ μόνου τοῦ Ἰσραὴλ βασιλεύων, δεδόξαστο καὶ ὕψωτο, καὶ μάλιστα μετὰ τὴν ἐπανάστασιν τοῦ Ἀβεσσαλὼμ τὴν κατ' αὐτοῦ γενομένην,
B ὡς διὰ τῆς σωτηρίου θεοφανείας ἐκ σπέρματος αὐτοῦ προελθούσης κατὰ σάρκα.

salutarem Dei ex semine ejus secundum carnem adventum.

Vers. 5. *Voce mea ad Dominum clamavi, et exaudivit me de monte sancto ejus.* Hunc montem memorat præcedens psalmus cum ait : *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus.* Christus autem erat qui sic loquebatur; at nunc David, se a Christo de monte sancto ejus exaudiendum testificatur. Quem porro exauditurum se dicit, nisi Dominum qui constitutus est rex *super Sion montem sanctum ejus?* Per hunc enim solum credebat se remissionem consecuturum; eumdemque esse gloriam suam, et exaltantem caput
C suum. Cum igitur diserte prænuntiasset se gloria afficiendum, et caput suum exaltandum esse; quandonam id sibi contigerit jam declarat his verbis : *Voce mea ad Dominum clamavi, et exaudivit me de monte sancto suo.*

Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα, καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ. Τοῦ ὄρους ἐμνημόνευσε τούτου καὶ ὁ πρὸ τούτου ψαλμὸς, ἐν οἷς ἔλεγεν· *Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ.* Ἦν δὲ καὶ ὁ λέγων ἐν ἐκείνοις ταῦτα ὁ Χριστός· καὶ νῦν τοιγαροῦν ἐπακούσεσθαι αὐτοῦ φησιν ὁ Δαυὶδ ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ. Τίνα δὲ ἐπακούσεσθαι αὐτοῦ, ἀλλ' ἢ τὸν Κύριον τὸν καταστάντα βασιλέα *ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ;* Διὰ τούτου γὰρ μόνου ἀφέσεως τεύξεσθαι πεπίστευκεν,
C αὐτὸν δὲ εἶναι δόξαν αὐτοῦ, καὶ τὸν ὑψοῦντα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Σφόδρα τοίνυν προειπὼν δοξασθήσεσθαι καὶ ὑψωθήσεσθαι τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν, ὁπόθεν ὑπῆρξεν αὐτῷ τοῦτο διδάσκει λέγων· *Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα, καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ.*

Vers. 6. *Ego dormivi et soporatus sum, exsurrexi quia Dominus suscipiet me.* Futura hic, tanquam præterita vaticinatur; sicut enim in secundo psalmo dictum est : *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt et convenerunt adversus Dominum et adversus Christum ejus :* et hæc tamen de futuro intelligebantur; eadem ratione jam illud : *Ego dormivi et soporatus sum,* prophetice dictum est, videlicet, dormiam, soporabor et
D exsurgam, quoniam tu, Domine, susceptor meus es, gloria mea, et exaltans caput meum. Hic enim tempus significat, quo sibi hæc obventura sunt : postquam dormierit, inquit, exsurget, quoniam Dominus suscipiet eum. Per *dormitionem* enim mortem significat, secundum quam hæc sibi futura vaticinatur : idque refert ad tempus vitæ Salvatoris, qua peracta terminum prophetia consecuta est; quando scilicet Filius hominis Christus ad infernum usque descendit, et captivorum, qui exitum exspectabant, Salvator commonstratus est; ita ut resurrectionis ejus ex mortuis tempore multa corpora sanctorum qui dormierant una cum ipso revixerint, in queis verisimile est fuisse animam

Ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, ἐξηγέρθην ὅτι Κύριος ἀντιλήψεταί μου. Τὰ μέλλοντα ἐν τούτοις ὡς παρῳχηκότα θεσπίζει· ὡς γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ ἐλέγετο· *Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Παρέστησαν καὶ συνέστησαν κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ*, ταῦτά τε ἐνοεῖτο μελλητικῶς· οὕτω καὶ νῦν τὸ, *Ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα*, προφητικῶς εἴρηται, ἀντὶ τοῦ, *Κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω*, καὶ ἐξεγερθήσομαι·
D ὅτι σὺ Κύριος ἀντιλήπτωρ μου εἶ, δόξα μου καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλήν μου. Ἐν τούτῳ γὰρ τὸν καιρὸν ἐπισημαίνεται καθ' ὃν ὑπάρξει αὐτῷ ταῦτα. Μετὰ γὰρ τὸ κοιμηθῆναι αὐτὸν ἐξεγερθήσεται, φησὶν, ὅτι Κύριος ἀντιλήψεται αὐτοῦ. *Κοίμησιν* δὲ σημαίνει τὸν θάνατον, μεθ' ὃν ταῦτα ἔσεσθαι περὶ αὐτοῦ προφητεύει, ἀναπέμπων ἐπὶ τὸν χρόνον τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας, μεθ' ὃν τέλους ἔτυχεν ἡ προφητεία· ὅτε καὶ μέχρις ᾅδου καταβὰς ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ Χριστὸς, καὶ τῶν ἐκεῖ προσδοκώντων ἄφιξιν Σωτὴρ ἐπεδείχθη, ὡς ἅμα τῇ αὐτοῦ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσει πολλὰ σώματα τῶν ἁγίων τῶν κεκοιμημένων συναναστῆναι αὐτῷ, ἐν οἷς εἰκὸς εἶναι καὶ τὴν τοῦ Δαυὶδ ψυχήν. Θαρσῶν δὲ τῇ δυνάμει τῆς ἀναστάσεως τοῦ

Σωτῆρος, δι' ἧς ἤμελλε καὶ αὐτὸς κοιμηθεὶς ἐξεγερθήσεσθαι, φησίν·

Οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων λαοῦ τῶν κύκλῳ συνεπιτιθεμένων μοι. Προεώρα γὰρ ὅτι μυριάδες ἀντικειμένων δυνάμεων βουλήσονται ἐπισχεῖν τὴν τῶν ἁγίων ἀναβίωσιν, διαφθονούμεναι τῇ αὐτῶν σωτηρίᾳ· ὧν ἐγὼ, φησὶν, λόγον οὐδένα ποιήσομαι, θαρρῶν τῷ ὑπερασπιστῇ μου, τῷ τοῦ θανάτου νικητῇ· ὃς δὴ θύρας χαλκᾶς συντρίψας καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσας, τὰς ἐξ αἰῶνος ἀποκεκλεισμένας τοῦ θανάτου πύλας ἀνέῳξεν· ὁδόν τε ἀναστάσεως παρέσχε τοῖς αὐτόθι γνωρίμοις αὐτοῦ, ὧν εἷς αὐτῶν ἦν ὁ Δαυΐδ. Διὸ ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ ἔλεγεν· *Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς· πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου.*

Ἀνάστα, Κύριε, σῶσόν με, ὁ Θεός μου. Ὅτι σὺ ἐπάταξας πάντας τοὺς ἐχθραίνοντάς μοι ματαίως· ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέτριψας. Τοῦ Κυρίου ἡ σωτηρία, καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου ἡ εὐλογία σου. Πιστεύσας τῇ προγνώσει τῆς γενησομένης αὐτῷ μετὰ *τὴν κοίμησιν* τουτέστι τοῦ θανάτου διὰ τῆς σωτηρίου χάριτος καὶ εὐεργεσίας· ὅτι τε οὐκ ἄλλως ἔσται ἢ σὺν τῇ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἀναστάσει, ἀκολούθως εὔχεται ἐπιταχῦναι τοῦ Κυρίου τὴν ἀνάστασιν, ὅπως δι' αὐτῆς τύχῃ καὶ αὐτὸς τῆς σωτηρίας· διό φησιν· *Ἀνάστα, Κύριε, σῶσόν με, ὁ Θεός μου.* Νικητὴν δὲ τὸν Σωτῆρα εἰδὼς πάντων τῶν ἐπιβουλῶν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, δαιμόνων πονηρῶν καὶ δυνάμεων ἀντικειμένων, φησίν· *Ὅτι σὺ ἐπάταξας πάντας τοὺς ἐχθραίνοντάς μοι ματαίως.* Οὕτως τὸ Ἑβραϊκὸν (1) οὐκ ἔχει, *ματαίως*, ἀλλὰ, *σιαγόνα*· οἱ δὲ Ἑβδομήκοντα, *ματαίως*, ἐξέδωκαν, ἢ κατὰ τὰ ἀρχαῖα ἀντίγραφα ἑτέρως ἐσχηκότα, καθά φασί τινες τῶν Ἑβραίων, ἢ τῆς λέξεως τὸ εὐτελὲς ἀποφεύγοντες. Οἶμαι δὲ κεκμῶντα δεικνὺς τὸν Θεὸν, ὅτι πείρας ἕνεκα παρέδωκεν ἡμᾶς ταῖς ἀντικειμέναις δυνάμεσι, διανίστησιν αὐτόν. Τάχα δὲ καὶ ὅτε τὸν Σωτῆρα ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν, ἐκάθευδεν αὐτῷ ὁ Πατήρ· Ἀνίσταται δὲ πόζων αὐτὸν πατάσσων αὐτοῦ τοὺς ἐχθροὺς, ἢ τοὺς Ἰουδαίους, ἢ τοὺς νοητοὺς ἀδίκως ἐχθραίνοντας. Μετὰ γὰρ τῶν μισούντων ὁ ἁγιός ἐστιν εἰρηνικὸς, ἀγαπῶν τοὺς ἐχθροὺς· ἀνθρωπικώτερον ὁ μὴ ματαίως· ἐχθραίνων ἀμύνεσθαι θέλει· θεοπρεπέστερον δὲ διὰ τὸ ἀληθεύειν. Ἔφη γὰρ ὁ Παῦλος· *Ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα ἀληθεύων* (2) *ὑμῖν*· Ὀπαδῶν καὶ ἐν Ψαλμοῖς τὸ, *Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, Κύριε, ἐμίσησα; Ἀλλ' οὐκ ἐπιβουλευτικὴν ἔχθραν* κατέσυρον, ἀλλὰ κωλυτικὴν, χρωμένης κακίας εἰς πολλούς. Δι' ἑαυτοῦ γὰρ ἢ καὶ δι' ἄλλου χρὴ τὴν δυνατὴν προσάγοντα βοήθειαν θεραπεύειν· ἢ τὸ τελευταῖον εὔχεσθαι περὶ τοῦ κλασθῆναι τὴν μοχθηρὰν ἕξιν, ἣν ἐκριζωθῆναι ἀπὸ τοῦ ἔχοντος· οὗ διδακτικὸν καὶ τὸ, *Προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων*, καὶ τὸ, *Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν.* Ὁ δὲ μὴ φιλῶς ἀγαπῶν, καὶ περὶ τὸ καλῶς γενέσθαι αὐτῷ

A Davidis. Fidens autem virtuti resurrectionis Salvatoris, per quam et ipse dormiens suscitandus erat, ait :

VERS. 7. *Non timebo millia populi circumdantis me.* Prævidebat enim multa fore adversariarum potestatum millia, quæ sanctorum resurrectionem, eorum saluti invidentes, interpellare vellent : quos ego, inquit, nihili faciam, confisus propugnatori meo, mortis victori ; qui contritis æreis foribus vectibusque ferreis confractis, occlusas a sæculo portas mortis aperuit, notisque suis ibi degentibus, e quorum numero David erat, ad resurrectionem viam paravit. Quamobrem in alio psalmo dixit : *Notas mihi fecisti vias vitæ : adimplebis me lætitia cum vultu tuo* [a].

B

VERS 8. *Exsurge, Domine, salvum me fac, Deus meus. Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa, dentes peccatorum contrivisti. Domini est salus, et super populum tuum benedictio tua.* Cum prospiceret salutem sibi, post *dormitionem* sive obitum, salutari gratia atque beneficio conferendam, ipsique fidem haberet ; certus hanc nonnisi in resurrectione Salvatoris posse sibi obvenire, consequenter precatur accelerari Domini resurrectionem, ut per eam et ipse salutem consequatur. Quamobrem ait : *Exsurge, Domine, salvum me fac, Deus meus :* gnarusque futurum Salvatorem omnium generis humani insidiarum, dæmonum item et adversariarum potestatum victorem, ait : C *Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa.* Hebraicum exemplar non sic habet, *sine causa*, sed, *in maxillam ;* Septuaginta vero Interpretes, *sine causa*, ediderunt, sive quia vetustiora exemplaria variabant, ut quidam Hebræorum testificantur : sive ut a vocis vilitate declinarent. Deum vero quasi tum dormientem adumbrans, cum tentandi causa adversariis nos potestatibus tradidit, ipsum a somno excitat. Et fortassis etiam tunc Pater dormierit, cum Salvatorem nostrum pro nobis omnibus tradidit : excitatur autem ut salutem ipsi conferat, percutiatque inimicos ejus, cum Judæos, tum intelligibiles hostes, qui sine causa ipsum oderunt. Nam vel cum iis qui se odio habent vir sanctus pacificus est, inimicosque diligit : humanius autem sentit qui cum non sine causa alicui inimicus sit, ultionem expetit : religiosius parco veri dicendi causa [tales inimicitiæ suscipiuntur.] Ait enim Paulus : *Inimicus vobis factus sum verum dicens* [b] : quale etiam in Psalmis illud est : *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam* [c] ? At non insidiantem inimicitiam hic intelligas velim, sed impedientem ; malitia scilicet in multos diffusa. Sui namque vel etiam alterius causa colendus observandusque est qui auxilium præstat ; sive demum precandum est, ut de improbo affecto

[a] Psal. xv, 10. [b] Galat. iv, 16. [c] Psal. cxxxviii, 21.

(1) In Hebraico legitur, לחי quod est *maxilla*.

(2) Forte legendum ἀληθεύων. Edit.

ultio sumatur ; vel ut radicitus tollatur ab eo qui sic affectus est. Quam rem docet illud : *Precamini pro iis qui vos molestia afficiunt*[27] ; et illud : *Diligite inimicos vestros*[28]. Qui porro non leviter amat, procurat etiam ut inimicis bene contingat. Insuperque illud in septimo psalmo dictum : *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis*[29], perspicue docet neminem odio habendum esse. Cur itaque dictum est : *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam*[30] ? Imo potius quis adeo impius, ut eum odio habeat, quem Deum arbitratur? Qui igitur Christum odio habent ac detestantur, Deum oderunt : nam, *qui me recipit*, inquit, *recipit eum qui me misit*[31]; et, *qui confitetur Filium, et Patrem habet*[32], ac vice versa, *qui Filium odit, odit et Patrem*[33]. Quisquis vero peccat, odit Deum : odit quippe sapientiam justitiamque, scilicet Christum. Ecquid mirum ? quando se ipse peccator odit. Nam, ex Salomone, *qui deserit disciplinam, odit seipsum*[34]. Itaque qui odit eos qui Deum oderunt, omnes, exceptis sane viris prudentibus ac religiosis, odio habebit ; imo seipsum peccantem. Neque sane putandum, animalia esse quæ Deum oderunt: sed mala ipsa hominibus obvenientia, qualis est malitia, [Dei odium pariunt.] Ipseque injustus, quatenus injustus est, Deum odit ; id agente malitia quæ inest eidem : atque hæc vitia, utpote inimica, perosa oportet esse potius quam nos ipsos. Sane ut a perfectione prodeunt justitia et temperantia, ita odium hujusmodi eodem ex fonte procedit. Quisquis ergo odio aliquem habet, temere ac vane odit : quod nobis probandum incumbit ; hujusmodi item illud est, *odio habuerunt me gratis*[35].

Eorum vero causa qui superius dixerant animæ ejus, *non est salus ipsi in Deo ejus*, nunc ait, *Dentes peccatorum contrivisti*, hoc est, sermones et blasphema dicta adversum me prolata abstulisti ; imo vero, eos qui talia adversum me spargebant, impios homines alienis malis gaudentes, contrivisti, vocesque eorum confudisti. Neque mihi uni post obitum, sed etiam universo, qui tuus futurus erat, populo resurrectionem parasti. Observandum autem est, loco illius vocis, *salus*, Hebraicam usurpatam esse vocem, quæ nomen *Jesu* exprimit : atque totius psalmi terminum, duo capita doctrinæ complecti ; nimirum virtutem Domini salutarem esse ; ipsumque populo suo, qui per ipsum salutem consecutus est, benedictionem impertiturum. Benedictio autem spiritualis prorsus est, ex hoc Apostoli dicto : *Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo*[36]. Proindeque in Christi ortu Josepho dictum fuit ab angelo : *Et vocabis nomen ejus Jesum, ipse enim salvum faciet populum suum*[37], qui etiam populi, beati vocantur. Hæc speculationis more dicta sunt. Potest etiam dici isthæc, quæ tamen prophetice a Davide prænuntiata fuerant, ad litteram impleta fuisse illo tempore ac rerum conditione, cum filius

A συνεργεῖ, καὶ τὸ ἐν ἑβδόμῳ δὲ ψαλμῷ λεγόμενον· *Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀντιποδιδοῦσί μοι κακὰ, ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενὸς*, σαφῶς διδάσκει μηδένα μισεῖν. Πῶς οὖν εἴρηται· *Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε, Κύριε, ἐμίσησα;* Μᾶλλον δὲ τίς ἐστιν οὕτως ἄθεος, ὡς μισεῖν ὃν ἡγεῖται Θεόν ; Δῆλον οὖν, ὡς οἱ μισοῦντες καὶ καταθεματίζοντες Ἰησοῦν μισοῦσι τὸν Θεόν· *Ὁ* γὰρ *ἐμὲ*, φησὶ, *δεχόμενος δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με*· καὶ, *Ὁ ὁμολογῶν τὸν Υἱὸν, καὶ τὸν Πατέρα ἔχει*· οὐκοῦν καὶ ὁ *μισῶν τὸν Υἱὸν, καὶ τὸν Πατέρα μισεῖ*. Καὶ πᾶς δὲ ἁμαρτάνων μισεῖ τὸν Θεόν· μισεῖ γὰρ σοφίαν καὶ δικαιοσύνην, ἅπερ ἐστὶ Χριστός. Καὶ τί θαυμαστὸν, ὅπου ἑαυτὸν ὁ ἁμαρτάνων μισεῖ ; Κατὰ γὰρ Σολομῶντα· *Ὁ ἀπωθούμενος παιδείαν μισεῖ ἑαυτόν*. Οὐκοῦν ὁ B μισῶν τοὺς μισοῦντας τὸν Θεὸν πλὴν λογίων τῶν εὐσεβεστάτων πάντας μισήσει καὶ ἑαυτὸν ἁμαρτάνοντα. Ὥστε οὐ ζῶα νομιστέον τὰ μισοῦντα τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τοῖς λογικοῖς κακὰ συμβεβηκότα, οἷον ἡ ἀδικία· καὶ ὁ ἄδικος καθὸ ἄδικος μισεῖ τὸν Θεὸν, τῆς ἐν αὐτῷ ἀδικίας τοῦτο ποιούσης. Καὶ δεῖ ταῦτα μισεῖν ἐχθρὰ τυγχάνοντα προηγουμένως ἡμῶν. Καὶ ὥσπερ ἀπὸ τελειότητος ἔρχεται δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη, οὕτω καὶ τὸ τοιόνδε μῖσος. Οὐκοῦν πᾶς ἐχθραίνων τινὶ ματαίως ἐχθραίνει· ὃ δὴ προὔκειτο δεῖξαι. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, *Ἐμίσησάν με δωρεάν*.

C Ἀλλὰ καὶ διὰ τοὺς ἀνωτέρω εἰρηκότας τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, *Οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ*, νῦν φησιν· *Ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέτριψας*, τουτέστι τοὺς λόγους καὶ τὰς κατ' ἐμοῦ βλασφημίας περιεῖλας· ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς κατ' ἐμοῦ τὰ τοιαῦτα φθεγξαμένους, ἀσεβεῖς ὄντας καὶ ἐπιχαιρεκάκους, συνέτριψας, καὶ τὰς φωνὰς αὐτῶν κατῆσχυνας. Καὶ οὐ μόνον γε ἐμοὶ μετὰ τὸ κοιμηθῆναι καὶ ἀναστῆναι παρέσχου, ἀλλὰ καὶ παντὶ τῷ μέλλοντι χρηματίζειν σου λαῷ. Τηρητέον δὲ, ὡς, ἀντὶ τοῦ *Σωτηρία*, ἡ Ἑβραϊκὴ φωνὴ (1) τὸ *τοῦ Ἰησοῦ* ὄνομα παρείληπται· καὶ δὴ τὸ συμπέρασμα τοῦ παντὸς δύο περιέχει διδασκαλίας· ὅτι τε ἡ τοῦ Κυρίου δύναμις σωτήριός ἐστι, καὶ ὅτι αὐτὸς τῷ αὐτοῦ λαῷ, τῷ δι' αὐτοῦ σεσωσμένῳ, τὴν εὐλογίαν παρέξει. Εὐλογία δὲ πάν- D των πνευματικὴ κατὰ τὸν Ἀπόστολον εἰπόντα· *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ*. Ἔνθεν ἐπὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος γενέσεως λέλεκται τῷ Ἰωσὴφ ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου· *Καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ*, οὓς καὶ μακαρίους ὁ λόγος ἔφασκε. Ταῦτα μὲν οὖν τις κατὰ θεωρίαν τῶν προκειμένων. Εἴποι δ' ἄν τις καὶ πρὸς λέξιν πεπληρῶσθαι αὐτά· προλεχθέντα μὲν ὑπὸ τοῦ Δαυὶδ προφητικῶς ἐν καιρῷ τῆς περι-

[27] Luc. VI, 28. [28] Matth. V, 44. [29] Psal. VII, 8. [30] Psal. CXXXVIII, 21. [31] Matth. X, 40. [32] ibid. [33] Joan. XV, 23. [34] Prov. XV, 32. [35] Psal. XXXIV, 19. [36] Ephes. I, 3. [37] Matth. I, 21.

(1) Hebraica vox est : ישועה.

στάσεως, ὁπηνίκα ὁ υἱὸς ἐδίωκεν αὐτόν, ἐπὶ πέρας δὲ ἠγμένα μετ' οὐ πολὺ, ὅτε ἐν τῇ τοῦ πολέμου συμβολῇ πίπτει μὲν ὁ Ἀβεσσαλὼμ, πίπτουσι δὲ καὶ οἱ τὰ φίλα αὐτῷ φρονοῦντες· κρατεῖ δὲ ἡ τοῦ Δαυὶδ πρόρρησις ἡ φήσασα· *Ὅτι σὺ ἐπάταξας πάντας τοὺς ἐχθραίροντάς μοι ματαίως· ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέτριψας. Τοῦ Κυρίου ἡ σωτηρία, καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου ἡ εὐλογία σου.* Ἐλέγετο γοῦν ταῦτα προφητικῶς, ὡς ἂν ἤδη τοῦ λαοῦ σεσωσμένου, καὶ ὑπὸ τοῦ Δαυὶδ γενημένου. A

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΨΑΛΜΟΥ Δ'.

(1) *Εἰς τὸ τέλος ἐν ψαλμοῖς ᾠδὴ τῷ Δαυίδ.*

Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

Ὥσπερ πάσης τέχνης καὶ ἐπιστήμης τέλος ἐστὶν (2)..... καταντῆσαι τὸν μετερχόμενον· οὕτω πάσης λογικῆς φύσεως, τὸ ἐν Χριστῷ ζωοποιηθῆναι τέλος ἐστὶν, ὡς ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς Κορινθίους ὁ Παῦλός φησι λέγων τῷ ἰδίῳ τάγματι· Δοκεῖ μη..... ἐν ὑπογράφειν ἁπάντων, ὡς αἱ ἑκάστου *ζωοποιουμένου* πρὸς τὴν ἀξίαν μετὰ βασάνους. Ἢ καὶ τούτων χωρὶς *ζωοποιήσας* δὲ πάντας Χριστὸς ἐν ἑαυτῷ τοὺς τῷ Ἀδὰμ ἀποθνήσκοντας βασιλεύει *τῶν ζωοποιηθέντων*· ἐφ' ὃ παρεκάλει τοὺς συνιέντας ἡ *εἰς τὸ τέλος* ἐπιγραφή. Παντὶ δὲ ἀγωνιζομένῳ τέλος ἡ νίκη. Πολλαὶ μὲν οὖν αἱ κατὰ μέρος νίκαι, καὶ τέλος ἤ ποτὲ μὲν λέγοντος Παύλου· *Ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς· ποτὲ δέ· Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ Κύριος.* Οἱ οὖν ἐπιγεγραμμένοι *εἰς τὸ τέλος τῷ Δαυὶδ*, τέλος καὶ νίκην ἀπαγγέλλουσι τοῦ Χριστοῦ λεγομένου Δαυὶδ· καὶ ἀντὶ τοῦ, *εἰς τέλος*, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *νικοποιοῦ*. Παντὶ γὰρ νενικημένῳ περιποιήσεται νίκην. Ὑπὸ Χριστοῦ γάρ τις νικώμενος, τὴν κακίαν νενίκηκε, ταύτην ἐξαφανίζων τῷ ὑποτετάχθαι Χριστῷ. Νικᾷ γὰρ οὐκ ἄκοντας, ἀλλὰ πεισθῶν ὡς λόγος Θεοῦ. Τοὺς δὲ τοιούτους ὕμνους ἢ ψαλμοὺς, *εἰς τὸ νῖκος*, Θεοδοτίων ἐπέγραψε· Σύμμαχος δὲ, *ἐπινικίους*. Οὕτω δὲ νοεῖν εὔλογον, κἂν μὴ τῷ Δαυὶδ ὦσιν ἐπιγεγραμμένοι, ἀλλ' *εἰς τὸ τέλος* τυχὸν τῷ *Ἀσὰφ*, ἢ *τοῖς υἱοῖς Κορὲ*, τῷ τοὺς ἁγίους ἀναδεδέχθαι πάντας τὴν εἰκόνα Χριστοῦ. Τὸ δὲ *ἐν ψαλμοῖς* παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα καὶ Ἀκύλας, (*sic*) σαφέστερον ὁ Σύμμαχος, *διὰ ψαλτηρίων* ἐξέδωκε διδασκο..... τὴν ᾠδὴν εἰρῆσθαι..... τὰ ψαλτήρια πλείω..... ὄργανα δι' ὧν ᾄδεται τὸ *εἰς τὸ τέλος*, ἢ *ὁ ἐπινίκιος*, ἢ τῷ *νικοποιῷ*, ὃ δηλοῦν ἔοικε καὶ τὸ *εἰς νῖκος ἐν ὕμνοις* παρὰ τῷ Θεοδοτίωνι. Αὕτη τοίνυν ἡ ᾠδὴ, ἢ τὸ μελῴδημα, ἢ ψαλμὸς τὴν εἰρημένην ἔχων ὑπόθεσιν ἐπαγγέλλεται ταύτην κοινότερον μὲν ἐν τῷ προφήτῃ Δαυὶδ, μυστικώτερον δὲ τῷ Χριστῷ, τὸ πρόσωπον B

persequeretur eum; sed ad terminum non multum postea deducta, cum in congressu prælii cecidit Absalom, ceciderunt pariter qui ejus partibus hærebant: obtinuitque prædictio illa Davidis: *Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: dentes peccatorum contrivisti. Domini est salus, et super populum tuum benedictio tua.* Hæc itaque prophetice dicta sunt, ac si populus jam salvus esset, et ad Davidis imperium reductus.

ENARRATIO PSALMI IV.

1. *In finem in psalmis canticum David.*

In finem in hymnis psalmus David.

Sicut cujusvis artis ac scientiæ finis est, ut quisquis ipsam adit ad perfectionem deveniat; ita omnis rationalis naturæ finis est ut in Christo vitam accipiat, quemadmodum in prima ad Corinthios Epistola ait Paulus [38]. . . . . Singulis post cruciatus pro merito suo *vivificatis.* Postquam autem Christus omnes qui in Adamo mortui erant, in seipso *vivificavit*, regnat in *vivificatos:* ad quam rem homines intelligentia præditos evocat inscriptio, *in finem.* Omni autem prælianti finis victoria est. Multæ porro sunt singulatim acceptæ victoriæ; quarum finem describit Paulus, modo dicens: *In his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos* [39]; modo autem: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi: in reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus* [40]. Psalmi itaque, *in finem ipsi David* inscripti, finem prædicant ac victoriam Christi, qui David vocatur. Vice autem illius, *in finem*, secundum Aquilam, *victoris*, dicitur. Is enim cuilibet victo victoriam tribuet. Nam quisquis a Christo vincitur, malitiam vincit, ipsamque de medio tollit, quia subjicitur Christo. Neque enim invitos vincit ille, sed suasione, utpote verbum Dei. Hujusmodi porro hymnos vel psalmos Theodotio, *in victoriam*, inscripsit; Symmachus, *triumphales.* Eademque ratione intelligendum est etiamsi non Davidi inscripti sint, sed forte *in finem Asaph*, aut *filiis Core*, quia sancti omnes pro imagine Christi habentur. Illud autem *in psalmis* quod in LXX et in Aquila legitur, apertius Symmachus *cum psalteriis* edidit; docetque cum psalteriis canticum persolutum fuisse. Psalteria quippe instrumenta sunt, quibus illud *in finem* canitur, sive *pro parta victoria*, sive *victori:* quod ipsum significare videtur illud *in victoriam in hymnis* apud Theodotionem. Hoc igitur canticum, vel melodia, sive psalmus, memoratum habens argumentum, victoriam pollicetur, ex vulgatiore sententia Davidi, secundum arcanam vero significationem, Christo sanctorum C D

[38] I Cor. xv, 22. [39] Rom. viii, 37. [40] II Tim. iv, 7, 8.

(1) Hebraica lectio est; לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹת מִזְמוֹר : לְדָוִד quæ sic ab Aquila exprimuntur, τῷ νικοποιῷ ἐνψαλμοῖς μελῴδημα τῷ Δαυὶδ. A Symmacho autem, ἐπινίκιος διὰ ψαλτηρίων ᾠδὴ τῷ Δαυὶδ. A Theodotione, εἰς τὸ νῖκος ἐν ὕμνοις ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ. Theodotionis diversam affert Theodoretus lectionem, nimirum, τῷ νικοποιῷ ἐν ὕμνοις, etc., sed prior germana.

(2) Sic lacera sunt hæc in mss.

ersonam assumenti, ipsorumque ærumnas quasi proprias, necnon sanctorum dilatationes sibi ascribenti ; sanctorum quippe vox illa est, *tribulationem patientes, sed non angustiati* [41] ; convertenti autem eos qui gravi corde sunt, quærentes vanitatem et loquentes mendacium. Melodia porro præter canticum videtur innuere mysticæ modulationis artificium : tum si ad rectam intelligendi normam deducatur, est vitæ institutum ad Dei gloriam, cum doctrina sana verbisque ad aliorum utilitatum concinnatis.

A τῶν ἁγίων ἀναλαμβάνοντι, τὰς δὲ θλίψεις αὐτῶν ἰδιοποιημένῳ καὶ τοὺς πλατυσμοὺς ἁγίων· ἁγίων γὰρ, φωνὴ τὸ, *Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι*· ἐπιστρέφοντι δὲ καὶ τοὺς ὅσοι τυγχάνουσι βαρυκάρδιοι, τούς τε ἀγαπῶντας τὰ μάταια καὶ ζητοῦντας τὸ ψεῦδος. Τὸ δὲ μελῴδημα παρὰ τὴν ᾠδὴν ἔοικε δηλοῦν καὶ τὸ τοῦ μυστικοῦ ῥυθμοῦ τεχνικόν· κατὰ δὲ ἀναγωγὴν ὀρθὴν, πολιτεία πρὸς δόξαν Θεοῦ μετὰ δογμάτων ὑγιῶν καὶ λόγων καὶ ἑτέροις ὠφελίμων.

Vers. 2. *Cum invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ, in tribulatione dilatasti me.* Præcedens psalmus dictus est cum fugeret David a facie Absalonis filii sui ; præsens vero videtur post illum enuntiatus, post partam scilicet de Absalone victoriam : quo B gesto, triumphalem hymnum victoriam præbenti Deo consecrat, præsentem videlicet psalmum ; quo suadetur nobis ut ne simus Dei erga nos beneficiorum immemores. Merito igitur in priori dicebat : *Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me* [42] ; in hoc autem, *in tribulatione dilatasti me.* Hæc sane loquitur de calamitate per Absalonem importata, in qua, cum Deum invocasset, propitium expertus est, et, cum propter populum et propter arcam Domini in ærumnis degeret, quietem ac *dilatationem*, cessante bello, ac profundissima pace se atque populum omnem excipiente, nactus est. Vel fortassis hæc dicit occasione lapsus cum uxore Uriæ, rebellionis filii, et reliquarum omnium calamitatum quæ ipsum domi excepere. Cum enim propter hæc omC nia sese afflictioni dedidisset, ad pœnitentiam et confessionem sese vertisset, et quasi certatim supplicium in se de peccato sumpsisset, justitiæ operibus fructibusque recte factorum optimis Deum propitiatus, bonam assecutus promissionem, qua permotus in præcedenti psalmo prophetice dixit : *Tu autem, Domine, susceptor meus es, gloria mea et exaltans caput meum* [43], ac cætera, quæ priori sermone allata sunt ; consequenter in hisce declarat : *Cum invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ, in tribulatione dilatasti me. Miserere mei, et exaudi orationem meam.* Et primum, exauditus cum invocaret Dominum, non erigitur (25), neque in segniem cadit : sed statim, de futuro sollicitus, precatur iterum, rogans Deum perpetuo sibi fore propiD tium. Supplicat autem exaudiri se ex misericordia, non ex debito. Etiamsi enim ipsi aderat aliquis justitiæ fructus ; at ipsi non confidere se dicebat, sed Dei misericordiæ et miserationibus.

Vers. 3. *Filii hominum, usquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem et quæritis mendacium ?* Eos qui aggravata mente sunt, tardique ad verbum divinum audiendum, graves corde vocavit, sive eos qui conscientia improbis cogitationibus onusta essent. Quos verbo incessens ait : Usquequo in peccatis vestris perseverabitis, cum festinandum ad

Ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με, εἰσήκουσέ μου ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης μου, ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με. Ὁ μὲν πρὸ τούτου ψαλμὸς ἐλέγετο ἐν τῷ ἀποδιδράσκειν Δαυὶδ ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλὼμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· ὁ δὲ παρὼν ἔοικεν ἐξῆς ἐκείνῳ εἰρῆσθαι μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ νίκην· μεθ' ὃν ὕμνον ἐπινίκιον τῷ νικοποιῷ Θεῷ ἀνατίθησι τὸν παρόντα ψαλμὸν, δι' οὗ καὶ ἡμεῖς παιδευόμεθα μὴ ἀμνημονεῖν τῶν τοῦ Θεοῦ εἰς ἡμᾶς εὐεργεσιῶν. Εἰκότως οὖν ἐν μὲν τῷ πρὸ τούτου ἔλεγεν· *Κύριε, τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με ;* ἐν δὲ τούτῳ· *Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με.* Λέγει δὲ ταῦτα περὶ τῆς κατὰ τὸν Ἀβεσσαλὼμ συμφορᾶς· καθ' ἣν τὸν Θεὸν ἐπικαλεσάμενος, ἔτυχεν αὐτοῦ ἐπηκόου· καὶ γενόμενος ἐν θλίψει διὰ τὸν λαὸν, καὶ τὴν κιβωτὸν τοῦ Θεοῦ, ἀνέσεως καὶ *πλατυσμοῦ* ἠξιώθη, παυσαμένου μὲν τοῦ πολέμου, εἰρήνης δὲ βαθυτάτης διαλαβούσης αὐτόν τε καὶ πάντα τὸν λαόν. Ἢ ἄλλως λέγει ταῦτα ἐπὶ τοῦ πταίσματος τῆς τοῦ Οὐρίου, καὶ ἡ τοῦ υἱοῦ ἐπανάστασις, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τὰ κατὰ τὸν οἶκον κακὰ ἃ συμβέβηκεν αὐτῷ. Ἐπὶ τούτοις γὰρ ἑαυτὸν κακώσας, μετανοίᾳ τε καὶ ἐξομολογήσει ἑαυτὸν παραδοὺς, καὶ τῷ πταίσματι ἐφαμίλλως ἑαυτὸν τιμωρησάμενος, ἔργοις τε δικαιοσύνης καὶ καρποῖς ἀγαθοῖς πάσης εὐποιίας τὸν Θεὸν ἱλασάμενος, καὶ τυχὼν ἐπαγγελίας ἀγαθῆς, δι' ἣν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ προφητικῶς ἔλεγε· *Σὺ δὲ, Κύριε, ἀντιλήπτωρ μου εἶ, δόξα μου καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλήν μου*, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα παρίστη ὁ πρὸ τούτου λόγος, ἀκολούθως διὰ τῶν προκειμένων φησίν· *Ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με εἰσήκουσέ μου ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης μου, ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με. Οἰκτείρησόν με καὶ εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου.* Τὸ πρῶτον ἐπακουσθεὶς ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαι τὸν Κύριον, οὐκ ἐπαίρεται οὐδὲ ἀπορράθυμεῖ· ἀλλ' εὐθὺς περὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου πάλιν δέεται, πάντοτε τὸν Θεὸν ἐπήκοον ἔχειν παρακαλῶν· ἱκετεύει τε κατ' οἶκτον ἐπακουσθῆναι, οὐ κατ' ὀφειλήν. Εἰ γὰρ καὶ παρῆν τις αὐτῷ καρπὸς δικαιοσύνης, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τούτῳ θαρσεῖν ἔλεγεν· ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἐλέῳ καὶ τοῖς οἰκτιρμοῖς τοῦ Θεοῦ.

Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι ; ἵνα τί ἀγαπᾶτε ματαιότητα, καὶ ζητεῖτε ψεῦδος ; Τοὺς τὴν διάνοιαν πεπαχυμμένους, καὶ περὶ τὴν ὑπακοὴν τοῦ θείου λόγου βραδεῖς, βαρυκαρδίους ὠνόμασεν, ἢ τοὺς βεβαρημένους τὸ συνειδὸς ὑπὸ μοχθηρῶν λογισμῶν· πλήττων δὲ τούτους τῷ λόγῳ φησίν· Ἕως ποτε ταῖς ἑαυτῶν ἁμαρτίαις παραμένετε, σπεύδειν

[41] II Cor. IV, 8. [42] Psal. III, 2. [43] ibid. 4.

δέον ἐπὶ μετάνοιαν καὶ τὴν φίλην τῷ Θεῷ ἐξομολόγησιν; κατὰ δὲ τὴν ἱστορίαν, ἔοικεν ὁ Δαυὶδ πρὸς τοὺς ἐπὶ τοῖς πειρασμοῖς καὶ ταῖς περιστάσεσι ταραττομένους, καὶ θορυβουμένους, καὶ πάντα μᾶλλον πράττοντας ἢ ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγοντας, ταῦτα λέγειν. Τί γὰρ χρὴ ταράττειν καὶ ταράττεσθαι, φησὶν, ἐν τοῖς περιστατικοῖς καιροῖς; Τί δὲ χρὴ ματαιότητι ἑαυτοὺς ἐκδιδόναι, ὦ βαρυκάρδιοι ἄνδρες; Τί δὲ τὸ ψεῦδος μετιέναι, τὸ ἀληθὲς καταλιπόντας; Ἀλλὰ γὰρ ἐντεῦθεν μαθόντες, ὅτι Θεὸς καὶ Κύριός ἐστιν ὁ τῶν ὅλων ἔφορος καὶ προνοητὴς, ὁ μηδέποτε καταλείπων πάντα ὅσιον αὐτοῦ, ἀλλ' ἀεὶ θαυμαστὰ ἐπ' αὐτῷ δεικνὺς, σπουδάζετε καὶ αὐτοὶ ὅσιοι γενέσθαι, εὖ καὶ ἀκριβῶς εἰδότες, ὅτι καὶ ὑμῶν ὥσπερ οὖν καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ Κύριος εἰσακούσεται, ἐν τῷ κεκραγέναι πρὸς αὐτόν. Ἐπακούσαντος δὲ ὑμῶν τοῦ Κυρίου, οὐδὲν δεῖ λοιπὸν μεριμνᾷν, ἔχοντας τὸ ἀσφαλὲς ἀπὸ τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας. Δόξα τε τοῦ θείου λόγου εἶεν ἂν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ Σύμμαχον (1)· ὁ μὲν γὰρ Ἀκύλας· *Ἕως πότε, οἱ ἔνδοξοί μου;* ὁ δὲ Σύμμαχος· *Ἕως πότε, ἡ δόξα μου;* διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς νοερὰν ψυχὴν καὶ λογικὴν τὴν κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ πεποιημένην. Οὓς ἐπὶ τὸ χεῖρον ἑαυτοὺς διαστρέφοντας ὁ λόγος ἐπονειδίζει, *βαρυκαρδίους* καλῶν, καὶ ἀνθρώπων υἱούς· δέον εἶναι υἱοὺς Θεοῦ, κατὰ τό· *Ἐγὼ εἶπον· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες.*

Καὶ γνῶτε, ὅτι ἐθαυμάστωσε Κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ. Ὁ προφήτης περὶ Χριστοῦ διδάσκει ἡμᾶς, ὃς ἐστιν ἀληθὴς ὅσιος, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ ιε' ψαλμῷ· καὶ οἱ ἀπόστολοι δὲ ἐμαρτύρησαν, ὡς περὶ Χριστοῦ προφητευομένου λέγοντες εἰρῆσθαι τὸ, *Οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν.* Δυνατὸν δὲ καὶ περὶ παντὸς ὁσίου διδάσκεσθαι ἡμᾶς. Οὐ ταυτὸν δέ ἐστι πιστεῦσαι, *ὅτι ἐθαυμάστωσε Κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ*, καὶ γνῶναι, ὡς οὐδὲ ταυτόν ἐστι τῇ ἀληθείᾳ πιστεῦσαι, καὶ γνῶναι τὴν ἀλήθειαν, καὶ πιστεῦσαι τῷ Θεῷ καὶ γνῶναι τὸν Θεόν. Οἱ ἀπόστολοι οὖν τῇ ἀληθείᾳ ἐπίστευον· ἀλλ' οὐ παντως ὅτε ἐπίστευον ἐγνώκεισαν αὐτήν. Ἀπόδειξις δὲ τῶν εἰρημένων τὸ Εὐαγγέλιον, ἔνθα εἴρηται· *Ἐὰν μείνητε ἐν τῷ ἐμῷ λόγῳ, ἀληθῶς μαθηταί μού ἐστε, καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς.* Πιστεύουσι γὰρ τῇ ἀληθείᾳ, φησὶ, τὸ γνώσεσθαι τὴν ἀλήθειαν· κατὰ γὰρ τοὺς προφήτας πιστεῦσαι δεῖ πρὶν συνιέναι καὶ λαλῆσαι· τοῦ μὲν Ἡσαΐου λέγοντος· *Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε·* τοῦ δὲ Δαυὶδ· *Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα.* Ὅτι δὲ τὸ γινώσκειν τὸν Θεὸν τοῦ πιστεύειν αὐτῷ διαφέρει, ἐν τοῖς Ψαλμοῖς ἀναγέγραπται διὰ τοῦ, *Σχολάσατε καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός·* οὐ γὰρ τοῖς ἀπιστοῦσί φησι· *Σχολάσατε καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός.* Ἐπὶ γνῶσιν οὖν ἡμᾶς ὁ λόγος προκαλούμενος ὑποβάλλει καὶ τὴν τίνος γνῶσιν ἀνα-

A pœnitentiam et ad dilectam Deo confessionem esset? Quod si historia spectetur, videtur David eos alloqui, qui in tentationibus et in eventibus variis turbantur, omniaque potius agunt, quam ad Deum confugiant. Quid opus, inquit, turbari ac tumultuari pro conditione temporum? Quid juvat se vanitati tradere, o gravi corde homines? Quid mendacium quærere, relicta veritate? Quin potius ex hisce edocti, Deum ac Dominum esse omnium inspectorem ac moderatorem, qui nullum unquam sanctorum suorum deserit, sed mirabilia semper illorum causa efficit, curate vos ipsi ut sancti sitis, apprime gnari, Dominum vobis, perinde atque mihi propitium fore, si quando ad ipsum clamabitis. Si autem vos Dominus exaudierit, nulla ulterius vo-
B bis sollicitudo fuerit, cum ejus auxilium vobis sciatis adfuturum. Gloria autem divini verbi fuerint filii hominum, juxta Aquilam et Symmachum; nam Aquila sic habet: *Usquequo, gloriosi mei?* Symmachus vero: *Usquequo, gloria mea?* videlicet propter animam intelligendi vi præditam et rationabilem, ad imaginem Dei factam. Quibus hic exprobrat Psalmista, eosque, utpote ad pejora versos, *gravi corde* homines, ac filios hominum vocat; quos filios esse Dei oportuisset, juxta illud: *Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes* [46].

C Vers. 4. *Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum.* De Christo nos Propheta admonet, qui verus sanctus est, ut in psalmo xv habetur, quem locum testificantur apostoli de Christo prophetice intelligendum, videlicet: *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem* [48]. Fieri tamen potest ut de sancto quolibet hic doceamur. Neque tamen idipsum est credere, *quoniam mirificavit Dominus sanctum suum*, ac cognoscere non idem esse credere veritati, et nosse veritatem; et credere Deo, ac nosse Deum. Apostoli certe veritati credebant; sed dum crederent, non prorsus noscebant illam. Quæ dicimus probe commonstrantur ex hoc Evangelii loco: *Si manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos* [49]. Credunt enim, inquit, veritati, ut cognoscant veri-
D tatem: nam, secundum prophetas, credendum prius est quam intelligamus et loquamur, dicente Isaia: *Si non credideritis, neque intelligetis* [47]; et Davide: *Credidi, propter quod locutus sum* [50]. Quod autem discrimen sit inter Deum nosse et Deo credere, in psalmis describitur his verbis: *Vacate et videte quoniam ego sum Deus* [51]: non enim hæc loquitur non credentibus: *Vacate et videte quoniam ego sum Deus.* Cum itaque nos sermo ad cognitionem evocat, indicat simul cujus rei notitiam nos assequi oporteat; videlicet mirabiles effici sanctos,

[46] Psal. LXXXI, 6. [48] Psal. XV, 10. [49] Joan. VIII, 31,32. [47] Isa. VII, 9. [50] Psal. CXV, 10. [51] Psal. XLV, 11.

(1) In Hebraico legitur כבודי, id est, *gloria mea*, ut probe Symmachus interpretatur.

dum arcanorum mysteriorum sacrarumque speculationum mirabilibus admoventur : atque ipsi per Dei gratiam divinamque inspectionem mirabiles evadunt.

λαβεῖν ἡμᾶς χρὴ, ὡς εἰσιν ὑπὸ Θεοῦ τεθαυμαστωμένοι οἱ ὅσιοι, θαύμασι προσαχθέντες τῶν ἀπορρήτων μυστηρίων καὶ τῶν ἁγίων θεωρημάτων, καὶ αὐτοὶ δι' αὐτὴν τοῦ Θεοῦ χάριν καὶ θείαν ἐπισκοπὴν θαυμαστοὶ γενόμενοι.

Vers. 5. *Irascimini et nolite peccare : quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.* Suadet iræ impetum cohibere, si quando vehementi commotione feratur, monetque ne quid ira impellente agatur : neque importune talia fatur. Nam quia ii qui a Davide stabant, rebellionem filii in patrem, uti par erat, indigne ferentes, in bellum contra Absalonem ira correpti proficiscebantur; ideo sic eos compellare videtur : Vos quidem, o viri commilitones, qui vere *gloriosi* mei estis, utpote *filii hominum, gravi corde* præditi, et mortalis hujus vitæ vanitati hærentes, ignorantesque justum Dei contra impios judicium, irascimini adversus impium filium : ac jure quidem commoti, indigneque rem ferentes, in bellum proficiscimini. Ego vero vos omnes moneo, etsi merito ira percitos, ne sitis clementiæ patientiæque immemores, neu ita succenseatis, ut in peccatum labamini. Quamobrem dico : *Irascimini, sed nolite peccare.* Etiamsi porro propter improbos Absalonis ausus animo, juxta Aquilam, commovemini, cavete tamen, ne prioribus peccatis novum adjiciatis, si in iracundia perseveretis. Deprehendes autem in historia ipsum admodum præcepisse ut filio parcerent.

Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε. Συμβουλεύει κωλύειν τὸ τῆς ὀργῆς πάθος, εἴ ποτε ἀγανακτικῶς ἀνακινεῖται, μηδὲ εἰς ἔργον τὸν θυμὸν κινεῖσθαι παραινῶν. Οὐκ ἀκαίρως δὲ ταῦτά φησιν· ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ὁρμῶντες εἰς πόλεμον, μετ' ὀργῆς ἐξῆεσαν, ὡς εἰκὸς, οἱ μετὰ τοῦ Δαυῖδ, ἀγανακτοῦντες ἐπὶ τῇ τοῦ υἱοῦ κατὰ τοῦ πατρὸς ἐπαναστάσει· τούτου χάριν ἔοικε τοιαῦτά τινα πρὸς αὐτοὺς λέγειν· Ὑμεῖς μὲν, ὦ ἄνδρες σύμαχοι, οἱ δὴ καὶ *ἔνδοξοί* μου, ὡς *υἱοὶ ἀνθρώπων βαρυκάρδιοι* τινες ὄντες, καὶ τῇ τοῦ θνητοῦ βίου ματαιότητι προσέχοντες, οὐκ εἰδότες τὴν τοῦ Θεοῦ κατὰ τῶν ἀσεβῶν δικαιοκρισίαν, θυμοῦσθε κατὰ τοῦ ἀσεβοῦς υἱοῦ· καὶ δικαίως κινούμενοι, καὶ ἀγανακτικῶς ὀργιζόμενοι, ἐπὶ τὸν πόλεμον ὁρμᾶτε· ἐγὼ δὲ τοῖς πᾶσι παραινῶ, εἰ καὶ εὔλογος ἡ ὀργὴ, ἀλλ' ὑμᾶς οὐ χρὴ τῆς οἰκείας ἐπιλανθάνεσθαι ἀνεξικακίας, οὐδ' ἐπὶ πλέον ἐξάπτεσθαι, ὡς καὶ ἐπὶ ἁμαρτίας ἐκπίπτειν. Διό φημι· *Ὀργίζεσθε, ἀλλὰ μὴ ἁμαρτάνετε.* Εἰ δὲ καὶ κλονεῖσθε, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *τὰς ψυχὰς* διὰ τὰ τῷ Ἀβεσσαλὼμ προτετολμημένα, ἀλλ' ὁρᾶτε μὴ καὶ ἑτέραν ἐπὶ ταῖς προτέραις προσθεῖητε ἁμαρτίαν, τῇ ὀργῇ ἐπιμένοντες. Εὕροις δ' ἂν καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν πολλὰ παραινοῦντα αὐτὸν φείσασθαι τοῦ παιδός.

Vers. 6, 7. *Sacrificate sacrificium justitiæ, et sperate in Domino.* Etiamsi ut homines mortales in multis cogitationibus, ira permoti, per diem versamini; at in cubilibus quiete apud vos ipsos agentes, atque illa quæ in die perpetrastis vobiscum reputantes, compungimini. Ne igitur adversus eos qui vos facinoribus aggrediuntur, neque adversus filium patri rebellem ira concitemini : neu vos, lacessentibus licet impiis, atque ad iracundiam provocantibus, in peccata labamini; imo potius, si quidem in tuto degere cupiatis, *sacrificate sacrificium justitiæ, et sperate in Domino;* neque conturbemini, utpote qui per justitiam in Dei familiam ascripti estis. Quandoquidem ille præ omnibus sacrificiis, justitiæ operibus et recte factis delectatur; multo enim præstabilius est ita agere, quam irasci et ultionem meditari; eam ob rem, rebellante filio, ea mihi una cura fuit, ut per justitiam Deum placarem : quare, *cum invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ*, et, *in tribulatione dilatasti mihi*, quia cum sacrificassem sacrificium justitiæ, in ipso speravi.

Θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης, καὶ ἐλπίσατε ἐπὶ Κύριον. Εἰ καὶ ὡς ἄνθρωποι θνητοὶ πολλὰ διανοεῖσθε μεθ' ἡμέραν ὀργιζόμενοι· ἀλλ' ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν ἐφ' ἡσυχίας, παρ' ἑαυτοῖς γενόμενοι, κατανύγητε, τὰ δι' ἡμέρας ὑμῖν πεπραγμένα διαλογιζόμενοι. Μὴ γοῦν, φησὶν, ὀργίζεσθε κατὰ τῶν εἰς ὑμᾶς πλημμελούντων, μηδὲ κατὰ τοῦ ἐπαναστάντος τῷ πατρὶ· μήτε αὐτοὶ ἁμαρτάνοντες, κἂν ἕτεροι ἀσεβοῦντες προκαλοῦνται ὑμᾶς εἰς ὀργῆς ἔργα καὶ εἰς ἁμαρτίας, ἀλλ' ἀντὶ τούτων μᾶλλον, εἴπερ βούλεσθε τὸ ἀσφαλὲς ἔχειν, *θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης, καὶ ἐλπίσατε ἐπὶ Κύριον*, καὶ μηκέτι ταράττεσθε, οἰκειωθέντες τῷ Κυρίῳ διὰ τῆς δικαιοσύνης. Ἐπεὶπερ ἀντὶ πάσης θυσίας χαίρει δικαιοπραγίαις καὶ ταῖς κατ' ἀρετὴν πράξεσι. Καὶ τοῦτο πολὺ βέλτιον πράττειν ἢ ὀργίζεσθαι καὶ ἑαυτοὺς ἐκδικεῖν σπουδάζειν. Διὸ δὴ καὶ αὐτὸς, ἐπαναστάντος τοῦ υἱοῦ, περὶ τοῦτο μόνον ἐσπούδασα διὰ δικαιοσύνης τὸν Θεὸν ἱλασκόμενος· ὅθεν, *Ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με εἰσήκουσέ μου ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης μου*, καὶ, *ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι*· ἐπειδὴ, θύσας θυσίαν δικαιοσύνης, ἐπ' αὐτὸν ἤλπισα.

Multi dicunt : quis ostendet nobis bona? Alii quidem alia cogitantes, maximeque qui gravi corde sunt filii hominum, qui vanitatem vitæ diligunt, ac ignorant quæ vere bona sint, et cum neque sperent neque credant ea se visuros unquam, aiunt : *Quis ostendet nobis bona?* Neque enim ea vident, quia

Πολλοὶ λέγουσιν· Τίς δείξει ἡμῖν ἀγαθά; Ἄλλοι μὲν, φησὶν, ἄλλως διανοούμενοι, καὶ μάλιστα οἱ βαρυκάρδιοι υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, οἱ τὴν τοῦ βίου ματαιότητα ἀγαπῶντες, οὐκ εἰδότες τ' ἀληθῶς ἀγαθὰ, οὐδὲ ἐλπίζοντες, οὐδὲ πιστεύοντες ταῦτα ὄψεσθαι, φασὶ· *Τίς δείξει ἡμῖν τὰ ἀγαθά;* Οὐ γὰρ συνορῶσιν

αὐτὰ, τῷ μὴ καταυγάζεσθαι τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου σου· διὸ δὴ μόνα τὰ γεώδη καὶ φθαρτὰ ὑπολαμβάνοντες εἶναι ἀγαθὰ, περὶ ταῦτα ἀσχολοῦνται καὶ ταῦτα μεταδιώκουσιν. Εἰ δέ τις αὐτοῖς περὶ τῶν θειοτέρων καὶ ἐπουρανίων λέγοι, ἐρωτᾷν εἰώθασιν· Καὶ τίς ἄρά ἐστιν ὁ δείξων ἡμῖν ταῦτα; Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν τοιοῦτοί τινες. Ἡμεῖς δὲ παρ' οἷς *ἐσημειώθη τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, ὦ Κύριε*, καὶ τὸν δείξοντα καὶ τὸν δώσοντα ἡμῖν αὐτὰ ἐπιστάμεθα ὑπὸ τοῦ σου φωτὸς εἰς τὴν γνῶσιν αὐτῶν ἐληλυθότες· *Ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου.*

Ἀπὸ καρποῦ τοῦ σίτου καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου αὐτῶν ἐπληθύνθησαν. Ἐπεὶ δὲ πολλαχοῦ τῶν Γραφῶν ἐν εὐλογίαις σῖτος καὶ οἶνος τοῖς ἁγίοις κεῖνται ἐν ἐπαγγελίᾳ, ὡς τοῦ ἐναντίου τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἡ τούτων στέρησις· ἄξιον ἀποστῆσαι τῆς κατὰ τὸ ῥητὸν ψιλὸν ὑπολήψεως, τούς τε ἀκεραιοτέρους τῶν πεπιστευκότων, καὶ τοὺς διὰ τὴν μικρότητα τῆς ἐπαγγελίας ἑτέρῳ θεῷ ἀναπλαττομένῳ ὑπ' αὐτῶν βουλομένους προσκυνεῖν· καὶ φιλοτιμητέον τὸ ποικίλον τῶν σωματικῶν βρωμάτων ἀναγαγεῖν ἐπὶ ταῦτα, ὧν μεταλαμβάνουσα κατ' ἀξίαν ἑκάστη ψυχὴ ἀγιάζεταί τε καὶ εὐεκτεῖ καὶ ἰσχυροποιεῖται πρὸς τὸ δύνασθαι τὰ ἐπιβάλλοντα αὐτῇ ἔργα ἐπιτελεῖν· Ἐγὼ δὲ οἶμαι αὐτὰ καὶ εἰς τὸν μέλλοντα αἰῶνα ἀνάγεσθαι. Καὶ ἵνα μὴ περὶ τῶν τηλικούτων ἁμαρτύρως δόξωμεν ἀποφαίνεσθαι, ἀρκέσει ἡμῖν Παῦλος σαφέστατα τοῦτο διδάσκων ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους Ἐπιστολῇ οὕτως· *Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς ἢ νουμηνίας σαββάτων· ἃ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων.*

Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω, ὅτι σὺ, Κύριε, κατὰ μόνας ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με. Ἔοικε δηλοῦν τὴν ἀδιάβλητον ἄνεσιν καὶ ἀνάπαυσιν τῆς ψυχῆς, συμφώνως τῷ θείῳ λόγῳ ἐσομένην μετὰ τὰς πρὸς τὰ κάλλιστα θεωρίας. Τάχα γὰρ ὃν τρόπον κατὰ τὸ σῶμα φαγόντες καὶ πιόντες ἀνέσεως δεόμεθα τῆς κατὰ τὸν ὕπνον· οὕτως οὐ πάντοτε δυναμένη διαρκεῖν ἡ ψυχὴ πρὸς τὸ θεωρεῖν, ἐν καιρῷ ἐνατενίζει τοῖς κατὰ τὴν ἑαυτῆς δύναμιν τῷ αὐτάρκει· εἶτα διανάπαυσιν ἡγούμεθα δηλοῦσθαι διὰ τοῦ· *Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι καὶ ὑπνώσω.*

Ἐκεῖνοι μὲν, φησὶν, οἱ πολλοὶ ἄτε δὴ πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον ὁδεύοντες, δι' ἧς οἱ πολλοὶ βαδίζουσι, οὐκ ἐλπίζοντες, τίς δείξει αὐτοῖς τὰ κατὰ ἀλήθειαν ἀγαθὰ, ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ καὶ σίτῳ πληθύνοντες, ὡς ἀγαθῶν τούτων ἀπολαύειν ἡγοῦνται· ἐμοὶ δὲ τῷ καταξιωμένῳ τοῦ φωτὸς τοῦ προσώπου σου, Κύριε, ἔδωκας εὐφροσύνην καρδίας· ἀλλ' οὐδὲ σαρκῶν οὐδὲ σωμάτων, καὶ οὐ τὴν ἐξ οἴνου καὶ σίτου καὶ ἐλαίου σώμασι χορηγουμένην, ἀλλ' εὐφροσύνην τὴν κατὰ διάνοιαν. Μαθὼν γὰρ παρὰ τοῦ Σωτῆρος καὶ τῶν σῶν ἐπαγγελιῶν, ὅτι, εἰ καὶ τὰ μάλιστα κατὰ τὸν ἐνεστῶτα βίον λύπαι μοι καὶ θλίψεις καὶ πειρασμοὶ καὶ περιστάσεις οὐ διαλείπουσιν, ἀλλ' ἔσται μοι καὶ-

[50] Coloss. II, 16, 17.

A vultus tui lumine non illustrantur : quamobrem rati sola terrena et corruptibilia bona esse, iis student, ea persequuntur. Quod si quis eos de divinis ac cœlestibus alloquatur, rogare solent : Quis ergo est qui hæc ostendet nobis? Eo illi modo affecti sunt. Nos vero apud quos *signatum est lumen vultus tui, Domine*, qui lumine tuo illustrati in eorum cognitionem venimus, probe scimus et quis ostendat et quis conferat illa : *Dedisti lætitiam in corde meo.*

B Vers. 8. *A fructu frumenti, vini et olei sui multiplicati sunt.* Quia in multis Scripturarum locis frumentum et vinum inter promissiones ac benedictiones ponuntur, atque ex adverso peccatoribus eorumdem privatio denuntiatur; jam operæ pretium est, ut credentium simpliciores, necnon eos qui ob promissionis tenuitatem deum alium, quem ipsi sibi comminiscuntur, adorare volunt, ab opinione atque sententia hujusmodi, ex litteræ vilitate concepta, retrahamus. Et summo quidem opere curandum, ut varios illos corporales cibos ad alios referamus, queis pro merito refecta anima quæque, sancta efficitur, bene valet, viresque accipit ad ea opera, quæ sui officii sunt exsequenda. Ego vero æstimo ipsa etiam ad futurum sæculum reducenda. Ac ne de tantis rebus videamur sine testimonio sententiam ferre, sufficiat nobis Paulum afferre in Epistola ad Philippenses idipsum docentem his verbis : *Nemo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in*
C *parte diei festi aut neomeniæ sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum* [50].

Vers. 9, 10. *In pace in idipsum dormiam et requiescam; quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me.* Indicare videtur innoxiam quietem animique remissionem, quæ post præstantissimarum rerum contemplationem, ut divino verbo convenit, sumenda est. Fortasse enim sicut post cibum potumque corporalem, quiete illa egemus quæ per somnum sumitur, ita cum non valeat anima semper ac sine intermissione contemplationi vacare, certo quidem tempore spiritualia respicit ac pro viribus speculatur; deinde vero requiescit : quam putamus requiem his significari : *In pace in idipsum*
D *dormiam et requiescam.*

Illi certe, ait, qui multi numero sunt, multi namque in lata spatiosaque via gradiuntur; non sperantes adesse quempiam, qui ostendat ipsis ea quæ secundum rei veritatem bona sunt; vino, oleo atque frumento affluentes, iis se tanquam vere bonis frui arbitrantur. Mihi vero, quem lumine vultus tui dignatus es, Domine, cordis lætitiam dedisti; non illam sane quæ carni corporique competit, neque illam quæ frumento, vino et oleo affertur, sed lætitiam quæ mente percipitur. Cum enim a Salvatore exque promissis tuis edidicerim, etiamsi mihi dolores, ærumnæ, tentationes, calamitates in præsenti vita non deficiant, futurum tamen

mihi tempus quo a corpore decedam, ac in pace dormiam, et a corpore liberabor; persuasus plane sum tunc mihi adfore lætitiæ finem ac consummationem; cum scilicet me sopor ille mortisque somnus comprehenderit. Tunc enim tu ipse, Domine, me tali spe bona instructum excipies et in cœlestibus mansionibus collocabis. Observa porro etiam hoc loco diapsalmatum distinctiones, quæ vel sententiæ mutationem indicant, vel fortasse melodiam conversam, sive denique rhythmum.

Asterius autem arianus hunc psalmum sic exposuit: Quare, *in finem in hymnis*, inscriptus hic psalmus est? Quia probe cœpit, ac probe vitam obiit: vel, quia male inceperat, cum Uriæ uxorem abluentem se conspicatus, ipsi stuprum intulit; bene autem se gessit quod peracta pœnitentia vita functus sit. Ideoque, *in principium in vituperiis*, *in finem in hymnis* dicatur. *Psalmus Davidi*, id est, pœnitentiæ opera, quia *ubi abundavit delictum*, *superabundavit justitia* [81]. Quamobrem ait: *Cum invocarem exaudivit me Deus justitiæ meæ*, justitiam suam David pœnitentiam vocat. Vidit Deus emundatam animam, admisitque orationem. Sive fortasse quia in præcedenti psalmo, cum ab Absalone bello impetitus lugeret, interveniens oratio tyrannum de medio sustulit; ceu interrogatus qua ratione Absalonem debellaret, respondet initio psalmi. Sicut enim, inquit, post peccatum meum Deus illum adversum me suscitavit, sic pœnitenti victoriam paravit. Cur autem vel ipso invocandi tempore exauditus est David? Quia increpatus a Nathan protinus ad pœnitentiam versus est: quapropter cum precaretur, subito exauditus est. Nam Deus, qui *omnia quæcunque vult facit* [82], statim exaudit; et adhuc loquente homine dicit: *Ecce adsum* [83].'

Deinde vero postquam familiaribus dixisset quo pacto statim exauditus esset, sermonem vertit ad Deum, propitiantique sibi gratias agit, *in tribulatione dilatasti mihi*. Ærumnarum fluctus, inquit, repentina tranquillitas compescuit: fameque confectum me fructu frumenti, vini et olei dilatasti; ut non solus ego, sed omnes subditi mei ea copia fruerentur. Quamobrem hæc inferius subjungit, *a fructu frumenti, vini et olei sui multiplicati sunt:* illorum, inquit, abundantia cordis mihi lætitia fuit. Illud autem ab ipsa historia ediscimus. Nam cum bello impetitus ab Absalone fugeret in deserta atque montes, fame ac rerum penuria, eo tempore calamitatis, afflictatus, ejus angustias Deus consolatur. Primus enim Siba, ex domo Saulis famulus, attulit ipsi panes ducentos, vinum, palathas et uvas passas: postea vero Berzelli Galaadites ob-

ρὸς ὁ τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ σώματος, καθ' ὃν ἐν εἰρήνῃ ποιήσομαι τὴν κοίμησιν καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ σώματος· εὖ δὲ ἀκριβῶς πέπεισμαι, ὅτι τότε μοι παρέσται τὰ τέλη τῆς εὐφροσύνης, ἐπειδὰν ἡ κοίμησίς με καταλάβῃ καὶ ὁ κατὰ τὸν θάνατον ὕπνος. Τότε γὰρ σὺ αὐτὸς ὁ, Κύριε, μετὰ τῆς ἀγαθῆς ταύτης ἐλπίδος ἀναλαβών με κατοικιεῖς ἐν ταῖς ἐπουρανίοις μοναῖς. Σημείωσαι δὲ κἀνταῦθα τὰς ἐπὶ τοῖς διαψάλμασι διαστολὰς, ἤτοι τῆς διανοίας ἐναλλαγὴν παριστώσας, ἢ τάχα μεταβολὴν τοῦ μέλους ἐναλλάττοντος, ἢ τὸν ῥυθμόν.

(1) Ἀστέριος δὲ ὁ ἀρειανὸς οὕτως τὸν ψαλμὸν ἐξηγήσατο· Διὰ τί, *εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις*, ἐπιγέγραπται ὁ ψαλμός; Ἐπειδὴ καλῶς μὲν ἦρξατο, καλῶς δὲ τὸν βίον ἐτέλεσε· ἢ ἐπειδὴ κακῶς μὲν ἦρξατο, θεωρήσας τὴν τοῦ Οὐρίου γυναῖκα λουομένην καὶ ἐμοίχευσε· καλῶς δὲ, μετανοήσας, τὸν βίον ἐτέλεσε· διὰ τοῦτο *εἰς τὴν ἀρχὴν ἐν ψόγοις*, *εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις*. *Ψαλμὸς τῷ Δαυΐδ* ἡ πρᾶξις τῆς μετανοίας· καὶ ἐπειδὴ *ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία*, *ὑπερεπερίσσευσεν ἡ δικαιοσύνη*, διὰ τοῦτο ἔλεγεν· *Ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με ἐπήκουσέ μου ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης μου*. Δικαιοσύνην γὰρ αὐτοῦ νῦν λέγει ὁ Δαυΐδ τὴν μετάνοιαν. Εἶδεν ὁ Θεὸς καθαρθεῖσαν τὴν ψυχὴν, καὶ ἐδέξατο τὴν προσευχήν. Ἡ ἐπειδὴ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ τὸν διωγμὸν τὸν ὑπὸ τοῦ Ἀβεσσαλὼν ὠδύρετο· προσευχὴ δὲ μεσιτεύσασα τὸν τύραννον ἀνεῖλεν· ὡς, ἐρωτηθεὶς πῶς τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἐνίκησεν, ἀπεκρίνατο τὴν ἀρχὴν τοῦ ψαλμοῦ. Ὥσπερ γὰρ, φησὶν, ἁμαρτήσαντί μοι ὁ Θεὸς αὐτὸν κατ' ἐμοῦ ἤγειρεν, οὕτως μετανοήσαντι τὴν κατ' αὐτοῦ ἐδωρήσατο νίκην. Διὰ τί δ' ἐν αὐτῷ τῷ ἐπικαλεῖσθαι εἰσηκούσθη ὁ Δαυΐδ; Ἐπειδὴ, ἐλεγχόμενος ὑπὸ τοῦ Νάθαν, εὐθὺς εἰς μετάνοιαν ἐκάμφθη, διὰ τοῦτο εὐθὺς προσευχόμενος εἰσηκούσθη. Ὁ γὰρ *πάντα ποιῶν ὅσα βούλεται*, ὁ Θεὸς, ὑπακούεται παραχρῆμα, καὶ ἔτι λαλοῦντος ἐρεῖ ὁ Θεός· *Ἰδοὺ πάρειμι*.

Εἶτα εἰρηκὼς τοῖς πλησίον ὅπως τάχιον εἰσηκούσθη, τρέπει τὸν λόγον πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τῷ εἰσακούσαντι εὐχαριστεῖ· *Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι*. Τὰ κύματα τῶν θλίψεων, φησὶν, ἡ ταχεῖα γαλήνη διέλυσε, καὶ λιμῷ με τηκόμενον ἀπὸ καρποῦ σίτου καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου ἐπλούτισας, ὡς μὴ μόνον ἐμὲ, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ὑπ' ἐμὲ ἀπολαῦσαι. Διὸ ὑπωκατάβας ἔλεγεν· *Ἀπὸ καρποῦ σίτου καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου αὐτῶν ἐπληθύνθησαν*. Ἡ ἐκείνων συνουσία εὐφροσύνη καρδίας μοι γέγονεν. Τοῦτο δὲ μανθάνομεν ἀπ' αὐτῆς τῆς ἱστορίας. Ὅτε γὰρ πολεμούμενος ὑπὸ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἔφυγεν ἐν ταῖς ἐρήμοις καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν, λιμῷ καὶ ἀνάγκῃ ὡς ἐν διωγμῷ ἐκρατήθη· ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτοῦ τὴν ἀνάγκην παρεμυθήσατο. Πρῶτος γὰρ ὁ Σίβα ὁ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ Σαοὺλ ἤνεγκεν αὐτῷ ἄρτους διακοσίους, καὶ οἶνον καὶ παλάθας καὶ σταφίδας· εἶτα μετὰ τοῦτον Βερζελλὶ ὁ Γαλααδίτης, καὶ

[81] Rom. v, 20. [82] Psal. CXIII, 3. [83] Isa. LVIII, 9.

(1) Hæc in codice Taurinensi ab amanuense adjuncta sunt, nec habentur in aliis mss.

αὐτὸς αὐτῷ προσήνεγκε δέκα κοίτας, ἵνα μὴ χαμευνῇ, καὶ ἀμφιτάπητας, τοὺς καλουμένους νῦν τυλοτάπητας, καὶ οἶνου κεράμια καὶ πυροὺς καὶ κριθὰς καὶ ἄλευρον καὶ κύαμον καὶ φακὸν, καὶ μέλι καὶ βούτυρον, καὶ πρόβατα, καὶ γαλαθηνὰ μοσχάρια· Εὐχαριστῶν οὖν ἐπὶ τούτοις φησίν· *Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι.*

Τί δὲ, λέγων εἰσηκούσθην, μὴ μακρὸν κατέτονας λόγον; Μὴ πλατὺν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων κατέγραψας πίνακα; Οὐδαμῶς, φησὶν ὁ Δαυὶδ· οὐ γὰρ χρῄζει πολυλογίας ὁ Θεὸς, ὁ καὶ μόνῳ στεναγμῷ ἀρχούμενος. Τοῦτο μόνον ἔλεγον προσευχόμενος· *Οἰκτείρησόν, καὶ εἰσάκουσόν τῆς προσευχῆς μου.* Εἶπον δὲ ταῦτα καὶ ὁ λῃστὴς ἐν τῷ σταυρῷ πρὸς τὸν Κύριον· εἰπὼν γὰρ καὶ ἐπικαλεσάμενος ἐν τῇ αὐτοῦ θλίψει· *Μνήσθητί μου, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου,* εἰσηκούσθη, καὶ ἀντὶ σταυροῦ τὸν παράδεισον ᾤκησε, καὶ πολίτης γέγονε τοῦ οὐρανοῦ. Αὐτὸς καὶ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους βοήσεται· *Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι;* θεάσασθε τὴν κτίσιν τῷ κτίστῃ συμπάσχουσαν. Εἰ, τὸν Λάζαρον τετραήμερον ἀπὸ τοῦ τάφου τρέχοντα ἰδόντες, οὐκ ἐπιστεύσατε, νῦν γοῦν προσκυνήσατε τοῦ Σταυρωθέντος τὴν δύναμιν· νεκροὺς ὁ σεισμὸς ἀνέστησεν, καὶ ὑμεῖς τῇ ἀπιστίᾳ καθεύδετε. Διὰ τί βαρυκάρδιοι; Τοῦτο μὲν διὰ τὸ μὴ κατανυγῆναι τοῖς θαύμασιν, τοῦτο δὲ διὰ τὸ ἐξ ἀφροσύνης βαρέως κατὰ τοῦ Χριστοῦ ὀργίζεσθε. Μάρτυς ἡ Γραφὴ εἰποῦσα· *Βαρὺ λίθος καὶ δυσβάστακτος ἄμμος· ὀργὴ δὲ ἄφρονος βαρυτέρα·* ὅτι δῦτε νουθεσίᾳ θέλγεται, καὶ θαύματα βλέπων ὀργίζεται.

Ἵνα τί ἀγαπᾶτε ματαιότητα, τὸν Βαραββᾶν τοῦ Χριστοῦ προτιμήσαντες, τὸν φονέα ὑπὲρ τὸν ζωοποιὸν, τὴν βασιλείαν τοῦ Καίσαρος ὑπὲρ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, τὴν ἁμαρτίαν τὴν ἄμμου παραλίας βαρυτέραν ὑπὲρ τὴν δικαιοσύνην, τὰ πρόσκαιρα ὑπὲρ τὰ αἰώνια, τὴν φθορὰν ὑπὲρ τὴν ἀφθαρσίαν; Ἀλλὰ πρὸς τούτοις καὶ *ζητεῖσθε ψεῦδος,* ψευδομάρτυρας ἐξωνούμενοι κατὰ τῆς ἀληθείας λέγοντας· *Τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος, καὶ κωλύοντα τῷ Καίσαρι φόρον διδόναι. Ἀνασείει τὸν λαὸν διδάσκων. Εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιὸς, οὐκ ἄν σοι παρεδώκαμεν αὐτόν.* Καὶ τί ἐκακοποίησεν; ὅτι νοσοῦντας ἴασατο, ὅτι δαίμονας ἐφυγάδευσεν, ὅτι νεκροὺς ἤγειρεν, ὅτι ἐκ πέντε ἄρτων ἰσαρίθμους χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ διέθρεψε χωρὶς γυναικῶν καὶ παίδων; Ἔτι ἡ τροφὴ ἐν τῷ λάρυγγι καὶ τὸ ψεῦδος ἐν τῷ στόματι. Καὶ τοῖς τῷ Ἀβεσσαλὼμ συναποξενωθεῖσιν ἔλεγεν ὁ Δαυὶδ· Τί τῷ ἀτάκτῳ παιδὶ συναπήχθητε; Τί τὸν Υἱὸν κατὰ πατρὸς ἀλείφετε; Τί τῇ ματαίᾳ βουλῇ τοῦ Ἀχιτόφελ ἠκολουθήσατε; Εἰ ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα θανάτου ἄξιος, ὁ κατὰ πατρὸς ἀκονῶν ξίφος υἱὸς ποσάκις ἐστὶν ἄξιος ἀποθανεῖν; *Ἵνα τί οὖν ἀγαπᾶτε ματαιότητα καὶ ζητεῖτε ψεῦδος;* Ψεῦδος λέγει νῦν πᾶν πρᾶγμα μάταιον, ταχεῖαν τὴν πτῶσιν καὶ μεταβολὴν ἔχον. *Πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ψευδεῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγοῖς, τοῦ ἀδικῆσαι.*

tulit ipsi decem lectos ne humi cubaret, et amphitapetia quæ jam tylotapetia vocantur, vini vasa figlina, frumentum, hordeum, farinam, fabas et lentes, mel et butyrum, oves et lacteos vitulos. De his itaque gratias agens ait, *in tribulatione dilatasti mihi.*

Cur autem cum te exauditum ais, non prolixum sermonem contexuisti? Quare non longam nominum verborumque paginam exarasti? Nullatenus, inquit David, neque multo sermone opus Deo est, cui vel solus gemitus sit satis: illud tantum in oratione dixi, *Miserere mei, et exaudi orationem meam.* Illud etiam Domino dixerit in cruce pendens latro, qui in cruciatu ipsum invocavit his verbis: *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum* [54]. Is item exauditus est, ac crucis loco paradisum incolit, atque inter cives cœli ascriptus, sic Judæos clamans compellabit: *Filii hominum, usquequo gravi corde,* res creatas conspicitis Creatori condolentes? Si quatriduanum Lazarum e sepulcro currentem cum videretis, non credidistis, at nunc saltem Crucifixi potestatem adorate: mortuos terræ motus excitavit, et vos in infidelitate vestra dormitis. Quare gravi corde prædíti? Scilicet quia ob mirabilia gesta non compungimini; sive ex stultitia graviter Christo succensetis. Hujusce rei testis est Scriptura quæ sic habet: *Grave est saxum, et onerosa arena: sed ira stulti gravior* [55]; quia neque monitis allicitur, et miracula cum videt, iram concipit.

Ut quid diligitis vanitatem; qui Barabbam Christo prætulistis, homicidam vitæ auctori, regnum Cæsaris regno cœlorum, peccatum arena maris gravius justitiæ, temporanea æternis, corruptionem incorruptioni? Sed et insuper *quæritis mendacium,* falsosque testes contra veritatem conducitis hæc dicentes: *Hunc invenimus subvertentem populum, et prohibentem tributa dare Cæsari. Commovet populum docens* [56]. *Nisi esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum* [57]. Quid autem mali fecit? an quia ægros curavit, dæmones fugavit, mortuos suscitavit? an quia ex quinque panibus totidem millia hominum in eremo satiavit exceptis mulieribus et parvulis? Adhuc esca in gutture ipsorum erat, dum mendacium in ore. Atque iis qui ad Absalonem desciverant aiebat David: Cur cum improbo filio defecistis? Cur filium adversus patrem concitatis? Quare vanis Achitophelis consiliis morem geritis? Si is qui maledixerit patri vel matri morte dignus est, qui contra patrem gladium acuit quot mortibus ac suppliciis dignus? *Ut quid* igitur *diligitis vanitatem et quæritis mendacium?* Mendacium vocat quodcunque vanum opus, cujus prompta ruina, repentina mutatio. *Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris, ut injuste agant* [58].

[54] Luc. XXIII, 42. [55] Prov. XXVII, 3. [56] Luc. XXIII, 2. [57] Joan. XVIII, 30. [58] Psal. LXI, 10.

INTERPRETATIO PSALMI V.

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΨΑΛΜΟΥ Ε'.

1. In finem pro ea quæ hæreditatem consequitur psalmus David.

In finem hymnus gratiarum actionis canitur pro anima sive pro Ecclesia, quæ in divinam hæreditatem Dei famulis præparatam ducitur. Est quippe hæreditas Deum colentibus parata, et hæc quidem non corruptibilis, neque in divitiis sensum moventibus consistit. Dicitur enim inducendos hæredes ipsius esse, *in hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam, immarcescibilem, conservatam in cœlis*[59]. In illam eos qui digni sunt evocans Salvator ait : *Venite qui a dextris meis estis, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum*[60]. Hujus amore captus qui præsentem psalmum recitat, Deo qui ipsam præparavit orationem emittit, ut dignus habeatur qui eam secundum testamentum novum consequatur, ita ut inscriptione illa, *pro ea quæ hæreditatem consequitur*, suam ipsam animam significet.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης ψαλμὸς τῷ Δαυΐδ.

Εἰς τὸ τέλος χαριστήριος ὕμνος ᾄδεται ὑπὲρ τῆς ἀγομένης ψυχῆς, ἤτοι Ἐκκλησίας, εἰς θείαν κληρονομίαν ἡτοιμασμένην τοῖς τοῦ Θεοῦ θεραπευταῖς. Ἔστι γὰρ κληρονομία τοῖς θεραπεύουσι Κύριον· Ἔστι δὲ αὕτη οὐ φθαρτὴ καὶ ἐν αἰσθητῷ πλούτῳ ἔχουσα εἶναι. Εἴρηται γὰρ εἰσάγεσθαι τοὺς ταύτης κληρονόμους *εἰς κληρονομίαν ἄφθαρτον καὶ ἀμίαντον καὶ ἀμάραντον, τετηρημένην ἐν οὐρανοῖς*. Εἰς ταύτην τοὺς ἀξίους καλῶν ὁ Σωτήρ· *Δεῦτε ἐκ δεξιῶν μου, εἴπερ (sic) οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν*. Ταύτης ἔρωτα λαβὼν ὁ τὸν ἐγκείμενον ψαλμὸν λέγων, εὐχὴν ἀναπέμπει τῷ εὐτρεπίσαντι αὐτὴν Θεῷ, ἵνα ἀξιωθῇ κληρονόμος αὐτῆς κατὰ τὴν καινὴν διαθήκην ἀναδειχθῆναι· ὡς καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς σημαίνει τὴν ἐπιγραφὴν τὴν *ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης*.

Verse 2. *Verba mea auribus percipe, Domine, intellige clamorem meum.* Sane verba ore prolata auribus percipiuntur et audiuntur : clamor autem, non quidem verbis, etiamsi ipsi dicant Deum universorum se cognoscere, ac labiis confiteri ; sed in corde, sive in mente eorum exsistit : ac ne una quidem vera de Deo cogitatio erat. Hujusmodi profecto erat ante Salvatoris adventum totum hominum genus. Insipiens autem admodum vere ac germane dicitur qui negat Deum. Nam si *initium sapientiæ timor Domini*[61], despectio ac contemptus Dei, oppositus sapientiæ fuerit.

Τὰ ῥήματά μου ἐνωτίσαι, Κύριε, σύνες τῇ κραυγῇ μου. Τὰ μὲν οὖν ῥήματα διὰ στόματος ἐπαγγελλόμενα ὡσὶν ἀκούεται καὶ ἐνωτίζεται· ἡ δὲ κραυγὴ οὐ διὰ τῶν λόγων, κἂν αὐτοὶ εἰδέναι ἑαυτοὺς καὶ ὁμολογεῖν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν τοῖς χείλεσι φάσκοιεν· ἀλλ' ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτῶν, τουτέστιν ἐν τῇ διανοίᾳ· οὐδὲ μία τις ἀληθὴς περὶ Θεοῦ ὑπῆρχεν ἔννοια. Τοιοῦτος μὲν οὖν ἐτύγχανεν πᾶς ὁ πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας βίος. (1) Ἄφρων δὲ ἀληθέστατα καὶ φυσικώτατα ὁ ἀρνησίθεος ὠνόμασται. Εἰ γὰρ *σοφίας ἀρχὴ φόβος Θεοῦ*, ἀφοβία καὶ ἀθέτησις τοὐναντίον ἂν γένοιτο τῆς σοφίας.

Verse 4. *Quoniam ad te orabo, Domine, mane exaudies vocem meam : mane adstabo tibi et videbis me.* His docetur anima quæ hæreditatem accipit, diurnorum operum primitias divino esse cultui consecrandas : quod utique non faceret, si in ipso cubili in ejus oblivionem veniret.

Ὅτι πρὸς σὲ προσεύξομαι, Κύριε, τὸ πρωῒ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου· τὸ πρωῒ παραστήσομαί σοι καὶ ἐπόψῃ με. Παιδεύεται διὰ τούτων ἡ κληρονομοῦσα τὴν ἀπαρχὴν τῶν ἡμερινῶν πράξεων τῇ πρὸς Θεὸν ἀνατιθέναι λατρείᾳ· ὅπερ οὐκ ἂν ἐποίει μὴ καὶ ἀπὸ κοίτης ἔχουσα τὴν ἀγνωσίαν.

Verses 5, 6. *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es : neque habitabit juxta te malignus, neque permanebunt injusti ante oculos tuos.* Utpote quæ digna habita sit quæ promissorum bonorum hæreditatem acciperet, iniquos sibi oculis subjicit. Iniqui enim etiamsi antequam prævaricarentur juxta te habitaverint, quemadmodum ii qui Moysis legem accepere ; at postquam prævaricati sunt, nullatenus in pristino loco manent : tu vero oderis eos qui a Dei cultu recessere, quanto tempore ii odio digna perpetrant.

Ὅτι οὐχὶ Θεὸς θέλων ἀνομίαν σὺ εἶ· οὐ παροικήσει σοι πονηρευόμενος, οὐδὲ διαμενοῦσι παράνομοι κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου. Ὡς ἂν ἠξιωμένη τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἡ κληρονομοῦσα, τοὺς ἀνόμους ἐπιδείκνυσιν ἑαυτῇ. Οἱ γὰρ παράνομοι, εἰ καὶ πρὸ τοῦ παρανομῆσαι παρῴκησάν σοί ποτε, καθάπερ οἱ τὸν Μωϋσέως δεξάμενοι νόμον, ἀλλὰ παραβάται γεγονότες οὐ μένουσιν. Μισεῖς δὲ καὶ τοὺς ἔξω τῆς θεοσεβείας ἐν ὅσῳ μίσους ἄξια πράττουσιν.

Verses 7, 8. *Odisti, Domine, omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum et dolosum abominatur Dominus.* Non solum eos qui olim, sed etiam eos qui jam operantur iniquitatem, si quidem in malitia perseverent, odit Deus : ac præ omnibus perniciei tradit

Ἐμίσησας, Κύριε, πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. Ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται Κύριος. Οὐ τοὺς ποτε ἐργασαμένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἔτι καὶ νῦν ἐργαζομένους, ὡς ἂν ἐπιμένοντας τῇ κακίᾳ, μισεῖ ὁ Θεός. Παρὰ πάντας δὲ τούτους ὁ

[59] I Petr. I, 4. [60] Matth. XXV, 34. [61] Psal. CX, 10.

(1) Vide notam in psal. XVII.

λείᾳ παραδίδωσι τοὺς μὴ μόνον κατὰ ἀπάτην λογιζομένους τὰ ψευδῆ, ἀλλὰ καὶ λαλοῦντας αὐτὰ, καὶ ἑτέροις διακονουμένους, ὁποῖοι τυγχάνουσιν οἱ ἄθεοι, αἱρετικῶται. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸν ἄνδρα αἱμάτων βδελύσσεται Κύριος, καὶ ἐν τῇ ἴσῃ τούτῳ τιμωρίᾳ καὶ τὸν δόλιον τίθησιν. Ὁ δὲ βδελυγμὸς ὑπερβάλλουσαν ἀποστροφὴν, ὡς ἐπὶ μεγάλῳ βιάσματι, τοῦ βδελυσσομένου πρὸς τὸν βδελυκτὸν παρίστησι.

Κύριε, ὁδήγησόν με ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου· ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου. Χριστὸς δὲ ἡ δικαιοσύνη· αὐτὸς γὰρ ἐγενήθη σοφία ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις.

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἀλήθεια, ἡ καρδία αὐτῶν ματαία. Ματαία δὲ καὶ τῶν ἔξω σοφῶν ἡ καρδία περὶ ὧν εἴρηται· *Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν σοφῶν, ὅτι εἰσὶ μάταιοι·* ὧν ὁ λάρυγξ ἀπέπνει νεκρὰ δόγματα, τὸν ζωοποιὸν τοῦ Θεοῦ λόγον μὴ διδασκόντων, τὸν δὲ ψευδῆ καὶ νεκρόν· *Κρῖνον αὐτούς, ὁ Θεός,* τοὺς ἐπιβουλεύοντάς μου ταῖς περὶ τῆς κληρονομίας ἐλπίσιν· οὗτοι γάρ σε παραπικραίνουσι. *Κρῖνον·* σοῦ γὰρ σώζειν σπουδάζοντος, πολεμοῦσιν ἐπιβουλεύοντες. Βούλεται δὲ καὶ αὐτοὺς ἐντεῦθεν ἤδη *κριθέντας* ὠφεληθῆναι, τοῦ πλήθους τῶν ἀσεβημάτων ἔξω γεγενημένους.

Καὶ εὐφρανθήτωσαν πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ σέ, εἰς αἰῶνα ἀγαλλιάσονται καὶ κατασκηνώσεις ἐν αὐτοῖς. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίᾳ εὐφράνθησαν οἱ τὴν αὐτοῦ παραδοκήσαντες ἐνανθρώπησιν· ἦτις τοῖς προφήταις καὶ τοῖς νοοῦσι τὰ τούτων ἠλπίζετο. Ἐπεδήμησε γὰρ ὁ Θεὸς Λόγος σὰρξ γεγονὼς, προσλήψει σαρκὸς, ἵνα σκηνώσῃ ἐν τοῖς πεπιστευκόσιν αὐτῷ, κατὰ τὸ, *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν·* οἱ καὶ εἰς αἰῶνα ἀγαλλιάσονται, ὁρῶντες τοῦ σαρκωθέντος Λόγου *τὴν δόξαν, ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας·* οἳ καί φασιν· *Εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν,* ἔχοντες θεωρίαν τῆς δόξης αὐτοῦ, καθ' ἣν Μονογενὴς παρὰ Πατρός ἐστιν.

Καὶ καυχήσονται ἐν σοὶ οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου, ὅτι σὺ εὐλογήσεις δίκαιον. Οὗτος λόγου καυχήσεως, περὶ ἧς ὁ Παῦλός φησιν· *Μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις,* καὶ ὁ προφήτης· *Μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ,* καὶ τὰ ἑξῆς· οὐ τοιαύτη τυγχάνει ἡ τοῦ λέγοντος· *Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ·* καὶ, *Ὁ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω.* Τοιοῦτοι περὶ ὧν ὁ λόγος, ἠγαπηκότων αὐτοῦ τὸ ὄνομα. Προαιρέσει γὰρ, οὐ φόβῳ, τετιμηκότες ἐκαυχῶντο. Αἴτιον δὲ τῆς καυχήσεως τὸ τῶν ἐπουρανίων τυγχάνειν εὐλογιῶν· περὶ ὧν φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.* Καὶ τέλος δὲ ἀγαθῶν τῆς ἐλπιζομένης κληρονομίας

A eos, qui non modo per fallaciam mendacia cogitant; sed etiam illa proferunt, aliisque ea in re administri sunt: cujusmodi sunt atlei et hæretici. Sed plus quam eos omnes, *virum sanguinum abominatur Dominus*, ac viro item doloso par supplicium destinat. Abominatio autem extremam abominantis in abominatum aversionem, utpote in fœdissimo scelere, significat.

Vers. 9. *Domine, deduc me in justitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.* Christus sane justitia est; ipse namque nobis a Deo factus est sapientia, justitia item, sanctificatio et redemptio.

Vers. 10, 11. *Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est.* Vanum quoque est cor
B exoticorum philosophorum, de quibus dicitur: *Dominus novit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt* [63]: quorum guttur mortifera exhalat dogmata, cum non vivificum Dei verbum doceat, sed mendacia et mortua proferat verba. *Judica illos, Deus,* qui meæ de futura hæreditate spei insidiantur: nam ii te summe irritant. *Judica,* te namque salutem nostram procurante, insidiosum illi bellum parant. Peroptat etiam Dominus ipsos vel jam *judicatos* inde juvari, si quidem a multitudine impietatum abscedant.

Vers. 12. *Et lætentur omnes qui sperant in te, in æternum exsultabunt et habitabis in eis.* In ipso Salvatoris adventu lætati sunt ii qui ejus incarnationem exspectabant: quæ quidem spes prophetis et
C iis qui paria sentiebant inerat. Advenit namque Deus Verbum cum caro factum est, assumpta carne ut cum fidelibus suis habitaret, juxta illud: *Verbum caro factum est et habitavit in nobis* [64]. Ii autem in æternum exsultabunt, videntes incarnati Verbi *gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis* [65]. Qui dicunt etiam: *Etsi cognoverimus Christum secundum carnem, jam non ultra novimus eum* [66], habentes contemplationem gloriæ ejus, secundum quam est Unigenitus a Patre.

Vers. 13. *Et gloriabuntur in te qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices justo.* Cum *gloriationis* verbum sit, de quo Paulus ait: *Nullus*
D *glorietur in hominibus* [67]; et propheta: *Ne glorietur sapiens in sapientia sua* [68], et reliqua; non hujusmodi sane gloria ejus est, qui sic ait: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi* [69]; et: *Qui gloriatur in Domino glorietur* [70]. Tales ii sunt de quibus jam sermo est, qui scilicet dilexerunt nomen ejus. Proprio enim voluntatis delectu, non autem timore, Deum colentes gloriabantur. Porro *gloriationis* hujusmodi causa a cœlestibus benedictionibus quas consecuturi sunt petitur; de quibus ait Apostolus: *Benedictus Dominus, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in*

[63] Psal. xciii, 11. [64] Joan. i, 14. · [65] ibid. [66] II Cor. x, 16. [67] I Cor. iii, 21. [68] Jerem. ix, 23. [69] Galat. vi, 14. [70] I Cor. i, 31.

cœlestibus [69]. Finis autem bonorum in ea quam A sperамus hæreditate, est corona justitiæ, quam consecuturus est quisquis cum Paulo dicere valet : *In reliquo reposita est mihi corona justitiæ* [70] : quo genere armorum uti Deus voluit, ut suos a quolibet hostili inimicorum incursu defenderet.

ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, οὗ τεύξονται οἱ κατὰ Παῦλον λέγειν δυνάμενοι· *Λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος*· ὥπερ ηὐδόκησεν ὁ Θεὸς ὅπλῳ χρήσασθαι φυλακτικῷ πάσης ἐφόδου πολεμίων ἐπιούσης κατὰ τῶν οἰκείων αὐτοῦ.

PSALMUS DAVID VI.

1. *In finem in hymnis, pro octava.*

Octava est salutaris resurrectionis Christi Dominica dies, in qua peccatorum omnium purgationem esse credimus ; in qua symbolice quidem circumcidebantur omnes infantes, sed revera per regenerationem purgatur anima quælibet in Deo genita. Usque adeo autem præstantior est die septima, ut in ea solvatur lex Sabbati, si cum octava infantis die incidat Sabbati dies : homo quippe vel in Sabbato circumciditur.

Vers. 2-4. *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum ; sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.* Nam omne delictum ex infirmitate oritur, quia anima ad pravos semper affectus inclinatur : quapropter ad Servatorem et medicum, Dei scilicet Filium, confugit. Nam cum in animam rationabilem advenit, utpote verbum et ratio Dei, ejus irrationabiles motus eliminat ; ut sapientia, ab insipientia ipsam liberat, ut justitia ab injustitia, ut veritas a mendacio. Robustas porro animi vires subindicat, cum ait conturbata esse ossa sua, quibus viriliter violentis C animi motibus obsistere solebat ; quod in sequentibus declarat his verbis : *Et anima mea turbata est valde.* Medela autem pro infirmitate animæ, est a Deo collata virtus, quam quisquis obtinet ait : *Omnia possum in Christo qui me confortat* [71]. Quod autem non de sensibilibus ossibus loquatur, palam facit illud : *Omnia ossa mea dicent : Domine, quis similis tibi* [72] ? et illud quoque : *Dissipata sunt ossa nostra secus infernum* [73].

Et tu, Domine, usquequo ? Diuturnum pœnitentiæ suæ tempus enuntiat. Etenim sapiens ille animarum medicus, non statim, neque ad primam efflagitationem supplicantem exaudit, ut in illo æqui bonique affectu diutius permaneat, ac firmam stabilemque exhibeat pœnitentiam ; sed post congruen- D tem in confitendo perseverantiam : Me, inquit, exorasti, *tempore accepto exaudivi te* [74]. Nam iis qui non in peccato ipsum invocant dicet : Adhuc te loquente, *Ecce adsum* [75].

Vers. 5-9. *Quoniam non est in morte qui memor sit tui ; in inferno autem quis confitebitur tibi ? Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Sapiens cum esset David, non ignorabat præsentis vitæ tempus, medelæ esse opportunum ; quo elapso nemo recte agere valet. Nihilque non agit ut sa-

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ Ϛ'.

Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις ὑπὲρ τῆς ὀγδόης.

Ὀγδόη ἡ ἀναστάσιμος τοῦ Σωτῆρος ἡμέρα κυριακὴ σωτήριος, ἐν ᾗ πάντων ἁμαρτημάτων καθάρσιον εἶναι πιστεύομεν· ἐν ᾗ συμβολικῶς μὲν ἅπαν περιετέμνετο βρέφος, κατὰ δὲ τὸ ἀληθὲς καθαίρεται δι' ἀναγεννήσεως πᾶσα ἐν Θεῷ ψυχὴ γεννωμένη. Τοσοῦτον δὲ κρεῖττον αὐτὴ τῆς ἑβδόμης, ὡς ἐν αὐτῇ λύεσθαι τὴν περὶ τοῦ σαββάτου νομοθεσίαν, εἰ καταλάβοι κατ' B αὐτὴν ἡ τοῦ βρέφους ὀγδόη· περιτέμνεται γὰρ ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ.

Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. Ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι ἀσθενής εἰμι· ἴασαί με, Κύριε, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου. Ἐξ ἀσθενείας γὰρ ἅπαν ἁμάρτημα γίνεται, πρὸς τὸ πάθος ἀεὶ τῆς ψυχῆς ἐνδιδούσης· διὸ καταφεύγει πρὸς τὸν Σωτῆρα καὶ ἰατρὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Ἐγγενόμενος γὰρ ψυχῇ τῇ λογικῇ, ὡς μὲν λόγος Θεοῦ τὴν ἀλογίαν αὐτῆς ἀφαιρεῖται· ὡς δὲ σοφία τῆς ἀφροσύνης αὐτὴν ἀπαλλάττει, καὶ ὡς δικαιοσύνη τῆς ἀδικίας, καὶ ὡς ἀλήθεια τοῦ ψεύδους ἐλευθεροῖ. Τὰς νεανικὰς δὲ τῆς ψυχῆς ὑποφαίνει δυνάμεις, τεταράχθαι φήσας αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ, δι' ὧν εἰωθεν ἀντιβαίνειν τοῖς πάθεσιν ἀνδρικῶς· ὃ δὴ σαφηνίζων C ἐπήγαγε· *Καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα.* Ἴασις δὲ ἀσθενείας ψυχῆς ἡ ἐκ Θεοῦ δύναμις· ἧς ὁ τυχὼν φησι· *Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ.* Ὅτι δὲ μὴ πάντως αἰσθητὰ τὰ ὀστᾶ, δηλοῖ τὸ, *Πάντα τὰ ὀστᾶ μου ἐροῦσιν· Κύριε, τίς ὁμοιός σοι ;* Καὶ τὸ, *Διεσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ ἡμῶν παρὰ τὸν ᾅδην.*

Καὶ σὺ, Κύριε, ἕως πότε ; Τὴν ἐπὶ μακρῷ χρόνῳ παράτασιν τῆς ἑαυτοῦ μετανοίας ἐμφαίνει. Ὁ γάρ τοι σοφὸς τῶν ψυχῶν ἰατρὸς οὐ παραχρῆμα κατὰ τὴν πρώτην ἐπιστροφὴν ἐπακούει τοῦ δεομένου, ὡς ἐν ἕξει παραμόνῳ γένηται τἀγαθοῦ, βεβαίαν δεί- D ξας μετάνοιαν· καὶ μετὰ τὴν ἱκανὴν καρτερίαν τὴν ἐν ἐξομολογήσει· φησὶν ἐνέπεισας· *καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου.* Τοῖς γὰρ μὴ ἐξ ἁμαρτίας αὐτὸν ἐπικαλουμένοις ἐρεῖ· Ἔτι λαλοῦντός σου, *Ἰδοὺ πάρειμι.*

Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου, ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι ; Ἐκοπίασα ἐν στεναγμῷ μου, λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω. Σοφὸς ὢν ὁ Δαυὶδ οὐκ ἠγνόει τὴν παροῦσαν ζωὴν θεραπείας εἶναι καιρὸν, μεθ' ὃν οὐ δεῖς κατορθοῖ· καὶ πάντα πράττει θεραπευθῆναι βου-

[69] Ephes. I, 3. [70] II Tim. IV, 8. [71] Philipp. IV, 13. [72] Psal. XXXIV, 10. [73] Psal. CXL, 7. [74] II Cor. VI, 2. [75] Isa. LVIII, 9.

λόμενος, πρὶν ὑπὸ τοῦ κοινοῦ καταληφθῆναι. Διό φησιν· Ἀντὶ μιᾶς νυκτὸς καθ' ἣν ἥμαρτον, πάσας ἐξομολογοῦμαι τὰς νύκτας, ἀποπλῦναι πειρώμενος ἐμαυτὸν, καὶ τὴν ἐφ' ἣν ἥμαρτον κλίνην δάκρυσι μετανοίας. Οἶδα γὰρ δὲ κἂν τύχῃ τῆς ἀφέσεως ἐπαγγέλληται, δακρύων πέρας οὐχ ἕξειν. Τὸ δὲ, *Τίς ἐξομολογήσεταί σοι;* ἀντὶ τοῦ, *οὐδείς*, κεῖται· νῦν γὰρ οὐ σημαίνει τὸ σπάνιον.

A nitatem obtineat, priusquam a communi debito comprehendatur. Quamobrem ait: Pro una nocte qua peccatum admisi, per singulas noctes confiteor, id satagens ut meipsum et lectum in quo peccavi, pœnitentiæ lacrymis abluam. Probe scio enim, etiamsi remissionem polliceatur, me lacrymandi tamen finem nunquam facturum. Illud autem: *Quis confitebitur tibi?* loco verbi, *nullus*, positum est, neque enim paucitatem confitentium nunc significat.

Ἐταράχθη ἀπὸ θυμοῦ ὁ ὀφθαλμός μου, ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου. Ἡ μνήμη, φησὶ, τοῦ θυμοῦ σου καὶ τῆς ὀργῆς τὴν ἐμὸν ἐτάραξε νοῦν· ὃδὴ διδάσκων ὁ Σωτὴρ ἔλεγεν· *Ὁ λύχνος τοῦ σώματος ἐστὶν ὁ ὀφθαλμός.* Οὐ γὰρ ἐγχωρεῖ ἕνα τῶν δυεῖν ὀφθαλμῶν τοῦ σώματος λύχνον εἶναι· ἀλλ' B οὐδὲ σωματικὸς ὀφθαλμὸς ὑπὸ θυμοῦ ταράσσεται τοῦ Θεοῦ. Ἀντὶ κατορθώματος δὲ καταριθμεῖται τὰς ἰδίας κακοπαθείας· ἐν αἷς καὶ τὴν κάκωσίν τε καὶ ταπείνωσιν, ἣν ἐπὶ πλεῖστον χρόνον ἐν μέσοις ἐποιεῖτο τοῖς ἰδίοις ἐχθροῖς.

VERS. 8. *Turbatus est a furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.* Memoria, inquit, furoris iræque tuæ mentem meam turbavit: quod ipsum Salvator his verbis docuit: *Lucerna corporis tui est oculus tuus* [76]. Neque enim fieri potest, ut unus tantum ex duobus oculis sit corporis lucerna: at neque corporeus oculus a furore Dei turbatur. Inter recte facta vero calamitates et ærumnas suas enumerat; in quibus recensenda est afflictio illa et abjectio, quam diuturno tempore inter medios inimicos perpessus est.

Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὅτι εἰσήκουσε Κύριος τῆς φωνῆς τοῦ κλαυθμοῦ μου. Εἰσήκουσε Κύριος τῆς δεήσεώς μου, Κύριος τὴν προσευχήν μου προσεδέξατο. Αἰσχυνθείησαν καὶ ταραχθείησαν πάντες οἱ ἐχθροί μου, ἐπιστραφείησαν καὶ αἰσχυνθείησαν σφόδρα διὰ τάχους. Ἐπηκόου τυχὼν τοῦ Θεοῦ, ἐπιστρέφει πάλιν πρὸς αὐτὸν τὴν εὐχὴν, καὶ παρακαλεῖ πρὸς τὸ ἀναχωρῆσαι καὶ αἰσχυνθῆναι αὐτοῦ C τοὺς ἐχθροὺς, ἀποτυχόντας ἐν οἷς ἐπεβούλευσαν, δι' ὧν αὐτῷ Θεὸς τὴν σωτηρίαν παρέσχετο. Ἀξιοῖ δὲ καὶ λίαν αὐτοὺς ταραχθῆναι· δὴ πάντως αὐτοὺς κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίας ἐκδέξεται.

VERS. 9-11. *Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei. Exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam suscepit. Erubescant et conturbentur omnes inimici mei, confundantur et erubescant valde velociter.* Cum Deum sibi propitium nactus sit, ad ipsum denuo orationem suam convertit; rogatque ut recedant et confundantur inimici sui, postquam insidiæ ipsorum, Deo sibi per eas salutem conferente, male cesserunt. Precatur autem, ut vehementer conturbentur: quod ipsis sane justi Dei judicii tempore eventurum est.

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ Ζ'.

Ὃν ᾖσε τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ τῶν λόγων Χουσὶ υἱοῦ Ἰεμενεῖ.

PSALMUS DAVID VII.

1. Quem cantavit Domino pro verbis Chusi filii Jemini.

Κύριε ὁ Θεός μου, ἐπὶ σοὶ ἤλπισα· σῶσόν με ἐκ πάντων τῶν διωκόντων με, καὶ ῥῦσαί με, μήποτε ἁρπάσῃ ὡς λέων τὴν ψυχήν μου, μὴ ὄντος λυτρουμένου, μηδὲ σώζοντος. Οὐκ ἐπ' ἀνθρώποις, οὐδὲ συμβουλαῖς ἀνθρώπων, ἢ στρατοῦ πλήθει τὰς ἐμὰς ἐλπίδας ἀπήρτησα· Διό με ῥῦσαι πολεμίων μοι τοσούτων ἐπικειμένων διὰ παντός. Οὐ μόνον νῦν D Ἀβεσσαλὼμ, καὶ Ἀχιτόφελ, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς· ἀλλὰ καὶ πάλαι νέῳ ὄντι Σαοὺλ τε καὶ πλείστων τῶν τε δι' αὐτῶν ἀφανῶς μοι πολεμούντων δαιμόνων· ὧν περὶ τοῦ ἄρχοντος εἴρηται· *Ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος ὡς λέων ὠρυόμενος περιέρχεται ζητῶν τίνα καταπίῃ·* ἐξ οὗ μάλιστα ῥυσθῆναι παρακαλῶ.

VERS. 2, 3. *Domine Deus meus, in te speravi: salvum me fac ex omnibus persequentibus me, et libera me. Nequando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.* Nequaquam in hominibus, neque in consiliis hominum, neque in exercitus copiis spem meam reposui: quapropter a tot semper instantibus inimicis eripe me. Neque solum enim ab Absalone et Achitophele eorumque sequacibus qui me nunc adoriuntur; sed jam olim juvenis cum essem, a Saule, et a multis qui me ipsius opera clam impugnabant dæmonibus, de quorum principe dictum est: *Adversarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret* [77]. A quo præsertim me liberes rogo.

Κύριε ὁ Θεός μου, εἰ ἐποίησα τοῦτο, εἰ ἔστιν ἀδικία ἐν χερσί μου, εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακὰ, ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός. Ὅσην ἄγει παῤῥησίαν ἐπὶ τῷ μὴ μνησικακεῖν! Ἐξαίρετον γὰρ τοῦτο κατόρθωμα τοῦ

VERS. 4, 5. *Domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis: si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.* Quantam ex oblivione injuriarum ac tolerantia fiduciam David exhibet! Hæc sane præcipua

[76] Matth. VI, 22. [77] I Petr. V, 8.

ejus virtus est, ut Moysis mansuetudo: *Erat enim milissimus super omnes homines qui morabantur in terra*[78]; Abrahami fides: *Credidit* enim *Deo, et reputatum est ei in justitiam*[79]; Jobi patientia, Josephi continentia, Salomonis sapientia. Certe sanctorum egregia virtus, non in rebus iisdem testimonium accepit; sed in quo certaminis genere præcellebat. David igitur qui semper tolerantiam oblivionemque injuriarum expetiit, id apud Deum contendit ut paria consequatur. Nam a Spiritu divino edidicerat futuram illam Salvatoris promissionem: *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis Pater vester cælestis delicta vestra*[80]. Quare cum congruentem edidisset pœnitentiam, veniam consecutus est.

A Δαυΐδ· ὡς τοῦ μὲν Μωϋσέως τὸ πρᾶον· *Πρᾶος γὰρ ἦν παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς*· τοῦ Ἀβραὰμ δὲ ἡ πίστις· *Ἐπίστευσε γὰρ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην*· καὶ τοῦ Ἰὼβ ἡ καρτερία, καὶ Ἰωσὴφ ἡ σωφροσύνη, καὶ ἡ σοφία τοῦ Σολομῶντος. Καὶ τὸ στερρὸν τῶν ἁγίων οὐκ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς μεμαρτύρηται· ἀλλ' ἐν ᾧ κρατεῖ παραδόξῳ παλαίσματι. Δαυΐδ τοίνυν ὁ διὰ παντὸς ἀμνησίκακον ᾔτησε, προτείνει Θεῷ τῶν ἴσων ἐξ αὐτοῦ τυχεῖν ἐξαιτούμενος. Ἤδει γὰρ ἐκ τοῦ θείου Πνεύματος τὴν μέλλουσαν τοῦ Σωτῆρος ἐπαγγελίαν τὴν, *Ἐὰν ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὑμῖν ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τὰ παραπτώματα ὑμῶν*. Διὸ μετὰ τὴν ἱκανὴν μετάνοιαν ἔτυχε τῆς ἀφέσεως.

VERS. 6. *Persequatur inimicus animam meam, et comprehendat, et conculcet in terra vitam meam, et gloriam meam in pulverem deducat.* Pluribus ita verbis insistens ait: Si eam rem non probe egerim ne a peccato ante obitum eripiar, neque gloriam meam recipiam; sed in ipsis delictis comprehendar, ut inimicus meus, perinde atque in ipso peccandi tempore, animam meam semper conculcet, donec ea in pulverem mortis revertatur. Sin contra probe me gesserim, redemptus ea quæ par est consequar, neque in pulverem peccati carnalis, in quem delapsus sum, permaneam. Vita ejus qui terreni hominis imaginem gerit, ab inimico in terra conculcata est. Quamobrem ille, etiamsi videatur aliquando gloria affici, attamen gloria ejus in pulvere jacet; quales sunt qui gloriæ causa agunt, laudes expetunt, vel mercedem ab hominibus aucupantur.

B *Καταδιώξαι ἄρα ὁ ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μου, καὶ καταλάβοι καὶ καταπατήσαι εἰς γῆν τὴν ζωήν μου, καὶ τὴν δόξαν μου εἰς χοῦν κατασκηνώσαι.* Διατεινόμενος δέ φησιν· Εἰ μὴ κατώρθωσα τοῦτο, μὴ ἐλευθερωθείην πρὸ τοῦ θανάτου τῆς ἁμαρτίας, μηδὲ τὴν ἐμὴν ἀπολάβοιμι δόξαν, ἐν αὐταῖς δέ μου καταληφθείην ταῖς ἁμαρτίαις, ἵν' ὡς ὅτε ἥμαρτον οὕτω μέχρι παντὸς τὴν ἐμὴν ὁ δυσμενὴς καταπατήσῃ ψυχήν, μέχρι τοῦ εἰς χοῦν ὑποστρέψαι θανάτου. Εἰ δὲ κατώρθωσα, τύχοιμι τῶν ἴσων λυτρούμενος, καὶ μὴ εἰς ὃν ἐξ ἁμαρτίας κατέπεσα χοῦν ἐπιμένων τῆς σαρκικῆς ἁμαρτίας. Ἡ ζωὴ τοῦ ἔτι τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ φοροῦντος καταπεπάτηται ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ εἰς γῆν· οὗτος δὲ, κἂν δοξάζεσθαι ποτὲ δοκῇ, κατεσκήνωσεν αὐτοῦ ἡ δόξα εἰς χοῦν, ὡς τῶν ποιούντων διὰ δόξαν, C καὶ τὸν παρ' αὐτῶν ἔπαινον, ἢ τὴν παρ' αὐτοῖς ἀποδοχήν.

VERS. 7, 8. *Exsurge, Domine, in ira tua et exaltare in finibus inimicorum tuorum. Exsurge, Domine Deus meus, in præcepto quod mandasti, et synagoga populorum circumdabit te.* Dominum hortatur, ut veluti dux exercitus cum indignatione consurgat adversus principem exercitus invisibilium inimicorum, sic eum compellans: Tu ipse, qui nobis hominibus præcepisti ut concertemus, idipsum facito. Iis enim abs te fugatis ac deletis, ego salvus ero; neque solus, sed etiam Ecclesia ex gentibus circumdabit te, eliminato scilicet omni dæmonum errore. In illa sane velut in choro medius consistens hymnum emittes Patri tuo, quemadmodum D dixisti: *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te*[81].

Ἀνάστηθι, Κύριε, ἐν τῇ ὀργῇ σου, ὑψώθητι ἐν τοῖς πέρασι τῶν ἐχθρῶν σου. Ἐξεγέρθητι, Κύριε ὁ Θεός μου, ἐν προστάγματι ᾧ ἐνετείλω, καὶ συναγωγὴ λαῶν κυκλώσει σε. Οἷα δὴ στρατηγὸν διαναστῆναι σὺν ἀγανακτήσει κατὰ τοῦ τῶν ἀοράτων πολεμίων ἄρχοντος στρατοπέδου, λέγων· Ὁ τοῖς ἀνθρώποις ἡμῖν προσέταξας ἀγωνίζεσθαι κατὰ τῶν ἀοράτων δυνάμεων, τοῦτο δράσον αὐτός. Τούτων γὰρ ὑπὸ σοῦ καθῃρημένων, κἀγὼ σωθήσομαι, οὐ μόνος, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησία κυκλώσει σε, πάσης δαιμόνων πλάνης ἀπελασθείσης. Ταύτης δὲ καθάπερ χοροῦ μέσος γενόμενος ὕμνον ἀναπέμψεις πρέποντα τῷ Πατρὶ καθάπερ ἔφης· *Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.*

VERS. 9. *Et propter hanc in altum regredere, Dominus judicabit populos. Judica me, Domine, secundum justitiam tuam, et secundum innocentiam meam super me.* Quoniam omnes creaturas adducet Deus in judicium, oportetque universos ante Christi tribunal sisti, cum didicisset David futurum esse ut mundum judicet in justitia, et populos in æquitate, jure ait: Mei quoque judex esto, Domine, non secundum reliquas operationes meas, sed secundum simplicitatem et justitiam meam.

Καὶ ὑπὲρ ταύτης εἰς ὕψος ἐπιστρεφον, Κύριος κρινεῖ λαούς. Κρῖνόν με, Κύριε, κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου, καὶ κατὰ τὴν ἀκακίαν μου ἐπ' ἐμέ. Ἐπειδὴ πᾶν τὸ ποίημα ἄξει ὁ Θεὸς εἰς κρίσιν, καὶ τοὺς πάντας δεῖ παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, εἰκότως μαθὼν ὁ Δαυΐδ, ὅτι μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ καὶ λαοὺς ἐν εὐθύτητι· Γενοῦ, φησὶ, κάμοῦ κριτὴς, ὦ Κύριε, μὴ κατὰ τὰς λοιπάς μου πράξεις, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἁπλότητά μου καὶ δικαιοσύνην.

[78] Num. XII, 5. [79] Gen. XV, 6. [80] Matth. VI, 14. [81] Psal. XXI, 23.

Συντελεσθήτω δὴ πονηρία ἁμαρτωλῶν καὶ κατευθυνεῖς δίκαιον, ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς ὁ Θεός. Ἐπιστημονικὸν καὶ μέγα τὸ πέρας αἰτεῖσθαι γενέσθαι κακίας, κυβέρνητην δὲ τῷ δικαίῳ πρὸς τὸ μηκέτι χειμάζεσθαι. Περὶ δικαιοκρισίας εἰπὼν τοῦ Θεοῦ, μόνον δίκαιον ἀποφαίνει κριτὴν, ὡς καὶ μόνον ὁρῶντα καρδίας· αὐτὸς γὰρ ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. *Ἄνθρωπος* μὲν γὰρ *εἰς ὄψιν ὁρᾷ*, αὐτὸς δὲ κριτικός ἐστιν ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας· οὐκ ἔστι κρίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ. Τοιοῦτον δείξας τὸν Θεὸν, πεπαῤῥησιασμένῳ συνειδότι φησίν· *Ἡ βοήθειά μου παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ σώζοντος τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.* Χρηστὰ γὰρ ἐλπίζει διὰ τὸν ἐτάζοντα καρδίας καὶ νεφροὺς, ὡς δὴ σκολιὸν ἔχων οὐδὲν ἐν καρδίᾳ.

Ἐὰν μὴ ἐπιστραφῆτε, τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει· τὸ τόξον αὐτοῦ ἐνέτεινε καὶ ἡτοίμασεν αὐτό. Μήποτε παρασεσιωπημένως ταῦτα περὶ τοῦ διαβόλου λέγεται· οὗτος γὰρ πρὸς τούτους καὶ ὠδίνησεν ἀδικίαν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἰδοὺ ὠδίνησεν ἀδικίαν, συνέλαβε πόνον, καὶ ἔτεκεν ἀνομίαν. Λάκκον ὤρυξε καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο. Ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ κορυφὴν αὐτοῦ ἡ ἀδικία αὐτοῦ καταβήσεται. Ταῦτα ῥητῶς ἐπ' Ἀχιτόφελ πεπλήρωται. Παρευδοκιμηθεὶς γὰρ ὑπὸ τοῦ Χουσὶ, καὶ τὰ πράγματα τοῦ Ἀβεσσαλὼμ, ὡς δὴ σοφὸς, ἀπογνοὺς, καὶ τὴν μέλλουσαν ἐκ τοῦ Δαυὶδ φοβούμενος δίκην, οἰκαδε ἀναχωρήσας ἀπήγξατο, παθὼν ἅπερ ἐπεβούλευε παθεῖν τὸν Δαυὶδ, καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ κακίαν ἐπὶ τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀπεμάξατο. Καὶ καθόλου δὲ πᾶς δι' ὧν εἰργάσατο κακῶν καθ' ἑαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως φέρει.

Ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ κατὰ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, ψαλῶ τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ Ὑψίστου. Ὡς δὲ μηδενὶ αὐτὸς ἐπιβουλεύσας, μηδὲ λάκκον ὀρύξας, παρορῶν δὲ τοὺς ἀδικοῦντας τῶν ἀσεβῶν ἀπολλυμένων ἐν κρίσει, *Ἐξομολογήσομαι*, φησὶ, *τῷ Κυρίῳ κατὰ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ*· Τὰ ἐμαυτοῦ δίκαια καθάπερ ἐν δικαστηρίῳ προθεὶς· *καὶ ψαλῶ δὲ τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ ὑψίστου*· πιστεύων καταξιωθήσεσθαι τοῦ χοροῦ τῶν παρ' αὐτοῦ σωζομένων.

A Vers. 10, 11. *Consumatur nequitia peccatorum et diriges justum, scrutans corda et renes, Deus.* Scitum magnumque est postulare ut finis sit malitiæ; utque justus ita dirigatur, ut nunquam ultro fluctuet. Cum autem de tribunali Dei loquitur, solum eum esse justum judicem pronuntiat, utpote qui solus corda videat. Ipse namque reddit unicuique juxta opera sua. *Homo* quippe *videt in facie* [91]; ipse vero judex cogitationum est et animi sensuum: nullum judicium occultum ipsi est. Cum talem esse Deum declarasset, confidens ac conscientia sua securus dicit: *Adjutorium meum a Deo, qui salvos facit rectos corde.* Bona etenim sperat ab eo qui scrutatur corda et renes, quod nihil tortuosum in corde habeat.

B Vers. 13. *Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit et paravit illum.* Num hæc tacite et obscure de diabolo dicuntur: nam is adversus homines parturiit injustitiam, et cætera.

Vers. 15-17. *Ecce parturiit injustitiam, concepit dolorem et peperit iniquitatem. Lacum aperuit et effodit eum, et incidet in foveam quam fecit. Convertetur dolor ejus in caput ejus, et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.* Hæc ad verbum in Achitophele completa sunt. Nam a Chusi superatus, cum de rebus Absalonis, utpote vir prudens, desperaret, futuramque Davidis vindictam pertimesceret, in domum secedens sese laqueo suspendit, ea perpessus, quæ machinamentis suis Davidi C paraverat, suamque adversus eum nequitiam in caput ipse suum expressit. Et vero omnes prorsus homines, ex editis operibus, suam in die judicii ferunt sententiam.

Vers. 18. *Confitebor Domino secundum justitiam ejus, psallam nomini Altissimi.* Utpote qui nemini insidias struxerit, nemini lacum effoderit; iniquos cum despiceret, gnarus futuri in judicio impiorum exitii: *Confitebor*, inquit, *Domino secundum justitiam ejus;* justis meis operibus velut in tribunali productis; *et psallam nomini Domini altissimi*, fretus spe me in choro eorum qui per ipsum salutem consequentur, ejus dignatione recipiendum esse.

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ Η'.

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ληνῶν.

D PSALMUS DAVID VIII.

1. *In finem pro torcularibus.*

Τὰ ἐπὶ τῇ συντελείᾳ νῦν τῶν αἰώνων προφητευόμενα τὴν ἐπιγραφὴν, *εἰς τὸ τέλος*, ἐποίησεν. *Ὑπὲρ* δὲ τῶν *ληνῶν* διὰ τὰς ἐν πάσῃ τῇ γῇ συστάσας Ἐκκλησίας, ἀλληγορίας νόμῳ λεγομένας ληνούς. Ὅτε μὲν εἷς ἦν λαὸς· ἦν δὲ οὗτος Ἰσραὴλ, ᾧ ἐχρημάτιζε καὶ πύργος ὁ παρὰ τούτοις νεὼς, καὶ *προλήνιον* τὸ πρὸ τοῦ ναοῦ θυσιαστήριον κατὰ τὴν Ἡσαΐου φωνήν. Τὸ δὲ πλῆθος νυνὶ τῶν ληνῶν τὰ πολλὰ μηνύει θυσιαστήρια, ταῖς κατὰ μέρος ἐκκλησίαις συνδιαιρούμενα. Διὸ καὶ ἐν πγ' ψαλμῷ τὸν αὐτὸν ἐπιγραφέντι

Quæ hic de consummatione sæculorum prophetice enuntiantur, in causa fuere quod inscriptio, *in finem*, apponeretur. *Pro torcularibus* autem dicitur Ecclesiarum gratia, quæ per universam terram exsistunt, et allegorice torcularia vocantur. Quando enim unus erat populus, scilicet Israelis, huic erat turris, templum apud ipsos nuncupata: et *protorcular*, scilicet altare pro templi limine juxta Isaiæ vocem. Jam vero multitudinem torcularium multa declarant altaria in diversis per or-

[91] I Reg. xvi, 7.

bem ecclesiis dissita. Quare in psalmo LXXXIII qui parem cum præsenti fert inscriptionem, multa altaria, tabernacula, atria in vaticinio feruntur, juxta illud: *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit et deficit anima mea in atria Domini*[83]; deinde vero subjungit, *Altaria tua, Domine virtutum*[84].

VERS. 2, 3. *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! Quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos. Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et ultorem.*[85] Non olim admirabile fuit in universa terra; sed post Salvatoris adventum mirabile factum est, quando Synagoga populorum circumdedit eum; quod sane consonum huic psalmi præsentis dicto *ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem*, et cætera. Novam enim synagogam post assumptionem ejus in altum ex animabus in infantia degentibus constitisse docet, propter regenerationem in Christo tum ubique, post ejus scilicet assumptionem, per orbem usurpatam. Quamobrem acclamantibus ipsi pueris, *Hosanna in excelsis, benedictus qui venit in nomine Domini*, indigne ferentes aliquos sic alloquitur: *Nunquam legistis, quia Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem*[86]? nunquamne illud: *Propter inimicos tuos?* Hæc vero propter sacerdotum principes, et propter Pharisæos scripta sunt: de iis namque dicitur, *inimicus, ultor*, et in præcedenti psalmo, *leo*. Quod autem maxime mirandum est talem inimicum et leonem, principem hujus sæculi, per infantes atque lactentes de medio sublatum esse: quo peracto Deus ubique terrarum apud omnes mirabilis cum sit, insidias parat ut supplantet et in peccatum

τρόπον πολλὰ θυσιαστήρια καὶ σκηνώματα θεσπίζονται καὶ αὐλαί, κατὰ τὸ, *Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων! ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου*· μεθ' ἃ ἐπάγει· *Τὰ θυσιαστήριά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων.*

Κύριε ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ! Ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν σου, τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν. Οὐ πάλαι θαυμαστὸν ἐν πάσῃ τῇ γῇ· μετὰ δὲ τὴν τοῦ Σωτῆρος παρουσίαν ἐγένετο, ὅτε καὶ συναγωγὴ λαῶν ἐκύκλωσεν αὐτόν· συμφώνως τῷ νῦν ῥηθέντι· *Ἐκ στόματος νηπίων*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὴν γὰρ νέαν καὶ καινὴν συναγωγὴν μετὰ τὴν εἰς ὕψος ἀνάληψιν αὐτοῦ ἐκ νηπίων διδάσκει συνεστάναι ψυχῶν διὰ τὴν ἀναγέννησιν τὴν ἐν τῷ Χριστῷ πανταχοῦ συστᾶσαν τῆς οἰκουμένης μετὰ τὴν ἀνάληψιν τὴν αὐτοῦ. Διὸ καὶ βοῶντων αὐτῷ τῶν παίδων, *Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου*, ἀγανακτοῦσί φησιν· *Οὐδέποτε ἀνέγνωτε, ὅτι Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον;* καὶ μήποτε τό· *Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν σου.* Καὶ διὰ τοὺς ἀρχιερεῖς λέγεται καὶ Φαρισαίους· *ἐχθρὸς* καὶ *ἐκδικητὴς* ὁ λέων εἰρημένος ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ. Τὸ οὖν μέγιστον θαῦμα, ὅτι ὁ τοσοῦτος, ἐχθρός τε καὶ λέων, ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου, διὰ νηπίων καὶ θηλαζόντων καθῄρηται· μεθ' ὃ παντα-

Qua ratione autem nomen Domini, olim nemini notum, admirabile evaserit, declarat in sequentibus his verbis, *quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos:* atque tertium illud superadditum, *ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem*, aliquam sane habet affinitatem cum illo, *synagoga populorum circumdabit te.* Docet enim novam synagogam, quæ Deum circumdabat post ejus in altum assumptionem, ex infantibus, animo scilicet et lactentibus, collectam: atque ita vocat populos in Christo regeneratos. Nam postquam in altum ascendit, post ingressum suum in cœlum, Dominus, qui per prophetiam enuntiatur, adscivit sibi populorum synagogam, in terra ex infantibus et lactentibus paratam.

Καὶ πῶς ἐν πάσῃ τῇ γῇ τὸ πάλαι μηδενὶ γινωσκόμενον ὄνομα τοῦ Κυρίου καὶ θαυμαστὸν κατέστη, διασαφεῖ λέγων ἑξῆς· *Ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν*· καὶ τὸ ἐπιλεγόμενον δὲ τρίτον ἐν τῷ, *Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον*, ἔχοι ἂν συμφωνίαν πρὸς τό· *Συναγωγὴ λαῶν κυκλώσει σε.* Τὸ γὰρ νέαν καὶ καινὴν συναγωγὴν τῶν κυκλούντων τὸν Θεὸν μετὰ τὴν εἰς ὕψος ἀνάληψιν αὐτοῦ ἐκ νηπίων ψυχῆς καὶ θηλαζόντων συνεστάναι διδάσκει· οὕτω καλῶν τοὺς ἀναγεννωμένους ἐν Χριστῷ λαούς. Εἰς ὕψος γὰρ ἀναβὰς μετὰ τὴν εἰς οὐρανὸν (1) κάθοδον, ὁ διὰ τῆς προφητείας παριστώμενος Κύριος κατηρτίσατο ἑαυτῷ ἐπὶ τῆς γῆς τὴν τῶν λαῶν συναγωγήν, ἐκ νηπίων καὶ θηλαζόντων αὐτὴν συστησάμενος.

VERS. 4, 5. *Quoniam videbo cœlos, opera digitorum tuorum, lunam et stellas quæ tu fundasti. Quid est homo quod memor es ejus, aut filius hominis quoniam visitas eum?* Etiamsi, inquit, mirabilia sunt opificia tua, cœlum et quæ in eo sunt, quæ tu fundasti ut per omne sæculum consisterent; nam

Ὅτι ὄψομαι τοὺς οὐρανούς ἔργα τῶν δακτύλων σου, σελήνην καὶ ἀστέρας ἃ σὺ ἐθεμελίωσας. Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; Εἰ καὶ θαυμαστά σου, φησὶ, δημιουργήματα οὐρανὸς καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἅπερ ἥδρασας δι' ὅλου τοῦ αἰῶνος ἑστάναι· *ἔστησε*

[83] Psal. LXXXIII, 2, 3. [84] ibid. 4. [85] Matth. XXI, 9. [86] ibid. 16.

(1) Forte ᾅδην.

γὰρ αὐτὰ εἰς τὸν αἰῶνα, καθά φησιν ἐν ἑτέροις, καὶ πρόσταγμα ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσεται· οὐ μὴν σοι μεγάλα πρὸς ὕπαρξιν, ἀλλὰ βραχείας δυνάμεως δακτύλοις ἀναλογούσης· οὕτω γὰρ τὰς μικρὰς δυνάμεις ἐκάλεσε τοῦ Θεοῦ. Καὶ ταῦτα μὲν ἡδρασμένα μένει· ἄνθρωπον δὲ τὸν καθ' ἕνα παρερχόμενον ἐκπέπληγμαι θεωρῶν, ὅπως καὶ μέμνησαι τούτου, καὶ προνοῇ· ὅπερ οὐκ ἂν ὑπῆρξεν εἰ μικρόν τι καὶ φθαρτὸν ἐτύγχανε ζῶον· οὕτω δὲ τίμιον ὡς ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων ὕμνον αὐτῷ κατηρτίσθαι. Εἰ καὶ σμικρὸς τοίνυν κατὰ τὸ σῶμα· ἀλλὰ κατὰ ψυχὴν τὴν κατ' εἰκόνα τετίμηται· ὥστε διὰ τούτου θαυμαστόν σου καταστῆναι τὸ ὄνομα ἐν πάσῃ τῇ γῇ.

A *statuit ea in æternum*, ut alio loco dicit[87], *præceptum posuit et non præteribit:* non tamen magna tibi reputantur, sed ceu exigua virtute digitis concinnata, sic enim minores Dei virtutes nuncupat. Et hæc quidem fundata ac firma permanent; at hominem, singulatim omnia percurrens, non sine stupore contemplor, quo pacto scilicet illius memineris, atque ipsius curam habeas, quod utique non faceres, si parvum et corruptibile animal esset; sed tanto honore dignus est, ut ex ore infantium et lactentium hymnis celebretur. Etiamsi igitur corpore parvus sit, secundum animam ad similitudinem Dei factam honoratur, ita ut per ipsum admirabile sit nomen tuum in universa terra.

Ἀποθαυμάζει τὸ θεῖον Πνεῦμα καὶ εὔχεται τοῦ θαυμασμοῦ λέγων· Οὐρανοὺς μὲν ὁρῶ τοὺς τὸν σύμπαντα κόσμον περιέχοντας· ὁρῶ δὲ καὶ σελήνην καὶ ἄστρα, καὶ ταῦτα πάντα γνωρίζω τῇ φύσει ὄντα μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τῆς ὅλης δημιουργίας μέρη· ἀλλ' ὅμως, καίπερ ὄντα τοιαῦτα, οἶδα, ὅτι βραχύτατα τῶν σῶν ἔργων τυγχάνει. Ἔργα γοῦν ἐστι ταῦτα τῶν σῶν δακτύλων· οὐχὶ δὲ χειρῶν, οὐδὲ μεγάλης τινὸς δυνάμεως· ἀλλ', ὡς ἂν εἴποι τις, ἄκρων δακτύλων, τροπικῶς οὕτως τῶν δυνάμεων ὀνομαζομένων τοῦ Θεοῦ, δι' ὧν τὰ αἰσθητὰ καὶ ὁρώμενα δημιουργήματα συνεστήσατο.

Admiratur Spiritus divinus, et in ipsa admiratione gloriatur, dicens: Cœlos quidem video qui totum mundum circumplectuntur; video item lunam et stellas, et plane nosco hæc omnia magnas mirabilesque universi opificii partes esse: attamen etsi talia sunt, novi ea minima operum tuorum esse. Hæc itaque sunt digitorum tuorum opera; non vero manuum, neque magnæ cujusdam potentiæ tuæ; sed, ut ita dicam, extremorum digitorum: ita videlicet tropice vocantur virtutes Dei, quibus sensibilia visibiliaque opera constituit.

B

Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν. Καὶ μὴν ἑτέρως δόξῃ καὶ τιμῇ τὸν ἄνθρωπον ἐστεφάνωσεν ὁ Θεὸς, ἐπὶ μόνου τοῦ ἀνθρώπου φήσας· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν*, καὶ διαφόρως τοῖς ἁγίοις ἀνθρώποις ἐπιφανείς, καὶ Πνεύματος ἁγίου, καὶ δυνάμεως οὐρανίου μεταδοὺς, ὡς τὸ μέλλον εἰδέναι, καὶ νόσους ἐλαύνειν, καὶ νεκροὺς ἀνιστᾷν· καὶ τὸ μέγιστον ἁπάντων, τῇ τοῦ Μονογενοῦς τιμήσας αὐτὸν παρουσίᾳ.

Vers. 6. *Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum.* Et sane alia ratione hominem gloria et honore coronavit Deus; de solo quippe homine dixit: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*[88]. Diversoque modo sanctis hominibus apparuit, Spiritumque sanctum ac cœlestem potestatem indidit, ut futura prænoscerent, morbos pellerent, mortuos suscitarent: et quod omnium præstantissimum, hominem Unigeniti sui adventu honoravit.

C

Δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν, καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου. Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, πρόβατα καὶ βόας πάσας, ἔτι δὲ καὶ τὰ κτήνη τοῦ πεδίου, τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, τὰ διαπορευόμενα τρίβους θαλασσῶν. Τῇ γὰρ λογικῇ φύσει, ὡς ἂν ὡμοιωμένῃ Θεῷ, τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν καὶ δύναμιν ἐδωρήσατο. Ὁ ἄνθρωπος, τῆς θεϊκῆς εἰκόνος λαβὼν, ὡς βασιλεὺς ἁπάντων ἐστὶν ὁ Θεὸς, οὕτως ἄρχων κατέστη τῶν ἐπὶ γῆς. Εἰ δὲ καθολικῶς εἴρηται· *Καὶ κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου*· λέγει δὲ ἀλλαχοῦ· *Καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί*, δῆλον ὡς καὶ ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς κατέστησεν αὐτόν. Καὶ μήποτε ἀπορρήτως τὴν ἐν οὐρανῷ διατριβὴν σημαίνει, τῶν ἀπὸ γῆς ἐκεῖσε μεθισταμένων, ὅτε μέλλουσι βασιλείαν κληρονομεῖν οὐρανῶν ὡς ἐπήγγελται. Λέγει δὲ ὁ Παῦλος· *Κληρονόμοι μὲν Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ*. Οὕτω καὶ τὸ, Πάντα ὑπέταξεν ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, νοητέον νῦν μὲν τὰ ζῶα· ἐπειδὴ δὲ καὶ βίος

Vers. 7-9. *Gloria et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves et boves universas, insuper et pecora campi, volucres cœli et pisces maris, qui perambulant semitas maris.* Rationabili enim naturæ, utpote ad similitudinem Dei factæ, dominatum potestatemque in omnia tribuit. Homo sane Dei imaginem accepit, ac ut rex omnium Deus est, sic ipse princeps terrenarum omnium rerum constitutus est. Quod si generatim hæc posita sunt, *Et constituisti eum super opera manuum tuarum:* cum alibi dicatur, *Et opera manuum tuarum sunt cœli*[89], hinc consequitur, etiam super cœlos constitutum a Deo fuisse. Ac nunquam eorum qui ad supernas sedes transferentur, habitationem in cœlo futuram occulte commemorat, ubi promissum sibi cœlorum regnum possessuri sunt; ait enim Paulus: *Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi*[90]. Sic illud, Omnia subjecit sub pedibus ejus, jam intelligendum de animalibus: at quia hominibus in cœlo par angelicæ vita reposita est, cum il-

D

[87] Psal. VIII, 45. [88] Genes. I, 26. [89] Psal. CI, 26. [90] Rom. VIII, 17.

lic constitutus fuerit super opera manuum ejus, cœlos et omnia quæ in eis sunt contemplabitur. Beatus autem Paulus hoc de Salvatore accepit, utpote quod ipsi in futuro sæculo obventurum sit. Quapropter ait illi Pater : *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [91].

A ἰσάγγελος ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἐν οὐρανῷ, ἐκεῖ καταστὰς ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, θεωρὸς οὐρανῶν ἔσται καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς. Ὁ δὲ μακάριος Παῦλος καὶ τοῦτο περὶ τοῦ Σωτῆρος ἐξέλαβεν, ἐν αἰῶνι τῷ μέλλοντι γενησόμενον. Διό φησι πρὸς αὐτὸν ὁ Πατήρ· *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.*

PSALMUS DAVID IX.

1. *In finem pro occultis Filii.*

Vers. 2. *Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.* Doctrinam complectitur, qua magnum illud Dei opificium enarratur. Quia enim latentem invisibilemque divinam substantiam, incorpoream et non factam, quod carnalibus oculis attingi et cognosci nequeat, qui mentis oculis obcæcati erant, e natura rerum expulerunt; dum atheo impioque ore, nullum esse Deum, nec quidpiam cor-

poreis rebus sub aspectum cadentibus præstantius exsistere pronuntiabant; sed spontaneo quodam ac temerario concursu et partium congressu, casu ac nulla exsistente causa, universum mundum coaluisse, necessarium fuit ut præsenti sermone, psallendi more, per dilucidam demonstrationem, vim illam rerum creatricem ac Dei scientiam comprobaret, hoc ratiocinio usus. Mortalium natura exigua debilisque est, hominum cogitationes ignavæ, nostræque cognitiones incertæ sunt. Quare divinæ gloriæ pro merito enarrandæ multum impares sumus. Non enim humanis vocibus, non lingua carnali, non labiis possunt digna ac probe excogitata de Deo verba enuntiari. Quod si cui libuerit, efficacem illam, maximam et Deo dignam doctrinam audire, cui scilicet mentis sensus prævalidi fuerint, is animo intendat, seseque concitet ad ea auscultanda quæ hic de immensa illa Dei virtute feruntur: quæque ipsi cœli, totum in se complectentes, Creatorem suum universorumque opificem hymnis et canticis celebrantes, proferunt. Ipsi namque cœli qui supremi omnium sunt, et sibi supposito firmamento eminent, qui universam cum sensibilem tum intellectu præditam naturam ambiunt, gloriam Dei non Græca lingua, non alia dialecto prædicant; sed ipsis operibus, per suum videlicet ornatum, per concinnam, harmonicam et sapientissimam constitutionem, auctorem illius ita recte ordinati motus, ejusque immensam virtutem edocent. *Ex magnitudine enim et pulchritudine creaturarum proportione quadam creator earum spectatur* [80]; et: *Invisibilia ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque ejus virtus et divinitas* [81]. Quisquis ergo, absque ulla creatrice ratione, sine divina aliqua virtute, cœlos suam condidisse substantiam, tantam illam magnitudinem talemque formam adornasse putat, ac ita concinnum ordinatumque motum corporibus ipsis ascripsit, is sane stultus et impius est. Quamobrem eos qui sana mente sunt par est una confiteri, se tantum non audire cœlorum vocem, vel ipso opere clamantem, congruentemque Deo, factori et opifici suo, gloriam emittentem.

A ὁρωμένων· αὐτομάτῳ δὲ καὶ ἀλόγῳ συντυχίᾳ, εἰκῇ καὶ μάτην ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας ὑποστῆναι τὸν πάντα κόσμον· ἀναγκαίως ὁ παρὼν λόγος διὰ τῆς ψαλμῳδίας ἀποδεικτικῶς καὶ μετὰ δημιουργικῆς τῶν ὅλων δυνάμεως τὴν θεολογίαν παρίστησι, τοιοῦτόν τινα λογισμὸν διεξιών. Θνητῶν μὲν φύσις μικρὰ τυγχάνει καὶ ἀσθενής· λογισμοί τε ἀνθρώπων δειλοί, καὶ ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι ἡμῶν· διὸ πλεῖστον ὅσον ἀποδέομεν τῆς κατ' ἀξίαν τοῦ Θεοῦ δοξολογίας. Οὐδὲ γὰρ ἀνθρώπων φωναῖς, οὐδὲ γλώττῃ σαρκὸς καὶ χείλεσιν δύνασθαί ποτε νομίζειν ἐπάξιον περὶ Θεοῦ λόγον ἀποδίδοσθαι. Εἰ δὲ χρὴ διδασκαλίας ἐνεργοῦς καὶ μείζονος αὐτῷ τε πρεπούσης τῷ Θεῷ ἐπακούειν, εἴ τις ἔρρωται τῆς ψυχῆς τὰ αἰσθητήρια, συντεινάτω ἑαυτὸν καὶ διεγειράτω πρὸς ἀκρόασιν ἐπαΐων ἀναφωνουμένην B τῆς ἀπειρομεγέθους δυνάμεως τοῦ Θεοῦ· ἣν αὐτοὶ προφέρονται οἱ τὸν σύμπαντα περιέχοντες οὐρανοί, τὸν ἑαυτῶν κτίστην καὶ ποιητὴν τῶν ὅλων Θεὸν ᾠδαῖς καὶ δοξολογίαις ἀνυμνοῦντες. Αὐτοὶ γὰρ οἱ ἀνωτάτω πάντων, καὶ τοῦ ὑποδεδηκότος στερεώματος ὑπερκείμενοι οὐρανοί, οἱ σύμπασαν περιειληφότες τὴν αἰσθητὴν καὶ πνευματικὴν κτίσιν, τὴν δόξαν Θεοῦ οὐκ Ἑλληνικῇ φωνῇ φθεγγόμενοι, οὐδ' ἑτέρᾳ τινὶ διαλέκτῳ χρώμενοι, αὐτῷ δὲ ἔργῳ διὰ τοῦ ἑαυτῶν κόσμου καὶ τῆς εὐρύθμου καὶ ἐναρμονίου καὶ πανσόφου στάσεως, τοῦ αἰτίου αὐτοῖς τῆς τοιᾶσδε κινήσεως τὴν ἀπειρομεγέθη δύναμιν ἐκδιδάσκουσιν. *Ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται·* καὶ, *Τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται· ἥ τε* C *ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θεότης.* Ὁ οὖν τοὺς οὐρανοὺς νομίζων δίχα τινὸς δημιουργικοῦ λόγου καὶ θείας ἄνευ δυνάμεως ἑαυτοὺς ὑποστήσασθαι, καὶ τοῦ τοσοῦδε μεγέθους καὶ τοῦ τοιοῦδε σχήματος, τῆς τε εὐσταθοῦς καὶ εὐτάκτου κινήσεως τὴν αἰτίαν τοῖς σώμασιν αὐτῶν προσγράφων, ἄφρων καὶ ἀσεβής. Διὸ τοὺς ἔμφρονα νοῦν κεκτημένους προσήκει συνομολογεῖν μονονουχὶ φωνῆς ἀκούειν ἔργῳ βοώσης αὐτῶν τῶν οὐρανῶν, τὴν πρέπουσαν δόξαν ἀναπεμπόντων τῷ ἑαυτῶν ποιητῇ καὶ δημιουργῷ Θεῷ.

Pari quoque modo firmamentum, quod secunda creationis die Moyses factum declaravit; hoc inquam firmamentum, quod aliud est a jam memoratis cœlis, omnibus prædicat, et similiter clamat, indicatque, se non spontanea coalitione in talem formam deductum; sed opus esse omnium rerum conditoris Dei. Quamobrem dictum est: *Et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.* Noverat autem Moyses, ante firmamenti constructionem cœlum, vel priusquam dies fieret, conditum fuisse; nam dicit: *In principio fecit Deus cœlum et terram* [82]. Ac deinceps post primum cœlum conditum, lucis vim ac creationem affert, docetque luci diei nomen inditum, factumque fuisse mane et vespere diem primum. Postea ubi secundam ordi-

Οὕτω δὲ καὶ τὸ στερέωμα, ὃ δὴ Μωϋσῆς κατὰ τὴν D δευτέραν ἡμέραν τῆς κοσμοποιίας γεγονέναι παρίστη· καὶ τοῦτο τοιγαροῦν τὸ στερέωμα, ἕτερον ὂν παρὰ τοὺς προωνομασμένους οὐρανούς, κηρύττει τοῖς πᾶσι καὶ κέκραγε διδάσκων, ὅτι μὴ ἐξ αὐτομάτου τοιόνδε ὑπέστη· ἔργον δέ ἐστι καὶ αὐτὸ τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ Θεοῦ· διὸ εἴρηται· *Ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα.* Οἶδε δὲ Μωϋσῆς πρὸ τῆς τοῦ στερεώματος συστάσεως οὐρανὸν πρότερον τῆς ἡμέρας γεγενημένον, λέγων· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Ἐξῆς δ' οὖν μετὰ τὴν ποίησιν τοῦ πρώτου οὐρανοῦ φωτὸς εἰσάγει δύναμιν καὶ γένεσιν, ἡμέραν τε διδάσκει τὸ φῶς κεκλῆσθαι, γεγονέναι τε πρωΐαν φησὶ καὶ ἑσπέραν, ἡμέραν μίαν. Εἶτα δευτέρας ἡμέρας ἀρχόμενος, τὴν τοῦ στερεώματος

[80] Sap. XIII, 5. [81] Rom. I, 20. [82] Genes. I, 1.

εἰσάγει ποίησιν. Οἶδε δὲ ἡ Γραφὴ καὶ πλείους οὐρανοὺς· διό φησιν· *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν*· καὶ πάλιν· *Αἰνεῖτε αὐτὸν οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν*· καὶ ἀλλαχοῦ εἴρηται· *Ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ*. Καὶ τὸ στερέωμα κέκληται οὐρανός, καὶ ὁ Σωτὴρ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἐπαγγέλλεται, καὶ ἐν τῇ εὐχῇ διδάσκει εἰπεῖν· *Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, καὶ, *Αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται*.

A tur diem, firmamenti creationem inducit. Scriptura vero complures cœlos novit admittitque; quocirca dicit: *Laudate Dominum de cœlis*[83]; ac rursum: *Laudate eum, cœli cœlorum, et aqua omnis quæ super cœlos est*[84]. Alibi quoque dictum occurrit: *Cœlum cœli Domino*[85]. Firmamentum item cœlum vocatur, et Salvator regnum cœlorum pollicetur, ac ita precandum esse instituit: *Pater noster, qui es in cœlis*[86]; et: *Virtutes cœlorum movebuntur*[87].

Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. Διδάσκει ἡμέρα καὶ διδάσκει νὺξ τοὺς ἐθέλοντας παιδεύεσθαι, ὅση τίς ἐστιν ἡ σοφία ἡ ἄῤῥητος καὶ ἀπερίληπτος δύναμις τοῦ τὰ διαστήματα τῶν χρόνων καταμετρήσαντος αὐτοῖς Θεοῦ. Εἰ μὲν γὰρ μηδεὶς ἦν ὁ καὶ ταύταις ὥραις καὶ χρόνους καὶ καιροὺς διαταξάμενος, ἀπρονοήτῳ δὲ καὶ ἀλόγῳ κινήσει κατά τι σύμβαμα τυχιμαῖον ὑφεστῶτα ἦν· ἐχρῆν δήπου μὴ τὰ ἴσα διαστήματα τῶν ἡμερῶν διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος ὑφεστάναι, ἢ συγκεχυμένους αὐτῶν εἶναι τοὺς καιροὺς, καὶ τὰς νύκτας δὲ ὡσαύτως εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν φέρεσθαι. Ἀλογίας γὰρ ἀδελφὴ ἀταξία, καὶ τῷ τυχιμαίῳ ἕπεται σύγχυσις· ὡς ἔμπαλιν πάσης εὐταξίας ἡγεῖται λόγος, ἁρμονίας τε καὶ συμφωνίας ἡγεῖται σοφία. Αἱ τοίνυν τούτων πρὸς ἀλλήλας ἀμοιβαὶ καὶ ὑποχωρήσεις, ποτὲ μὲν ἡμερῶν μηκυνομένων, ὑποχωρουσῶν δὲ αὐτῶν νυκτῶν, ποτὲ δὲ τῶν νυκτῶν τὸ προδεδανεισμένον χρέος κατὰ τὴν τῶν ὡρῶν αὔξησιν ἀπολαμβανουσῶν, μονονουχὶ φθέγγονται καὶ λαλοῦσι μεγάλῃ φωνῇ τῇ πανσόφῳ διατάξει τοῦ τῶν ὅλων μαρτυροῦσαι Θεοῦ, καὶ κηρύττουσιν ἀνθρώποις τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν· οὕτω δὲ κεκραγόσιν αὐτοῖς ἔργοις αἱ τῶν ἡμερῶν καὶ τῶν νυκτῶν φωναὶ τοῖς ἐπαΐειν αὐτῶν δυναμένοις, ὡς μηδεμίαν ἀκοὴν λανθάνειν τὴν διδασκαλίαν αὐτῶν.

B Vers. 3. *Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam.* Docet dies, docet itemque nox eos qui institui peroptant, quam ineffabilis sapientia, quam incomprehensibilis virtus sit Dei, qui ipsis temporum intervalla dimensus est. Si namque nullus esset qui his tempestatibus spatia et interstitia destinasset, sed temerario et inconsiderato motu atque casu quopiam hæc exsisterent; oporteret sane non æqualibus spatiis dies a sæculo ordinatas fuisse, aut confusa eorum, similiterque noctium tempora, casu ac fortuito revolvi. Etenim temerario casui finitimus est inconditus rerum status, et fortuitam rem sequitur confusio; ut vice versa rectum ordinem ratio dirigit, concentumque ac concordiam rerum sapientia administrat. Mutuæ sane illorum vicissitudines et concessiones; nam modo dies, concedente nocte, proliziores sunt, modo noctes debitum ac mutuo datum spatium aucta hieme ac tempestate repetunt; hæc, inquam, tantum non vociferantur, ac ceu

C edito clamore sapientissimum illum ab universorum Deo constitutum ordinem deprædicant, hominibusque Dei notitiam annuntiant. Sic vel ipsis gestis operibus dierum noctiumque voces iis qui auditu valent inclamant, ut per omnium aures doctrina eorum pervadat.

Πεπλήρωται γοῦν ἡ σύμπασα τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένη τῆς εὐρύθμου καὶ ἀμοιβαίας αὐτῶν χορείας· δι' ἃ λέλεκται· *Οὐκ εἰσὶ λαλιαὶ οὐδὲ λόγοι ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν*· δῆλον δὲ, ὅτι τῶν ἡμερῶν καὶ τῶν νυκτῶν, τῶν τε *διηγουμένων τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν* οὐρανῶν, καὶ τοῦ *τὴν ποίησιν τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐξαγγέλλοντος* στερεώματος. Ἔνθα δὲ γενομένῳ μοι θαυμάζειν ἔπεισιν, ὅπως ὁ ἱερὸς ἀπόστολος τό· *Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν*, ἐπὶ τοὺς μαθητὰς καὶ εὐαγγελιστὰς καὶ ἀποστόλους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνήνεγκεν ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ. Ἐπιστήσας δὲ τὸν νοῦν τῇ ἀποστολικῇ λέξει, σφόδρα ἀκριβῶς εὗρον αὐτὸν καταχρηστικῷ τρόπῳ εὐκαίρως τὴν παράθεσιν πεποιημένον· οὐ γὰρ ὥσπερ ποτὲ μὲν ἔφη· *Ἡσαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ*, ποτὲ δὲ, *καθὼς προείρηκεν Ἡσαΐας*· καὶ πάλιν· *Καθὼς γέγραπται*· καὶ αὖθις·

D Universus itaque orbis, qui ab hominibus incolitur, concinnis hujusmodi ac mutuis choreis repletum est; quare dicitur: Vers. 4, 5. *Non sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum*, videlicet dierum ac noctium, nec non cœlorum, *qui enarrant gloriam Dei*, et firmamenti, *quod opera manuum ejus annuntiat.* Hic porro mihi hæc contemplanti mirari subit, quo pacto sanctus Apostolus illud: *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum*, ad discipulos, evangelistas et apostolos Salvatoris nostri in sua ad Romanos Epistola referat[88]. Dum autem apostolicum dictum animo perpenderem, deprehendi ipsum apposite admodum et opportune hujusmodi accommodationem advexisse: non enim ut aliis in locis modo sic effatur, *Isaias autem clamat de Israele*[89]; modo sic, *ut prædixit Isaias*[90]; rursus vero, *Quemadmodum scriptum est*[91]; iterumque, *Di-*

[83] Psal. CXLVIII, 1. [84] ibid. 4. [85] Psal. CXIII, 16. [86] Matth. VI, 9. [87] Luc. XXI, 26. [88] Rom. X, 13. [89] Rom. IX, 27. [90] ibid. 29. [91] I Cor. I, 31.

cit enim Scriptura [92]; non sic, inquam, illud, *In omnem terram exivit sonus eorum*, cum simili additamento protulit. Nam si quidpiam hujusmodi præmisisset, esset fortasse qui putaret ipsum huic psalmi dicto vim intulisse. At hic simplici modo psalmi sententia usus videtur; ita ut jure dici possit ipsum opportuna utilique ratione, atque apposite hoc testimonium adhibuisse.

A Λέγει γὰρ ἡ Γραφή· οὐχ οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ· *Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν*, εἴρηκε μετὰ προσθήκης ὁμοίας τοῖς προεκτεθεῖσιν. Εἰ γάρ τι τοιοῦτον προφήσας εἶπε, τάχ' ἂν τις ἐλάβετο ὡς βεβιασμένως ἐκδεξαμένου τὴν ἐν τῷ ψαλμῷ ῥῆσιν· νυνὶ δὲ ἁπλῇ φράσει φαίνεται συγχρησάμενος τῇ ἀπὸ τοῦ ψαλμοῦ παραθέσει· διὸ εἴποι τις αὐτὸν κατακεχρῆσθαι εὐκαίρως καὶ ὠφελίμως καὶ εὐρύθμως τῇ μαρτυρίᾳ.

VERS. 6,7. *In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exsultabit ut gigas ad currendam viam suam, a summo cœlo egressio ejus, et occursus ejus usque ad summum cœli, nec est qui se abscondat a calore ejus.* Præter supra dicta, sol quoque Deo referendæ gloriæ magister inducitur; utpote qui Domini ac magni regis inviolatam observet legem. Nunquam enim alium præter statutum sibi cursum inire audet, nunquam definitos in cœlesti constitutione terminos transgreditur. Sed mane quasi ex remoto inaccessoque thalamo, speciosus tanquam sponsus, ac lucis flore decoratus egreditur: ac postquam horizontem orientalem transcendit, totum mundum permeat, nunquam defessus, proprium statumque sibi curriculum conficit. Circuit porro quasi gigas robore prævalidus atque invictus, orsus a summo centro horizontis orientalis, ceu a repagulo, atque uno diei noctisque spatio totum percurrit orbem, ut nemo caloris ejus expers fuerit. Illud autem peragit, ut nutui opificis sui, qui ipsum in firmamento constituit, obsequatur. Ideo dictum est: *In sole posuit tabernaculum suum.* Quod tametsi dilucide prolatum, apertius tamen a reliquis interpretibus explicatum est: nam Aquila sic habet, *Soli posuit tabernaculum in ipsis;* Symmachus vero, *Soli ordinavit tabernaculum in ipsis;* Theodotio, *Soli posuit tabernaculum in ipsis;* pari quoque modo quinta editio exposuit. Nam in supra memoratis cœlis, et in firmamento, tabernaculum et domicilium Deus soli reposuit, secundum illud a Moyse dictum: *Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare majus, ut præesset diei; et luminare minus, ut præesset nocti, et stellas. Et posuit eas in firmamento cœli, ut lucerent super terram* [93]. Iis autem declarat sol, et tantum non clamat, se nequaquam sui dominum ac liberum esse; sed et sui et omnium Domini notitiam præbere.

Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ. Ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν αὐτοῦ· ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ, καὶ τὸ κατάντημα αὐτοῦ ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ· καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀποκρυβήσεται τὴν θέρμην αὐτοῦ. Πρὸς B τοῖς εἰρημένοις τῆς τοῦ Θεοῦ δοξολογίας διδάσκαλος καθέστηκεν ὁ ἥλιος, οἷα δεσπότου καὶ μεγάλου βασιλέως νόμον ἀπαράβατον τηρῶν. Οὐ γάρ ποτε ἄλλην τρέπεσθαι παρὰ τὴν ὁρισθεῖσαν αὐτῷ πορείαν τολμᾷ οὐδ' ὑπερβαίνει τοὺς ὅρους τῆς κατ' οὐρανὸν διατάξεως· ἀλλ' ἐκπορεύεται μὲν ὄρθριος, ὥσπερ ἐξ ἀδύτου καὶ ἀδάτου νυμφῶνος προϊών, ὡραϊσμένος δὲ οἷα νυμφίος καὶ τῷ τοῦ φωτὸς ἠγλαϊσμένος ἄνθει· ἐπειδὰν τὸν ὁρίζοντα τὸν ἀνατολικὸν ὑπερβῇ, τὸν σύμπαντα διιππεύει κόσμον, ἀκοπιάστως τὸν οἰκεῖον ἐξανύων δρόμον. Κυκλοῖ δὲ κυκλῶν οἷά τις γίγας ἰσχυρὸς τὴν ἀλκὴν καὶ ἄμαχος, ὥσπερ ἐκ νύσσης ἀρξάμενος ἀπ' ἄκρου κέντρου τοῦ κατὰ ἀνατολὰς ὁρίζοντος, διατρέχων νυχθημέρῳ ἑνὶ τὸν σύμπαντα κόσμον, ὡς μηδένα ἀνεπαίσθητον εἶναι θέρμης. Ταῦτα δὲ ἐνεργεῖ δουλεύων τῷ τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν νεύματι, καὶ τεθεικότος ἐν τῷ στερεώματι. Διὸ εἴρηται· *Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ.* Ὅπερ σαφῶς εἰρημένον, λευκότερον ἡρμήνευσαν οἱ λοιποί· ὁ μὲν Ἀκύλας εἰπών· *Τῷ ἡλίῳ ἔθετο σκήνωμα ἐν αὐτοῖς* (1)· ὁ δὲ Σύμμαχος· *Τῷ ἡλίῳ ἔταξε σκηνὴν ἐν αὐτοῖς*· ὁ δὲ Θεοδοτίων, *Τῷ ἡλίῳ ἔθετο σκήνωμα ἐν αὐτοῖς*· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις ἐξέδωκεν. Ἐν γὰρ τοῖς προλεχθεῖσιν οὐρανοῖς καὶ ἐν τῷ ἀποδοθέντι στερεώματι τὸ τοῦ ἡλίου σκήνωμα καὶ τὸ οἰκητήριον τέθειται ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ λελεγμένον παρὰ Μωϋσεῖ· *Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους· τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν φωστῆρα τὸν* D *ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς, καὶ τοὺς ἀστέρας. Καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς.* Διὰ τούτων δεικνὺς ὁ ἥλιος καὶ μονονουχὶ βοῶν· μὴ αὐτὸς εἶναι ἑαυτοῦ κύριος, μηδ' ἐλεύθερος τυγχάνειν, γνωρίζειν δὲ τὸν καὶ ἑαυτοῦ καὶ πάντων Δεσπότην.

VERS. 8-12. *Lex Domini immaculata, convertens animas; testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis. Justificationes Domini rectæ, lætificantes corda; præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Timor Domini castus, permanens in sæculum sæculi: judicia Domini vera,*

Ὁ νόμος Κυρίου ἄμωμος ἐπιστρέφων ψυχάς· ἡ μαρτυρία Κυρίου πιστὴ σοφίζουσα νήπια. Τὰ δικαιώματα Κυρίου εὐθέα εὐφραίνοντα καρδίαν· ἡ ἐντολὴ Κυρίου τηλαυγὴς φωτίζουσα ὀφθαλμούς. Ὁ φόβος Κυρίου ἁγνὸς διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος· τὰ κρίματα Κυρίου ἀληθινὰ δεδικαωμένα

[92] Rom. x, 11. [93] Gen. I, 16, 17.

(1) In Hebraico legitur, לשבש שם־אהל בהם, *soli posuit tabernaculum in ipsis.*

ἐπὶ τὸ αὐτό· ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολύν, καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον. Καὶ γὰρ ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτά, ἐν τῷ φυλάσσειν αὐτὰ ἀνταπόδοσις πολλή. Ταῦτα δὲ πάντα περιείληφεν ὁ τοῦ Θεοῦ νόμος ὑπὲρ ἐπιστροφῆς τῆς ψυχῆς. Μαρτυρίας γὰρ πρῶτον περιέχει καὶ δικαιώματα καὶ ἐντολάς. Ἔπειτα τούτοις ἅπασιν ἐπήρτησεν, ὥσπερ βακτηρίαν ἐπιστρεπτικὴν, τὸν φόβον, καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὥσπερ κορωνίδα τὰ κρίματα ἐπέθηκε τοῦ Θεοῦ. Ἑκάστῳ δὲ τῶν εἰρημένων ἰδίωμα συνῆψε· τῷ μὲν κατὰ πάντα γενικῷ ὠνομασμένῳ νόμῳ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιστροφήν· ὅπως δὲ ἐπιστρέφει ψυχὴ, διὰ τῶν ἑξῆς παρίστησι, μαρτυρίαν πιστὴν εἰπὼν δι' ἧς σοφίζεται ὁ ἐν Χριστῷ νήπιος· ἔπειτα δικαιώματα Κυρίου, καὶ τούτων ἰδίωμα προσθεὶς τὸ εἶναι αὐτὰ εὐθέα, καρπόν τε τοῖς μεταλαμβάνουσι παρέχοντα τὴν εὐφροσύνην. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐντολὴν Κυρίου, ἧς καὶ αὐτῆς τὸ ἰδίωμα παρέστησεν, τηλαυγῆ φήσας αὐτὴν καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς φωτιστικήν. Τῷ δὲ φόβῳ τοῦ Κυρίου συνῆψεν τὴν ἁγνείαν, καὶ τῇ ἁγνείᾳ τὴν διαρκῆ καὶ αἰώνιον ζωήν. Καὶ ἐπὶ πᾶσι καὶ μετὰ πάντα προσέθηκεν τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν, συνῆψέ τε αὐτῇ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν δικαιοσύνην.

Παραπτώματα τίς συνήσει; ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τῷ δούλῳ σου. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τῷ δούλῳ σου*, ὁ Ἀκύλας ἐξέδωκε· *Καί γε ἀπὸ ὑπερηφάνων συντήρησον τὸν δοῦλόν σου.* Σφόδρα ἀναγκαίως καὶ ταύτην ἐκπέμπων τὴν εὐχὴν, ὡς ἂν ῥυσθείη ἀπὸ ὑπερηφανίας. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς κατορθοῦσι παρέπεταί τις λογισμὸς πολλάκις ὑπερήφανος, ἐπαιρομένης καὶ χαυνουμένης τῆς ψυχῆς ἐφ' οἷς ἑαυτῇ συνοῖδεν ἀγαθοῖς· εἶτα τῷ τῆς ὑπερηφανίας περιπεσοῦσα κακῷ, ἄλλῳ τρόπῳ τραχηλίζεται καὶ καταπίπτει· ὡς διὰ τοῦτο φάσκειν τὸν Ἀπόστολον· *Ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρῖμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου*· ἀναγκαίως προειπών· *Καὶ γὰρ ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτὰ*, καὶ φύλακα τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν ἑαυτὸν εἰπὼν, ἱκετεύει ῥυσθῆναι ἀπὸ ὑπερηφανίας, καὶ ἐπιλέγει· *Ἐὰν μή μου κατακυριεύσωσι, τότε ἄμωμος ἔσομαι, καὶ τότε καθαρισθήσομαι ἀπὸ ἁμαρτίας μεγάλης.* Τέως μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰ καὶ φύλακα ἐμαυτὸν εἴρηκα τῶν τοῦ Θεοῦ παραγγελμάτων, ἀλλ' ἐπεὶ οὐδέπω συνοῖδα ἐμαυτῷ κεκαθαρισμένῳ ἐκ τῶν κρυφίων μου, ἔτι δ' ἀγωνιῶ καὶ πεφρόντικα ὡς ἂν ῥυσθείην ἀπὸ ὑπερηφανίας, εἰκότως φημὶ, ἅτε μηδέπω τὸ τέλειον καθορθώσας. Τότε ἀκριβῶς γνώσομαι ἐμαυτὸν ἄμωμον, καὶ τότε ἀπὸ μεγάλης καθαρισθήσομαι ἁμαρτίας, ἐπειδὰν μήτε τὰ κρύφιά μου κατακυριεύσωσι, μήτε λογισμὸς ὑπερήφανος καταδουλώσει με, ἢ πονηροὶ δαίμονες. Μεγάλην δὲ ἁμαρτίαν τὴν ἀποτελεσματικὴν (1) φησιν. Εἰ γὰρ μὴ ἀπὸ τῶν κρυφίων μου καθαρισθείην, ἐπιμένοντα

justificata in semetipsa, desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum, et dulciora super mel et favum. Etenim servus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa. Hæc autem omnia complectitur lex Dei pro conversione animæ data. Nam primo testimonia, justificationes et præcepta continet. His deinde omnibus timorem appendit, quasi baculum ad convertendum opportunum: omnibusque judicia Dei ceu coronidem adjunxit. Singulis autem supradictorum suam addidit proprietatem, id est, legi quæ hic generatim effertur, conversionem animæ. Quo pacto autem convertatur anima, in sequentibus aperit, quando testimonium fidele memorat, quo quivis infans in Christo, sapiens efficitur. Deinde vero justificationes Domini, quibus item suam proprietatem adjicit, nimirum quod rectæ sint, ac sui participibus lætitiæ fructum pariant. Ad hæc, præceptum Domini, cujus quoque proprietatem declaravit, dum lucidum dicit esse, animæque oculos illuminare. Timori Domini subjunxit castitatem, et castitati perpetuam æternamque vitam. Demum supra omnia et post omnia judicium Dei addidit, cui veritatem et justitiam annectit.

Vers. 13, 14. *Delicta quis intelliget? ab occultis meis munda me, et ab alienis parce servo tuo.* Illius loco, *ab alienis parce servo tuo*, Aquila edidit, *et a superbis custodi servum tuum.* Admodum necesse fuit ut hanc emitteret orationem, quo a superbia liberaretur. Quandoquidem eos, qui sese probe ac strenue gerunt, quædam plerumque superba cogitatio sequitur; dum anima bonorum operum sibi conscia, extollitur ac magnifice de se sentit; deinde vero in superbiæ malum delapsa, alia quoque ratione prosternitur ac decidit; ideoque ait Apostolus [94]: *Ne in superbiam elatus, in judicium incidat diaboli:* necessario sane postquam dixerat, *etenim servus tuus custodit ea*, ac sese Dei præceptorum cultorem professus erat, eripi se rogat a superbia, atque subinfert: *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, et tunc emundabor a delicto maximo.* Etsi hactenus me atque in præsenti præceptorum Dei cultorem dixi; at cum me ab occultis meis purgatum nondum sciam, adhuc in certamine positus, ac sollicitus ut a superbia eripiar, jure ac merito sic loquor, utpote qui nondum ad metam et ad perfectionem pertigerim. Tunc me plane immaculatum noscam, tunc emundabor a delicto maximo, cum occulta mei non dominabuntur, cum superba cogitatio ac maligni dæmones me subditum non detinebunt. Maximum porro delictum vocat, apotelesmaticen, sive astrologiam judiciariam. Nam si ab occultis meis emundatus non fuerim, isthæc delicta in me permanentia in pravum quoddam fa-

[94] 1 Tim. III, 6.

(1) Quæ hic de apotelesmatica dicuntur, cum sequentibus non congruunt. Quare subodoramur aliqua inferius excidisse.

cinus me conjicient, eroque magno peccato obnoxius.

VERS. 15. *Et erunt in beneplacitum eloquia oris mei.* Cum hæc mihi abs te collata fuerint, tunc eloquia oris mei, quæ precando, te hymnis celebrando, gratias tibi agendo obtuli, placita tibi erunt. Ea vero placita eloquia sunt, quæ approbatione et laude digna. *Et meditatio cordis mei in conspectu tuo est semper.* Meditatio mentis meæ, quæ in cogitationibus et animi sensibus perficitur, cum sit omni culpa immunis, in conspectu tuo est semper. Meditatio sane non aliunde quam abs te inculpata esse valet, qui me ab occultis meis emundasti.

Domine, adjutor meus et redemptor meus. Te opitulante, Domine, a nemine adversum me spiritualiter bellante prosternar. Quod si casu eveniar ut inconsideratione mea ab adversariis intercipiat, tu me e manibus eorum redimas, qui una adjutor ac redemptor esse deprehenderis.

1. IN FINEM, PSALMUS DAVID XIX.

VERS. 2-4. *Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Jacob. Mittat tibi auxilium de sancto, et de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificii tui, et holocaustum tuum pingue fiat. Diapsalma.* Psalmus quidem, ut inscriptione fertur, Davidi attribuitur: animo autem reputes, num si historia spectetur, alia sit cujuspiam oratio, quæ Davidis supplicationum adjutrix sit. Qui David rogat obsecratque, ut Deus sibi servator assistat, ac contra inimicos secum decertet. Verisimile quippe est, ei his incumbenti chorum sanctorum angelorum, religiosorum hominum, sacrorumque Dei ministrorum adesse, una cum illo precari, et hæc omnia simul proferre: *Exaudiat te Dominus in die tribulationis*, et cætera; atque illud item: *Et adsit tibi nomen Dei Jacob.* Est enim talis invocatio et compellatio ad propulsandos omnes inimicos satis. Hæc non soli Davidi competunt; sed etiam cuilibet alteri, qui in simili casu per orationem spiritualia et pura Deo sacrificia emittit; cui, ut par est, sacræ illæ virtutes, et sanctorum angelorum chori una adsunt, orationum ac deprecationum socii et adjutores.

VERS. 5-7. *Tribuat tibi Dominus secundum cor tuum, et omne consilium tuum confirmet. Lætabimur in salutari tuo, et in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.* A diapsalmate orsi qui precantur, prophetiam emittunt; quod ei qui rationabilia illa sacrificia obtulit, ea omnia largiturus sit Deus quæ mente et animo postulavit; et consilium ejus perfecturus, si quidem non fuerit ipsis Dei consiliis alienum. Iis, inquiunt, tecum bonis fruemur, lætabimurque in salutari tuo: gnari quippe sumus, Spiritu sancto revelante, prolem illam ex te prodituram, universorum hominum salutare futuram. Qua in re nos quoque in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. Impleantur etiam petitiones tuæ: ipsæ quippe Deo dignæ sunt.

ταῦτα τὰ παραπτώματα εἰς πρᾶξιν φαύλην μεταφέρει, καὶ γίνομαι ὑπεύθυνος ἁμαρτίᾳ μεγάλῃ.

Καὶ ἔσονται εἰς εὐδοκίαν τὰ λόγια τοῦ στόματός μου. Ὅταν ταῦτά μοι ὑπαρχθῇ παρὰ σοῦ, τὰ λόγια τοῦ στόματός μου ἃ προήνεγκα εὐχόμενός σοι, ὑμνῶν σε, εὐχαριστῶν σοι, εἰς εὐδοκίαν ἔσται. Εἰς εὐδοκίαν δέ ἐστιν τὰ λόγια τὰ ἀποδοχῆς ἄξια. *Καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου ἐνώπιόν σου ἐστὶ διὰ παντός.* Ἡ μελέτη τοῦ διανοητικοῦ μου, γινομένη ἐν λογισμοῖς καὶ νοήσεσιν, ἐκτὸς οὖσα παντὸς μώμου, ἐνώπιόν σου τυγχάνει διὰ παντός. Τὸ μέντοι τῆς μελέτης ἄμεμπτον οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἐκ σοῦ ὑπῆρκται, καθαρίσαντός με ἀπὸ τῶν κρυφίων μου.

Κύριε, βοηθέ μου καὶ λυτρωτά μου. Σοῦ βοηθοῦντος, ὦ δέσποτα, οὐδενὶ ὑποπίπτω τῶν πνευματικῶς προσπολεμούντων. Εἰ δὲ καὶ παρ' ἐμὴν ἀπροσεξίαν ἁλῶναι τοῖς ἐναντίοις συμβῇ, σύ με ἐκ τῶν κρατησάντων λυτροῦσαι, ἅμα βοηθὸς καὶ λυτρωτὴς εὑρισκόμενος.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΙΘ'.

Ἐπακούσαι σου Κύριος ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, ὑπερασπίσαι σου τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. Ἐξαποστείλαι σοι βοήθειαν ἐξ ἁγίου, καὶ ἐκ Σιὼν ἀντιλάβοιτό σου. Μνησθείη πάσης θυσίας σου, καὶ τὸ ὁλοκαύτωμά σου πιαίτω. Διάψαλμα. Ἔστι μὲν τῷ Δαυῒδ ἀνακείμενος ὁ ψαλμὸς, κατὰ τὴν προγραφήν. Ἐπίστησον δὲ μήποτε ὡς πρὸς τὴν ἱστορίαν εὐχή τις ἦν αὐτὴ συνεργὸς ταῖς τοῦ Δαυῒδ ἱκετηρίαις, δεομένου τε καὶ ἀντιβολοῦντος διὰ προσευχῆς τυχεῖν Θεοῦ Σωτῆρος πρὸς ἐχθροὺς καὶ πολεμίους παρατατομένου. Εἰκὸς γὰρ ἦν αὐτῷ ταῦτα πράττοντι χορὸν ἁγίων ἀγγέλων ἢ καὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν, αὐτῶν δὴ τῶν ἱερῶν καὶ λειτουργῶν τοῦ Θεοῦ τὰ προκείμενα πάντα συνεύχεσθαι αὐτῷ καὶ λέγειν· *Ἐπακούσαι σου Κύριος ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως*, καὶ τὰ ἑξῆς· τό τε δὲ, *Καὶ παρασταίη σοι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ.* Ἀπαρκεῖ γὰρ αὐτὴ ἡ ἐπίκλησις καὶ ἡ προσηγορία πρὸς ἅμυναν παντὸς ἐναντίου. Ταῦτα δὲ οὐ μόνῳ τῷ Δαυῒδ, ἀλλὰ καὶ παντὶ τῷ καθ' ὁμοίωσιν ἐκείνου τὰς δι' εὐχῶν ἀναπέμποντι τῷ Θεῷ νοερὰς καὶ καθαρὰς θυσίας, δυνάμεις ἁγίας, καὶ ἀγγέλων ἱερῶν χορούς, εἰκὸς ἂν εἴη συνεύχεσθαι καὶ ἐπεύχεσθαι.

Δῴη σοι Κύριος κατὰ τὴν καρδίαν σου, καὶ πᾶσαν τὴν βουλήν σου πληρώσαι. Ἀγαλλιασόμεθα ἐν τῷ σωτηρίῳ σου, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι Θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα. Πληρώσαι Κύριος πάντα τὰ αἰτήματά σου· νῦν ἔγνων, ὅτι ἔσωσε Κύριος τὸν Χριστὸν αὐτοῦ. Ἀπὸ τοῦ διαψάλματος οἱ εὐξάμενοι προφητεύουσιν, αὐτῷ τὸν Θεὸν δώσειν, ᾧ τὰς λογικὰς θυσίας προσήνεγκεν, ὅσα κατὰ διάνοιαν ᾔτησε, καὶ πλήρωσιν τῇ βουλῇ, ἢ ὅτι μὴ ἀλλότρια Θεοῦ τὰ βεβουλευμένα. Συναπολαύσομεν δέ σοι, φασὶ, τῶν ἀγαθῶν, ἀγαλλιώμενοι τῷ σωτηρίῳ τῷ σῷ· ἔγνωμεν γὰρ ἐξ ἁγίου Πνεύματος τὸ ἐκ σοῦ γενησόμενον γέννημα πάντων ἀνθρώπων σωτήριον· ἐφ' ᾧ καὶ ἡμεῖς μεγαλυνθησόμεθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ἔστω δέ σου καὶ τὰ αἰτήματα· καὶ γὰρ ἄξια ταῦτα Θεοῦ.

Ἐπακούσεται αὐτοῦ ἐξ οὐρανοῦ ἁγίου αὐτοῦ, ἐν δυναστείαις σωτηρία τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ. Δεξιὰ δὲ χεὶρ, καὶ πᾶσαι αἱ σωτήριοι καὶ δεξιαὶ πράξεις ἐν δυναστείαις. Δυνάμεσι γὰρ καὶ σημείοις καὶ τέρασι τὰς εἰς ἀνθρώπους ποιήσεται εὐεργεσίας.

Οὗτοι ἐν ἅρμασιν καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις, ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν ἐπικαλεσόμεθα. Αὐτοὶ συνεποδίσθησαν καὶ ἔπεσαν· ἡμεῖς δὲ ἀνέστημεν καὶ ἀνορθώθημεν. Σῶσον, Κύριε, τὸν βασιλέα, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλεσόμεθά σε. Ἀλλὰ γὰρ ἡ πεῖρα τῶν πραγμάτων γένοιτ' ἂν ἔλεγχος τοῦ κρείττονος. Οἱ μὲν γὰρ σοὶ ἐχθροὶ ἐφ' ἵπποις καὶ ἅρμασι πεποιθότες, συμποδισθέντες πεσοῦνται ὁμοίως τῷ Φαραὼ ἐπὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάττης καταποντωθέντι· ἡμεῖς δὲ οἱ τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ὡπλισμένοι, καὶ σοὶ τῷ τὰς θυσίας ἀναπέμποντι ταῖς εὐχαῖς συναγωνιζόμενοι, ἀναστησόμεθα, καὶ ἀνορθωθησόμεθα, σοῦ τὰς κατὰ τῶν ἐχθρῶν νίκας ἁραμένου. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔσται, φασὶ, καὶ νῦν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ ἀποδοθέντος σωτηρίου ἐπιφανείας. Τότε γὰρ μάλιστα πᾶσαι αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις, καὶ οἱ ἀφανεῖς καὶ ἀόρατοι τοῦ Θεοῦ πολέμιοι, δι' αὐτοῦ τοῦ σωτηρίου τροπούμενοι, πεσοῦνται. Πάντες δὲ οἱ τὸ σωτήριον παραδεξάμενοι, τοῦ πάλαι αὐτῶν πτώματος διαναστήσονται. Διὸ περὶ αὐτοῦ Συμεὼν ἔλεγεν· Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν· πτῶσιν μὲν δηλαδὴ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ καὶ τῶν πολεμίων· ἀνάστασιν δὲ τῶν πάλαι πεπτωκότων, δι' αὐτοῦ δὲ ἐγηγερμένων. Καὶ ταῦτα μὲν τότε γενήσεται· νῦν δὲ, Κύριε, σῶζε ἡμῖν τὸν βασιλέα Δαυΐδ, καὶ ἐν παντὶ τῷ ὄντι καιρῷ, καὶ ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλεσώμεθά σε. Ἁρμόζει δὲ ταῦτα, ὡς ἄλλος φησὶ, καὶ ἐπὶ Ἐζεκίᾳ. Νοήσεις δὲ ταῦτα καὶ κατὰ τὸν τῆς ἀναγωγῆς νόμον.

Exaudiet illum de cœlo sancto suo, in potestatibus salus dexteræ ejus. Dextera manus, omnesque dexteræ et salutares actiones in potestatibus sunt. Virtutibus namque, signis et prodigiis, beneficia sua hominibus dispensabit.

Vers. 8-10. *Hi in curribus et hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus. Ipsi impediti sunt et ceciderunt, nos autem surreximus et erecti sumus. Domine, salvum fac regem, et exaudi nos in die qua invocaverimus te.* Ipsa rerum experientia, argumentum sane fuerit quid in rebus præstantius sit. At enim inimici tui, equis et curribus confidentes, præpediti corruent perinde atque Pharao, qui in mari Rubro demersus est. Nos autem nomine Domini Dei nostri instructi et armati, ac tecum qui sacrificia immolas precibus nostris concertantes, resurgemus atque erigemur, cum tu de inimicis victoriam retuleris. Sed hæc, inquiunt, evenient tempore Salutaris illius adventus. Tunc enim maxime omnes adversariæ potestates ac latentes illi et occulti Dei inimici, ab ipso Salutari in fugam versi, prosternentur. Omnes porro qui Salutare hujusmodi receperint, a pristino lapsu resurgent. Idcirco ita Simeon de ipso loquitur : *Ecce positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum* [95]: ruinam videlicet inimicorum et hostium ejus; resurrectionem vero eorum qui olim lapsi ab ipso suscitati sunt. Hæc quidem tunc eventura sunt; jam vero, tu Domine, salvum fac nobis regem Davidem, et in omni prorsus tempore, et in die qua invocaverimus te : quæ item, ut alius inquit, etiam Ezechiæ regi congruunt. Hæc porro anagogico, sive reductitio, more accipias.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ Κ'.

Εἰς αἶσιον γὰρ ἀναπέμπεται τὰ λεγόμενα τέλος, καὶ τῶν ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ σημαίνει τὸν ὄλεθρον. Διὸ κατὰ μὲν Σύμμαχον, Ἐπινίκιός ἐστιν ᾠδή· κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, Τῷ νικοποιῷ μελῴδημα.

1. IN FINEM, PSALMUS DAVID XX.

Quæ hic dicuntur, ad faustum referenda finem : nam inimicorum Dei exitium significant. Quare secundum Symmachum, *Triumphale canticum*; secundum Aquilam vero, *Victoriæ auctori modulatio*, inscribitur.

Κύριε, ἐν τῇ δυνάμει σου εὐφρανθήσεται ὁ βασιλεύς. Οἶμαι καὶ ταῦτα λέγεσθαι τὰ προκείμενα ἐκ τῶν καὶ τὰ πρὸ τούτου τῷ Δαυΐδ ἐπευξαμένων. Μαθὼν γοῦν νῦν ὁ Δαυΐδ ἀπὸ τῶν πρὸς αὐτὸν γενομένων χρησμῶν τὰ περὶ τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ προελευσομένου σωτηρίου, καὶ τῆς ἐν τῷ σωτηρίῳ δυνάμεως, ἐπὶ τούτοις εὐφρανθήσεται καὶ ἀγαλλιάσεται σφόδρα. Καὶ τούτοις γε θαρσῶν, τῶν τε ἐχθρῶν διὰ τούτων περιγενόμενος, σοὶ τῷ νικοποιῷ Θεῷ τὰ βραβεῖα τῆς νίκης ἀνατίθησι. Χαίρει τε καὶ ὑπερβαλλόντως ἀγάλλεται, τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς ὑπὸ σοῦ διασωζόμενος· καὶ οὐχ οὕτως ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ σωτηρίᾳ ἀγαλλιᾷ, ὅσον ὅτι παρὰ σοῦ τὸ σωτήριον αὐτοῦ προσγίνεται. Καὶ γὰρ ἐπιθυμήσας τὸ παρὰ σοῦ σωτήριον, καὶ περὶ τούτου ταῖς χείλεσιν ἑαυτοῦ ἐν ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν εὐχαῖς ἱκετηρίαν ἀναπέμψας, οὐκ ἐκπεσεῖται τῆς ἐλπίδος,

Domine, in virtute tua lætabitur rex. Arbitror ab iisdem, qui superius Davidi bene precati fuerant, hæc etiam prolata fuisse. Cum ab oraculis sibi editis edidicisset David ea quæ salutare illud ex semine suo prodituram, necnon salutaris ejusdem virtutem spectabant, de iis, ait, lætabitur et exsultabit vehementer. Iisque confisus, inimicisque eorum ope devictis, tibi Deo victoriæ auctori, ejusdem victoriæ brabia attribuit. Gaudetque admodum et exsultat, inimicorum abs te ereptus insidiis, neque tantum de salute sua lætatur, quantum de misso abs te salutari suo. Cum enim idem salutare tuum summis votis expetierit, atque labiis ipse suis, emissa frequenter oratione, pro salutaris ejusdem adventu tibi supplicaverit, nequaquam spe labetur, neque irrita postulatio ejus

[95] Luc. II, 34.

erit; imo etiam optata consecutus, orationem iterum emittet.

Et super salutare tuum exsultabit vehementer. Illum quippe Deus summo gaudio replebit, quando facie ad faciem gloriam ejus contemplari concesserit. Quamobrem ait Symmachus: *Lætificabis eum in gaudio a vultu tuo.* Nam in tempore justificationis, quando David inter eos qui salutem nacti sunt medius consistens, magni Regis vultum intuebitur, et corona de lapide pretioso caput ejus ornabitur; gloria magnificentiaque decoratus, divino gaudio et cœlesti lætitia replebitur.

VERS. 3-7. *Desiderium cordis ejus tribuisti ei, et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. Diapsalma. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Vitam petiit a te, et tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum sæculi. Magna est gloria ejus in salutari tuo, gloriam et magnum decorem impones super eum. Quoniam dabis eum in benedictionem*, etc. Præmissas Davidi pollicitationes vaticinatus, consequenter causam affert cur hæc consecuturus sit. Ecquænam illa causa, nisi spes in Dominum, qua misericordiam nactus, spe illa sua a Deo altissimo data non decidet, neque in firmo illo ac solido statu fluctuabit? Nam *spes non confundit* [96].

VERS. 9, 10. *Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inveniat omnes qui te oderunt. Pones eos ut clibanum ignis, in tempore vultus tui: Dominus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis.* Sic Deum alloquuntur qui preces effundunt, ac si dicerent: Etiamsi ii qui sese tibi Deo inimicos constituerunt, animas tibi addictas, necnon sanctos omnes in familia tua ascriptos oppugnandi finem non faciunt; at inevitabilem manum et invictam virtutem tuam non effugient. Hactenus enim dum permittuntur inimici illi tui athletas tuos exercitare, altos assumunt spiritus. Cæterum cum ii ad breve tempus superbierint, non diu postea manus tua deprehendet eos, ac fugientes dextera tua intercipiet. Quid porro aget cum apprehenderit? *Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui.* Etenim quo tempore resplendebit vultus ille tuus, quo scilicet regnum tuum manifestabis, eosdem qui sibi ipsis nequitiæ ignem advexerunt, meritum sibi supplicium succendere facies, ita ut libanus ignis sibimetipsis efficiantur. Qualia item patiuntur qui in ægritudine, corporea febri laborant: nemine quippe extrinsecus ignem admovente, in se ipsis ignem fovent. Eodem prorsus modo inimicos tuos, inquit, atque eos qui te oderunt, pones ut clibanum ignis. Quamobrem iis dicetur: *Procedite ad lumen ignis vestri, et ad flammam quam succendistis* [97].

VERS. 11. *Fructum eorum de terra perdes, et se-*

οὐδὲ στερηθήσεται τοῦ αἰτήματος, ἀλλὰ κατ' [καὶ] εὐχὰς παρέξει τευξόμενος τῆς ἐπιθυμίας.

Καὶ ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου ἀγαλλιάσεται σφόδρα. Εὐφραίνει γὰρ αὐτὸν, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐν χαρᾷ, ἐπειδὰν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον τῆς αὐτοῦ δόξης ἐπόπτην αὐτὸν καταστήσηται. Διό φησιν ὁ Σύμμαχος· *Χαροποιήσεις αὐτὸν ἐν εὐφροσύνῃ παρὰ τοῦ προσώπου σου.* Τῷ γὰρ καιρῷ τοῦ δικαιωτηρίου, ἐπειδὰν τὸ πρόσωπον τοῦ μεγάλου βασιλέως μέσος ἑστὼς ὁ Δαυὶδ τῶν σωζομένων θεάσοιτο, καὶ τῷ τιμίῳ λίθῳ τὴν κεφαλὴν ἐστεμμένος, δόξῃ τε καὶ μεγαλοπρεπείᾳ κεκοσμημένος, ἐνθέου χαρᾶς καὶ οὐρανίου εὐφροσύνης πληρωθήσεται.

Τὴν ἐπιθυμίαν τῆς καρδίας αὐτοῦ ἔδωκας αὐτῷ, καὶ τὴν δέησιν τῶν χειλέων αὐτοῦ οὐκ ἐστέρησας αὐτόν. Διάψαλμα. Ὅτι προέφθασας αὐτὸν ἐν εὐλογίαις χρηστότητος, ἔθηκας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ στέφανον ἐκ λίθου τιμίου. Ζωὴν ᾐτήσατό σε, καὶ ἔδωκας αὐτῷ μακρότητα ἡμερῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Μεγάλη ἡ δόξα αὐτοῦ ἐν τῷ σωτηρίῳ σου, δόξαν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτόν. Ὅτι δώσεις αὐτῷ εὐλογίαν. Τὰς προλεχθείσας ἐπαγγελίας θεσπίσας ὁ λόγος τῷ Δαυὶδ, ἀκολούθως τὴν αἰτίαν διδάσκει δι' ἣν τῶν τοσούτων τεύξεται. Τίς δὲ ἦν ἡ αἰτία ἀλλ' ἐλπὶς ἡ ἐπὶ τὸν Κύριον, δι' ἣν ἐλέου τυχὼν, τῆς παρὰ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου ἐλπίδος οὐκ ἀποπεσεῖται, οὐδὲ σαλευθήσεται τῆς ἐρρωμένης ταύτης στάσεως; *Ἡ γὰρ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει.*

Εὑρεθείη ἡ χείρ σου πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς σου, ἡ δεξιά σου εὕροι πάντας τοὺς μισοῦντάς σε. Θήσεις αὐτοὺς ὡς κλίβανον πυρὸς εἰς καιρὸν τοῦ προσώπου σου. Κύριος ἐν ὀργῇ αὐτοῦ συνταράξει αὐτοὺς, καὶ καταφάγεται αὐτοὺς ὁ πῦρ. Λέγεται ταῦτα πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὸ τῶν τὴν εὐχὴν ἀναπεμπόντων, οἳ καὶ φασὶν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα οἱ ἑαυτοὺς ἐχθροὺς σοὶ τῷ Θεῷ καταστήσαντες, τὰς ἀνακειμένας σοι ψυχὰς καὶ τοὺς ἁγίους πάντας τούς σοι προσῳκειωμένους ἐκπολεμοῦντες οὐ παύονται· ἀλλ' οὐ διαφεύξονται τὴν ἄφυκτόν σου χεῖρα καὶ τὴν ἀήττητόν σου δύναμιν. Τέως μὲν γὰρ εἰς ὅσον γυμνάζειν τοὺς σοὺς οἰκείους ὥσπερ ἀθλητὰς ἐπετράπησαν οἱ ἐχθροί σου, ἐπαίρονται· πλὴν πρὸς ὀλίγον ἐπαρθέντας αὐτοὺς οὐκ εἰς μακρὰν ἡ σὴ χεὶρ καταλήψεται, καὶ ἡ σὴ δεξιὰ φεύγοντας θηρεύσει. Τί δὲ ποιήσει καταλαβοῦσα; *Θήσεις αὐτοὺς ὡς κλίβανον πυρὸς εἰς καιρὸν τοῦ προσώπου σου.* Ἐν τῷ καιρῷ γὰρ τῆς ἐπιλάμψεως τοῦ προσώπου σου, ἐν ᾧ τὴν σαυτοῦ δείξεις βασιλείαν, αὐτοὺς ἑαυτοῖς τὸ τῆς κακίας πῦρ συνάξαντας, τὴν καθ' ἑαυτῶν κόλασιν ἐξάψαι ποιήσεις· ὅπως αὐτοὶ ἑαυτοῖς κλίβανος πυρὸς γένοιντο. Ὅπερ πάσχουσιν οἱ ἐν ταῖς νόσοις τὸ σῶμα πυρέττοντες· μηδενὸς γὰρ ἔξωθεν ὑποκαίοντος, ἔνδον τὸ πῦρ ἐξ ἑαυτῶν ἐπάγονται. Οὕτως οὖν καὶ τοὺς ἐχθρούς σου καὶ τοὺς μισοῦντάς σε, φησὶ, θήσεις ὡς κλίβανον πυρός. Διὸ λεχθήσεται πρὸς αὐτούς· *Πορεύεσθε τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν, καὶ τῇ φλογὶ ᾗ ἐξεκαύσατε.*

Τὸν καρπὸν αὐτὸν ἀπὸ γῆς ἀπολεῖς, καὶ σπέρ-

[96] Rom. v, 5. [97] Isa. L, 11.

μα αὐτῶν ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων. Διαδοχαὶ γὰρ γεγόνασι μυρίων ἀσεβῶν καὶ ἀθέων ἀνδρῶν· πολλάκις δὲ καὶ πονηρῶν πατέρων υἱοὶ θεοσεβεῖς καὶ θεοφιλεῖς ἀπεφάνθησαν. Σπέρμα δὲ τῶν ἀθέων καὶ καρπὸς τῶν ἀσεβῶν, οἱ λόγοι αὐτῶν καὶ αἱ διδασκαλίαι καὶ τὰ ἄθεα δόγματα, μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτῶν ἐν ἀνθρώποις ἀποφανθέντα, τυγχάνει. Ἃ δὴ ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς ἀπωλείᾳ καὶ ἀφανισμῷ παραδίδωσιν· ἵνα μήτε καρπὸς τῶν ἀσεβῶν μήτε σπέρμα αὐτῶν περιλείπηται.

Ὅτι ἐκλιναν εἰς σὲ κακά· διελογίσαντο βουλὰς, ἃς οὐ μὴ δύνωνται στῆσαι. Ὅτι θήσεις αὐτοὺς νῶτον, ἐν τοῖς περιλοίποις σου ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπον αὐτῶν. Πάλιν παρατίθησι τὴν αἰτίαν δι' ἣν ταῦτα πείσονται, λέγων· *Ὅτι ἐκλιναν εἰς σὲ κακά.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ἐκλιναν*, ὁ Σύμμαχος· *Ὅτι συνέχραξαν κατὰ σοῦ εἰς κακόν.* Εἰ γὰρ καὶ ἀνθρώπους ἐδόκουν πολεμεῖν, ἀλλ' ἐπεὶ μὴ δι' εὔλογον αἰτίαν, μηδὲ διά τινα πρᾶξιν ἄτοπον ἐκείνοις ἐπεβούλευον, διὰ δὲ μόνην τὴν εἰς σὲ εὐσέβειαν· εἰκότως εἴποι ἄν τις αὐτοὺς σοὶ τῷ Θεῷ ἐπιβεβουλευκέναι, καὶ πάσας τὰς μηχανὰς ἃς ἐβουλεύσαντο κατὰ τῶν σῶν ὁσίων κατὰ σοῦ τοῦ Θεοῦ μεμηχανῆσθαι. Διὸ δὴ τὰ προλεχθέντα αὐτοὺς καταλήψεται· οὐδὲ τὰς σὰς διαδράναι δυνήσονται χεῖρας. Οἱ μὲν γὰρ ἐμηχανῶντο καὶ πάντα ἔπραττον ἀθέῳ φρονήματι κατὰ σοῦ τοῦ Θεοῦ βουλευόμενοι· σὺ δὲ αὐτοὺς ἐπιστρόφους ἐποίεις καὶ φυγάδας, ὡς τὰ νῶτα παραχωρεῖν ἐλαυνομένους ὑπὸ τῆς σῆς ὀργῆς.

men eorum a filiis hominum. Impiorum atheorumque hominum innumeræ successiones fuere : ac plerumque evenit, ut ex improbis patribus pii ac religiosi filii exorirentur. Sed semen atheorum, ac fructus impiorum sunt verba, doctrinæ, et impia documenta eorumdem, quæ post ipsorum obitum per homines disseminantur. Quæque scilicet Deus, utpote bonus, de medio tollit ac dissipat ; ut neque fructus, neque semen impiorum residuum sit.

Vers. 12, 13. *Quoniam declinaverunt in te mala, cogitaverunt consilia quæ non poterunt stabilire. Quoniam pones eos dorsum, in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.* Rursus causam cur hæc perpessuri sint affert, his verbis : *Quoniam declinaverunt in te mala.* Cujus loco Symmachus : *Quoniam communierunt se contra te in malum.* Etiamsi enim viderentur homines impugnare, at quia non rationabili de causa, neque ob patratum quodpiam facinus insidias ipsis parabant, sed propter unam eorum erga te pietatem ; jure dicantur contra te ipsum Deum insidias struxisse, ac conspirationes eorum omnes adversus sanctos tuos conflatas, contra te Deum versas fuisse. Quare prædictis illi intercipientur malis, neque tuis se subducere manibus valebunt. Illi quidem machinas omnes et molimina intenderunt, atque impia mente nihil non egerunt, conjuratione adversum te Deum facta : at tu illos aversos constituisti et fugasti, ita ut ira tua instante et propellente, terga vertant.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΑΝΤΙΛΗΨΕΩΣ ΤΗΣ ΕΩΘΙΝΗΣ, ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΚΑ'.

Ἡ τοῦ ψαλμοῦ προγραφὴ πᾶσαν τὴν ὑπόθεσιν τῶν ἐν αὐτῷ φερομένων ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνατίθησι. Διὸ ἐπιγράφει, *Περὶ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς.* Ὁποῖα δὲ ἦν τὰ τῆς ἑωθινῆς ἀντιλήψεως, αὖθις οἱ εὐαγγελισταὶ παραστήσουσιν· ὁ μὲν Λουκᾶς ὧδε γράφων· *Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ὄρθρου βαθέος ἐπὶ τὸ μνῆμα ἦλθον γυναῖκες, φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα. Εὗρον δὲ τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου. Εἰσελθοῦσαι δὲ οὐχ εὗρον τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου, καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο ἐπέστησαν αὐταῖς ἐν ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ, οἳ καὶ εἶπον· Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη· μνήσθητε, ὡς ἐλάλησεν ὑμῖν, ἔτι ὢν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ·* ὁμοίως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ εὐαγγελισταὶ εἰρήκασιν. Ὁρᾷς ὅπως τὰ τῆς ἑωθινῆς ἀντιλήψεως κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπληροῦτο; Διὸ τὴν πᾶσαν οἰκονομίαν τοῦ σωτηρίου πάθους τῇ ἀναστάσει αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνατίθησι, καὶ εἰς αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ τέλος τὴν προφητείαν ἀναπέμπει διὰ τῆς λεγούσης προγραφῆς· *Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς, ψαλμὸς τῷ Δαυΐδ.* Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν ψαλμὸς ἔσεσθαι ἡ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν περιέχουσα προφητεία, καὶ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ τὴν σύ-

1. IN FINEM PRO SUSCEPTIONE MATUTINA, PSALMUS DAVID XXI.

Ipsa psalmi inscriptio totum rerum quæ de tempore resurrectionis Salvatoris nostri ex mortuis in eo feruntur argumentum præfert. Quare sic titulus habet : *De susceptione matutina.* Qualia autem illa fuerint quæ ad susceptionem matutinam pertinebant, rursum aperient evangelistæ : sic enim Lucas habet : *Una autem Sabbati valde diluculo venerunt mulieres ad monumentum, portantes quæ paraverant aromata : et invenerunt lapidem revolutum a monumento. Et ingressæ non invenerunt corpus Domini Jesu. Et factum est, dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti, qui et dixerunt : Quid quæritis viventem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilæa esset*[98]. Simili modo alii quoque evangelistæ loquuntur. Viden' quomodo matutina susceptio tempore resurrectionis Salvatoris nostri impleta fuerit? Quare totam œconomiam passionis Salvatoris nostri, resurrectioni ejus Spiritus sanctus ascribit, atque ad ipsum finem prophetiam refert per inscriptionem supra allatam : *In finem pro susceptione matutina psalmus David.* Et qua, quæso, ratione prophetia Servatoris nostri resurrectionem, itidem Ecclesiæ ipsius constitutionem, omnium gentium vocationem, generationis venturæ ac futuri

[98] Luc. XXIV, 1-6.

populi præscientiam complectens, non psalmus inscribatur? De iis quippe, utpote de ingentibus bonis, gaudens Spiritus sanctus psalmodiam aggreditur.

VERS. 2. *Deus Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? longe a salute mea verba delictorum meorum.* Cum in Hebraico exemplari illud, *respice in me*, non compareat sed in solis Septuaginta Interpretibus primo versui inseratur; jure a Salvatore nostro hæc vociferante prætermissum est.

Ac mihi, quæso, perpendas quo pacto reliqui omnes interpretes *delictorum* non meminerint: neque enim consentaneum erat personæ Salvatoris nostri delicta ascribere, *qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus*[99]. Is vero pro iis e populo qui lacrymis ac fletu digna admittebant, pro apostolo suo Juda, lapso et a propria dignitate depulso, lugens hæc assidue clamabat: *Longe a salute mea verba gemituum meorum.* Voces, inquit, et verba rerum a me semper pro populo gestarum, a salute mea longe remota sunt, cum nihil utilitatis populo accesserit ex ea quam ipsis procuravi salute. At ne videamur ex curiosa aliqua indagatione reliquos interpretes secuti, eos qui alia ratione psalmum interpretantur coarguere, Septuaginta virorum interpretatione utemur. Nam illi quoque hanc lectionem observantes et animadvertentes, hunc psalmum Christo non congruere dixerunt. Audiant itaque Joannem sic clamantem: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi*[1]; et divinum Paulum ita loquentem: *Qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso*[2]; et rursum: *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum*[3]. Igitur quemadmodum fons justitiæ cum sit, peccata ipse nostra suscepit; et cum sit benedictionis pelagus, ingruentem nobis maledictionem accepit, atque contemptis opprobriis crucem sustinuit: sic pro nobis rationem reddidit. Si enim statutam nobis disciplinam lubens ipse subiit; nam *disciplina pacis nostræ super eum*, ut ait propheta[4]: multo magis rationes ipse nostras pro nobis retulit, atque clamat: *Longe a salute mea rationes delictorum meorum.* Ne, inquit, naturæ peccata respicias.

στασιν, καὶ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων τὴν κλῆσιν τῆς τε γενεᾶς καὶ τοῦ τεχθησομένου λαοῦ τὴν πρόγνωσιν; Ἐπὶ τούτοις γὰρ ὡς ἐπὶ μεγάλοις ἀγαθοῖς συγχαῖρον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν ψαλμῳδίαν ποιεῖται.

Ὁ Θεός ὁ Θεός μου, πρόσχες μοι· ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου. Μὴ προκειμένου δὲ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ τοῦ, *πρόσχες μοι*, ὃ δὴ κατὰ μόνους τοὺς Ἑβδομήκοντα προσέκειτο τῷ πρώτῳ στίχῳ, ἀκριβῶς καὶ ὑπὸ τῆς φωνῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παραλέλειπται.

Καὶ θέα τίνα τρόπον ἐν πᾶσι τούτοις οὐδαμοῦ *παραπτωμάτων* ἐμνημόνευσαν οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταί· οὐδὲ γὰρ ἥρμοζε παραπτώματα ἐφαρμόζειν τῷ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν προσώπῳ, ὃς *ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ*. Ὑπὲρ δὲ τῶν κλαυθμῶν καὶ θρήνων ἄξια πραττόντων ἐν τῷ λαῷ, ὑπὲρ δὲ τοῦ ἀποστόλου αὐτοῦ Ἰούδα, τοῦ ἐξολισθήσαντος καὶ τῆς οἰκείας ἀξίας ἀποπεσόντος, ὀδυρόμενος διετέλει βοῶν· *Μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν ὀδυρμῶν μου*. Οἱ γὰρ λόγοι, φησὶ, τῶν ἐμῶν, τῶν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ πάντοτε γινομένων, τῆς ἐμῆς σωτηρίας μακρὰν γεγόνασιν, οὐδὲν ὠφεληθέντος τοῦ λαοῦ ἀπὸ τῆς ἐξ ἐμοῦ προξενηθείσης αὐτοῖς σωτηρίας. Ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν, τοῖς ἄλλοις ἑρμηνευταῖς ἐνταῦθα κεχρημένοι ἐκ περινοίας, τοὺς ἑτέρως τὸν ψαλμὸν ἡρμηνευκότας ἐλέγχειν, τῇ τῶν Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείᾳ χρησόμεθα· ταύτῃ γὰρ κἀκεῖνοι τηρήσει προσεσχηκότες, οὐκ ἔφασαν ἁρμόττειν τὸν ψαλμὸν τῷ Κυρίῳ. Ἀκουσάτωσαν τοίνυν Ἰωάννου βοῶντος· *Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*· τοῦ δὲ θεσπεσίου Παύλου λέγοντος· *Τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γενώμεθα Θεοῦ δικαιοσύνη ἐν αὐτῷ*· καὶ πάλιν· *Χριστὸς ἡμᾶς ἠγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα*. Τοιγαροῦν ὥσπερ δικαιοσύνης ὑπάρχων πηγὴ, τὴν ἡμετέραν ἁμαρτίαν ἀνέλαβε, καὶ εὐλογίας ὢν πέλαγος, τὴν ἐπικειμένην ἡμῖν ἐδέξατο κατάραν, καὶ σταυρὸν ὑπέμεινεν αἰσχύνης καταφρονήσας· οὕτω καὶ τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ἐποιήσατο λόγους. Εἰ γὰρ τὴν ὡρισμένην ἡμῖν παιδείαν ὑπῆλθεν ἑκών, *παιδεία* γὰρ *εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτὸν*, ᾗ φησιν ὁ προφήτης· πολλῷ μᾶλλον τοῖς ὑπὲρ ἡμῶν ἀνθ' ἡμῶν ἐχρήσατο λόγοις, καὶ βοᾷ· *Μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου*. Μὴ ἀποβλέψῃς, φησὶν, εἰς τὰ τῆς φύσεως πλημμελήματα.

VERS. 3. *Deus meus, clamabo ad te per diem, et non exaudies; et nocte, et non ad insipientiam mihi.* Hæc de nobis confessus Salvator, ait: Sic clamante me, exauditurum te novi: nam cum interpunctione legendum. Et nocte quoque clamabo, neque id mihi ad insipientiam reputetur; quandoquidem tristia circum me posita sunt. Multi sane in perplexo rerum statu caligine obvolvuntur, ut etiam quid clamanti dicendum Deo sit ignorent: ac ego probe novi qua de causa nocturnæ illæ calamitates me circumveniant.

Ὁ Θεός μου, κεκράξομαι ἡμέρας πρὸς σὲ, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ· καὶ νυκτὸς, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. Ταῦτα δὲ περὶ ἡμῶν ἐξομολογούμενος, ὁ Σωτὴρ λέγει· Οὕτω δέ μου βοῶντος, οἶδα, ὅτι εἰσακούσῃ· μεθ' ὑποστιγμῆς γὰρ ἀναγνωστέον. Καὶ νυκτὸς δὲ κεκράξομαι, οὐκ ἀνοίας μοι λογιζομένης· ὅτε τὰ περιεστηκότα ἐστὶ σκυθρωπά. Τῶν πολλῶν ἐν ταῖς περιστάσεσι σκοτιζομένων, ὡς καὶ αὐτὸ τοῦτο τί δεῖ κράζοντα πρὸς Θεὸν λέγειν ἀγνοεῖν· ἐπίσταμαι γὰρ ἐγὼ τίνος ἕνεκα περὶ ἐμὲ νυκτερινὴ κατάστασίς ἐστι.

[99] I Petr. II, 22. [1] Joan. I, 36. [2] II Cor. V, 21. [3] Gal. III, 13. [4] Isa. LIII, 5.

Σὺ δὲ ἐν ἁγίῳ κατοικεῖς, ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ μὴν ἐν πᾶσι τοῖς ἁγίοις σου ἐνοικεῖς ἀει συνὼν αὐτοῖς, καὶ πάντοτε αὐτῶν εἰσακούων. Ἐν τούτῳ γοῦν καὶ ἔπαινος γίνεσθαι εἰωθας τοῦ Ἰσραὴλ, τουτέστι παντὸς ἁγίου. Εἰ δὲ ἐν πᾶσι τοῖς ἁγίοις κατοικεῖ ὁ Θεὸς (1), πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ αὐτοῦ Μονογενεῖ, καὶ μειζόνως αὐτοῦ εἰσακούσεται.

Ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἤλπισαν καὶ ἐῤῥύσω αὐτούς. Πρὸς σὲ ἐκέκραξαν, καὶ ἐσώθησαν· ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν, καὶ οὐ κατῃσχύνθησαν. Ὥδε καίτοι, φησὶν, οἶδα σαφῶς ὡς ἅπαντες ἡμῶν οἱ πατέρες, τῇ σῇ βοηθείᾳ θαῤῥήσαντες, οὐκ ἐψεύσθησαν τῆς ἐλπίδος, καὶ εἰς ἐπικουρίαν σε καλέσαντες, τῆς σῆς προνοίας ἀπέλαυσαν· *Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπου καὶ ἐξουθένημα λαοῦ.* Τὸν σκώληκα παντὸς μὲν ζώου εὐτελέ- B στατον εἶναι συμβαίνει, ὑφίστασθαι δὲ ἀπὸ φθορᾶς σωμάτων· ἀφανιστικὸν δὲ εἶναι καὶ φθαρτικὸν οὗ δ' ἂν ἐφάψηται. Μέμνηται δὲ τούτου Ἡσαΐας ὁ προφήτης λέγων· *Μὴ φόβου, σκώληξ Ἰακώβ, ὀλιγοστὸς Ἰσραήλ· ἐγὼ ἐβοήθησά σοι, λέγει ὁ Θεὸς ὁ λυτρούμενός σε, ὁ ἅγιος Ἰσραήλ. Ἰδοὺ ἐποίησά σε ὡς τροχοὺς ἁμάξης ἀλοῶντας, καινοὺς, πριστηροειδεῖς· καὶ ἀλοήσεις ὄρη, καὶ λεπτυνεῖς βουνούς, καὶ ὡς χοῦν θήσεις· καὶ λικμήσεις, καὶ ἄνεμος λήψεται αὐτούς, καὶ καταιγὶς διασπερεῖ αὐτούς. Σὺ δὲ εὐφραν θήσῃ ἐπὶ τῷ Κυρίῳ.* Δι' ὧν ἡ προφητεία, σκώληκα ὀνομάσασα, καὶ ὀλιγοστὸν εἰποῦσα διὰ τὸ εὐτελὲς καὶ σμικρὸν τοῦ ζώου, δύναμιν αὐτῷ μεγάλην συνῆψεν· *Ἀλοήσεις ὄρη,* φήσασα, *καὶ λεπτυνεῖς βουνούς, καὶ ὡς χοῦν θήσεις, καὶ* C *λικμήσεις.* Καὶ διὰ τῶν προκειμένων τοίνυν λέγων ὁ Σωτὴρ· *Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος,* τὸ εὐτελὲς καὶ ἀσθενὲς καὶ ἀπόβλητον καὶ ἀπῤῥιμμένον τοῦ πάθους ἑαυτοῦ παρίστησι, τό τε τῶν ἐναντίων δυνάμεων ἀφανιστικόν. Ἤμελλεν γὰρ, ὑποδὺς τὸν θάνατον, καὶ ἐν αὐτῷ γενόμενος τῷ τῶν νεκρῶν χωρίῳ, σκώληκος δίκην τὰς δυνάμεις τὰς ἀντικειμένας φθορᾷ παραδιδόναι. Καὶ ἄλλως δ' ἂν εἴποις σκώληκα αὐτὸν ὠνομάσθαι, καὶ οὐκ ἄνθρωπον, διὰ τὸ μὴ ὁμοίως ἀνθρώποις ἐκ συνουσίας ἄῤῥενος καὶ θηλείας τὴν τῆς σαρκὸς γένεσιν ἐσχηκέναι. Κατὰ τρίτον δὲ τρόπον, τὸν θάνατον ἑαυτοῦ σημαίνει, καὶ τὸν ἄψυχον νεκρόν· διὸ ἐπιλέγει· *Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος· ὄνειδος ἀνθρώπων καὶ ἐξουδένημα λαοῦ.* Ὁ γὰρ νεκρὸς οὐκ ἄνθρωπος. Ἀλλ' εἰ μὲν D ἦν πάντη νεκρὸς, ἀπῆρκει φάναι· Ἐγὼ δέ εἰμι οὐκ ἄνθρωπος· ἀλλ' ἐπεὶ δυνάμεώς τινος ἀφανιστικῆς τοῦ θανάτου μετεῖχεν, εἰκότως σκώληκα αὐτὸν καὶ οὐκ ἄνθρωπον ὠνόμασεν. Γέγονε δὲ ἀληθῶς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν πάντων ὄνειδος, τὸν ἐπονείδιστον σταυρὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδεδεγμένος. Διὸ καὶ ἑτέρα προφητεία ἐξ αὐτοῦ προσώπου φησίν· *Οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσαν ἐπ' ἐμέ.* Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἄνθρωποι ἐπονείδιστον αὐτὸν ἔσχον κατὰ τὸν τοῦ

VERS. 4. *Tu autem in sancto habitas, laus Israel.* Et vero tu in omnibus sanctis habitas, ac semper cum illis versans, exaudis eos. In hac igitur re laus Israelis, videlicet cujusque sancti, esse consuevisti. Quod si in omnibus sanctis Deus habitet, multo certe magis in Unigenito suo, quem sane libentius exauditurus est.

VERS. 5-7. *In te speraverunt patres nostri, speraverunt, et liberasti eos. Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt; in te speraverunt, et non sunt confusi*[a]. Etsi, inquit, bene noverim omnes tuo auxilio fidentes patres nostros nequaquam spe lapsos esse, et cum te in adjutorium evocaverunt, providentia tua potitos esse : *Ego sane sum vermis et non homo, opprobrium hominis et abjectio plebis.* Vermis omnium animalium vilissimum censetur, atque a corruptione corporum exsistentiam habet; si quid vero tetigerit, id in corruptionem et exitium ducit. Hujus meminit Isaias dicens : *Noli timere, vermis Jacob, et quam minimus Israel : ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus et redemptor tuus, sanctus Israel. Ecce feci te quasi rotas currus triturantes, novas, ad modum serræ adornatas. Et triturabis montes et comminues colles, et quasi pulverem pones. Et ventilabis, et ventus tollet eos, et turbo dispergel eos. Tu vero exsultabis in Domino* [a]. Quibus verbis prophetia, dum vermem vocavit, et propter vilitatem ac parvitatem animalis quam minimum dixit, virtutem ejus magnam adjunxit : *Triturabis,* inquit, *montes, et comminues colles, et quasi pulverem pones, et ventilabis.* Cum igitur Salvator memorata profert verba : *Ego autem sum vermis, et non homo,* vilitatem, infirmitatem, abjectam passionis suæ conditionem declarat, atque adversariarum potestatum exitium ab se iis inferendum. Futurum quippe erat, ut postquam mortem subiisset, atque in ipso mortuorum loco consisteret, adversarias potestates vermis instar corruptioni traderet. Alio quoque modo dixeris, ideo vermem ipsum et non hominem vocatum, quod non hominum ritu, ex masculi et feminæ congressu, carnis ortum habuerit. Tertio item modo, mortem indicat suam, et exanimatum cadaver. Quamobrem infert : *Ego autem sum vermis, et non homo, opprobrium hominum et abjectio plebis.* Qui mortuus enim est, non ultra homo. Verum si omnino mortuus fuisset, satis erat dixisse : Ego autem sum non homo : sed quia quadam vi morti exitiosa instructus erat, jure vermem et non hominem sese vocavit. Revera Salvator et Dominus noster omnium opprobrium fuit, qui contumeliosam pro nobis crucem admisit. Quare alia prophetia ex ejusdem persona sic loquitur : *Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me* [a]. Alii itaque homines contumeliose ipsum tempore passionis ha-

[a] Isa. XLI, 14-16. [a] Psal. LXVIII, 10.

(1) Hæc ad marginem legebantur Τοῦτο δὲ οὐ κατὰ σύγκρισιν νοητέον, καθ' ἃ οὗτός φησιν ὁ Ἀρειανός· ἓν γὰρ θέλημα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ· ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, quod scholion textui postea insertum est. Vide in præfatione.

buere. Sed alius ordo genusque hominum ab iis diversum, abjectum habuerunt. Quinam illi nisi populus ex circumcisione? Ideo sic concludit postea, *et abjectio plebis.* Nam illudentes ei atque deridentes eum, hæc loquebantur [7] : *Vah! qui destruis templum, et in tribus diebus ædificas ipsum. Alios salvos fecit, salvum faciat seipsum. Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, et credemus ei.*

A πάθους καιρόν. Ἕτερον δὲ τάγμα παρὰ τούτοις ἐξουδένωμα αὐτὸν ἐκτήσαντο. Ποῖον δὲ τοῦτο ἢ ὁ ἐκ περιτομῆς λαός; Διὸ ἐπιλέγει ἐξῆς, *καὶ ἐξουδένωμα λαοῦ.* Διαπαίζοντες γὰρ αὐτὸν οὗτοι καὶ χλευάζοντες, ἔλεγον· *Οὐά, ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν αὐτόν. Ἄλλους ἔσωσε, σωσάτω ἑαυτόν. Εἰ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ ἐστιν, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ.*

Vers. 8, 9. De ipsamet re in sequentibus talia fatur : *Omnes videntes me deriserunt me, locuti sunt labiis et moverunt caput. Speravit in Domino, eripiat eum, salvum faciat eum, quoniam vult eum.* Hæc porro impleta sunt passionis salutaris tempore, ut Matthæus narrat his verbis : *Prætereuntes autem blasphemabant eum moventes capita sua, et dicentes : Vah! qui destruis templum et in triduo illud reædificas : salva temetipsum : si Filius Dei es, descende nunc de cruce. Similiter et principes sacerdotum illudentes cum Pharisæis et Scribis dicebant : Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, et credemus ei. Confisus est in Deo, liberet eum, si vult eum : dixit enim, Filius Dei sum* [8].

Περὶ τῶν αὐτῶν καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιφέρει λέγων· *Πάντες οἱ θεωροῦντές με ἐξεμυκτήρισάν με· ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν. Ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον, ῥυσάσθω αὐτόν· σωσάτω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν.* Καὶ ταῦτα ἐπληροῦτο κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σωτηρίου πάθους, καθ' ὃν ἱστορεῖ λέγων ὁ Ματθαῖος· B *Οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν καὶ λέγοντες· Οὐά, ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν αὐτόν· σῶσον ἑαυτόν. Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβηθι νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. Ὁμοίως καὶ οἱ ἀρχιερεῖς παίζοντες μετὰ τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν γραμματέων ἔλεγον· Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. Εἰ βασιλεὺς Ἰσραὴλ ἐστι, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ. Πέποιθεν ἐπὶ τῷ Θεῷ, ῥυσάσθω αὐτὸν, εἰ θέλει αὐτόν· εἶπε γάρ, ὅτι τοῦ Θεοῦ εἰμι ὁ Υἱός.*

Vers. 10, 11. *Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre : spes mea ab uberibus matris meæ. In te projectus sum ex utero : de ventre matris meæ Deus meus es tu; ne discesseris a me.* Declarat se non communi naturæ usu, neque pari atque alii homines cæteraque animantia ritu, scilicet ex masculo et femina constitutum esse, neque ortum se eadem ratione fuisse; sed quid præter vulgarem naturæ ordinem habuisse.

Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρὸς, ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου. Ἐπὶ σὲ ἐρρίφην ἐκ μήτρας, ἐκ κοιλίας μητρός μου Θεός μου εἶ σὺ, μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ. Παρίστησιν, ὅτι οὐ κατὰ φύσιν, οὐδὲ ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἀνθρώποις, οὐδὲ τοῖς λοιποῖς ζώοις παραπλησίως, τοῖς ἐξ ἄῤῥενος καὶ θηλείας, συνιστάμενος, καὶ τὰ τῆς αὐτοῦ γενέσεως συνετελεῖτο· εἶχε δέ τι πλεῖω παρὰ τὴν κοινὴν φύσιν. C

Vers. 12-14. *Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adjuvet. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.* Nequaquam a vero aberraveris, si tauros pingues, principes Judaici populi; sive principes sacerdotum, scribas et seniores significare dixeris. Hujusce rei mentio habetur in sexagesimo septimo psalmo his verbis : *Increpa feras arundinis : congregatio taurorum in vaccis populorum* [9]. Hic porro populos, vaccas, populi duces, tauros nuncupavit. In præsenti item psalmo, illius loco, *Circumdederunt me vituli multi,* Symmachus sic habet, *Juvenci tauri pingues saginati, circumplexi sunt me,* inquit, *et circumdederunt me;* secundum Aquilam vero, *Potentes Basan in spectaculum traduxerunt me;* queis adumbratur militaris Pilati manus, Basan nuncupata, quæ coronam spineam complicatam, diadematis loco, capiti ejus imposuit. *Aperuerunt super eum os suum, sicut leo rapiens et rugiens,* clamantes, *Tolle, tolle, crucifige eum* [10]. *Sanguis ejus super nos et su-*

Ὅτι θλῖψις ἐγγύς, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν. Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοί, ταῦροι πίονες περιέσχον με. Οὐκ ἂν ἁμάρτοις τοὺς ἄρχοντας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ταύρους πίονας, ἀρχιερέας καὶ γραμματεῖς καὶ πρεσβυτέρους, διὰ τούτων δηλοῦσθαι φήσας. Μέμνηται δὲ αὐτῶν ὁ λόγος ἐν ἑξηκοστῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ λέγων· *Ἐπιτίμησον τοῖς θηρίοις τοῦ καλάμου· ἡ συναγωγὴ τῶν ταύρων ἐν ταῖς δαμάλεσι τῶν λαῶν.* Ἀλλ' ἐνταῦθα τοὺς μὲν λαοὺς δαμάλεις D ὠνόμασε, τοὺς δὲ τῶν λαῶν ἡγουμένους ταύρους. Καὶ ἐν τῷ παρόντι δὲ ψαλμῷ, ἀντὶ τοῦ· *Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοί,* ὁ Ἀκύλας (1)· *Δαμάλαιοι ταῦροι πίονες οἱ σιτιστοὶ περιέσχον με,* φησὶ, *καὶ περιεστοιχίσαντό με·* κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν· *Δυνάσται Βασὰν διεδειγματίσαντό με,* εἴρηται, τοῦ λόγου αἰνιττομένου τὴν τοῦ Πιλάτου στρατιωτικὴν τάξιν, ἣν Βασὰν ὠνόμασεν, οἱ στέφανον ἐξ ἀκανθῶν πλέξαντες, ἀντὶ διαδήματος ἐπέθηκαν αὐτῷ. *Ἠνοίξαντ' ἐπ' αὐτῷ τὸ στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος, βοῶντες· Αἶρε, αἶρε, σταύρωσον αὐτόν. Τὸ*

[7] Matth. xxvii, 40-42. [8] ibid. 40-43. [9] Psal. lxvii, 31. [10] Joan. xix, 15.

(1) Lege *Σύμμαχος.*

αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. A *per liberos nostros* [11]. Aquila vero, *Sicut leo*, inquit, *capiens et rugiens;* Symmachus, *Sicut leo venans rugiensque.* Nam qui sanguinem sitiebant, suosque liberos Salvatoris sanguine reos esse procurabant, a leone rugiente nihil differebant.

Ἀκύλας δέ· *Ὡς λέων*, φησὶν, *ἁλίσκων καὶ βρυχώμενος*· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ὡς λέων θηρεύων βρυχώμενος.* Οἱ γὰρ αἵματος διψῶντες, καὶ τοῖς ἑαυτῶν τέκνοις ἐπισπώμενοι τὸ τοῦ Σωτῆρος αἷμα, βρυχωμένου λέοντος οὐδὲν διέφερον.

Ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοί, συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με. Μετὰ τοὺς Ἰουδαίους τῶν ἐξ ἐθνῶν μνημονεύει στρατιωτῶν. Τούτοις γὰρ ἐκεῖνοι παρέδοσαν. Διὸ καὶ τὴν τάξιν ἡ προφητεία τῶν πραγμάτων ἐφύλαξεν. Εἰκότως δὲ ταύρους μὲν ἐκείνους, κύνας δὲ τούτους ὠνόμασεν· οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ τὸν τοῦ νόμου ἦσαν ζυγὸν, εἰ καὶ προφανῶς τὸν νόμον παρέβαινον· οἱ δὲ κατὰ νόμον ἦσαν ἀκάθαρτοι. Οὕτω δὲ καὶ ὁ Κύριος τὴν Χαναναίαν ὠνόμασεν. *Οὐκ ἔστι γὰρ*, φησὶ, *λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ δοῦναι τοῖς κυναρίοις.* Ἀλλ' ὅμως μετὰ τὸ πάθος οἱ πάλαι κύνες διὰ τῆς πίστεως εἰς τὴν υἱῶν μεταβεβήκασι τάξιν· οἱ δὲ πάλαι τὴν τῶν υἱῶν ἐσχηκότες κηδεμονίαν, τὴν κυνῶν προσηγορίαν ἐδέξαντο, ἅτε δὴ κυνῶν δίκην κατὰ τοῦ Δεσπότου λυττήσαντες. Περὶ τούτων ὁ μακάριος Παῦλος βοᾷ· *Βλέπε τοὺς κύνας· βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας· βλέπετε τὴν κατατομήν.* Θ μέντοι προφητικὸς λόγος κύνας προσαγορεύσας ἔφη· *Συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με· ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου.* Καὶ τοῦτο δὲ δῆλόν ἐστι καὶ σαφὲς καὶ τοῖς λίαν φιλονεικοῦσιν· ἀκούομεν γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις αὐτοῦ τοῦ Κυρίου πρὸς τοὺς ἁγίους αὐτοῦ λέγοντος μαθητάς· *Βλέπετε τὰς χεῖράς μου, καὶ τοὺς πόδας, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι.* C Καὶ μέντοι καὶ τῷ Θωμᾷ τῶν ἥλων τοὺς τύπους ὑπέδειξε, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς λόγχης πληγήν· τότε δὲ *ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου*· τουτέστιν, οὕτω διέτειναν προσηλοῦντες, ὥστε ῥᾴδιον εἶναι τῷ βουλομένῳ καὶ τὸν τῶν ὀστῶν ἀριθμὸν διαγνῶναι. *Αὐτοὶ δὲ κατενόησαν καὶ ἐπεῖδόν με*· ἀντὶ τοῦ ἐπιτωθάζοντες καὶ γελῶντες· *Διεμέρισαν τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμὸν ἔβαλον κλῆρον*· καὶ τοῦτο δὲ σαφέστερον ἡ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ἱστορία διδάσκει.

Οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, αἰνέσατε αὐτόν· *ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακὼβ, δοξάσατε αὐτόν· φοβηθήτωσαν αὐτὸν ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραήλ.* Τοῦ παντὸς Ἰουδαίων ἔθνους εἰς τρία τάγματα διηρημένου, πρῶτον μὲν εἰς τὸ κοινὸν πλῆθος τοῦ ἔθνους, ὅπερ ἐκαλεῖτο Ἰσραὴλ· ἔπειτα εἰς τὸ ἱερατικὸν, ὅπερ ἦν οἶκος Ἀαρὼν, καὶ τρίτον εἰς τὸ τῶν ἱερέων ὑπηρετικὸν, ὅπερ ἦν οἶκος Λευΐ. Τὰ τρία καταριθμησάμενος ἕτερος ψαλμὸς, ἕτερον τάγμα τέταρτον παρὰ τὰ προειρημένα εἰσάγει, τὸ τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον. Τοῦτο δὲ ἦν τὸ ἐξ ἐθνῶν ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐπιστρεφόντων. Ἔφη γάρ· *Οἶκος Ἰσραὴλ, εὐλογήσατε τὸν Κύριον*· ὁμοίως δὲ καὶ οἶκος Ἀαρὼν, καὶ οἶκος Λευΐ· ἐπὶ τέλει δὲ οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον. Ἀλλ' ἐν τούτῳ μὲν προετάττοντο τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον οἱ ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ· ἐνταῦθα δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σω-

Vers. 17-19. *Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me.* Post Judæos, gentilium milites commemorat. Ipsis enim Judæi Christum tradiderunt. Quare rerum ordinem prophetia servavit. Jure autem tauros illos, hosce canes vocavit; illi namque sub jugo legis erant, etiamsi manifeste legem transgrederentur; hi vero secundum legem impuri erant. Sic ipse Dominus Chananæam appellavit. *Non licet* B *enim*, inquit, *accipere panem filiorum, et dare canibus* [12]. Attamen post passionem, qui olim canes fuerant, per fidem in filiorum conditionem translati sunt: ac qui olim filiorum loco probe educti fuerant, canum nomen adepti sunt, utpote qui, canum instar, contra Dominum rabidi fuerint. De iis ita clamat Paulus: *Vide canes, videte malos operarios, videte concisionem* [13]. Propheticus itaque sermo postquam canes vocavit, ita loquitur, *Synagoga malignantium obsedit me: foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea.* Quod quidem clarum et apertum vel contentiosioribus fuerit. Nam in sacris Evangeliis ipsum Dominum audimus sanctos discipulos suos sic alloquentem: *Videte manus meas et pedes meos, quia ego ipse* C *sum* [14]. Etenim ipsi Thomæ clavorum vestigia ostendit, necnon inflictum a lancea vulnus. Tunc porro, *dinumeraverunt omnia ossa mea*, videlicet, ita extenderunt, dum me clavis affigerent, ut cuilibet volenti ossium numerum computare liceret. *Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me*, id est, illuserunt atque irriserunt; *diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem*, quod apertius enarrat sacrorum Evangeliorum historia.

Vers. 24, 25. *Qui timetis Dominum, laudate eum: universum semen Jacob, glorificate eum: timeat eum omne semen Israel.* Cum Judæorum natio tres in ordines distributa sit, primo scilicet in infimam D gentis plebem, quæ vocabatur Israel; secundo in sacerdotalem ordinem, quæ erat domus Aaron; tertio in sacerdotum ministros, quæ erat domus Levi: postquam tria illa genera alius psalmus enumeravit, alium hic prædictis quartum ordinem adjecit, videlicet timentium Dominum. Eratque ille ex gentilibus ad Deum conversis constitutus. Ait quippe: *Domus Israel, benedicite Dominum* [15]; similiterque, domus Aaron et domus Levi: in fine tandem timentes Dominum annectit. Sed in illo quidem psalmo, qui ex domo Israelis sunt, timentibus Dominum præmittuntur; hic contra, post

[11] Matth. xxvii, 25. [12] Matth. xv, 26. [13] Philipp. iii, 2. [14] Luc. xxiv, 39. [15] Psal. cxxxiv, 19.

Salvatoris resurrectionem, Israeli anteponuntur ii qui timent Dominum. Nam quia ipse dixerat (vers. 23): *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ laudabo te*, oportuit primo Ecclesiæ suæ populis hymnum attribui : hique erant gentiles ipsius ope salutem nacti. Quos his verbis adnotat, *Qui timetis Dominum, laudate eum.* Atque apposite admodum fratribus ac discipulis suis, utpote præstantioribus ac virtute majore præditis, paternum nomen enarraturum se pollicetur; at Ecclesiæ suæ populique multitudini nequaquam paternum illud nomen tradit : non enim illi recipiendo pares erant : sed hymnum edocet illos; deinde semen Jacob jubet Dei gloriam prædicare ; secundumque ordinem illum Judaicum constituit, nimirum post gentilem populum. Quos quidem Judæos non Jacob appellat ; sed semen Jacobi et Israelis : idque e re et accurate, propter eorum ex patriarcha originem. Non enim ob paternum illud studium, neque ob aliquam cum patre suo similitudinem, digni erant qui Jacob nuncuparentur, sed seminis causa id nominis sortiebantur: *Quoniam non sprevit neque despexit deprecationem pauperis: nec avertit faciem suam a me, et cum clamarem ad eum exaudivit me.*

A τῆρος προτάττονται τοῦ Ἰσραὴλ οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον. Ἔδει γὰρ, εἰρηκότος αὐτοῦ· *Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε*· τὸν ὕμνον πρώτοις παραδοθῆναι τοῖς τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ. Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ ἐξ ἐθνῶν δι' αὐτὸν σεσωσμένοι· οὓς δὴ σημαίνει λέγων· *Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, αἰνέσατε αὐτόν.* Σφόδρα ἀκριβῶς τοῖς μὲν ἑαυτοῦ ἀδελφοῖς καὶ μαθηταῖς τὸ ὄνομα διηγεῖσθαι τὸ πατρικὸν, ὡς ἂν κρείττοσι καὶ δυνατωτέροις, ἐπαγγέλλεται· ἐπὶ δὲ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ καὶ τοῦ πλήθους τοῦ λαοῦ οὐκέτι τὸ πατρικὸν ὄνομα παραδίδωσιν· οὐ γὰρ ἐχώρουν οὗτοι· ὕμνον δὲ αὐτοὺς διδάσκει· ἔπειτα τῷ σπέρματι Ἰακὼβ προστάττει δοξάζειν αὐτὸν, δεύτερον τάγμα τιθεὶς τὸ Ἰουδαϊκὸν, μετὰ τὸν ἐξ ἐθνῶν λαόν· οὓς καὶ ὀνομάζει οὐκ Ἰακὼβ, ἀλλὰ σπέρμα Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ, σφόδρα ἀκριβῶς διὰ τὴν ἐκ τοῦ πατριάρχου γένεσιν. Οὐ γὰρ διὰ τὸν ζῆλον τὸν πατρικὸν, οὐδὲ διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα ὁμοίωσιν ἄξιοι ἦσαν κεκλῆσθαι Ἰακὼβ, ἀλλὰ τοῦ σπέρματος ἕνεκεν τοῦτον ἐχρημάτιζον τὸν τρόπον· *Ὅτι οὐκ ἐξουδένωσεν οὐδὲ προσώχθισε τῇ δεήσει τοῦ πτωχοῦ· οὐδὲ ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς αὐτὸν εἰσήκουσέ μου.*

B

Vers. 26, 27. *Edent pauperes et saturabuntur, et laudabunt Dominum qui requirunt eum, vivent corda eorum in sæculum sæculi.* Hic dicit, *edent*; in sequentibus vero, *manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terræ.* Sed ii postquam *manducaverunt*, pingues effecti sunt, qui antequam ederent, pauperes vocabantur, quos pollicetur cibo ab se subministrato usuros esse. *Edent*, inquit, *pauperes.* Hi porro erant quos in beatitudinibus cæteris præponit dicens : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum*[16] : quibus etiam ea promittit quæ mox adjiciuntur : *Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur*[17]. Postquam autem, ait, comederint pauperes, ac cibo repleti, sive, ut ait Symmachus, *saturati* fuerint, tunc *laudabunt Dominum qui requirunt eum :* ac cibum sibi ab ipso subministratum comedentes et requirentes ipsum, magno illo, qui deinceps declaratur, fructu potientur : nam, *vivent corda eorum in sæculum sæculi.* Siquidem panis ille vitæ, ab ipso traditus, immortalitatis æternæque vitæ auctor ipsis futurus est; quemadmodum ipse docuit his verbis : *Ego sum panis vitæ, qui descendit de cœlo, et qui dat vitam mundo*[18] : et iterum : *Si quis manducaverit ex pane meo, vivet in æternum*[19], et cætera. Viden' quo pacto hæc concinant cum his psalmi verbis, *Edent pauperes et saturabuntur;* et, *vivent corda eorum in sæculum sæculi?*

C

D

Φάγονται πένητες καὶ ἐμπλησθήσονται, καὶ αἰνέσουσι Κύριον οἱ ἐκζητοῦντες αὐτὸν, ζήσονται αἱ καρδίαι αὐτῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Ἐνταῦθα μέν φησι *φάγονται*· ὑποκαταβὰς δὲ, *ἔφαγον, καὶ προσεκύνησαν πάντες οἱ πίονες τῆς γῆς.* Ἀλλ' ὅτε μὲν *ἔφαγον*, πίονες ἐγένοντο· πρὸ δὲ τοῦ φαγεῖν πένητες ὠνομάζοντο· οὓς ἐπαγγέλλεται βρώσει χρήσασθαι τῇ ὑπ' αὐτοῦ χορηγηθησομένῃ. *Φάγονται* γὰρ, φησὶ, *πένητες.* Οὗτοι δὲ ἦσαν οὓς καὶ ἐν τοῖς μακαρισμοῖς προτάττει τῶν λοιπῶν φάσκων· *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*· οἷς καὶ τὰ ἑξῆς ἐπηγγείλατο λέγων· *Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται.* Ἐπειδὰν δὲ φάγωσι, φησὶν, οἱ πένητες, καὶ φαγόντες ἐμπλησθῶσιν, ἢ *κορεσθῶσιν*, κατὰ τὸν Σύμμαχον, τότε *αἰνέσουσι Κύριον ἐκζητοῦντες αὐτόν*· φαγόντες δὲ τὴν ὑπ' αὐτοῦ δοθεῖσαν αὐτοῖς βρῶσιν, καὶ ζητήσαντες αὐτὸν, μέγαν ἕξουσι καρπὸν τὸν ἑξῆς δηλούμενον· *Ζήσονται* γὰρ *αἱ καρδίαι αὐτῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος.* Ὁ γὰρ ἄρτος ζωῆς, ὁ ὑπ' αὐτοῦ χορηγηθεὶς αὐτοῖς, αἴτιος αὐτοῖς ἔσται ἀθανασίας καὶ ζωῆς αἰωνίου, καθὼς ἐδίδαξεν αὐτὸς εἰπών· *Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ζωῆς ὁ καταβὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ δώσω ζωὴν τῷ κόσμῳ*· καὶ πάλιν· *Ἐάν τις φάγῃ ἐκ τοῦ ἐμοῦ ἄρτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁρᾷς ὅπως συνᾴδει ταῦτα τῷ φάσκοντι ψαλμῷ· *Φάγονται πένητες καὶ ἐμπλησθήσονται*· καὶ, *ζήσονται αἱ καρδίαι αὐτῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος;*

Vers. 28, 29. *Reminiscentur et convertentur ad Dominum universi fines terræ, et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium. Quoniam Do-*

Μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν

[16] Matth. v, 3. [17] ibid. 6. [18] Joan. vi, 33. [19] ibid. 59.

ἐθνῶν. Ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν. Τοῦ γὰρ σωτηρίου φωτὸς αὐτοῖς ἐπιλάμψαντος, ἀναμνησθήσονται, ὡς ἄρα ἦν τις αὐτοῖς Κύριος, ὃ γε ἀληθῶς τῶν ὅλων δεσπότης· οἱ γὰρ νενομισμένοι αὐτοῖς ἦσαν Κυρίου· εἰς ἀνάμνησιν δὲ ἐλθόντες τοῦ σφῶν δεσπότου, ἐπ' αὐτὸν καταφεύξονται· καὶ ὃν πάλαι ἀπεστράφησαν, κατά τινα ἐχθρῶν ἐπιβουλήν, τοῦτον Κύριον αὐτῶν ὄντα ἐπιγνώσονται, καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς αὐτόν. Ἀλλ' ἵνα μή τις νομίσειε ταῦτα λέγεσθαι περὶ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἀκριβῶς ὁ λόγος προστίθησιν, ὡς ἄρα ταῦτα πληρωθήσεται ἐπὶ πάντα τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη· εἶτ' ἐπιστραφέντες τί ποιήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν· ἀνθ' οὗ Σύμμαχος καὶ Ἀκύλας, *πᾶσαι αἱ συγγένειαι τῶν ἐθνῶν*, εἰρήκασι σφόδρα ἀκριβῶς. Ποῖον γὰρ ἔθνος οὐχὶ συγγενείας ἔχει ἐπιστραφείσας πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν; Ποία δὲ πόλις, ἢ ποία χώρα, ἢ ποῖος οἶκος οὐκ ἔχει τινὰς ἀφωρισμένους καὶ ἐξειλεγμένους τῷ Θεῷ; Πῶς δ' ἔμελλον ἀποτίθεσθαι μὲν τὴν ἑαυτῶν λήθην, ἀνάμνησιν δὲ ποιεῖσθαι τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ αἱ συγγένειαι τῶν ἐθνῶν· πῶς δὲ ἐπιστρέφειν πρὸς αὐτὸν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, ἐπιλέγει ἐξῆς· *Ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν.* Οἱ γὰρ πάλαι κρατήσαντες δαίμονες καὶ διάβολος κατελύθησαν, καὶ μόνη ἡ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ βασιλεία ἐπεκράτησε. Τάξει οὖν ὁ λόγος καὶ ἀκολουθίᾳ κέχρηται, πρῶτον φήσας· *Μνησθήσονται*, εἶτα δεύτερον, *ἐπιστραφήσονται*, καὶ τρίτον, *προσκυνήσουσι*. Ταῦτα δὲ πάντα ἔσται, *Ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν.*

Ἔφαγον καὶ προσεκύνησαν πάντες οἱ πίονες τῆς γῆς· ἐνώπιον αὐτοῦ προσπεσοῦνται πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς τὴν γῆν. Καὶ ἡ ψυχή μου αὐτῷ ζῇ, καὶ τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ. Ἔστι δὲ καθ' ἑκάστην ἀναστάσιμον ἡμέραν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, τὴν καλουμένην κυριακήν, ὄψει παραλαβεῖν τοὺς τῆς τροφῆς τῆς ἁγίας καὶ τοῦ σώματος τοῦ σωτηρίου μεταλαμβάνοντας, καὶ μετὰ τὸ φαγεῖν προσκυνοῦντας τὸν δοτῆρα καὶ χορηγὸν τῆς ζωοποιοῦ τροφῆς, θαυμάσαι τε τῶν λόγων τὸ ἀποτέλεσμα, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν πρόχειρον λέξιν δι' ἔργων πληρούμενον. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *οἱ πίονες τῆς γῆς*, ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος, *οἱ λιπαροὶ τῆς γῆς*. Σημαίνονται δὲ διὰ τούτων οἱ ἐκ τῆς οὐρανίου τροφῆς τὰς ψυχὰς εὐτραφεῖς καὶ ῥωμαλέοι. Ἀλλ' οὗτοι μὲν *ἔφαγον καὶ προσεκύνησαν*. Ἐπειδὴ δὲ δεῖ *αὐτῷ πᾶν γόνυ κάμψαι ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων*, εἰκότως ἐξῆς ἐπισυνάπτει λέγων· *Ἐνώπιον αὐτοῦ προσπεσοῦνται πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς γῆν· ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας· Εἰς πρόσωπον αὐτοῦ κάμψουσι πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς χοῦν, ἐκδέδωκε.* Σαφῶς δὲ διὰ τούτων καὶ τὸ σχῆμα τῶν γόνυ κλινόντων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ παρίσταται, ἐν ᾗ γόνατα κλίναντες, καὶ τὰ μέτωπα εἰς γῆν ἐρείσαντες, τοῦτον προσκυνεῖν εἰώθασι τὸν τρό-

A *mini est regnum, et ipse dominatur gentium.* Nam salutari lumine ipsos collustrante, reminiscentur sibi Dominum esse, universorum revera dominatorem : cui etiam subjecti erant ii qui ab ipsis domini reputabantur. Cum porro Domini sui memineriut, ad ipsum confugient : ac quem olim, inimicorum insidiis circumventi, aversati sunt, ipsum agnoscent esse sibi Dominum, atque ad ipsum convertentur. At ne quis arbitretur id de Judaico populo dictum, apposite adjicitur hæc apud universi orbis nationes implenda esse. Ac deinde enuntiatur, quid in conspectu ejus facturæ sint post conversionem universæ familiæ gentium : pro quo Symmachus et Aquila, *universæ cognationes gentium*, ediderunt, et quidem admodum accurate. Quæ B etenim natio non aliquas cognationes habeat ad Deum universorum conversas? Quæ civitas, quis locus, quæ domus non quospiam saltem habent Deo segregatos et electos? Quo pacto autem illæ cognationes gentium oblivionem illam suam deposituræ sint, et recordaturæ Deum universorum; quomodo item convertendi ad eum sint universi fines terræ; sub hæc explicat his verbis : *quoniam Domini est regnum, et ipse dominatur gentium.* Nam qui olim dominium obtinebant dæmones atque diabolus, jam abrogati sunt; ac solum omnium Domini Dei regnum viget. Ordine igitur ac consequentia sermo constat; nam cum primo dixisset, *reminiscentur;* secundo, *convertentur;* tertio demum adjicit, *adorabunt.* Hæc porro omnia evenient, *quoC niam Domini est regnum, et ipse dominatur gentium.*

Vers. 30, 31. *Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terræ; in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram. Et anima mea illi vivit, et semen meum serviet ipsi.* Singulis resurrectionis Salvatoris nostri diebus, quæ Dominicæ vocantur, ipsis oculis cernere est eos qui sacrum cibum et salutare corpus accipiunt, post ipsum esum, vivifici alimenti largitorem et promum adorare, atque mirari verborum hujusmodi eventum, et re gesta, quoad planiorem dicti sententiam, impletum vaticinium. Ejus autem loco, *pingues terræ*, Symmachus, *saginatos terræ*, interpretatus est. Hisque indicantur ii qui ex cœlesti cibo, opima mentis habitudine ac viriD bus valent. Sed hi quidem *manducaverunt et adoraverunt.* Quoniam vero opus est ut ipsi *omne genu flectatur cœlestium, terrestrium et infernorum* [36], jure postea additur, *in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram :* pro quo Aquila, *in vultum ejus flectent se omnes qui descendunt in pulverem.* Queis manifeste eorum qui in Ecclesia Dei genua flectunt morem declarat : ibi enim genua flectentes, atque frontibus suis terræ incumbentes, hunc adorandi ritum servant. Deinde adjicitur, *et anima mea illi vivit, et semen meum serviet ipsi.* Quæ clarius Symmachus hæc una copulans interpreta-

[36] Philipp. II, 10.

tur, *ante ipsum genua flectent omnes qui descendunt in terram : cujus anima vivet, semen autem colet ipsum.* Illi omnes, inquit, procumbentes et genua flectentes adorabunt, quibus spes est ut anima vivat, et quorum semen colet ipsum. Quod si quis ex persona Salvatoris hæc dicta velit excipere, *et anima mea illi vivit*, secundum versionem Septuaginta Interpretum; et illud, *semen meum serviet ipsi;* is dicat hæc a Salvatore pronuntiari, qui totum hunc psalmum de qualibet anima sibi addicta, necnon de semine suo, protulerit. Semen autem ejus quodnam esse dixeris, nisi eos qui ipsi per generationem Spiritus sancti filii orti sunt; qui cum Patrem ejus coluerint, æternam ac beatam vitam consequentur.

A πον. Εἰθ' ἑξῆς εἴρηται· *Καὶ ἡ ψυχή μου αὐτῷ ζῇ· καὶ τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ.* Ὅ δὴ σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος συνάψας καὶ εἰπών· *Ἔμπροσθεν αὐτοῦ ὀκλάσουσιν ἅπαντες οἱ καταβαίνοντες εἰς κόνιν· οὗ ἡ ψυχὴ ζήσει, σπέρμα δὲ λατρεύσει αὐτῷ.* Πάντες γὰρ αὐτοὶ, φησὶν, ὀκλάσαντες, καὶ γόνυ κλίναντες προσκυνήσουσιν· ὧν ἐλπὶς ζήσεσθαι τὴν ψυχὴν, καὶ ὧν τὸ σπέρμα λατρεύσει αὐτῷ. Εἰ δὲ ἐκ προσώπου τοῦ λέγοντος Σωτῆρος βούλοιτό τις ἀκοῦσαι τό· *Καὶ ἡ ψυχή μου αὐτῷ ζῇ,* κατὰ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείαν· καὶ, *Τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ·* εἴποι ἂν ταῦτα λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος, τοῦτον πάντα τὸν ψαλμὸν διεξιόντος περὶ πάσης ψυχῆς αὐτῷ ἀνακειμένης, καὶ περὶ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος. Σπέρμα δὲ αὐτοῦ τί ἂν εἴποις ἢ τοὺς διὰ γεννήσεως ἁγίου Πνεύματος γεννωμένους αὐτῷ υἱοὺς, οἳ καὶ δουλεύσαντες τῷ αὐτοῦ Πατρὶ τῆς αἰωνίου καὶ μακαρίας ζωῆς μεθέξουσιν;

Vers. 32. *Annuntiabitur Domino generatio ventura, et annuntiabunt cœli justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus.* Postquam Servator semen suum memoravit his verbis, *et semen meum serviet ipsi*, quodnam illud semen sit probe aperit, cum generationem venturam, et populum qui nascetur commemorat. Quemadmodum enim quæ gignuntur ex semine initium exsistendi ducunt, eodem prorsus modo nasciturum populum et generationem venturam, novam scilicet ac recentem, ex nullo initium accepturam declarat, nisi ex rationali semine suo, quod ipse præsens per apostolos in terra disseminabat, videlicet spiritum adoptionis. Loco illius, *annuntiabitur Domino generatio ventura*, mirum in modum Symmachus, *describetur in libro Domino.* Futurum erat ut annuntiaretur generatio ventura; quin etiam Domino consecraretur liber prophetiæ de generatione ventura ac de populo nascituro.

B *Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη, καὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν ἐποίησεν ὁ Κύριος.* Προονομάσας σπέρμα αὐτοῦ ὁ Σωτὴρ ἐν τῷ· *Καὶ τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ·* τί ποτε εἴη τοῦτο τὸ σπέρμα διασαφεῖ, γενεὰν ἐρχομένην ὀνομάζων καὶ λαὸν τεχθησόμενον. Ὥσπερ γὰρ τὰ γεννώμενα, ἀπὸ σπερμάτων τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως λαμβάνει, τὸν αὐτὸν τρόπον τὸν τεχθησόμενον λαὸν καὶ τὴν ἐλευσομένην γενεὰν, νέαν οὖσαν καὶ καινὴν, οὐδαμόθεν ἔξειν τὴν ἀρχὴν παρίστησιν ἀλλ' ἢ ἐκ τῶν αὐτοῦ λογικῶν σπερμάτων, ὧν ἐπὶ γῆς παρὼν κατεβάλλετο διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, τὸ πνεῦμα τῆς υἱοθεσίας. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη,* σφόδρα θαυμαστῶς ὁ Σύμμαχος· *Ἀναγραφήσεται ἐν βιβλίῳ τῷ Κυρίῳ* (1). Ἤμελλεν ἀναγγέλλεσθαι ἡ γενεὰ ἡ ἐρχομένη· ἀλλ' ἀνατεθήσεσθαι τῷ Κυρίῳ βίβλος προφητείας περὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἐρχομένης, καὶ τοῦ τεχθησομένου λαοῦ.

C

PSALMUS DAVID XXII.

Vers. 1, 2. *Dominus pascit me, et nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocavit. Super aquam refectionis educavit me, animam meam convertit. Deduxit me.* Ovium conditio ceu medius status est inter perfectorum progressum, et eorum statum qui cum in profundo nequitiæ provolvantur, ideo reptilibus ferisque agrestibus comparantur. Perfectus namque vir is fuerit, cujus anima ad imaginem et similitudinem Dei facta, moribus ad virtutem concinnatis insignita est : qui Dominum, D regem sibi, non pastorem, inscribit. Qui vero ex hujusmodi statu delapsus, et qui proprio ac libero voluntatis arbitrio in ferinos mores commutatus est, is merito equus effeminatus vocetur, sive lupus rapax. Istiusmodi autem homines, serpentes, genimina viperarum, porcos, canes, vulpes Scriptura solet appellare. Qui vero ex hac misera conditione in meliorem se frugem recipiunt, tum quasi ad ingressum ac vestibulum divinæ cognitionis progressi, oves Dei jure nuncupentur : ad perfectiora

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΚΒ'.

Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει· εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν· ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με· τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψεν. Ὡδήγησέ με. Μέση τυγχάνει κατάστασις ἡ τῶν προβάτων τῆς τε τῶν τελείων προκοπῆς καὶ τῶν ἐν βυθῷ κακίας καλινδουμένων, καὶ διὰ τοῦτο ἑρπετοῖς καὶ θηρίοις ἀγρίοις παραβαλλομένων. Ὁ μὲν γὰρ τέλειος γένοιτ' ἂν ὁ κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ὁμοίωσιν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν τοῖς κατ' ἀρετὴν τρόποις κεχαρακτηρισμένοις· ὁ καὶ βασιλέα τὸν Κύριον, ἀλλ' οὐ ποιμένα ἐπιγραφόμενος· ὁ δὲ ἐκπεσὼν ταύτης, ἐξ αὐτοπροαιρέτου δὲ διαστροφῆς ἐπὶ τὴν θηριώδη μεταβεβληκὼς ἕξιν, ἵππος θηλυμανὴς χρηματίσοι ἄν, καὶ λύκος ἁρπακτικός. Ὄφεις δὲ, καὶ γεννήματα ἐχιδνῶν, καὶ χοίρους, καὶ κύνας, καὶ ἀλώπεκας τοὺς τοιούτους εἰώθεν ὀνομάζειν ἡ Γραφή. Οἱ δὲ ἐκ τῆς τοιαύτης καταπτώσεως μεταβάλλοντες ἐπὶ τὴν κρείττονα κατάστασιν, τέως μὲν ὥσπερ ἐν εἰσαγωγαῖς καὶ προθύροις γιγνόμενοι τῆς κατὰ Θεὸν γνώσεως, πρόβατα ἂν εἰκότως κληθεῖεν Θεοῦ· προκόψαντες δὲ ἐπὶ τὸ

(1) In Hebraico legitur, יִסָּפֵר לָאדֹנָי.

τελειότερον, ἄνθρωποι χρηματίζουσιν. Ὅτε γε μὴν πρόβατα τυγχάνουσιν, ὑπὸ ποιμένι τῷ διὰ Ἰεζεκιὴλ δηλωθέντι Δαυΐδ, τουτέστι τῷ ἐκ σπέρματος Δαυΐδ Σωτῆρι ἡμῶν καὶ Χριστῷ, ἀγόμενοι, διδάσκονται λέγειν· *Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει.* Οἱ δὲ αὐτοὶ τῆς νοερᾶς καὶ καινῆς τροφῆς καὶ πόας ἀντιλαμβανόμενοι τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ἐρεῦσιν· *Εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν.* Πίνων δὲ τοῦ ὕδατος ὁ εἰσαγόμενος ἐν Χριστῷ, οὔπω δὲ τοῦ οἴνου τοῦ τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου οἷός τε ὢν μεταλαμβάνειν, διὰ τὸ ἔτι πρόβατον εἶναι, τέως δὲ τῷ σωτηρίῳ τρεφόμενος ὕδατι, περὶ οὗ ἐβόα ὁ Σωτὴρ λέγων· *Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με καὶ πινέτω·* καὶ πάλιν· *Ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος·* καὶ αὖθις· *Ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα·* εἶποι ἂν· *Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με.* Ἀλλὰ καὶ πᾶν ἄχθος ἀποθέμενος τῶν παλαιῶν ἁμαρτημάτων διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου, εἶποι ἂν· *Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με.* Ἀναπαύσεως γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ, δι' οὗ τὸ βαρὺ καὶ ἐπίμοχθον φορτίον τῶν ἁμαρτιῶν τὸ πιεζοῦν τὴν ψυχὴν ἀποῤῥίψας τις, καὶ πάντα ῥύπον καὶ σπίλον καὶ κηλίδα σμηξάμενος, δεσμῶν τε ἀνεθεὶς πολυπλόκων, συνησθημένος τούτων ἁπάντων ἐρεῖ· *Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με.* Εἶθ' ὥσπερ ἐκλείπων πάλαι τὴν ψυχὴν, ἔπειτα διὰ τῆς ἀποδοθείσης χλόης καὶ τοῦ σωτηρίου ὕδατος ἀναλαβὼν ἑαυτὸν, καὶ ὥσπερ ἐκ θανάτου παλινδρομήσας, φήσει· *Τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψε.* Ταῦτα πάντα ὑπάρξει τῷ διὰ τοῦ δηλωθέντος Δαυΐδ ὑπὸ τοῦ Κυρίου ποιμαινομένῳ.

autem provecti, homines vocantur. Illi porro quando oves sunt, a pastore quem Ezechiel Davidis nomine indicat [21], id est a Salvatore nostro Christo ducti, ad hæc dicenda instituuntur, *Dominus pascit me, et nihil mihi deerit.* Illi vero ipsi intelligibili ac novo alimento atque pascuis sacrorum Evangeliorum enutriti, dicent, *in loco pascuæ ibi me collocavit.* Qui autem in Christo initiatur, quique aquam potat, quod nondum valeat vinum veræ vitis bibere, quia adhuc in ovium numero computatur, sed tamen salutari illa aqua recreatur, de qua Salvator hæc clamat: *Si quis sitit, veniat ad me et bibat* [22]; et iterum: *Qui biberit aquam quam ego dabo ei, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ* [23]; ac rursum: *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum* [24]; is jure dixerit, *super aquam requiei educavit me.* Sed etiam posita per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti veterum peccatorum sarcina, apposite dicat, *super aquam requiei educavit me.* Requiei etenim vere est aqua hujusmodi, qua quis, abjecto peccatorum gravi onerosoque pondere animam opprimente, omni macula et labe abstersa, solutisque vinculis illis complicatis, lætitia hujusce rerum successus affectus dicet, *super aquam requiei educavit me.* Deinde vero, utpote qui cum olim animo deficeret, per gratiam sibi datam ac per salutarem aquam in meliorem sese statum receperit, quasi a morte revocatus sit dicet, *animam meam convertit.* Hæc omnia evenient homini qui per memoratum Davidem a Domino pascitur.

Ὡδήγησέ με ἐπὶ τρίβους δικαιοσύνης ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Ταῦτα, φησὶ, πράττει, ὡς ἂν μὴ βλασφημῆται αὐτοῦ τὸ ὄνομα, τῶν αὐτοῦ προβάτων ἀπολλυμένων, ἢ κακῶς ἀγομένων. *Ἐὰν γὰρ καὶ πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ.* Μακρὰν γὰρ ἡ ἁμαρτία παντὸς συνόντος Θεῷ. Σκιὰν θανάτου τὸν κοινὸν φησι θάνατον, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος λύσιν, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ θανάτου τῆς ψυχῆς, καθ' ὃ εἴρηται· *Ψυχὴ ἁμαρτάνουσα, αὕτη ἀποθανεῖται·* καὶ, *Ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον.* Οὐκ ἔστι γὰρ σκιὰ θανάτου· ἀλλ' ἀληθινὸς θάνατος ἡ τῆς ψυχῆς ἀπώλεια τυγχάνει. Ἐπεὶ οὖν μεμαθήκασιν, ὡς ἄρα ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα, μεταβέβηκε δὲ ἀπὸ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν, σφόδρα ἀκριβῶς οὐ φασὶ θάνατον ἐπιέναι αὐτοῖς ἀλλ' ἢ ἄρα σκιὰν θανάτου· ταύτῃ δηλοῦντες τοὺς κατὰ ἄνθρωπον κινδύνους καὶ τὸν σωματικὸν θάνατον οὐδὲν ἕτερον ὄντα ἢ χωρισμὸν ψυχῆς ἀπὸ σώματος.

Ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗταί με παρεκάλεσαν. Ταῦτα οὖν παρακαλεῖ τὸν τυπτόμενον καὶ τὸν κολαζόμενον, πεπεισμένον, ὅτι μαστιγοῖ ὁ Θεὸς πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται.

Vers. 3, 4. *Deduxit me super semitas justitiæ propter nomen suum.* Hæc, inquit, ideo agit, ut ne, amissis ac perditis, aut male deductis ovibus, nomen suum blasphemetur. *Nam et si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Procul enim peccatum est ab eo qui Dei consortio fruitur. Umbram mortis vocat mortem illam communem, atque separationem animæ a corpore, ad differentiam mortis animæ, de qua dicitur: *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur* [25]; et: *Est peccatum ad mortem* [26]. Siquidem non umbra mortis, sed vera mors est, illa animæ pernicies. Quandoquidem igitur didicerunt, credentem in Filium Dei non moriturum esse in æternum, sed translatum esse de morte ad vitam, admodum congruenter non mortem, sed umbram mortis sibi accidisse memorant; quo declarantur pericula quæ secundum hominem contingunt, et indicatur corpoream mortem nihil aliud esse, quam separationem animæ a corpore.

Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Hæc igitur consolantur eum qui verberibus et castigationibus afficitur, utpote qui gnarus sit Deum verberare filium quem cooptaverit.

[21] Ezech. xxxiv, 23. [22] Joan. vii, 37. [23] ibid. 39. [24] Joan. iv, 13. [25] Ezech. xviii, 4. [26] I Joan. v, 17.

Vers. 5. *Parasti in conspectu meo mensam, adversus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum, et calix tuus inebrians quam præclarus est!* Norunt enim oleum spirituale, quo caput suum impinguatur, atque ebrietatem illam quæ roborat non resolvit, necnon spiritalem illum cibum quem apponit nobis ille qui ad pastoris munus sponsi conditionem adjicit. Ilis, inquit, fruamur bonis, et gaudeamus, dum interim inimici nostri dolent ac macerantur, quia ii qui olim servi erant, mutationem tantam experti sunt, *impinguasti in oleo caput meum.*

Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν ἐξεναντίας τῶν θλιβόντων με. Ἤλιπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου, καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον ὡς κράτιστον! Ἴσασι γὰρ καὶ τὸ πνευματικὸν ἔλαιον, ὃ τὴν κεφαλὴν ἐπιάνθησαν, καὶ τὴν κρατύνουσαν, ἀλλ' οὐ διαλύουσαν μέθην· καὶ τὴν μυστικὴν τροφὴν, ἣν προτίθησιν ἡμῖν ὁ πρὸς τὸ ποιμαίνειν καὶ νυμφίος γενόμενος. Τούτοις δὲ, φησὶν, ἐντρυφῶμεν τοῖς ἀγαθοῖς, τῶν δυσμενῶν ἀνιωμένων καὶ τρυχομένων· ὅτι οἱ πάλαι, φησὶ, δουλεύοντες τοσαύτης μεταβολῆς τετυχήκασιν, *ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου.*

Vers. 6. *Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ, et ut inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.* Misericordiæ, et gratiæ confisus tuæ, novi sane me, institutum a misericordia tua omnibus diebus vitæ meæ, spe illa in te posita nunquam lapsurum. Hæc itaque misericordia, hæc gratia tua mihi id boni contulere, ut domum et Ecclesiam tuam in domicilium possiderem; ubi commoratus, utpote in sacris Dei ædibus et in sancto templo, longitudinem dierum apud te et vitam æternam consequar. Nam quod domum tuam incolam, nunquam inde egrediens, neque declinans aliorsum, hoc mihi in causa fore arbitror ut longitudinem dierum, ipso lumine tuo lucente, nanciscar. Pro illo autem, *in longitudinem dierum*, Symmachus, *in diuturnitatem temporis*, interpretatus est, vitæ illius secundum Deum interminabile spatium atque immortalitatem denotans.

Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξεταί με πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, καὶ τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου εἰς μακρότητα ἡμερῶν. Πεποιθὼς τῷ σῷ ἐλέει, καὶ τῇ σῇ χάριτι, οἶδ' ὅτι οὐκ ἐκπεσοῦμαι τῆς παρὰ σοὶ ἐλπίδος παιδαγωγούμενος πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου ὑπὸ τοῦ σοῦ ἐλέους. Τοῦτο γοῦν τὸ σὸν ἔλεος καὶ αὐτή σου ἡ χάρις κατηξίωσέ με οἰκητήριον κτήσασθαι τὸν σὸν οἶκον καὶ τὴν σὴν Ἐκκλησίαν· ἔνθα τὰς διατριβὰς ποιούμενος ὡς ἐν οἴκῳ Θεοῦ, ἱερῷ καὶ ἁγίῳ ναῷ, μακρότητος τῶν παρὰ σοὶ ἡμερῶν καὶ ζωῆς αἰωνίου τεύξομαι. Τὸ γὰρ κατοικεῖν με ἐν τῷ σῷ οἴκῳ, καὶ μηδέποτε αὐτοῦ ἐξίστασθαι μηδὲ ἀπονεύειν, ἀεὶ δὲ εἴσω περιβόλων ἱερῶν τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι, ταῦτά μοι αἴτια γενήσεσθαι πιστεύω μακρότητος ἡμερῶν τῶν ἐκ τοῦ σοῦ φωτὸς ὑφισταμένων. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *εἰς μακρότητα ἡμερῶν, εἰς μῆκος χρόνου* ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε, τῆς κατὰ τὸν Θεὸν ζωῆς τὸ ἄπειρον καὶ ἀθάνατον σημήνας.

PSALMUS DAVID XXIII.

In quibusdam exemplaribus inveni: « Una Sabbatorum. »

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΚΓ'.

Ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις εὗρον· « Τῆς μιᾶς τῶν Σαββάτων (1). »

Vers. 1, 2. *Domini est terra et plenitudo ejus, orbis terrarum et universi qui habitant in eo. Ipse super maria fundavit eum, et super flumina præparavit eum.* Nisi enim, inquit, divinum Verbum ipsi præfuisset, ac nisi Sapientia Dei ipsum hoc fundasset modo, jam olim, vel naturali deprimente pondere, in profundum demersus fuisset. Verum multo præstantior illo erat virtus illa Domini miraculorum ac prodigiorum effectrix, quæ tantam molem tantamque terræ plenitudinem, ac orbem cum habitatoribus ejus, sublimem agi, et aquarum dorso imponi decreverat. Quapropter *ipse*, inquit, *super maria fundavit eum.* Neque enim ipsa terra gravis et inanimata, sese supra abyssos consolidavit; sed omnium opifex Dei Filius, qui solidum graveque terræ elementum, divina creatione, supra maris dorsa ferri voluit, ac supra humidam naturam constitui, atque ipsam hoc modo fundavit. Alioque ratiocinandi ritu, terram non sua sponte substitisse docet, neque sorte quadam temeraria ac irrationabili, tali undique forma instructam. Quare subjicit, *et super flumina præparavit eum.* Si nam-

Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν. Εἰ μὴ γὰρ Λόγος αὐτῆς, φησὶν, ἐπεστάτει θεῖος, καὶ εἰ μὴ σοφία Θεοῦ τοῦτον αὐτὴν τεθεμελιώκει τὸν τρόπον, πάλαι ἂν φυσικῷ βάρει κάτω που φερομένη κατὰ βυθῶν κεχωρήκει. Ἀλλ' ἦν ἄρα κρείττων αὐτῆς ἡ θαυματουργὸς καὶ παραδοξοποιὸς τοῦ τῶν ὅλων Κυρίου δύναμις, ἣ τὸν τοσοῦτον ὄγκον καὶ τὸ τοσοῦτον τῆς γῆς πλήρωμα, ὅλην τε τὴν οἰκουμένην καὶ τοὺς κατοικοῦντας αὐτὴν ἄνω φέρεσθαι μετέωρον ὑπὲρ τὰ νῶτα τῶν ὑδάτων βεβούληται. Διὸ, *αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν*, εἴρηται. Οὐ γὰρ αὐτὴ ἑαυτὴν ἡ βαρεῖα καὶ ἄψυχος γῆ ἐπὶ τῶν βυθῶν ἐστήριξεν, ἀλλ' ὁ πάντων δημιουργὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, ὃς τὸ στερέμνιον καὶ βαρὺ τῆς γῆς στοιχεῖον θείᾳ δημιουργίᾳ (2) ὑπὲρ νώτων ὀχεῖσθαι θαλάσσης καὶ ὑπεράνω τῆς ὑγρᾶς φύσεως ἑστάναι βουληθεὶς, καὶ τοῦτον αὐτὴν θεμελιώσας τὸν τρόπον. Καὶ καθ' ἕτερον δὲ λογισμὸν παρίστησι τὸ μὴ αὐτόματον ὑποστῆναι τὴν γῆν, μηδὲ ὡς ἔτυχεν, εἰκῇ καὶ ἀλόγως, τὸ

(1) Idipsum monet Theodoretus. In Hebraico exemplari nihil de Sabbato.
(2) Alius, μεγαλουργίᾳ.

τοιοῦτον αὐτῇ περιβεβλῆσθαι σχῆμα· διὸ ἐπιλέγει· *Καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν.* Εἰ μὲν γὰρ ὅλη δι' ὅλου λεία καὶ ὁμαλὴ κατὰ τὴν σφαῖραν τῶν Ἑλλήνων ὑπῆρχεν, οὐκ ἄν ποτε τῆς τῶν ποταμῶν συστάσεως δεκτικὴ ἐγεγόνει· οὐδ' ἂν εἰς γεωργίαν ἐπιτηδεία, ἐκρεόντων ἀπανταχόθεν τῶν εἰς αὐτὴν φερομένων ὄμβρων· ὡς αὖ πάλιν ἐκ τοῦ ἐναντίου, εἰ πλὰξ ἦν μία ἠπλωμένη καὶ ἀνειμένη εἰς πεδιάδας χώρας, οὐδ' οὕτως συνέστησαν ἐν αὐτῇ ποταμοί· οἵ τ' ἐξ ἀεννάων πηγῶν φερόμενοι, οἵ τε ἐκ τῶν χειμερινῶν ὄμβρων συνιστάμενοι· πάλαι δ' ἂν ἐπικλύσαντες πᾶσαν, οὔτε σπέρμασιν, οὔτε φυτοῖς, οὔτε γεωργίαις ἐπιτηδείαν αὐτὴν παρεῖχον· ἀλλ' οὐδὲ αὐτοῖς τοῖς οἰκήτορσιν γεγόνει ἂν χρήσιμος, πάντων ἐπικλυζομένων καὶ κατασυρομένων ὑπὸ τῆς τῶν ὑδάτων πλημμύρας. Ταῦτα μὲν οὖν ἦν, εἰ μὴ λόγος τις δημιουργικὸς καὶ Θεοῦ σοφία τεχνικῶς αὐτῇ τοιόνδε σχῆμα περιβεβλήκει· νυνὶ δὲ οὕτως κατεσκευάσθη, ὡς εἰς ὄρη καὶ νάπας, βουνούς τε καὶ φάραγγας ἐσχηματίσθαι· ὡς καὶ ποταμοὺς τὰς ἑαυτῶν διεξόδους ἀκωλύτως ποιεῖσθαι· ὄρη τε καὶ ἄλση καὶ φυτὰ ζώοις ἀπονέμεσθαι· χώρας τε καὶ πεδιάδας εἰς οἰκήσεις καὶ γεωργίας ἀνθρώποις ἀφωρίσθαι. Τίς τοίνυν οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν ἀληθῶς σοφῆς εἶναι προμηθείας ταῦτα; ἢ, προλαβοῦσα τὸ μέλλον πρὸ τοῦ πληρώματος τῆς γῆς, καὶ πρὸ τοῦ συστῆναι τὰ ἐν αὐτῇ, τοιάνδε αὐτὴν ἐσχημάτισε, καταλλήλῳ διαπλάττουσα τύπῳ, ὡς ἂν τοῖς πᾶσι γένοιτο ἐπιτηδεία. Μυστικώτερον δὲ τοῦ Κυρίου γέγονεν ἡ γῆ.

Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου; ἢ τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ; τὸ τελικὸν ἀγαθὸν καὶ τὸν Θεὸν Λόγον λεκτέον, ἐφ' ὃ ἀναβαίνει ὁ διὰ προκοπῆς ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν αὐτοῦ φθάσαι γλιχόμενος. Σπάνιος δὲ ὁ τοιοῦτος· διὸ εἴρηται· *Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου; ἢ τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ;*

Ἀθῷος χερσὶ καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ὤμοσεν ἐπὶ δόλῳ τῷ πλησίον αὐτοῦ. Οὗτος λήψεται εὐλογίαν παρὰ Κυρίου, καὶ ἐλεημοσύνην παρὰ Θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ. Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων αὐτόν, ζητούντων τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. Διάψαλμα. Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατός, Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ. Ἴσως δὲ διὰ τῆς πεύσεως καὶ ἀποκρίσεως διδάσκουσι πάντας ἀνθρώπους τὴν δεσποτείαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· εἴ γε τίς δ' οἴη ταύτας μὴ ἀγνοεῖν. Τινὲς δὲ τὴν δευτέραν πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν, οὐ ταῖς ἔτι ἀνωτέρω δυνάμεσιν εἰρῆσθαι φασὶν, ἀλλὰ ταῖς αὐταῖς. Τό τε διάψαλμα πρὸ τοῦ· *Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν,* κείμενον, τῆς μελῳδίας ἔοικε μεταβολὴν πεποιῆσθαι· ἐπεὶ καὶ τῆς διανοίας αὐτῆς. Ἐν δὲ τῷ λέγειν εἰσελεύσεσθαι αὐτὸν, λεληθότως καὶ ἔξοδον αὐτοῦ ᾐνίξατο. Εἶτ' ἐπεὶ μὴ μόνος ἤμελλεν εἰσιέναι εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν, πάσας ἀναπεταθῆναι τὰς πύλας ὁ λόγος παρακελεύεται διὰ τοὺς

A que tota et in omnibus sui partibus, lævi æquabilique superficie, secundum illam Græcorum sphæram, fuisset, nunquam fluminum congregationem admisisset; neque agriculturæ apta foret, diffluentibus undequaque pluviis: ut e converso iterum, si plana esset, unaque superficies, extensa in planities et agros; nequaquam flumina ex perennibus fontibus manantia illic exsisterent; neque fluvii qui ex hibernis imbribus coalescunt; sed jamdiu totam terram inundassent, ita ut neque sationi, neque plantis et arboribus, neque agriculturæ idoneam præberent. Neque ipsa incolis suis apta utilisque fuisset, cum aquarum colluvie omnia inundarentur ac diffluerent. Hæc sane accidissent, nisi verbum quodpiam opifex rerum, ac Dei sa-
B pientia, artificio magno talem ipsi undique formam indidisset. Jam vero sic composita est, ut in montes et clivos, colles et valles distribuatur, utque flumina, nullo obice, suos sibi exitus parent; montes, silvæ et arbores animalibus deputentur; agri et planities hominibus ad domicilium et agriculturam destinata sint. Quis ergo non confiteatur hæc a sapienti quadam providentia proficisci? Quæ futura prospiciens antequam plenitudo terræ et quæ in ea sunt consisterent, tali eam forma exornavit, congruentibus mutuisque illam modis efformans, ut omnibus commoda evaderet. Mystico autem more hæc terra Domini fuerit [ea nimirum quæ mox indicatur].

C Vers. 3. *Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus?* Id de perfecto bono ac de Deo Verbo explicandum, ad quod ascendit quisquis progressus cacumen ejus attingere expetit. Sed rari hujusmodi sunt; quare dicitur: *Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto ejus?*

Vers. 4-8. *Innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo. Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Jacob. Diapsalma. Attollite portas, principes, vestras; et elevamini, portæ æternales, et introibit Rex gloriæ. Quis est iste*
D *Rex gloriæ? Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio.* Fortasse ii per interrogationem et responsionem omnes homines de dominatu Domini nostri Jesu Christi instituunt: si putetur tamen eas ipsas [cœlestes potestates] id non ignorare. Sunt qui arbitrentur secundam interrogationem et responsionem non sublimioribus potestatibus factam, sed iisdem atque priorem. Diapsalma vero ante illud, *Attollite portas, principes, vestras*, positum, videtur melodiæ solum immutationem inducere, quia eadem in sequentibus sententia. Cum autem introiturum ipsum ait, exitum etiam ejus latenter adumbravit. Deinde vero quia non ipse solus intraturus in regnum suum erat, portas omnes pandi et aperiri jubetur, eorum

scilicet causa qui cum Dei Filio regnum cœlorum consecuturi erant. Multas quippe ac diversas ad regni cœlorum aditum portas aperuit: nam apud Patrem mansiones multæ sunt [27]. Ac perpende, quæso, num hic solvatur quæstio psalmi, qui sic habet: *Ascendit Deus in jubilatione, Dominus in voce tubæ* [28]. Hic Spiritus sanctus jubilationem ac vocem tubæ dedit. Nam in ascensu Filii Dei in cœlos, par fuit ipsi obviam isse angelos, suæ pro hominibus œconomiæ administros, atque cœlestium portarum fores ipsi aperuisse, voces angelicosque clamores, qui in psalmo feruntur, emisisse: quos jubilationem et vocem tubæ nuncupat dicens: *Ascendit Deus in jubilatione, Dominus in voce tubæ.*

A μέλλοντας κληρονομεῖν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν σὺν τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Πολλὰς γὰρ ἀνέῳξε καὶ διαφόρους πύλας τῆς εἰς τοὺς οὐρανοὺς εἰσόδου· ἐπεὶ καὶ πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί. Ὅρα δὲ εἰ μὴ ἐν τούτοις λυθείη ἂν τὸ ζητούμενον ἐν τῷ φάσκοντι ψαλμῷ· *Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος.* Ἐνταῦθα γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ τὸν ἀλαλαγμὸν καὶ τὴν φωνὴν τῆς σάλπιγγος ἀποδίδωσιν. Ἐν γὰρ τῇ εἰς οὐρανοὺς ἀναβάσει τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοὺς διακονησαμένους αὐτῷ ἀγγέλους τὴν εἰς ἀνθρώπους οἰκονομίαν προτρέχειν αὐτῷ εἰκὸς, καὶ τὰς οὐρανίους πύλας αὐτῷ παρασκευάζειν, φωνάς τε ἀφιέναι καὶ βοὰς ἀγγελικὰς, τὰς ἐν τῷ ψαλμῷ φερομένας· ἃς δὴ ἀλαλαγμὸν καὶ φωνὴν σάλπιγγος ὠνόμασε φήσας· *Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύ-*
B *ριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος.*

DAVIDI XXIV.

Cum neque psalmus, neque canticum, neque quid simile inscribatur, neque in finem hæc referantur; ac quidam sermones sint in Spiritu sancto a Davide conscripti, ideo a reliquis interpretibus *Davidis* inscribitur. Jure dicamus ipsum doctrinam complecti confessionis Deo emissæ; qua prior quidem David usus sit, deinde nobis eamdem ipsam tradiderit, ut doceret quo pacto infirmum quemque animam curare suam per confessionem oporteat.

ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΚΔ'.

Ἐπεὶ μήτε ψαλμὸς ἐπιγέγραπται, μήτε ᾠδὴ, μήτε τι τῶν παραπλησίων, ἀλλ' οὐδ' εἰς τὸ τέλος ἀναπέμπεται τὰ προκείμενα· λόγοι δέ εἰσιν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι τῷ Δαυὶδ συγγεγραμμένοι· διὸ παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς *τοῦ Δαυὶδ* προγέγραπται· εἰκότως φήσομεν διδασκαλίαν περιέχειν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἐξομολογήσεως, ᾗ πρῶτος μὲν αὐτὸς ὁ Δαυὶδ ἐχρήσατο, ἔπειτα δὲ καὶ ἡμῖν παραδέδωκε, παιδεύων ὅπως χρὴ νοσήσαντα τὴν ἑαυτῶν θεραπεύειν ψυχὴν δι' ἐξομολογήσεως.

Vers. 2, 3. *Ad te, Domine, levavi animam meam; Deus meus, in te confido, non erubescam: neque irridcant me inimici mei, etenim universi qui sustinent te non confundentur.* Hæc ait, quasi in altum evectus et translatus; ut qui animam suam ab infimis rebus abstractam sublimem egerit, atque affectu eam sursum ac Deo vicinam constituerit, et mortalia humanaque aversatus, ad Deum se sincero corde converterit. Deindeque ait: Non mihi, sed tibi Deo meo confisus, multaque usus fiducia, talem rem aggressus sum. Qui omnia quæ sub aspectum et sensum cadunt contempsit, et ad incorporeum invisibilemque Deum animam erexit, Deum, ut possessum abs se bonum, fidenter invocat; quapropter dicit: *Deus meus, in te confido.* Quæ ad me attinent, inquit, ita se habent. Cæterum precibus mihi divinoque tuo auxilio opus est, ut ne a scopo aberrem, neve ceu a prælto cacumine lapsus atterar. Quare obsecro rogoque, ne ab inimicis meis pudore suffundar et irridear: quod sane tuo Dei mei auxilio obtinebo. Nam pristina quidem ex proprio voluntatis delectu proficiscebantur, ut scilicet animam meam arbitratu meo sus deque agerem: secunda patrocinio et subsidio egent tuo.

Πρὸς σὲ, Κύριε, ἦρα τὴν ψυχήν μου· ὁ Θεός μου, ἐπὶ σοὶ πέποιθα, μὴ καταισχυνθείην· μηδὲ καταγελασάτωσάν με οἱ ἐχθροί μου· καὶ γὰρ πάν-
C *τες οἱ ὑπομένοντές σε οὐ μὴ καταισχυνθῶσι.* Ταῦτά φησιν, ὡσανεὶ ἐπάρας εἰς ὕψος μεταθείς τε καὶ μετεωρίσας τῶν τῇδε πραγμάτων τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· ἄνω τε πλησίον αὐτὴν τοῦ Θεοῦ τῇ διαθέσει καταστήσας δι' ἀποστροφῆς μὲν τῶν θνητῶν καὶ ἀνθρωπίνων, ἐπιστροφῆς δὲ γνησίας τῆς πρὸς αὐτόν. Ἐπειτά φησι· Τοῦτο πεποίηκα, οὐκ ἐμαυτῷ θαῤῥῶν, ἀλλ' ἐπὶ σοὶ τῷ Θεῷ μου πεποιθὼς, πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμενος. Ὁ πάντων μὲν τῶν αἰσθητῶν καὶ ὁρωμένων καταφρονήσας, ἐπὶ δὲ τὸν ἀσώματον καὶ ἀόρατον Θεὸν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐπάρας, ὡς ἂν ἴδιον ἑαυτοῦ κτῆμα γενόμενον τὸν Θεὸν ἐπικαλεῖσθαι θαῤῥεῖ· διὸ λέγει· *Ὁ Θεός μου, ἐπὶ σοὶ πέποιθα.* Καὶ τὰ παρ' ἐμοῦ μὲν, φησὶ, ταῦτα. Λοιπὸν δὲ εὐχῆς μοι δεῖ, καὶ τῆς παρὰ σοῦ τοῦ Θεοῦ συνεργείας, πρὸς τὸ μὴ
D ἐκπεσεῖν τοῦ σκοποῦ, μηδ' ὥσπερ ἀφ' ὑψηλῆς ἀκρωρείας πεσόντα ἀποῤῥαγῆναι. Διὸ δέομαι καὶ ἱκετεύω μὴ καταισχυνθῆναι, μηδὲ καταγελασθῆναι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν μου· ταῦτα δέ μοι ἔσται ἐκ τῆς σῆς τοῦ Θεοῦ μου βοηθείας. Τὰ μὲν γὰρ πρῶτα ἐξ ἐμῆς ἦν προαιρέσεως, τὸ ἄγειν καὶ φέρειν τὴν ἐμαυτοῦ ψυχὴν ὅπη καὶ βούλομαι· τὰ δὲ δεύτερα τῆς σῆς ἀντιλήψεως καὶ συνεργείας δεῖται.

Vers. 4. *Confundantur iniqua agentes supervacue.* Proposito insistere solum convenit, neque mutare sententiam, vel a fide deficere. Nam qui instabiles mobilesque sunt, ac omni vento circumferuntur, ii

Αἰσχυνθήτωσαν οἱ ἀνομοῦντες διακενῆς. Μόνον ὑπομένειν τῇ προθέσει, μηδὲ μεταβάλλειν, καὶ μεθίστασθαι τῆς πίστεως. Οἱ γὰρ εὐρίπιστοι καὶ παντὶ ἀνέμῳ περιφερόμενοι πάθοιεν ἄν ποτε τὰ τῆς αἰσχύ-

[27] Joan. XIV, 2. [28] Psal. XLVI, 6.

νης· οὐ μὴν καὶ οἱ λέγειν μεμαθηκότες· *Ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν Κύριον*. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἀνομοῦντες*, οἱ λοιποὶ καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις, *οἱ ἀποστατοῦντες* ἡρμηνεύκασιν· σαφῶς τοὺς παραβάτας, καὶ μὴ τῷ προτέρῳ ἑαυτῶν σκοπῷ ἐμμένοντας καταισχυνθήσεσθαι ἀποφηνάμενοι. Τῆς γὰρ ἀποστασίας ἑαυτῶν καρπὸν ὑπόκενον εὑρόντες, ὡς ἂν διακενῆς ἀποστατήσαντες τοῦ Θεοῦ, καταισχυνθήσονται.

A certe in confusionem et opprobrium delabentur: sed non perinde ii qui hæc effari didicerunt, *Expectans expectavi Dominum* [29]. Hujus autem loco, *iniqua agentes*, reliqui interpretes ac Quinta editio *deficientes* interpretati sunt : quo prævaricatores, necnon eos qui in pristino scopo ac consilio non perseverarunt, pudore afficiendos esse aperte declarant. Postquam enim vanum irritumque defectionis suæ fructum deprehenderint, utpote qui frustra a Deo desciverint, in pudorem ac turpitudinem delabentur.

Τὰς ὁδούς σου, Κύριε, γνώρισόν μοι, καὶ τὰς τρίβους σου δίδαξόν με. Ὁδήγησόν με ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν σου καὶ δίδαξόν με, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ Σωτήρ μου, καὶ σὲ ὑπέμεινα ὅλην τὴν ἡμέραν. Εἰσὶ δὲ ὁδοὶ τοῦ Κυρίου αἱ τῆς προνοίας αὐτοῦ διοικήσεις, καθ' ἃς τὰ σύμπαντα διακυβερνᾷ· περὶ ὧν ὁ θεῖος Ἀπόστολος διδάσκων ἔλεγεν· *Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ*. Οὕτω δὲ καὶ τρίβοι αὐτοῦ εἶεν αἱ κατὰ μέρος διοικήσεις τῶν ὅλων, καθ' ἃς ὥσπερ ἐπιπορευόμενος τά τε κατ' οὐρανὸν καὶ τὰ ἐπὶ γῆς τῇ προνοητικῇ δυνάμει, τρίβους ἑαυτοῦ καὶ πορείας τοῖς νοεῖν δυναμένοις δείκνυσι· διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον, εἴρηται, *καὶ τὰς πορείας σου δίδαξόν με*. Ταῦτα δέ με διδάσκων, ἐπίστησόν με τῇ ἀληθείᾳ σου, πρὸς τὸ μὴ σφάλλεσθαι ψευδοδοξοῦντα, καὶ ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων ἐν τῇ τῶν φυσικῶν θεωρίᾳ δοξάζειν, ὁποῖα πεπόνθασιν οἱ σοῦ τοῦ Θεοῦ μὴ τυχόντες διδασκάλου, λογισμοῖς δὲ θνητοῖς καὶ ἀνθρωπίνοις καταστοχασάμενοι τῶν πραγμάτων, καὶ μακρὰν τῆς ἀληθείας ἐξακοντισθέντες. Διδαχθεὶς δὲ παρὰ σοῦ, ὅτι μὴ μόνον κτίστης καὶ δημιουργὸς καὶ Θεός μου τυγχάνεις, ἀλλὰ καὶ Σωτήρ μου, εἰκότως *σὲ ὑπέμεινα ὅλην τὴν ἡμέραν*, τουτέστι πᾶσαν τὴν ζωήν μου, μεμαθηκὼς, ὅτι *πάντες οἱ ὑπομένοντές σε οὐ μὴ καταισχυνθῶσιν*.

VERS. 5. *Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua et doce me, quia tu es Deus Salvator meus, et te sustinui tota die.* Sunt porro viæ Domini, providentiæ ipsius administrationes, queis omnia gubernat : B quas nos divinus edocet Apostolus his verbis : *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus et investigabiles viæ ejus* [30]! Eadem vero ratione semitæ ejus, singulæ universorum administrationes fuerint, quibus cœlestia terrenaque ceu percurrens, hominibus intelligentia præditis semitas progressusque demonstrat suos; quamobrem, secundum Symmachum, dicitur, *et progressus tuos edoce me*. Hac autem me doctrina instituens, veritate tua confirma me; ne labar falsis opinionibus, neu in naturalium rerum speculatione alia æstimem pro aliis, qualia iis acciderunt qui te Deo magistro non sunt usi, sed mortalibus humanisque ratiociniis a rerum notitia aberrarunt, et procul a veritate disjecti sunt. Abs C te sic edoctus, te non creatorem modo, opificem Deum, sed etiam Servatorem esse meum, jure *te sustinui tota die*, id est, per totum vitæ tempus, gnarus scilicet illius, *universi qui sustinent te, non confundentur*.

Μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν σου, Κύριε, καὶ τὰ ἐλέη σου, ὅτι ἀπὸ τοῦ αἰῶνός εἰσιν. Ἁμαρτίας νεότητός μου, καὶ ἀγνοίας μου μὴ μνησθῇς. Οὐχ ἡγοῦμαι ταῦτα τῷ Δαυὶδ τοσοῦτον ἁρμόζειν, ὅσον τοῖς ἐξομολογεῖσθαι ἐπὶ τοῖς πρότερον ἁμαρτήμασιν ἑαυτῶν διδασκομένοις. Οὐ γὰρ εὑρίσκομεν τὸν Δαυὶδ ἐν τῇ νεότητι αὐτοῦ ἡμαρτηκότα, οὐδ' ἐν τῇ παιδικῇ ἡλικίᾳ· ἀλλ' οὐδ' ἐν ἀγνοίᾳ γεγενημένον. Μήποτ' οὖν D ἡ διδασκαλία ὡς παρὰ ἰατροῦ τοῖς νενοσηκόσι, καὶ ἐν τῇ τῆς ἡλικίας ἀκμῇ ἐντὸς γενομένοις Θεοῦ γνώσεως, νεωτερικοῖς ἁμαρτήμασιν ἐγκαλινδηθεῖσιν, δίκην φαρμάκου παραδέδοται; ὡς ἂν μαθόντες ἐξομολογοῖντο τὰ ἐν ἀγνοίᾳ αὐτοῖς πεπλημμεληκότα, ἀναλαλύπτοντες τῷ Θεῷ, καὶ ὥσπερ παλαιὰ τραύματα τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς ἀπογυμνοῦντες αὐτῷ, δεόμενοί τε ἰάσεως καὶ θεραπείας τυχεῖν διὰ τοῦ ἐλέους αὐτοῦ, *ἕνεκεν τῆς χρηστότητός σου, Κύριε*.

VERS. 6, 7. *Reminiscere miserationum tuarum, Domine, et misericordiarum tuarum quæ a sæculo sunt. Delicta juventutis meæ et ignorantias meas ne memineris.* Hæc non tam Davidi congruere arbitror, quam iis qui didicerunt pristina peccata confiteri sua. Non enim reperimus Davidem in adolescentia sua neque in juvenili ætate peccasse; sed neque per ignorantiam deliquisse. Num igitur doctrina isthæc ceu a medico ægris, et iis qui in ætatis flore Dei notitia imbuti sunt, atque in juvenilibus peccatis volutati, quasi medicina tradita est? ut eruditi, peccata sua per ignorantiam admissa confiteantur, ipsaque Deo revelent, ac tanquam vetera animæ suæ vulnera ipsi delegant, medicinam et incolumitatem rogantes per misericordiam ejus, *propter bonitatem tuam, Domine*.

Χρηστὸς καὶ εὐθὺς ὁ Κύριος, διὰ τοῦτο νομοθετήσει ἁμαρτάνοντας ἐν ὁδῷ. Ὁδηγήσει πραεῖς ἐν κρίσει, διδάξει πραεῖς τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ. Χρη-

VERS. 8, 9. *Dulcis et rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Diriget mansuetos in judicio, docebit mites vias suas.* Dulcis, inquit,

[29] Psal. XXXIX, 2. [30] Rom. XI, 33.

et rectus Dominus est, qui probe omnia dispensat, rectamque diligit viam, ac tortuosa in rectum callem deducit. Quapropter peccatores non aversatur, neque negligit sinitve eos peccatis corrumpi suis : sed quasi perhumanus bonusque Servator infirmorum plus quam bene habentium curam gerit, atque ipsis legem dat, pœnitentiæ vias indicans, legesque ponens ipsis ad salutem congruentes. Nam vel iis qui peccant via quædam salutis ostenditur, videlicet conversionis, pœnitentiæ, confessionis, quæ quidem alia est a via perfectis viris tradita. Nam cum legem dat Deus, viam peccantibus aliam, aliam a peccato se convertentibus, aliam iis qui in virtute proficiunt, aliam demum perfectioribus tradit. Quamobrem peccantibus quidem viam ostendit; mansuetos cum judicio diriget, eorumque, utpote perfectiorum, curam geret : quare dignos eos qui beati prædicarentur æstimavit, secundum illud : *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram* [31]. Hos etiam docet vias suas. Loco autem illius, *vias suas :* Aquila et Symmachus, *viam suam* dixerunt. Nam ea ipsa via Salvator incessit, prout dicitur : *Discite a me quia mitis sum et humilis corde* [32]. Eadem igitur ipsa via illos deducit et quasi manu dirigit. Idcirco ut sapiens legislator, aliam peccatoribus, mitibus alteram viam ostendit.

στός ἐστιν καὶ εὐθὺς, φησὶν, ὁ Κύριος, εὖ διατιθέμενος τὰ πάντα, καὶ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἀγαπῶν, τά τε σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν ἄγων. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀποστρέφεται, οὐδὲ παρορᾷ καταλιμπάνων αὐτοὺς φθείρεσθαι ταῖς ἑαυτῶν ἁμαρτίαις· ἀλλ' οἷα φιλάνθρωπος καὶ ἀγαθὸς Σωτὴρ νοσούντων μᾶλλον ἢ ὑγιαινόντων τὴν φροντίδα ποιεῖται· καὶ τούτοις νομοθετεῖ, μετανοίας ὁδοὺς ὑποδεικνὺς αὐτοῖς, καὶ νόμους τοὺς ἁρμόζοντας αὐτοῖς πρὸς σωτηρίαν παρατιθέμενος. Ἔστι γάρ τις καὶ ὁδὸς τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπιδεδειγμένη σωτηρίας, ἡ τῆς ἐπιστροφῆς καὶ μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως, ὡς ἑτέρα οὖσα παρὰ τὴν τοῖς τελείοις δεδομένην. Νομοθετῶν γὰρ ὁ Θεὸς, ἄλλην μὲν ἁμαρτάνουσιν ὁδὸν δείκνυσιν, ἑτέραν δὲ τοῖς ἐπιστρέφουσιν ἐξ ἁμαρτίας, καὶ ἄλλην πάλιν τοῖς ἐν ἀρετῇ προκόπτουσι, καὶ ἑτέραν τοῖς τελειοτέροις. Διὸ τοῖς μὲν ἁμαρτάνουσιν ὑποδείκνυσιν ὁδόν· τοὺς δὲ πραεῖς ὁδηγήσει ἐν κρίσει κεκριμένως, καὶ αὐτῶν πρόνοιαν ποιούμενος ὡς βελτιόνων· διὸ καὶ μακαρισμῶν αὐτοὺς ἀξιοῖ, κατὰ τὸ, *Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν.* Τούτους δὲ καὶ διδάσκει ὁδοὺς αὐτοῦ. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ὁδοὺς αὐτοῦ*, ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ Σύμμαχος, *ὁδὸν ἑαυτοῦ*, ἔφησεν. Ταύτην γὰρ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ὥδευσε τὴν ὁδὸν κατὰ τὸ λελεγμένον· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.* Κατὰ ταύτην οὖν ἄγων αὐτοὺς, ὁδηγὸς αὐτῶν καὶ χειραγωγὸς γίνεται· διόπερ ὡς σοφὸς νομοθέτης, ἄλλην μὲν ὁδὸν ἐπιδείκνυσι τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἑτέραν δὲ τοῖς πράοις.

Vers. 10. *Universæ viæ Domini, misericordia et veritas requirentibus testamentum ejus et testimonia ejus.* Multæ, inquit, viæ Domini sunt, verum omnibus prærcurrit misericordia ejus : cum misericordia porro veritas una procedit, miseretur quippe omnium et nihil odit eorum quæ fecit [33] : neque enim aliquid condidit quod odio haberet. Singulis igitur divinæ administrationis et providentiæ viis misericordia præcurrit, misericordiam veritas subsequitur. Iis autem qui sollicite requirunt, quæstionum veram notitiam subministrat qui ait : *Quærite, et invenietis, pulsate, et aperietur vobis* [34]. Testamentum vero ejus in genere acceptum, vocatur omnis divinitus inspirata Scriptura hominibus tradita. Testimonia sunt quotquot in Scripturis divinis de illo prophetice feruntur, aut quæ ab ipso iis qui in rebus divinis instituuntur, testificatione adhibita, præcepta sunt.

Πᾶσαι αἱ ὁδοὶ Κυρίου ἔλεος καὶ ἀλήθεια τοῖς ἐκζητοῦσι τὴν Διαθήκην αὐτοῦ καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ. Πολλαὶ μὲν, φησὶν, αἱ ὁδοὶ τοῦ Κυρίου, πλὴν ἀλλ' ἐν πάσαις τὸ ἔλεος αὐτοῦ προτρέχει· τῷ τε ἐλέει συμπαρορμᾷ ἡ ἀλήθεια· ἐλεεῖ γὰρ τὰ ὄντα καὶ οὐδὲν βδελύσσεται ὧν ἐποίησεν· οὐδὲ γὰρ μισῶν τι κατεσκεύασε. Καθ' ἑκάστην τοίνυν ὁδὸν τῆς τοῦ Θεοῦ διοικήσεώς τε καὶ προνοίας τὸ ἔλεος αὐτοῦ προτρέχει, ἕπεται δὲ τῷ ἐλέῳ ἡ ἀλήθεια. Τοῖς δ' ἐκζητοῦσιν, ἀσχολουμένοις, ὁ εἰπών· *Ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε, κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν*, τὴν περὶ τῶν ζητουμένων ἀλήθειαν παραδίδωσιν. Διαθήκη δὲ αὐτοῦ γενικῶς καὶ καθ' ὅλου ὠνόμασται πᾶσα ἡ ἀνθρώποις παραδοθεῖσα θεόπνευστος Γραφή. Μαρτύρια δὲ αὐτοῦ τυγχάνει ἤτοι τὰ προφητικῶς περὶ αὐτοῦ ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ μεμαρτυρημένα, ἢ τὰ κατὰ διαμαρτυρίαν ὑπ' αὐτοῦ τοῖς τὰ θεῖα παιδευομένοις παρηγγελμένα.

Vers. 12, 13. *Quis est homo qui timet Dominum? legem statuet ei in via, quam elegit. Anima ejus in bonis demorabitur, et semen ejus hæreditabit terram.* Audiat, inquit, quisquis timet Dominum, atque in una, quam elegit, via incedit, quidnam ipsi eventurum sit. Et nunc quidem ille malis afficietur, ut par est, quippe qui religionis ac pietatis certaminibus exerceatur. At erit tempus quo anima ejus in bonis demorabitur : quibusnam in bonis, nisi de quibus dictum est : *Quæ oculus non vidit* [35], et

Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον; νομοθετήσει αὐτῷ ἐν ὁδῷ, ᾗ ᾑρετίσατο. Ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν ἀγαθοῖς αὐλισθήσεται, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ κληρονομήσει γῆν. Ἀκουέτω, φησὶ, πᾶς ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, μίαν τε ὁδὸν ἣν ἂν ἕλοιτο διαπορευόμενος, τί αὐτὸν περιμένει. Νῦν μὲν κακοπαθήσει, οἷα εἰκὸς, ἐγγυμναζόμενος τοῖς τῆς θεοσεβείας ἄθλοις· ἔσται δὲ καιρὸς ὁπηνίκα ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν ἀγαθοῖς αὐλισθήσεται· ποίοις δὲ ἀγαθοῖς ἢ περὶ ὧν εἴρηται· *Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε*, καὶ τὰ ἑξῆς;

[31] Matth. v, 4. [32] Matth. xi, 29. [33] Sap. xi, 25. [34] Matth. vii, 7. [35] I Cor. ii, 9.

Τό γε μὲν σπέρμα, ὅπερ κατεβάλετο ἐν τῇ γῇ καθ' ὃν ἐπολιτεύετο ἐπὶ γῆς χρόνον, πολλοὺς κληρονομήσει, σωτηρίας αἴτιον γινόμενον πολλοῖς. Σπέρμα δὲ τί ἂν εἴποις ἢ τὴν διδασκαλίαν καὶ τοὺς λόγους καὶ τὰ συγγράμματα, ἢ τοὺς κατὰ Θεὸν αὐτῷ γεννηθέντας καὶ μαθητευθέντας ἄνδρας; δι' ὧν καὶ μετὰ τὴν ἐν ἀγαθοῖς ἀνάπαυσιν αὐτοῦ μυρίοι τῆς παρὰ τῷ Θεῷ κληρονομίας τεύξονται, ἅτε ἀγαθῶν σπερμάτων τυχόντες καὶ ὠφελημένοι τὴν ἔνθεον καρποφορίαν.

Κραταίωμα Κύριος τῶν φοβουμένων αὐτόν, καὶ ἡ Διαθήκη αὐτοῦ τοῦ δηλῶσαι αὐτοῖς. Ὁ μὲν Ἀκύλας, *ἀπόῤῥητον Κυρίου* (1) ἐξέδωκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ὁμιλία Κυρίου*· ὁ δὲ Θεοδοτίων καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις, *μυστήριον Κυρίου*. Ἐντεῦθεν γὰρ εἰς τοσαύτην ἦλασε μακαριότητα ὁ ἀνωτέρω προλεχθεὶς φοβούμενος Κύριον ἐκ τοῦ ὁμιλίαν τοῦ Κυρίου, καὶ ἀπόῤῥητον αὐτοῦ, καὶ τὸ μυστήριον αὐτοῦ γνωστὸν αὐτῷ γεγονέναι, καὶ τὰ ἐν τῇ Διαθήκῃ αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ, περιεχόμενα μυστήρια.

Οἱ ὀφθαλμοί μου διὰ παντὸς πρὸς τὸν Κύριον, ὅτι αὐτὸς ἐκσπάσει ἐκ παγίδος τοὺς πόδας μου. Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ καὶ ἐλέησόν με, ὅτι μονογενὴς καὶ πτωχός εἰμι ἐγώ. Αἱ θλίψεις τῆς καρδίας μου ἐπληθύνθησαν, ἐκ τῶν ἀναγκῶν μου ἐξάγαγέ με. Οὐ διὰ τὰ κατορθώματα ὥσπερ ὀφειλομένην τὴν σωτηρίαν αὐτῷ· οἶδα γάρ, ὅτι, πάντα ποιήσας τὰ παρ' ἐμαυτοῦ, ἔτι τοῦ σοῦ ἐλέους δέομαι. Διὸ *ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με.* Σύνοιδα γὰρ ἐμαυτῷ πτωχῷ καὶ ἀβοηθήτῳ καὶ μὴ ἐπαρκοῦντι πρὸς σωτηρίαν. Ἴδιόν τέ ἐστι πάντων τῶν θεοφιλῶν τὸ ἑαυτοὺς κακοῦν ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις, καὶ διωγμοῖς· ἀλλ' οὐ καὶ ἀγνοοῦσι τὸ τούτων τέλος· διὸ τυχεῖν αὐτοῦ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἱκετεύουσι λέγοντες· *Ἐκ τῶν ἀναγκῶν μου ἐξάγαγέ με*· ὡς ἂν διελθόντες τὰς τοῦ βίου ἀνάγκας, τὰς δὲ συμφορὰς καὶ τὰς περιστάσεις, εἰπεῖν ποτε δυνηθεῖεν· *Διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀναψυχήν.*

Ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου καὶ τὸν κόπον μου, καὶ ἄφες πάσας τὰς ἁμαρτίας μου. Ἴδε τοὺς ἐχθρούς μου, ὅτι ἐπληθύνθησαν, καὶ μῖσος ἄδικον ἐμίσησάν με. Φύλαξον τὴν ψυχήν μου καὶ ῥῦσαί με· μὴ καταισχυνθείην, ὅτι ἤλπισα ἐπὶ σέ. Τὰ μὲν παρ' ἐμοῦ σπουδάζεται, τὰ δὲ παρὰ σοῦ τυχεῖν ἀξιῶ. Ἐγὼ μὲν οὖν ἐμαυτὸν κολάζω, καὶ ὥσπερ δίκην εἰσπραττόμενος ὧν πρότερόν ἐπλημμέλησα, ἐμαυτὸν τιμωροῦμαι, ταπεινῶν ἐμαυτὸν ἐν κόποις καὶ πόνοις· σὺ δὲ, ὁ Θεὸς, οἷά τις ἀγωνοθέτης, τὸν ἐμὸν ἀγῶνα θεωρῶν καὶ τοὺς ἐμοὺς καμάτους, δίδου τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ συγχώρει ὅσα πώποτε διεπραξάμην ἐν ἁμαρτίαις. Ἀλλὰ καὶ θεασάμενος τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ὁπόσοι ὄντες ἐπεβούλευον, καὶ ὡς μῖσος ἄδικον ἐμίσησάν με, φύλαξ γενοῦ τῆς ἐμῆς ψυχῆς,

cætera? Semen porro ejus, quod in terram jecit dum in ea versaretur, multos hæreditate accipiet, quibus causa salutis evadet. Semen vero quodnam esse dixeris, nisi doctrinam, sermones, scripta et homines qui secundum Deum ipsi nati atque ab eo instituti sunt? Qui numero pæne infiniti, post ipsius ir bonis adeptam requiem, utpote ex bono orti semine, ac divina illa utilique sibi prosapia progeniti, hæreditatem a Deo consequentur.

Vers. 14. *Firmamentum est Dominus timentibus eum, et testamentum ipsius ut manifestetur illis.* Aquila, *secretum Domini*, edidit; Symmachus, *colloquium Domini*; Theodotio et Quinta editio, *mysterium Domini*: inde enim ille superius memoratus qui timet Dominum, ad tantam felicitatem pervenit, quia colloquium Domini, secretum ac mysterium ejus, notum ipsi erat, nota item ea quæ in Testamento ejus, id est, in divinis Scripturis continentur mysteria.

Vers. 15-17. *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos. Respice in me et miserere mei, quia unicus et pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt, de necessitatibus meis erue me.* Non ob recte facta opera quasi debitam salutem mihi postulo; novi enim me, quamvis omnia pro facultate egerim, tuo tamen egere auxilio. Quamobrem *respice in me, et miserere mei.* Nam me pauperem, nulla fultum ope, ac saluti mihi procurandæ imparem scio. Proprium autem omnibus piis ac Deo amicis viris est, sese ærumnis affligere, in necessitatibus, in angustiis, in persecutionibus versari; sed qui sit eorum finis non ignorant: quare illius assequendi ergo Deo supplicant his verbis, *de necessitatibus meis erue me*; ut, superatis vitæ necessitatibus, calamitatibus, ærumnis, dicere aliquando possint: *Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium* [16].

Vers. 18-20. *Vide humilitatem meam et laborem meum, et dimitte universa delicta mea. Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt, et odio iniquo oderunt me. Custodi animam meam et erue me: non erubescam quoniam speravi in te.* Quod ad me spectat, sollicitudinem mei gero; sed opem imploro tuam. Ego quidem memetipsum castigo, et quasi supplicium de pristinis delictis sumens, ulciscor meipsum, me abjectum laboribus atque ærumnis constituo. Tu vero, Deus, ceu quis certaminum præfectus, et pugnam et labores meos contemplatus, veniam quæso, scelerum concedito, et quæcunque in peccatis edidi remittito. Sed etiam inimicos meos conspicatus, quot videlicet numero insidias mihi parent, et quod me odio iniquo per-

[16] Psal. LXV, 12.

(1) Hebraica sunt סוד יהוה, a Theodoreto autem lectio Symmachi sic affertur, μυστήριον Κυρίου. Quæ pariter Theodotionis esse ibidem fertur. Nos saniorem lectionem ex mss. omnibus, uno excepto, mutuamur.

sequantur, custos esto animæ meæ, et ab inimicorum insidiis erue me. His porro gestis, talibusque precibus emissis, ne confundar efflagito. Cum enim te spem meam constituerim, probe scio ac persuasum habeo, quod spes non confundat.

VERS. 21, 22. *Innocentes et recti adhæserunt mihi, quia sustinui te. Libera, Deus, Israel ex omnibus tribulationibus suis.* Hoc a me gestum opus, cum cæteris collatum, permagnum fuit, tibique Deo acceptum; multis enim exemplum tolerantiæ, vitæ probæ, pœnitentiæ et confessionis exstiti: quapropter innocentes et recti viri mihi ceu glutine conjuncti adhæserunt, meumque consortium expetiverunt; nulla sane alia de causa, quam quia perseverando sustinui, et nihil non perpessus sum, quod te spem meam constituerim. His hæc subnectit, *Libera, Deus, Israel ex omnibus tribulationibus suis:* scse scilicet Israelem ob superius memorata gesta nuncupat. Talis enim est quisquis ab animæ suæ conditione Israelis nomen obtinet. Aut alia ratione, cum ita institutus sit, ut non sui solius custodiam gerat, aut sui tantum sollicitus, pro se solo Deum precetur; post rem bene gestam, postquam sua recte composuit, pro universo populo Dei supplicationes emittit, rogatque, ut, quemadmodum se antehac ex ærumnis et angustiis eripere dignatus est, id ipsum agat erga totum Dei populum, qui intelligendi quadam ratione Israel nuncupatur.

καὶ ῥῦσαί με τῆς τῶν πολεμίων ἐπιβουλῆς. Τοσαῦτα δὲ πράξας καὶ τοσαῦτα δεηθείς, μὴ καταισχυνθῆναι ἀξιῶ. Σὲ γὰρ ἐλπίδα ἐμαυτοῦ θέμενος, ἀκριβῶς οἶδα καὶ πέπεισμαι, ὅτι ἡ ἐλπίς οὐ καταισχύνει.

Ἄκακοι καὶ εὐθεῖς ἐκολλῶντό μοι, ὅτι ὑπέμεινά σε. Λύτρωσαι, ὁ Θεὸς, τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ. Καὶ τοῦτό μοι πρὸς τοῖς ἄλλοις κατορθώμασι μέγα ὑπῆρξε, καὶ σοὶ τῷ Θεῷ φίλον· πολλοῖς γὰρ ἐγινόμην ὑπογραμμὸς καρτερίας, βίου τε σεμνοῦ καὶ μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως· διὸ ἄκακοι ἄνδρες καὶ εὐθεῖς συνήπτοντό μοι κολλώμενοι, καὶ συμβιοῦν ἀξιοῦντες, δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ ὅτι ὑπέμενον καρτερῶν, καὶ πάντα ὑπέφερον, σὲ τὴν ἐμαυτοῦ ἐλπίδα προβεβλημένος. Τούτοις ἅπασιν ἐπιλέγει· Λύτρωσαι, ὁ Θεὸς, τὸν Ἰσραὴλ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ· ἤτοι αὐτὸς ἑαυτὸν ἐξομολογούμενος Ἰσραὴλ ὀνομάζων διὰ τὰ προλεχθέντα αὐτοῦ κατορθώματα· τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ κατὰ ψυχὴν Ἰσραήλ. Ἢ ἄλλως, διδασκόμενος μὴ ἑαυτὸν μόνον φυλάττειν, μηδὲ αὐτῷ μόνῳ σπουδάζειν, καὶ περὶ μόνου ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν ἱκετεύειν· μετὰ δὲ τὸ κατορθῶσαι καὶ εὖ τὰ καθ' ἑαυτὸν διαθέσθαι, ὑπὲρ τοῦ παντὸς λαοῦ τοῦ Θεοῦ τὰς παρακλήσεις ἀναπέμπει· ἱκετεύει τε, ἵν' ὥσπερ ἀνωτέρω ἑαυτὸν ἠξίου ῥυσθῆναι ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ θλίψεων, οὕτω καὶ πάντα τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν κατὰ διάνοιαν Ἰσραὴλ ὀνομαζόμενον.

PSALMUS DAVID XXV.

VERS. 1. *Judica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea progressus sum, et in Domino sperans non commovebor.* Fortasse quispiam hæc dicta Davidi referens apposite dixerit, ipsum supplices Deo preces effundere pro vita sua. Nam cum sanctus Apostolus dicat: *Oportet primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones*[37]; ac prædicta in quatuor species distribuerit, par est nos ea quæ in psalmorum libro feruntur mente perpendere, atque indicare quinam eorum obsecrationes, qui orationes, qui postulationes, maximeque qui gratiarum actiones præferant: quidve aliud ab alio differat, atque ex toto psalmorum libro supra dictorum proprietates seligere; ut, verbi causa, obsecrationes, ex iis psalmis qui invocationes et supplicationes complectuntur, in quibus exstant etiam confessiones; qualis est vigesimus quartus psalmus, qui neque canticum, neque psalmus, neque hymnus, neque simile quidpiam, sed Davidi solum inscribitur. Orationes sunt, quotquot psalmi in titulo orationes dicuntur; cujusmodi est decimus sextus, octogesimus quintus, octogesimus nonus, centesimus primus, centesimus quadragesimus primus. Gratiarum actiones sunt, qui pari ratione ac centesimus secundus conscripti sunt, in quo sic legitur: *Benedic, anima mea, Domino, et noli oblivisci omnes retributiones ejus*, et cætera.

[37] I Tim. II, 1. Vide supra psalm. VII, 1, 5.

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΚΕ'.

Κρῖνόν με, Κύριε, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην, καὶ ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἐλπίζων οὐ μὴ σαλευθῶ. Ἰδίως ἄν τις ἐπὶ τὸν Δαυὶδ ἀναφέρων τοὺς προκειμένους λόγους, εἴποι ἂν ἐντυχίαν αὐτὸν ποιεῖσθαι πρὸς τὸν Θεὸν περὶ τοῦ ἰδίου βίου. Τοῦ γὰρ ἱεροῦ Ἀποστόλου φήσαντος· *Πρῶτον πάντων δεῖ ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας*· καὶ διελόντος τὰ προλεχθέντα εἰς εἴδη τέσσαρα, ἡμᾶς προσήκει τὴν διάνοιαν τοῖς ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν ἐμφερομένοις ἐφιστᾶν τὸν νοῦν, ἐπισημαινομένους τίνες μὲν αὐτῶν περιέχουσι δεήσεις, καὶ τίνες προσευχὰς, καὶ τίνες ἐντεύξεις, καὶ ἐπὶ πᾶσι τίνες εὐχαριστίας· τί τε διαφέρει θάτερον θατέρου, ἀναλέγεσθαί τε ἀπὸ πάσης τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν τὰ ἰδιώματα τῶν εἰρημένων· οἷον τὰς μὲν δεήσεις ἀπὸ τῶν περιεχόντων παρακλήσεις, καὶ ἱκετηρίας, ἐν αἷς δὲ καὶ ἐξομολογήσεις φέρονται· ὁποῖός ἐστιν ὁ εἰκοστὸς τέταρτος ψαλμὸς, οὔτε ᾠδὴ, οὔτε ψαλμὸς, οὔτε ὕμνος, οὔτε τι τοιοῦτον· ἀλλ' ἁπλῶς τῷ Δαυὶδ ἐπιγεγραμμένος. Προσευχαὶ δέ εἰσιν, ὅσοι ἐν τῇ προγραφῇ προσευχῶν ἐπιγράφουσιν· οἷον ὁ ἕξ καὶ δέκατος, καὶ ὁ ὀγδοηκοστὸς πέμπτος, καὶ ὀγδοηκοστὸς ἔννατος, καὶ ἑκατοστὸς πρῶτος, καὶ ἑκατοστὸς τεσσαρακοστὸς πρῶτος. Εὐχαριστίαι δέ εἰσιν οἱ ὁμοίως ἔχοντες τῷ ἑκατοστῷ δευτέρῳ, ἐν ᾧ εἴρηται· *Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον, καὶ μὴ ἐπιλανθάνου πάσας τὰς ἀνταποδόσεις αὐτοῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἔντευξιν δὲ περιέχει ὁ μετὰ χεῖρας, ἐν ᾧ γέγραπται· *Κρῖνόν με, Κύριε, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἐρεῖς οὖν, ἐπειδὴ ὄντως ἦρξατο ὁ Δαυὶδ, ὡς οἱ θεοφιλεῖς ἄνδρες ἐν τοῖς ἑαυτῶν τοῦ βίου κατορθώμασιν εἶχόν τινα πλεονεκτήματα ἐξαίρετα, ἐν οἷς ἕκαστος αὐτῶν ἰδίως διαπρεπὴς γέγονεν· οἷον ὡς ἐπὶ παραδείγματος, Ἰωσὴφ ἐν σωφροσύνῃ, Ἰὼβ τῇ τῶν δεινῶν ὑπομονῇ, Σολομὼν ἐν σοφίᾳ καὶ φρονήσει· Ἀβραὰμ διὰ τῆς πίστεως δεδικαιῶσθαι λέγεται· καὶ ἄλλος πάλιν ἐν ἄλλῳ ἀρετῆς ἀγῶνι μεμαρτύρηται διαλάμψας. Τούτοις οὖν ὁμοίως καὶ ὁ Δαυὶδ ἐξαίρετον ἀρετὴν κτησάμενος ἀναγέγραπται τὴν ἀνεξικακίαν· δι' ἣν καὶ τὸν Σαοὺλ ἤνεγκε, μυρία κατ' αὐτοῦ δεδρακότα, ἅπερ πράως καὶ ἀνεξικάκως ὑπομείνας ἀναγέγραπται. Ἐπεὶ τοίνυν ἐξαίρετος ἦν αὕτη τοῦ Δαυὶδ ἀρετὴ, λέγω δὲ ἡ τῆς πραότητος καὶ ταπεινοφροσύνης καὶ ἀνεξικακίας, ταῦτα πάντα ὁμοῦ περιλαβὼν ἀκακίαν αὐτὰ ὠνόμασε· καὶ ὡς ἐν τούτῳ μάλιστα τῷ μέρει κατορθώσας, ἐν τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἐντεύξει φησί· *Κρῖνόν με, Κύριε, ὅτι ἐγὼ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην*. Ἐπεὶ δὲ μέγα περὶ ἑαυτοῦ ἀπεφήνατο, ὥσπερ ἐγκαυχησάμενος τῷ ἐξαιρέτῳ ἑαυτοῦ κατορθώματι τῆς ἀκακίας ἢ τῆς ἁπλότητος, ἐπιλαμβάνεται αὐτὸς ἑαυτοῦ καὶ ἐπιλέγει ἀναγκαίως ἑξῆς· *Καὶ ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἐλπίζων οὐ μὴ ἀσθενήσω*. Ἀναγκαίως οὖν συνέπλεξεν ἑαυτὸν τῇ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐλπίδι, καὶ ἑαυτοῦ κατηγορεῖ, ὡς δυναμένου σαλευθῆναι καὶ ἐκτραπῆναι καὶ ἐξασθενῆσαι. Πλὴν οὐδὲν πείσεσθαι διὰ τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα θαῤῥῶν διεβεβαιοῦτο· ἤδει γὰρ, ὅτι ἡ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, κατὰ τὸν Ἀπόστολον.

Δοκίμασόν με, Κύριε, καὶ πείρασόν με· πύρωσον τοὺς νεφρούς μου καὶ τὴν καρδίαν μου. Ὅτι τὸ ἔλεός σου κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου ἐστὶ, καὶ εὐηρέστησα ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. Οὐχ ὡς ἀλαζονευόμενος, οὐδ' ἐπαιρόμενος ἔλεγε τό· *Δοκίμασόν με, Κύριε, καὶ πείρασόν με· πύρωσον τοὺς νεφρούς μου καὶ τὴν καρδίαν μου*· ἀλλ' ὡς ἐν εὐχῇ παρακαλῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καθαρθῆναι διὰ τῆς πυρώσεως, εἰ δέοιτο καθάρσεως. Παρακαλεῖ τοίνυν δοκιμασθῆναι καὶ πειρασθῆναι τὴν προλεχθεῖσαν αὐτοῦ ἀρετὴν, καθ' ἣν διαπρέψας ἀποδέδεικται, οὐκ ἐφ' ἑαυτῷ πεποιθὼς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ τοῦ Θεοῦ ἐλέῳ. Οὕτω γοῦν, φησὶ, διὰ παντὸς σὲ τὸν Θεὸν καὶ τὸν σὸν ἔλεον πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων, πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον καὶ πάσας μου τὰς πράξεις ἐπαιδαγώγουν, ὡς εὐαρεστῆσαι ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. Οὐ γὰρ μεθ' ὑποκρίσεως, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ περιεπάτησα καὶ ἀνεστράφην, μόνῳ τῷ Θεῷ εὐαρεστῆσαι σπουδάζων.

Οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος, καὶ μετὰ παρανομούντων οὐ μὴ εἰσέλθω. Ἐμίσησα ἐκκλησίαν πονηρευομένων, καὶ μετὰ ἀσεβῶν οὐ μὴ καθίσω. Εἴ που τοίνυν συνήρχοντο κατὰ τὸ αὐτὸ ἄνδρες οὐ σπουδαῖοι, οὐδ' ἐπὶ σπουδαίοις *πράγμασι συνεδρεύοντες*, ἐπὶ ματαίοις δὲ καὶ οὐκ ἀναγκαίοις ποιούμενοι τὴν σύνοδον· τούτους, φησὶν, ἔφυγον, ὥστε μὴ συμπεριπλέκεσθαι αὐτῶν τῇ ματαιότητι, *** ὡς

Postulationes continet præsens psalmus, in quo scriptum est : *Judica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea progressus sum*, etc.

Dicas igitur quia David eo se modo gerere incepit, religiosos viros in operibus abs se editis, quodam virtutum genere præcelluisse, in quo quisque ipsorum præclarus evasit ; ut, exempli causa, Joseph continentia, Job patientia in adversis ; Salomon sapientia et prudentia ; Abraham fide justificatus esse dicitur : et alius iterum alio virtutis certamine emicuisse prædicatur. Similiterque David præcipua quadam virtute, scilicet injuriarum oblivione, emicuisse scripto traditur ; qua Saulem patienter tulit, qui sexcentis eum malis affecerat, et hæc ipse moderate ac sine indignatione tulisse in Scriptura narratur. Quia igitur hæc Davidis præcipua virtus erat, mansuetudo nempe, humilitas, et tolerantia : hæc omnia una complectens, innocentiam vocavit. Et utpote qui hac præcipue in parte se præclare gessisset, in postulatione sua ita Deum compellat : *Judica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea progressus sum*. Quandoquidem magnum de se quidpiam pronuntiarat, quasi jactabundus de præclara sua innocentiæ et simplicitatis virtute, sese reprimit et quasi necessitate inductus adjicit, *et in Domino sperans non commovebor*. Necessario igitur spe in Deum se munivit, seseque incusat, ut qui commoveri, everti, ac infirmari valeat. Verum fidenter se, ob spem in Deum, nihil mali passurum asseverabat : noverat enim spem non confundere, secundum Apostolum [38].

Vers. 2, 3. *Proba me, Domine, et tenta me : ure renes meos et cor meum. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, et complacui in veritate tua.* Non quasi jactabundus et elatus animo hoc ait, *Proba me, Domine, et tenta me : ure renes meos et cor meum*, sed quasi in oratione postulando se a Deo igne purgari, si quidem purgatione egeat. Rogat igitur probari et examinari supra memoratam suam virtutem, qua præclarus commonstratus est ; non sibi, sed Dei misericordiæ confisus. Ita, inquit, te Deum, tuamque misericordiam præ oculis semper habens, vitam meam universaque opera sic institui, ut complacerem in veritate tua. Neque enim cum simulatione quadam, sed in veritate ambulavi ac versatus sum, unique Deo placere studui.

Vers. 4, 5. *Non sedi cum concilio vanitatis, et cum iniqua gerentibus non introibo. Odivi ecclesiam malignantium, et cum impiis non sedebo.* Sicubi una convenirent viri non frugi, neque de bonis operibus consilium agitantes, sed de vanis ac non necessariis rebus in cœtu suo pertractantes ; ab iis, inquit, refugiebam, ut ne talium hominum vanitati commiscerer, *** ut quid præter divinam legem aggredi

[38] Rom. v, 5.

auderent, multo magis ab iis declinabam, erroris una cum iis adeundi viam refugiens. Quod si quando viderem aliquos cœtum agentes, qui non pro vanitate nec pro improbis operibus convenirent, sed pro pravis et impiis dogmatibus in ecclesia congregarentur, hos plusquam supra dictos odio dignos rebar. Aliud vero a supra memoratis hominum genus conspicatus, impiorum videlicet, et qui Deum non nossent, ac qui in errore et idololatria volutarentur, ab iis secedebam; ita ut ne sedere quidem cum iis vellem, nec diu cum iis morari, ne qua mihi ex eorum congressu impietatis contagio hæreret. Quare dico : *et cum impiis non sedebo.*

A καὶ παρὰ τὸν θεῖον νόμον τολμᾷν τινὰ δρᾷν· καὶ τούτους ἔτι μᾶλλον ἔφυγον, παραιτούμενος τὴν ἅμα αὐτοῖς εἰς τὴν πλάνην εἴσοδον. Καὶ εἴ ποτε δὲ ἑώρων ἐκκλησιάζοντάς τινας, καὶ οὐκ ἐπὶ ματαιότητος συνερχομένους, ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ παρανόμοις ἔργοις, ἀλλ' ἐπὶ πονηροῖς καὶ ἀσεβέσι δόγμασιν, ἐν ἐκκλησίᾳ δῆθεν συγκροτουμένους, τούτους δὴ μάλιστα παρὰ τοὺς προλεχθέντας μίσους ἀξίους ἡγούμην. Καὶ ἕτερον δὲ τάγμα παρὰ τὰ προλελεγμένα εἰδὼς, τὸ τῶν ἀσεβῶν, τῶν τὸν Θεὸν μὴ εἰδότων, εἰδωλολατρείαις καὶ πλάνῃ καλινδουμένων, ἀνεχώρουν αὐτῶν, ὡς μηδὲ βούλεσθαι αὐτοῖς συγκαθέζεσθαι, μηδ' ἐπὶ πολὺ συγχρονίζειν, μὴ ἄρα τις ἐξ αὐτῶν γένοιτό μοι μετάδοσις ἀσεβείας· διὸ φημί· *Καὶ μετὰ ἀσεβῶν οὐ μὴ καθίσω.*

Vers. 6-8. *Lavabo inter innocentes manus meas, et circumdabo altare tuum, Domine : ut audiam vocem laudis, et enarrem universa mirabilia tua. Domine, dilexi decorem domus tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ.* In circuitu tabernaculi tui obambulando, hymnos emittebam pro sacrificiis, ut ab hominibus e vicino positis audirentur, ita ut omnes vocem meam te celebrantem, ac enarrantem universa mirabilia tua auscultarent. Nam in hymnis ad tui laudem concinnatis, admiranda gesta tua una complectebar, quæ proavis nostris exhibuisti. Neque duntaxat altare tuum circuibam, sed totam quoque domum tuam dilexi, Domine, maximeque decorem ejus, qui in piis dogmatibus et sermonibus, necnon in divinitus traditis lectionibus spectatur. Decor autem domus Dei fuerit, convenientium ornatus, inculpata vita, multitudinis honestas, concentus et concordia concurrentium. Sed quoniam vel ipsæ domus sedes, ob amoris erga Deum præstantiam, religiosis animis amabiles sunt, etiamsi diversæ sint a tradito domus Dei decore, merito adjecit, *et locum habitationis gloriæ tuæ.*

B *Νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου, καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, Κύριε, τοῦ ἀκοῦσαι φωνῆς αἰνέσεως, καὶ διηγήσασθαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. Κύριε, ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου, καὶ τόπον σκηνώματος δόξης σου.* Κυκλῶν σου τὸ θυσιαστήριον, ὕμνους ἀνέπεμπον ἀντὶ θυσίας, καὶ τὴν ἐμὴν φωνὴν ἀκουστὴν ἐποίουν τοῖς πλησιάζουσιν, ὥστε πάντας ἀκούειν τῆς ἐμῆς φωνῆς αἰνούσης σε τὸν Θεὸν καὶ διηγουμένης πάντα τὰ θαυμάσιά σου. Ἐν γὰρ τοῖς εἰς σὲ ὕμνοις συμπαρελάμβανον τὰς θαυμασίας σου πράξεις, ἃς ἐνεδείξω τοῖς ἡμετέροις προπάτορσιν. Οὐ μόνον δὲ τὸ θυσιαστήριόν σου ἐκύκλουν, ἀλλὰ καὶ πάντα τὸν οἶκόν σου ἠγάπησα, Κύριε· καὶ τούτου μάλιστα τὴν εὐπρέπειαν θεωρουμένην ἐν εὐσεβέσι δόγμασι καὶ λόγοις, ἔν τε τοῖς θεοπνεύστοις ἀναγνώσμασιν. Εὐπρέπεια δὲ εἴη τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ καὶ ὁ τῶν συνερχομένων κόσμος, ὅ τε βίος ὁ ἀνεπίληπτος καὶ τὸ κόσμιον τοῦ πλήθους, καὶ ἡ ὁμοφροσύνη τῶν συνερχομένων. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ αὐτὸ ἔδαφος δι' ὑπερβολὴν τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης ἀγαπητὸν τυγχάνει ταῖς φιλοθέοις ψυχαῖς, ἕτερον ὂν παρὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν ἡμῖν εὐπρέπειαν τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, εἰκότως ἐπιλέγει· *Καὶ τόπον σκηνώματος δόξης σου.*

C

Vers. 11, 12. *Ego autem in innocentia mea ingressus sum : redime me, Domine, et miserere mei. Pes meus stetit in directo, in ecclesiis benedicam te, Domine.* Quandoquidem igitur qua mensura metimur, *remetietur nobis*, et in quo judicio judicamus, in eodem judicabimur [39]; ideo frequenter innocentiam proponit, id est, malorum oblivionem, et tolerantiam mansuetudinemque erga eos qui in seipsum peccaverant, ut parem et ipse pro admisso errato indulgentiam Dei nanciscatur. Sic precatus, divino sancti et prophetici Spiritus numine afflatus, ita pergit, *pes meus stetit in directo : in ecclesiis benedicam te, Domine.* Vaticinatur enim se, etsi pedibus nonnunquam vacillaverit, ac motus succussusque fuerit, nunquam tamen in his lapsurum, sed constiturum in directo, atque futurum esse ut in ecclesiis benedicat Domino; his prænuntians futuram sui in ecclesiis Dei memoriam :

D *Ἐγὼ δὲ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην· λύτρωσαί με, Κύριε, καὶ ἐλέησόν με. Ὁ ποῦς μου ἔστη ἐν εὐθύτητι, ἐν ἐκκλησίαις εὐλογήσω σε, Κύριε.* Ἐπεὶ τοίνυν ᾧ μέτρῳ μετροῦμεν ἀντιμετρηθήσεται ἡμῖν, καὶ ἐν ᾧ κρίματι κρίνομεν, κριθησόμεθα, διὰ τοῦτο συνεχῶς τὴν ἀκακίαν προβάλλεται, τουτέστι τὴν ἀμνηστίαν κακῶν, καὶ τὴν πρὸς τοὺς εἰς αὐτὸν ἡμαρτηκότας ἀνεξικακίαν· ὡς ἂν καὶ αὐτὸς τῆς ἴσης παρὰ τοῦ Θεοῦ τύχοι ἀμνηστίας ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐτῷ σφάλματι. Καὶ ταῦτα ἱκετεύσας ἐπιθειάζει τῷ ἁγίῳ καὶ προφητικῷ Πνεύματι λέγων ἐξῆς· *Ὁ ποῦς μου ἔστη ἐν εὐθύτητι, ἐν ἐκκλησίαις εὐλογήσω σε, Κύριε.* Προφητεύει γὰρ, ὅτι, εἰ καί ποτε γέγονεν ἐν τοῖς ποσὶν αὐτοῦ σάλος καὶ κλόνος καὶ κίνησις· ἀλλ' οὐ πεσεῖται ἐπὶ τούτοις, στήσεται δὲ ἐν εὐθύτητι, μέλλων ἐν ἐκκλησίαις εὐλογεῖν τὸν Θεὸν, τὴν διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ μνήμην ἑαυτοῦ προαναφωνήσας· εἰς ἔτι γοῦν καὶ σήμερον καθ'

[39] Matth. VII, 2.

ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐν ταῖς Χριστοῦ ἐκκλησίαις ὁ Δαυὶδ εὐλογεῖ τὸν Κύριον.

A nam ad hodiernum usque diem per universam terram in ecclesiis Christi David benedicit Domino.

ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΚϚ'.

Κύριος φωτισμός μου, καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσω; Καὶ διὰ τοῦτο τί διδάσκει τὸ Πνεῦμα τὸ προφητικόν; Ὅπως προσήκει τὸν τῷ Θεῷ ἀνακείμενον εὐχαριστεῖν αὐτῷ, καὶ ὁποῖα παρὰ τοῦ Θεοῦ αἰτεῖν. Περιέχει δὲ ὁ λόγος εὐχαριστίαν. Εἰκότως τοίνυν οὔτε ψαλμὸς, οὔτε ᾠδὴ, οὔτε τι τῶν παραπλησίων ἐπιγέγραπται· *Κύριος φωτισμός μου καὶ σωτήρ μου, τίνα φοβηθήσομαι;* Ὁ μὲν τὴν ψυχὴν ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ καλινδούμενος, οὐκ εἰδὼς ὅποι φέρεται καὶ ὅπως προσκόπτει, μυρία κακὰ φοβηθήσεται, ὡς ἂν παντελῶς ἐπισπώμενος· ὅθεν πάντα φόβον ὑπιδόμενος καταπτήσσει, καὶ τῆς εἰς τὸν Θεὸν ὁμολογίας ἔξαρνος γίνεται. Ὁ δὲ τῆς ψυχῆς τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπὸ τῆς Κυρίου ἐλλάμψεως φωτισθεὶς πρῶτον μὲν ἁπάντων αὐτὸν τὸν αὐτοῦ πρόμαχον καὶ σωτῆρα ὁπόσος τίς ἐστι θεωρεῖ· εἶτ' ἔργῳ παραλαβὼν, ὡς ὁ τῶν ἁπάντων δεσπότης καὶ Κύριος, θυρεὸς αὐτοῦ καὶ ὅπλον ἄμαχον καὶ ὑπερασπιστὴς καθέστηκεν, ἀτρεμὴς γίνεται, καὶ ἅτε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς ἀτρεμεῖς ἔχων, καὶ πεφωτισμένους, πάντας τοὺς ἑαυτοῦ ἐχθροὺς, εἴτε τοὺς τὸν Θεὸν ἀγνοοῦντας ἀνθρώπους, εἴτε τὰς ἀοράτους καὶ πονηρὰς δυνάμεις, ἐρήμους ὁρᾷ τοῦ τοσούτου σωτῆρος καὶ βοηθοῦ, καὶ ὡς ἤδη πεπτωκότας θεωρεῖ· διὸ πάσης αὐτῶν τῆς ἐπιβουλῆς καταγελᾷ θαρσῶν τῷ ἑαυτοῦ ὑπερμάχῳ· διό φησιν· Εἰ μὲν μή μοι ὁ τοσοῦτος παρῆν βοηθὸς, φωτίζων μου τὴν ψυχὴν καὶ ὑπερασπίζων μου τῆς ζωῆς, εἰκότως ἐφοβήθην ἂν *τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας*, τούς τε ὑπὸ τούτων ἐνεργουμένους, καὶ κατὰ τῶν τοῦ Θεοῦ ἀθλητῶν ἐπανισταμένους. Ἱκανοὶ γὰρ ἦσαν οὗτοι θορυβῆσαι τὴν ψυχήν μου μὴ πεφωτισμένην· ἐπεὶ δὲ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, φωτισμὸς τυγχάνει, ὁ αὐτὸς δὲ καὶ σωτήρ μου ἐστὶν, εἰκότως φήσαιμ' ἄν, *Τίνα φοβηθήσομαι;* Οὐδένα γὰρ ἐπιστραφήσομαι τῶν τοσούτων ἐχθρῶν, οὐδὲ ἀπό τινος τούτων δειλιάσω, θαρσῶν τῷ ὑπερασπιστῇ τῆς ζωῆς μου. Πάλιν δ' ἐνταῦθα τηρήσεις, ὡς τὸ, *Σωτήρ μου*, ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, τὸ ὄνομα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ αὐτοῖς χαρακτῆρσιν Ἑβραϊκοῖς περιέχει, ἐν οἷς ἄν τις τὸν *Ἰησοῦν* γράψειεν.

Ὁ δὲ ταῦτα λέγων διδάσκει ὁποίου πειραθεὶς τοῦ ἑαυτοῦ σωτῆρος, τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς κατεγέλασε· διό φησιν· *Ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμὲ κακοῦντας, τοῦ φαγεῖν τὰς σάρκας μου, οἱ θλίβοντες καὶ οἱ ἐχθροί μου, αὐτοὶ ἠσθένησαν καὶ ἔπεσαν.* Οἱ μὲν ἐπίεσάν μοι θηρίων ἀτιθάσσων δίκην, μονονουχὶ καταπιεῖν με βουλόμενοι καὶ αὐτάς μου καταμασήσασθαι τὰς σάρκας. Διὸ λέλεκται παρὰ τῷ Συμμάχῳ· *Ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμὲ κακούργους εἰς*

DAVID XXVI.

VERS. 1, 2. *Dominus illuminatio mea, et salvator meus, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo?* His porro quid Spiritus propheticus docet? Quomodo oporteat hominem Deo addictum ipsi gratias agere, et qualia par sit ab ipso postulare. Hic sane sermo gratiarum actionem continet. Quare jure ac merito neque psalmus, neque canticum, neque quidpiam simile inscribitur : *Dominus illuminatio mea et salvator meus, quem timebo?* Qui in nocte ac tenebris animo volutatur, nescius quo feratur, et in quod impingat, excenta mala B pertimescit, utpote qui huc illuc penitus trahatur; quare nullum non formidinis genus suspicatus, exhorrescit, atque confessionem Deo abnegat. At qui mentis oculis a Domini splendore illuminatur, primo quidem ac præ omnibus propugnatorem ac Servatorem suum, quantus videlicet sit, contemplatur; deinde vero postquam vel ex ipsis gestis rebus edidicit, universorum Dominum et patronum, clypeum sibi, armaturam inexpugnabilem ac protectorem esse; tunc formidinis expers, ac utpote mentis oculos intrepidos illuminatosque habens, omnes inimicos suos, sive homines Deum ignorantes, sive invisibiles malignasque potestates, hujusmodi servatore adjutoreque vacuos, aspicit, C et quasi jam lapsos intuetur; quare defensori confisus suo quaslibet ipsorum deridet insidias, ideoque ait : Nisi mihi talis adjutor adesset, illuminator animæ, ac protector vitæ, merito reformidarem *principatus et potestates et mundi rectores tenebrarum harum, et spiritualia nequitiæ* [a], necnon eos qui hisce interius agitantur, et contra Dei athletas insurgunt. Nam ii tales erant qui animam meam conturbare possent, si non illuminata fuisset; at quoniam ipse universorum Dominus Dei Filius illuminatio mea est, ipseque Servator meus, jure dixerim, *Quem timebo?* Ex tot quippe inimicis ne unum quidem pertimescam, neque aliquem eorum reformidabo, protectori vitæ meæ confisus. Hic iterum observes velim, illud, *Salvator meus*, in Hebraico D exemplari, Salvatoris nostri Jesu Christi nomen, ipsissimis caracteribus Hebraicis exprimere, queis nomen *Jesus* describitur.

Qui hæc loquitur, enarrat qualem servatorem expertus inimicorum insidias deriserit, quamobrem ait : *Dum appropiant super me nocentes, ut edant carnes meas; qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt et ceciderunt.* Illi quidem instar ferarum intractabilium me adorati sunt, tantum non aggressi ut devorarent et ipsas carnes comederent. Quare apud Symmachum dicitur : *Dum appropinquant mihi facinorosi, ut devorent carnes meas,*

[a] Ephes. VI, 12.

Verum qui talia contra me machinati sunt, cum jam proximi carnibus meis instarent, nescio quo pacto quæ in me perpetrare meditati fuerant, ea ipsa perpessi sunt. Nam me, inquit, contra eos nihil aggrediente, *ipsi infirmati sunt, et ceciderunt.* Enimvero, ut aperte liquet, lucis meæ servatorisque mei arcana divinaque virtute debellati et depulsi sunt, ut una ego ab insidiis eorum eriperer; nihilque damni acciperem, et illis quoque utilitatis quidpiam obveniret; ac debilitata eorumdem nequitia, id saltem lucri perciperent, ut ne ob illatum mihi detrimentum, eorum improbitas accresceret. In quibusdam exemplaribus inscribitur: *Psalmus Davidis priusquam liniretur.*

A τὸ καταφαγεῖν τὰς σάρκας μου. Ἀλλ' οἱ ταῦτα κατ' ἐμοῦ διανοηθέντες, καὶ ἤδη πλησίον γενόμενοι τῶν ἐμῶν σαρκῶν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἅπερ πρᾶξαι κατ' ἐμοῦ διανενόηντο, ταῦτα πεπόνθασιν· Αὐτοὶ γάρ, φησὶν, *ἠσθένησαν, καὶ ἔπεσαν*, οὐδὲν ἐμοῦ κατ' αὐτῶν ἐνεργηκότος· ἀλλὰ δηλαδὴ τοῦ ἐμοῦ φωτὸς καὶ τοῦ ἐμοῦ σωτῆρος ἀπορρήτῳ καὶ θείᾳ δυνάμει κατ' αὐτῶν στρατευσαμένου καὶ καταβαλόντος αὐτοὺς, ἵν' ἐγώ τε ῥυσθείην τῆς αὐτῶν ἐπιβουλῆς, καὶ μηδὲν βλαβείην, αὐτοί τε ὠφεληθεῖεν, τῆς ἑαυτῶν κακίας ἐξασθενήσαντες, κερδάναντες τῷ μὴ τὴν ἑαυτῶν αὐξῆσαι μοχθηρίαν διὰ τῆς κατ' ἐμοῦ βλάβης. Ἔν τισιν ἐπιγέγραπται, *Ψαλμὸς τοῦ Δαυὶδ πρὸ τοῦ χρισθῆναι.*

Vers. 4. *Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, ut videam voluptatem Domini, et visitem templum ejus.* Domini pulchritudo, ac decor voluptasque, in domo Dei conspicitur, videlicet in Ecclesia ejus; idque propter divinitus traditas sacrasque disciplinas, quibus vera inest sermonis pulchritudo, verus decor, in quo vel ipse Deus delectatur ac versatur. Neque a vero aberraveris, si decorem illum dixeris esse temperatam probamque vitam, ac sanctum institutum hominum qui religione ac pietate exornantur.

B *Μίαν ἠτησάμην παρὰ Κυρίου, ταύτην ἐκζητήσω· τοῦ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα Κυρίου, καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτοῦ.* Κάλλος Κυρίου καὶ εὐπρέπεια καὶ τερπνότης ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ θεωρεῖται, δηλαδὴ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ, διὰ τῶν θεοπνεύστων καὶ ἱερῶν μαθημάτων, ἐν οἷς τὸ ἀληθινὸν τοῦ λόγου κάλλος, καὶ ἡ ἀληθὴς εὐπρέπεια, ᾗ καὶ αὐτὸς ἐπιτέρπεται ὁ Θεὸς καὶ ἐμπολιτεύεται. Οὐκ ἂν δὲ ἁμάρτοις εὐπρέπειαν λέγων καὶ τὸν σώφρονα καὶ σεμνὸν βίον καὶ πᾶσαν τὴν ἐνάρετον πολιτείαν τῶν ἐν θεοσεβείᾳ διαπρεπόντων.

Vers. 5, 6. *Quoniam abscondit me in tabernaculo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltavit me.* Hæc omnia mihi Salvator meus largitus est, *dum appropiant super me nocentes, ut edant carnes meas.* Ipsi namque infirmati sunt et ceciderunt: ego autem in tabernaculo habitans dextera ejus contegebar, quia scilicet in desertis locis tunc temporis versabar, quod nondum excitata domus Domini esset, neque templum ejus exstaret. Sed ipse protexit me in die malorum, id est, tempore persecutionum et tentationum; non alio in loco, quam in abscondito tabernaculi sui. Hujusce porro dicti interpretationem mutuaberis ex iis quæ Moyses de tabernaculo conscripsit, necnon de tabernaculi intimis partibus, quæ omnibus inaccessæ, Sancta sanctorum vocabantur. Hæc erant abscondita tabernaculi. Sic itaque in tempore tentationum, ipse Dominus et Servator meus protexit me et abscondit in intimis tabernaculi sui: non quod revera ibi me collocaverit, sed in animæ statu sanctificato, et a turbæ frequentia segregato. Et hæc, inquit, mihi obvenere, usquedum dies malorum perseverarent, secundum illud alio in loco dictum: *Vade, populus meus, intra in cubicula tua, claude januam tuam, absconde modicum ad momentum, donec pertranseat ira Domini* [61]. Sed cum me non semper occultari, neque in abscondito tabernaculi sui latitare vellet, ac solum me utilitatem capere; cumque decrevisset me aliis quoque fru-

C *Ὅτι ἐκρύψέ με ἐν σκηνῇ· ἐν ἡμέρᾳ κακῶν ἐσκέπασέ με ἐν ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ. Ἐν πέτρᾳ ὕψωσέ με.* Ταῦτά μοι πάντα παρέσχεν ὁ Σωτήρ μου *ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμὲ κακοῦντας, τοῦ φαγεῖν τὰς σάρκας μου.* Οἱ μὲν γὰρ ἠσθένουν καὶ ἔπιπτον· ἐγὼ δὲ ὑπὸ τῆς αὐτοῦ δεξιᾶς ἐκρυπτόμην ἐν σκηνῇ κατοικῶν, διὰ τὸ ἐν ἐρημίαις τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι, καὶ μὴ ἔχειν τότε τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, μηδὲ τὸν ναὸν αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ ἐσκέπασέ με ἐν τῇ τῶν κακῶν ἡμέρᾳ, τουτέστιν ἐν καιρῷ τῶν διωγμῶν καὶ τῶν πειρατηρίων· οὐκ ἀλλαχοῦ που, ἀλλ' ἐν τῷ ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ. Νοήσεις δὲ τὸ λελεγμένον ἀπὸ τῶν παρὰ Μωϋσεῖ περὶ τῆς σκηνῆς ἀναγεγραμμένων, καὶ περὶ τῶν ἐσωτάτω τῆς σκηνῆς τῶν τοῖς πᾶσιν ἀδύτων, ἅπερ ἐκάλουν Ἅγια ἁγίων. Ταῦτα γὰρ ἦν τὰ ἀπόκρυφα τῆς σκηνῆς. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῶν πειρατηρίων αὐτὸς ἐμὸς Κύριος καὶ Σωτὴρ ἐσκέπασε καὶ ἀπέκρυψέ με ἐν τῷ ἐσωτάτῳ τῆς αὐτοῦ σκηνῆς· οὐ πάντως; ἐν τόπῳ τοίῳ δὴ καταστήσας, ἀλλ' ἐν ψυχῆς καταστάσει ἡγιασμένῃ καὶ τῆς τῶν πολλῶν κοινότητος ἀποκεχωρισμένῃ. Καὶ ταῦτα, φησὶ, περὶ ἐμὲ ἐγίνετο, μέχρι καιροῦ τῆς τῶν κακῶν ἡμέρας, κατὰ τὸ λελεγμένον ἐν ἑτέροις· *Βάδιζε, ὁ λαός μου, εἴσελθε εἰς τὰ ταμεῖά σου, ἀπόκλεισον τὴν θύραν σου, ἀποκρύβηθι μικρὸν ὅσον, ἕως ἂν παρέλθῃ ἡ ὀργὴ Κυρίου.* Ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ παντελὲς κρύπτεσθαί με βουληθεὶς, οὐδ' ἐν τῷ ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ λανθάνειν, καὶ μόνον ὠφελεῖσθαι, χρήσιμον δὲ καὶ ἕτερον καταστῆναι κρίνας, ἐπὶ τέλει τῆς τῶν κακῶν ἡμέρας *ἐν πέτρᾳ ὕψωσέ*

[61] Isa. xxvi, 20.

με. Ἡ πέτρα δὲ ἦν, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ὁ Χριστός. Ἐν γὰρ τῷ αὐτοῦ λόγῳ, καὶ τῇ αὐτοῦ σοφίᾳ, καὶ τῇ δυνάμει τῇ σωτηρίῳ ὕψωσέ με ὁ πάλαι ἀποκρύψας ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ, καὶ σκεπάσας ἐν ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ κακῶν. Παραγαγὼν γὰρ τὰ κακὰ καὶ τὸν καιρὸν τῶν ἐχθρῶν καὶ τῶν θλιβόντων με πολεμίων, εἰς εὔδιον καὶ εἰρηναῖον λιμένα κατέστησεν, ἀγαγών τε εἰς τὸ ἐμφανὲς τὸν πάλαι κρυπταζόμενον, μετέωρον ἐπῆρε καὶ ὑψηλὸν ἔστησεν, ὡς πᾶσιν ὁρᾶσθαι καὶ παρὰ τοῖς πᾶσι δοξάζεσθαι, ἡδρασμένον καὶ τεθεμελιωμένον ἐν τῇ ἀῤῥαγεῖ καὶ ἀσφαλεστάτῃ αὐτοῦ πέτρᾳ.

Καὶ νῦν ὕψωσε κεφαλήν μου ἐπ' ἐχθρούς μου. Νοήσεις ἐπιστήσας ὅπως εἴρηται παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ τό· *Ἕως οὗ τὸ σήμερον καλεῖται.* Οὕτω γὰρ ἐρεῖς καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος τὸ διαρκὲς τοῦ χρόνου σημαίνεσθαι. Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, τὰ νικητήρια κατὰ τῶν ἐχθρῶν εἰληφὼς, ἀεὶ τῆς τῶν ἐχθρῶν κεφαλῆς ἀνώτερος γίνεται· οὕτως καὶ αὐτὸς ὁ Δαυὶδ μέχρι τοῦ παρόντος χρόνου ἐπαίρεται καὶ ὑψοῦται, καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ᾀδόμενος καὶ βοώμενος παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, καὶ ὕψωταί γε ἀληθῶς ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς πάλαι γενομένους αὐτοῦ ἐχθροὺς, τὰς ἀοράτους δυνάμεις. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, τοῦτον ὑψωθεὶς τὸν τρόπον, οὐκ ἀργίᾳ ἑαυτὸν βίδωσιν, οὐδὲ ἀπραξίᾳ, πλείονα δὲ σπουδὴν περὶ τὴν τοῦ Θεοῦ λατρείαν εἰσφέρει. Διὸ ἐπιλέγει· *Ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ θυσίαν ἀλαλαγμοῦ.* Αὗται δὲ ἦσαν αἱ διὰ φωνῆς καὶ θεολογίας ὕμνων τε καὶ εὐχαριστίας ἀναπεμπόμεναι. Ἐν μὲν οὖν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ μελλητικῶς ἐδιδάσκετο λέγειν ὁ τὰ θεῖα παιδευόμενος· *Νίψομαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου, καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου, Κύριε·* ἐνταῦθα δὲ ὡς ἤδη προκύψας καὶ τυχὼν τῆς εὐχῆς τὸ ἀποτέλεσμα τῆς ἐπαγγελίας, ἐπάγει λέγων· *Ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ θυσίαν ἀλαλαγμοῦ·* καὶ ἐν μὲν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγετο· *Τοῦ ἀκοῦσαι φωνὴν αἰνέσεως·* ἐνταῦθα δέ· *Ἄσω καὶ ψαλῶ τῷ Κυρίῳ.*

Εἰσάκουσον, Κύριε, τῆς φωνῆς μου, ἧς ἐκέκραξα· Ἐλέησόν με καὶ εἰσάκουσόν μου. Σοὶ εἶπεν ἡ καρδία μου· Ἐζήτησέ σε τὸ πρόσωπόν μου· τὸ πρόσωπόν σου, Κύριε, ζητήσω. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Σοὶ εἶπεν ἡ καρδία μου, Ἐζήτησέ σε τὸ πρόσωπόν μου,* ὁ Σύμμαχος σαφέστερον ἐξέδωκεν εἰπών· *Σοὶ προσελάλει ἡ καρδία μου· σὲ ἐζήτει τὸ πρόσωπόν μου.* Τὸ γὰρ τῆς ψυχῆς πρόσωπον τὴν ἁρμόττουσαν θέαν ἐπόθει. Τούτου δὲ καὶ Μωϋσῆς ποτε τυχεῖν ἠξίου λέγων τῷ Θεῷ· *Ἰδοὺ εὕρηκα χάριν ἐνώπιόν σου· ἐμφάνισόν μοι σεαυτόν· γνωστῶς ἴδω σε·* ὅπως ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτρίζοιτο. Διό φησι· *Τὸ πρόσωπόν σου, Κύριε, ζητήσω· μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ.* Εἰ γὰρ εἰς ἄκρον τελειότης, καὶ ἡ κατὰ Θεὸν ὑστάτη

A ctum allaturum esse, exacta die malorum, *in petra exaltavit me. Petra autem*, inquit Apostolus, *erat Christus* [42]. Nam verbo suo, sapientia et salutari virtute sua exaltavit me, qui olim absconderat in tabernaculo suo, et qui in die malorum protexerat in abscondito tabernaculi sui. Cum enim amovisset mala, et ea quæ tempore inimicorum et hostium me molestantium acciderant, in tranquillo et placido portu me constituit : meque olim latitantem, in conspicuum locum deductum, sublimem erexit, et excelsum statuit, ut omnium conspectui paterem, ab omnibus laudarer, utpote in firmissima et infracta ipsius petra positus et fundatus.

Et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos. Perpendas velim qua sententia ab Apostolo dicatur
B illud : *Donec hodie cognominatur* [43]. Nam eadem prorsus ratione in præsenti temporis assiduitatem significari fateberis. Siquidem Dei homo qui victoriæ de inimicis partæ præmia accepit, semper inimicorum capiti superior eminet, sic et ipse David usque ad præsens tempus extollitur et exaltatur, per universam terram decantatus omniumque gentium vocibus celebratus, et caput ejus revera exaltatum est super omnes qui quondam inimici ejus fuerant, adversarias nimirum potestates. At homo Dei ea ratione exaltatus, non se ignaviæ aut segnitiei tradit, sed majori studio divino cultui incumbit. Quare subjungit, *Circuivi et immolavi in tabernaculo ejus hostiam jubilationis.* Hæ sane erant hostiæ vocibus, divinis eloquiis, hymnis, gratiarum
C actionibus emissæ. In præcedenti psalmo, vir divinis in rebus institutus hæc de futuro dicere edocebatur: *Lavabo inter innocentes manus meas, et circumdabo altare tuum, Domine* [44] : hic vero, ut qui jam profecerit et precibus promissa consecutus sit, hæc loquitur : *Circuivi et immolavi in tabernaculo ejus hostiam jubilationis :* et in superiori etiam psalmo dictum est, *Ut audiam vocem laudis* [45]; hic autem dicitur, *Cantabo et psalmum dicam Domino.*

Vers. 7-10. *Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamavi ad te : miserere mei et exaudi me. Tibi dixit cor meum, Exquisivit te facies mea : faciem tuam, Domine, requiram.* Ejus loco, *tibi dixit cor meum, exquisivit te*
D *facies mea*, apertius Symmachus sic interpretatur, *tibi loquebatur cor meum, te quærebat vultus meus.* Animæ quippe vultus congruentem sibi inspectionem desiderabat. Hoc ipsum Moyses sic Deum alloquens consequi postulabat : *Ecce inveni gratiam in conspectu tuo : ostende mihi teipsum, te sciens videam* [46]; ut revelata facie gloriam Domini intueretur. Quamobrem ait, *faciem tuam, Domine, requiram; ne avertas faciem tuam a me.* Si enim ad supremum perfectio devenerit, sane ultimus secundum Deum profectus ille fuerit, qui scilicet ad Dei

[42] I Cor. x, 4. [43] Hebr. III, 13. [44] Psal. xxv, 6. [45] ibid. 7. [46] Exod. xxxiii, 13.

vultum deducit, ita ut quis Deo præsens adsit, ejusque deitatis radiis fruatur.

Gnarus autem persæpe Deum ab iis qui vultum ejus sustinere non valent, neque in numero filiorum ejus computantur, avertere se, ac terga iis monstrare, quemadmodum Moysi dixit : *Videbis posteriora mea, vultum autem meum nequaquam inspicies* [47]; ut ne in similem casum incidat is de quo jam sermo, his verbis supplicat obsecratque : *Ne avertas faciem tuam a me : ne declines in ira a servo tuo. Adjutor meus esto, ne abjicias me, neque deseras me, Deus Salvator meus. Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.* Ne me servum tuum, quod talia aggressus sim, averseris. Neque enim licet homini carne induto hujusmodi dignationem attingere; quare Moysi dicebas : *Nemo videbit vultum meum, et vivet* [48]. Neque enim mortali vitæ id competere valet, ut vultum contempletur tuum. Quamobrem *adjutor meus esto*, ut postulata consequar. *Ne abjicias me*, pro quo Symmachus, *Ne rejicias me;* Aquila vero, *Ne deseras me*, edidit. Deinde adjicit : *Neque deseras me, Deus Salvator meus.* Te namque patrocinante ac dexteram porrigente, spes est me bona omnia consecuturum. Quia nullus alius mihi adjutor adest : neque enim aliqua arctior charioque, quam patris et matris, necessitudo fuerit; ipsi vero dereliquerunt me, quia ab illis omnibus, ut tibi soli Deo vacarem, recessi. Quare tibi gratiam profiteor, quia ab omnibus desertus ac relictus, abs te solo assumptus sum.

Vers. 11, 12. *Legem pone mihi in via tua : et dirige me in semitam rectam propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.* Cum multoties de se divinus Apostolus hæc declarasset ac dixisset : *Nihil enim minus fui ab iis qui sunt supra modum apostoli* [49]; iis hæc adjicit : *Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim : sequor autem si quo modo comprehendam* [50] : ac rursum alibi : *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar* [51]. Nam quantum ad hominum comparationem æstimationemque pertinebat, se profecisse ac humanam perfectionem attigisse sibi conscius erat; quantum autem ad rei veritatem, se in multis deficere sciebat, ob idque sese imperfectum fatebatur. Eadem prorsus mente, is qui in præsenti loquitur, videtur mihi debitas Deo de præteritis bonis gratias retulisse, ac, utpote homo, infirmitatis humanæ lapsum suspicatus esse. Quapropter de futuro Deum rogabat, ut ipse sibi legislator esset. Neque enim mihi, inquit, sunt legalia Moysis satis. Lex quippe illa, non justis, sed iniquis et inobsequentibus, impiis

προκοπὴ αὕτη ἂν γένοιτο, ἡ ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἄγουσα τοῦ Θεοῦ, ὡς παρεστάναι αὐτῷ καὶ τῶν μαρμαρυγῶν τῆς αὐτοῦ θεότητος ἀπολαύειν.

Εἰδὼς δὲ, ὅτι πολλάκις ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν μὴ χωρούντων τὸ αὐτοῦ πρόσωπον μηδὲ ἐξιων (sic) [ἐξυλῶν] αὐτοῦ ὄντων, ἀποστρέφει ἑαυτὸν, τὰ νῶτα ἑαυτοῦ δεικνὺς, ὥσπερ οὖν τῷ Μωϋσεῖ ἔλεγεν· *Ὄψει τὰ ὀπίσω μου, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ὀφθήσεταί σοι·* ἵν' οὖν μὴ τοῦτο πάθοι ὁ διὰ τῶν προκειμένων δηλούμενος, ἱκετεύει καὶ δέεται λέγων· *Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ· μὴ ἐκκλίνῃς ἐν ὀργῇ ἀπὸ τοῦ δούλου σου. Βοηθός μου γενοῦ, μὴ ἀποσκορακίσῃς με, καὶ μὴ ἐγκαταλίπῃς με, ὁ Θεὸς ὁ Σωτήρ μου. Ὅτι ὁ πατήρ μου καὶ ἡ μήτηρ μου ἐγκατέλιπέ με· ὁ δὲ Κύριος προσελάβετό μου.* Μὴ, ὅτι τοιαῦτα τετόλμηκα, ἀποστράφῃς με τὸν δοῦλόν σου. Οὐ γὰρ ἐφεῖται ἀνθρώπῳ σάρκα περιβεβλημένῳ τῶν τοιούτων ἀξιοῦσθαι· διὸ ἔλεγες τῷ Μωϋσεῖ· *Οὐδεὶς ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται.* Ἀδυνατεῖ γὰρ ἡ θνητὴ ζωὴ πρὸς τὴν θέαν τοῦ προσώπου σου· διὸ μᾶλλον *βοηθός μοι γενοῦ* πρὸς τὸ τυχεῖν τῶν ἠτημένων. *Μὴ ἀποσκορακίσῃς με·* ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος, *Μὴ ἀπορρίψῃς με*, ἐξέδωκεν· ὁ δὲ Ἀκύλας· *Μὴ ἐάσῃς με.* Εἶτ' ἐπιλέγει· *Καὶ μὴ ἐγκαταλείπῃς με, ὁ Θεὸς ὁ Σωτήρ μου.* Σοῦ γὰρ ἀντιλαμβανομένου, καὶ δεξιὰν ὀρέγοντος, πάντων ἐλπὶς τυχεῖν τῶν ἀγαθῶν. Ἐπεὶ μηδεὶς ἕτερός μοι πάρεστι βοηθός· τῶν γὰρ ἐν ἀνθρώποις ἀναγκῶν οὐδεὶς ἂν γένοιτο πατρὸς καὶ μητρὸς μᾶλλον προσφιλής· οὗτοι δὲ αὐτοὶ καταλελοίπασί με διὰ τὸ πάντων αὐτῶν ἀνακεχωρηκέναι, καὶ σοὶ μόνῳ σχολάζειν τῷ Θεῷ. Ὅθεν καὶ χάριν ὁμολογῶ, ὅτι πάντων ἔρημος καὶ καταλειφθεὶς ὑπὸ σοῦ προσελήφθην.

Νομοθέτησόν με ἐν τῇ ὁδῷ σου, καὶ ὁδήγησόν με ἐν τρίβῳ εὐθείᾳ ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου. Μὴ παραδῷς με εἰς ψυχὰς θλιβόντων με, ὅτι ἐπανέστησάν μοι μάρτυρες ἄδικοι, καὶ ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτῇ. Πολλάκις περὶ ἑαυτοῦ ὁ θεῖος Ἀπόστολος διδάξας καὶ εἰπών· *Οὐδὲν γὰρ ὑστέρηκα τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων·* τούτοις ἐπῆγε λέγων· *Οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον ἢ ἤδη τετελείωμαι· διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω·* καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· *Ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ· μήπως, ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι.* Ὅσον μὲν γὰρ ὡς πρὸς ἀνθρώπων σύγκρισιν, συνῄδει ἑαυτῷ προκεκοφότι, καὶ τὴν ἐν ἀνθρώποις τελειότητα ἀνειληφότι· ὅσον δὲ ἐπὶ τῷ ἀληθεῖ, ἐν πολλοῖς ἑαυτῶν ὑστερεῖν ἐγίνωσκεν, ἀτελῆ τε εἶναι ἑαυτὸν διὰ τοῦθ' ὡμολόγει. Ταύτῃ μοι δοκεῖ τῇ διανοίᾳ καὶ ὁ τὰ προκείμενα διεξελθὼν περὶ μὲν τῶν παρῳχηκότων τὴν πρέπουσαν εὐχαριστίαν ἀποδεδωκέναι τῷ Θεῷ, οἷα δὲ ἄνθρωπος τὸν ὄλισθον τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ὑφορᾶσθαι. Διὸ περὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου παρεκάλει τὸν Θεὸν, ὅπως αὐτὸς αὐτῷ γένοιτο νομοθέτης. Οὐ γὰρ ἀπαρκεῖ μοι, φησὶ, τὰ παρὰ Μωϋσεῖ νόμιμα· δικαίοις γὰρ ὁ νόμος ἐκεῖνος οὐ νενομοθέτητο, ἀλλ' ἀνόμοις καὶ ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς καὶ τοῖς παραπλησίοις. Τούτοις

[47] Exod. xxxiii, 23. [48] ibid. [49] II Cor. xii, 11. [50] Philipp. iii, 12. [51] I Cor. ix, 27.

γὰρ ὁ Μωϋσῆς ἐνομοθέτει, κατὰ τὴν σκληροκαρδίαν αὐτῶν διαταττόμενος. Ἐγὼ δὲ, φησὶν, οὐ τῇ Μωϋσέως νομοθεσίᾳ ὑποβέβληκα ἐμαυτόν. Διὸ οὐδὲ τὴν διὰ ζώων σφαγῆς θυσίαν ἐπηγγειλάμην, ἀλλὰ θυσίαν ἀλαλαγμοῦ, καινότερον τρόπον ἢ κατὰ τὰ Μωϋσέως νόμιμα. Διόπερ ἀξιῶ καινῆς νομοθεσίας παρὰ σοῦ τυχεῖν. Αὐτὸς οὖν τὴν σὴν ὁδὸν ἐπίδειξόν μοι· ἢ φώτισον, κατὰ τὸν Ἀκύλαν. Μὴ μόνον δὲ ὑποδείξῃς μηδὲ νομοθετήσῃς μοι, ὦ Κύριε, ἀλλὰ καὶ ὁδήγησόν με ἐν τρίβῳ εὐθείᾳ, πρὸς τὸ μὴ προσκόψαι πρὸς λίθον τὸν πόδα μου, *ἕνεκεν τῶν ἐχθρῶν μου. Μὴ παραδῷς με εἰς ψυχὰς θλιβόντων με.* Δι' ὁμαλῆς γὰρ ὁδοῦ καὶ εἰρηνικῆς ὅπως διαγάγῃς με ἀξιῶ τὸν τῆς ζωῆς μου χρόνον. Οὐ γὰρ μόνον πολέμιοι τυγχάνουσιν, ἀλλὰ καὶ συκοφάνται ἄδικοι καὶ ψευδομάρτυρες, καὶ πάντα τὰ ἐχθρῶν πράττοντες. Τότε δὲ ἀληθῶς ἑαυτῇ ψεύδεται ἡ ἀδικία, ὅταν μὴ κατὰ πραγμάτων φέρηται, μηδὲ κατισχύῃ τῶν ψευδομαρτυρουμένων.

Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου ἐν γῇ ζώντων. Μήποτε δὲ καὶ ἐπὶ τὴν ἀνωτέρω αἴτησιν ἀναπέμπει· ἀγαθὰ Κυρίου λέγων τὸ ἀνωτέρω εἰρημένον πρόσωπον αὐτοῦ, περὶ οὗ ἔφασκε· *Τὸ πρόσωπόν σου, Κύριε, ζητήσω. Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ.* Διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται· *Ἐπίστευσα τοῦ ἰδεῖν ἐν ἀγαθῷ Κυρίου·* κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ἐπίστευον ἰδεῖν τὴν ἀγαθοσύνην Κυρίου.* Ἀλλ' ὄψεταί γε τοῦ Κυρίου τὸ πρόσωπον καὶ τὰ ἀγαθὰ Κυρίου, οὐκ ἐν τῷ περιγείῳ τόπῳ, ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῷ τῶν θνητῶν χωρίῳ, ἀλλ' ἐν γῇ ζώντων, ἣν καὶ ὁ Σωτὴρ ἐπηγγείλατο λέγων· *Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν.*

et peccatoribus iisque similibus data est. Istis quippe Moyses legem ferebat, ad duritiem cordis eorum accommodatam. At ego, inquit, non me Moysis legibus subdidi. Quare non cruentum sacrificium, sed hostiam jubilationis pollicitus sum, novo ac longe diverso a Moysis legalibus ritu. Ideo novas abs te postulo leges. Tu ipse, quæro, viam ostendas mihi; aut *illumina*, secundum Aquilam. Neque solum ostendas ac legem ponas mihi, Domine, sed etiam dirige me in semita recta, ut ne offendam ad lapidem pede meo, *propter inimicos meos : ne tradideris me in animas tribulantium me.* Per planam ac pacificam viam me tempore vitæ meæ deducas postulo. Non solum enim inimici, sed etiam iniqui sycophantæ et falsi testes instant, qui omnia hostili more mecum agunt. Tunc porro sibi vere mentitur iniquitas, quando res ipsi non bene cedunt, neque falsa testimonia prævalent.

Vers. 13. *Credo videre bona Domini in terra viventium.* Num ad superiorem postulationem remittit, ac bona Domini vocitat vultum Domini supra memoratum, de quo ait : *Vultum tuum, Domine, requiram. Ne avertas faciem tuam a me?* Quare secundum Aquilam dicitur : *Credidi me visurum in bono Domini;* secundum vero Symmachum : *Credebam videre bonitatem Domini.* Sed videbit Domini vultum et bona Domini, non in terreno loco, sed neque in mortuorum regione, sed in terra viventium, quam pollicitus est Salvator his verbis : *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram* [52].

ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΚΖ'.

Πρὸς σὲ, Κύριε, κεκράξομαι, ὁ Θεός μου, μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, μήποτε παρασιωπήσῃς ἐπ' ἐμοὶ, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Οὐκ ἐπιλελησμένοι τῶν ἔμπροσθεν ἡμῖν λελεγμένων περὶ τῶν ἄνευ τινὸς προσθήκης ἐπιγεγραμμένων *τῷ Δαυΐδ*, ἢ *τοῦ Δαυΐδ*, προσθήσομεν ἐκείνοις ἐπὶ τοῦ παρόντος τὴν εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσαν παράδοσιν. Φασὶ τοίνυν Ἑβραίων παῖδες ἐπὶ τῶν τοιαύτην ἐχόντων γραφὴν, δεῖν ἀνατρέχειν ἐπὶ τοὺς ἀνωτέρω, καὶ σκοπεῖν ὁποῖος ἦν ὁ ἐν ἀρχῇ προτεταγμένος ψαλμὸς τῶν μετὰ ταῦτα, ἤτοι παντελῶς ἀνεπιγράφων, ἢ τῷ *Δαυΐδ* ἐπιγεγραμμένων· καὶ μαθόντες ἐξ ἐκείνου τὴν προγραφὴν, ἐφαρμόζειν αὐτῇ καὶ τῶν μετὰ ταῦτα συνημμένων τὴν διάνοιαν. Ὁ μὲν οὖν μετὰ χεῖρας, κζ' ὢν, ταύτην ἔχει τὴν προγραφὴν, καὶ ὁ κς' καὶ ὁ κε' καὶ ὁ κδ'· ἀλλ' ὁ κγ' *ψαλμὸς* ἦν *τῷ Δαυΐδ*, ὁμοίως δὲ καὶ ὁ κβ'. Οὐκοῦν ἀκόλουθόν ἐστι, κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν παράδοσιν, καὶ τοὺς ἑφεξῆς πάντας ψαλμοὺς εἶναι ὑπολαμβάνειν, ὡς, κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, καὶ τὸν μετὰ χεῖρας ἡγεῖσθαι εἶναι ψαλμὸν, περιέχοντα δέησιν.

Τοῦτο γὰρ παρίστησιν αὐτὸς προϊὼν καὶ λέγων· *Εἰσάκουσον τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου ἐν τῷ*

IPSI DAVID XXVII.

Vers. 1, 2. *Ad te, Domine, clamabo, Deus meus, ne sileas a me, ne quando taceas a me, et assimilabor descendentibus in lacum.* Eorum quæ superius diximus de psalmis qui sine additamento *Davidi*, sive *Davidis* inscribuntur, non immemores, illis in præsenti traditionem, quæ ad nos usque pervenit, adjicjemus (1). Sic aiunt itaque Hebræi de psalmis qui talem præferunt inscriptionem, oportere ad superiores recurrere, atque observare, quinam esset psalmus qui præiret aliis subsequentibus, sive nullam prorsus inscriptionem ferentibus, sive *Davidi* inscriptis, atque accepta ab illo psalmo inscriptione, sententiam subsequentium psalmorum ipsi accommodari oportere. Præsens itaque psalmus qui XXVII est, istam habet inscriptionem, pariterque XXVI, XXV et XXIV : sed XXIII *psalmus* erat *Davidi* inscriptus, similiterque XXII, unde secundum Hebraicam traditionem consequens est, reliquos omnes pro psalmis ad eamdem rationem reputandos esse, ac præsentem similiter psalmum supplicationes complectentem.

Illud per se declarat vel ipse psalmus, dum in sequentibus sic habet : *Exaudi vocem deprecationis*

[52] Matth. v, 4.

(1) In opusculo Origenis a nobis propediem edendo, quod ab Hieronymo laudatur, hæc ipsa Hebræorum traditio affertur.

meæ dum oro ad te. Quam vero mentem deprecationis series præferat, age accurate perpendamus. Clamare se dicit ad Dominum, atque illum ut proprium sibi Deum invocare. Tu enim, ait, dignatus es nuncupari Deus meus, ut promissionem illam sanctis viris datam assereres : *Et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus* [51]. *Excipe deprecationem meam, et ne sileas a me, nequando taceas a me, et assimilabor descendentibus in lacum.* Hæc dicebat in certamine constitutus : ne iis qui post mortalis hujusce vitæ exitum in mortis lacum descendunt, similis fieret. Etiamsi enim in superiori psalmo dixerit : *Credo videre bona Domini in terra viventium* [52]; attamen ut homo adhuc carne circumdatus, ob vitæ debilitatem ac volubilitatem decertabat. Siquidem et ipse Apostolus decertabat, ne aliis prædicans ipse reprobus inveniretur [53]. Lacum autem solent divini libri nuncupare animarum domicilium in inferno, ut vocare consueverunt. Quod etiam ipse David declarat, dum non longe hinc in XXIX psalmo talia fatur : *Domine Deus meus, clamavi ad te, et sanasti me : Domine, eduxisti ex inferno animam meam ; salvasti me a descendentibus in lacum.* Viden' quomodo eodem in loco infernum et lacum una copulavit? Sed in præsenti quidem psalmo clamorem ad Deum emittit, rogans non assimilari descendentibus in lacum; at in nono et vigesimo orationem sibi bene cessisse testificatur, sic aiens : *Domine, clamavi ad te, et sanasti me; salvasti me a descendentibus in lacum* [54]. Opportune autem lacus dicitur animarum in inferno domicilium. Quemadmodum enim lacus receptaculum est aquarum desuper ac e sublimi istuc decidentium, sic et mortis regio, cui nomen infernus, eas quæ a supernis ex humana vita istuc decidunt animas excipiens, jure lacus appellatur. Rogat itaque ut ne in memoratum lacum una cum aliis detrahatur. Et hoc sane mihi continget, ait, si reliquis hominibus similis evadam qui abs te non exaudiuntur, quod est aversionis et odii tui signum. Loco autem hujus, *ne sileas a me*, Symmachus, *ne taceas ex me*, habet; ne forte te procul me quiescente, similis sim descendentibus in lacum.

A *δέεσθαί με πρὸς σέ.* Τίνα δὲ διάνοιαν περιέχει ὁ τῆς δεήσεως λόγος, φέρε κατανοήσωμεν. Βοᾷν φησὶ πρὸς Κύριον, ἐπικαλεῖσθαί τε αὐτὸν ὡς ἴδιον αὐτοῦ Θεόν. Σὺ γάρ, φησὶν, ὁ καταξιώσας ἐμὸς χρηματίσαι Θεὸς, καθ' ἣν περιποιῆσαι πρὸς τοὺς ἁγίους ἐπαγγελίαν εἰπών· *Καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. Παράδεξαί μου τὴν δέησιν. Καὶ μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον.* Ταῦτα δ' ἔφασκεν ἐν ἀγωνίᾳ καθεστώς· μή πη ἄρα τοῖς μετὰ τὴν ἀνάλυσιν τοῦ θνητοῦ βίου καταβαίνουσιν εἰς τὸν τοῦ θανάτου λάκκον παρομοιωθείη. Εἰ γὰρ τὰ μάλιστα ἐν τῷ πρὸ τούτου ἔλεγε ψαλμῷ· *Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου ἐν γῇ ζώντων·* ἀλλ' ὅμως ὡς ἄνθρωπος, ἔτι σάρκα περι-
B κείμενος, ἠγωνία διὰ τὸ σαθρὸν καὶ εὐμετάβολον τοῦ βίου. Ἐπεὶ καὶ ὁ Ἀπόστολος ἠγωνία, μήπως, ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένηται. Λάκκον δὲ εἰώθασιν οἱ θεῖοι λόγοι ὀνομάζειν τὸ τῶν ψυχῶν οἰκητήριον τὸ ἐν τῷ καλουμένῳ ᾅδῃ· ὃ δὴ παρίστησιν αὐτὸς ὁ Δαυὶδ οὐκ εἰς μακρὰν ἐν τῷ κθ' ψαλμῷ λέγων· *Κύριε ὁ Θεός μου, ἐκέκραξα πρὸς σὲ, καὶ ἴασω με· Κύριε, ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου· ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον.* Ὁρᾷς ὅπως τὸν ᾅδην καὶ τὸν λάκκον ἐν ταὐτῷ διὰ τούτων συνῆψεν; Ἀλλ' ἐν μὲν τῷ μετὰ χεῖρας βοᾷς πρὸς τὸν Θεὸν ἀφίησιν, παρακαλῶν μὴ ὁμοιωθῆναι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον· ἐν δὲ τῷ ἐννάτῳ καὶ εἰκοστῷ κατωρθῶσθαι αὐτῷ τὰ τῆς εὐχῆς διδάσκει λέγων· *Κύριε, ἐκέκραξα*
C *πρὸς σὲ, καὶ ἴασω με· ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον.* Προσφυῶς δὲ λάκκος ὠνόμασται τὸ ἐν τῷ ᾅδῃ τῶν ψυχῶν οἰκητήριον. Ὡς γὰρ ὁ λάκκος δοχεῖόν ἐστι τῶν ἄνωθεν καὶ ἐξ ὕψους εἰς αὐτὸν καταφερομένων ὑδάτων· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ τοῦ θανάτου χῶρος, ὁ καλούμενος ᾅδης τὰς ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου εἰς αὐτὸν καταφερομένας ψυχὰς ὑποδεχόμενος, προσφυῶς λάκκος ὠνόμασται. Παρακαλεῖ τοίνυν μὴ συνελκυσθῆναι εἰς τὸν δεδηλωμένον λάκκον. Τοῦτο δὲ, φησὶν, ἔσται, εἰ ὅμοιος γενοίμην τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις τοῖς μὴ εἰσακουομένοις ὑπὸ σοῦ· ὃ δὴ σημεῖον τυγχάνει τῆς σῆς ἀποστροφῆς. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ*, ὁ Σύμμαχος, *μὴ σιγήσῃς ἐξ ἐμοῦ*, φησί· μήποτε, ἡσυχάσαντός σου ἀποθέν μου, ὁμοιωθῶ τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον.

Vers. 5. *Quoniam non intellexerunt opera Domini, et in opera manuum ejus, destrues illos, et non ædificabis eos.* Opera Domini dixeris conditarum omnium rerum substantiam, quam ex non exstantibus ad exsistentiam deduxit universorum opifex Deus : opera autem manuum ejus, rerum factarum administrationem, qua prospicit ac dispensat, Providentiæ suæ virtutibus ceu manibus omnia gubernans.

D *Ὅτι οὐ συνῆκαν εἰς τὰ ἔργα Κυρίου, καὶ εἰς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καθελεῖς αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ οἰκοδομήσεις αὐτούς.* Ἔργα δὲ Κυρίου εἴποις ἂν τὴν τῶν γενητῶν πάντων ὑπόστασιν, καθ' ἣν ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα παρήγαγεν ὁ τῶν πάντων ποιητὴς Θεός· ἔργα δὲ χειρῶν αὐτοῦ τὴν τῶν γενομένων διοίκησιν, καθ' ἣν προνοεῖ καὶ διέπει ὡσπερεὶ χερσὶ ταῖς ἑαυτοῦ προνοητικαῖς δυνάμεσι διακυβερνῶν τὰ πάντα.

Vers. 6, 7. *Benedictus Deus, quoniam exaudivit vocem deprecationis meæ. Dominus adjutor meus et protector meus : in ipso speravit cor meum, et adju-*

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὅτι εἰσήκουσε τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου. Κύριος βοηθός μου καὶ ὑπερασπιστής μου· ἐπ' αὐτῷ ἤλπισεν ἡ καρδία μοι

[51] Jer. VII, 23. [52] Psal. XXVI, 13. [53] I Cor. IX, 27. [54] Psal. XXIV, 4.

καὶ ἐβοηθήθην. Καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου, καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ. Ὁ ἀψευδὴς Θεὸς, πιστούμενος ἑαυτοῦ τὰς ὑποσχέσεις, δι' ὧν ἐπήγγελται λέγων· *Ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι·* ὡς ἐγγὺς ἑστὼς τῶν καθαρῶς αὐτὸν ἐπικαλουμένων, καὶ ὡς οὐ πόρρω τυγχάνων τοῦ τὰ πραχθέντα [προλεχθέντα] δεηθέντος, ἐπήκοον ἑαυτὸν παρέσχε ταῖς προλεχθείσαις ἱκετηρίαις. Εἶθ' ὥσπερ σημεῖον δίδωσι διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος τῇ τοῦ δεηθέντος ψυχῇ, περὶ τοῦ εἰσηκοῦσθαι αὐτήν. Ἡ δὲ, συναισθομένη, μεταβάλλει μὲν τὰς ἱκετηρίους φωνὰς εἰς εὐχαριστίαν, ἐγνωκέναι δὲ ὁμολογεῖ τὴν γενομένην αὐτῇ εὐεργεσίαν· διό φησιν· *Εὐλογητὸς Κύριος, ὅτι εἰσήκουσε τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου· Κύριος βοηθός μου καὶ ὑπασπιστής μου, ἐπ' αὐτῷ ἤλπισεν ἡ καρδία μου, καὶ ἐβοηθήθην.* Συνῆσθετο γὰρ τῆς δεξιᾶς τοῦ Θεοῦ ἐκταθείσης μέχρις αὐτῆς καὶ ἀντιλαμβανομένης αὐτῆς πρὸς τὸ μὴ καθελκυσθῆναι εἰς τὸν δηλωθέντα λάκκον. Ἐξ ὑπερβαλλούσης δὲ χαρᾶς ὁ προφήτης οὐ τὴν ψυχὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν σάρκα αὐτοῦ φησὶ γεγηθέναι καὶ ἀνανεῶσθαι διὰ τὴν καὶ αὐτῷ σώματι ἐπηγγελμένην ἀγαθὴν ἐλπίδα κατὰ τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν· διὸ ἐπιλέγει· *Καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου·* οἷς ἐπισυνάπτει· *Καὶ ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ·* ὅπερ ὅμοιον εἶναί μοι δοκεῖ τῷ· *Ἑκουσίως θύσω σοι.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου,* ὁ μὲν Σύμμαχος, *ἀνθησαι,* φησὶν, *ἡ καρδία μου·* ὁ δὲ Ἀκύλας, *ἐγαυριάσατο ἡ καρδία μου·* ὁ δὲ Θεοδοτίων, *καὶ ἀνέθαλεν ἡ καρδία μου·* ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις, *ἐκραταιώθη ἡ καρδία μου.* Καὶ πάλιν ἀντὶ τοῦ, *ἐκ θελήματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ,* ὁ μὲν Σύμμαχος· *Καὶ ἐν ᾠδαῖς μου ὑμνήσω αὐτὸν,* ἐξέδωκεν· ὁ δὲ Ἀκύλας, *καὶ ἀπὸ ᾄσματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ.*

Κύριος κραταίωμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ὑπερασπιστὴς τῶν σωτηρίων τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ἐστι. Σαφῶς οὖν ἐν τούτοις τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ σωζομένων ἐμνημόνευσεν ἡ προφητεία, εὐκαίρως ἐξ ἑνὸς τοῦ Δαυῒδ τοὺς πάντας χαρακτηρίσασα. Ὥσπερ γὰρ, φησὶν, ἐκεῖνον δεηθέντα ἔσωσεν, οὕτως, φησὶν, καὶ παντὸς τοῦ ἰδίου λαοῦ κραταίωμα ἔσται.

Σῶσον τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, καὶ ποίμανον αὐτοὺς καὶ ἔπαρον αὐτοὺς ἕως τοῦ αἰῶνος. Ποία δὲ τοῦ Χριστοῦ ἡ κληρονομία δείκνυται ἐν τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ· *Αἴτησαι γὰρ,* φησὶν, *καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς.* Οὐκ ἂν δὲ ἁμάρτοις καὶ τοὺς ἐν τῷ προτέρῳ λαῷ θεοφιλεῖς καὶ προφήτας καὶ δικαίους ἄνδρας τῆς τοῦ Χριστοῦ γεγονέναι κληρονομίας εἰπὼν, καὶ τῶν *σωτηρίων* αὐτοῦ μετεσχηκέναι. Οὐδὲ γὰρ τὰ πλήθη καὶ τοὺς ἀναξίως παραβαλόντας τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ προσήκει λαὸν ἀποφαίνειν αὐτοῦ, ἀλλ' ἢ μόνως τοὺς ἀρεσκόντως αὐτῷ βιοῦντας, περὶ ὧν εἶποι ἄν· *Καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός.* — *Καὶ ποίμανον αὐτοὺς, καὶ ἔπαρον ἕως τοῦ αἰῶνος.* Ποιμαίνει δὲ αὐτοὺς ἐνταῦθα, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τιθεὶς ὑπὲρ αὐτῶν, ὥς φησιν ἐν Εὐαγγελίοις· *Ὁ ποιμὴν ὁ*

A *tus sum. Et refloruit caro mea, et ex voluntate mea confitebor ei.* Deus mendacii expers, ut promissa sua confirmet his verbis expressa, *Adhuc te loquente dicam: Ecce adsum* [86], utpote qui prope sit omnibus qui se puro corde invocant, et non procul sit eo qui supra dicto ritu supplicat; præmissis deprecationibus se propitium exhibuit. Deinde vero per propheticum spiritum supplicanti animæ ceu signum dat, quo se exauditam fuisse noverit. Illa vero hæc animadvertens, supplices voces in gratiarum actionem convertit, ac beneficium sibi collatum agnoscere se confitetur. Quamobrem ait, *Benedictus Dominus, quoniam exaudivit vocem deprecationis meæ. Dominus adjutor meus et protector meus: in ipso speravit cor meum, et adjutus sum.* Sentiebat enim B dexteram Dei porrectam sibi, patrocinio esse, ut ne in memoratum lacum detruderetur. Ex gaudii porro vehementia Propheta non animam tantum, sed etiam carnem suam gavisam et renovatam esse testificatur, ob spem illam bonam vel ipsi corpori in resurrectione mortuorum factam; quare subdit, *et refloruit caro mea:* quibus et adjunxit, *et ex voluntate mea confitebor ei.* Quod mihi perquam simile videtur huic: *Voluntarie sacrificabo tibi* [87]. Loco autem dicti illius, *et refloruit caro mea,* Symmachus, *efflorescet,* inquit, *cor meum;* Aquila vero, *gloriatum est cor meum;* Theodotio, *et refloruit cor meum;* quinta editio, *roboratum est cor meum.* Rursumque illius loco, *ex voluntate mea confitebor ei,* Symmachus, *in canticis meis celebrabo ipsum,* edi- C dit; Aquila vero, *et a cantico meo confitebor ei.*

Vers. 8. *Dominus fortitudo plebis suæ, et protector salvationum Christi sui est.* Hic aperte prophetia Christum et eos qui illius ope salutem obtinent memoravit, opportuneque per unum Davidem universos exprimit. Sicut enim, inquit, deprecantem ipsum servavit, ita totius sibi proprii populi fortitudo erit.

Vers. 9. *Salvum fac populum tuum, et benedic hæreditati tuæ, et pasce eos et extolle illos usque in æternum.* Quænam sit Christi hæreditas in secundo psalmo declaratur; nam, *Postula a me,* inquit, *et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ* [88]. Neque a vero aberraveris, si religiosos illos in priori populo viros, prophetas, D et justos, ad Christi hæreditatem pertinuisse dixeris, atque *salvationum* ejus participes fuisse. Neque multitudinem populi, ac eos qui indigne Ecclesiæ Dei accesserunt, populum ejus pronuntiare par fuit; sed solum eos qui ipsi probatam et placitam vitam duxerunt, de quibus ipse dixerit: *Ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus* [89].— *Et pasce eos et extolle illos usque in æternum.* Hic autem pascit illos, qui animam suam pro iis posuit, ut in Evangeliis ait: *Bonus pastor animam suam ponit pro*

[86] Isa. LVIII, 9. [87] Psal. LIII, 8. [88] Psal. II, 8. [89] Jerem. VII, 23.

ovibus [60]; ac rursum : *Oves meæ vocem meam audiunt* [61]; iterumque : *Ero vobiscum usque ad consummationem sæculi* [62]. In tempore autem opportuno ipsas in sublime elatas, cœlesti regno donabit.

καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων· καὶ πάλιν· Τὰ ἐμὰ πρόβατα τῆς φωνῆς μου ἀκούει· καὶ πάλιν· Ἔσομαι μεθ' ὑμῶν ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· καιρῷ δὲ ἐπιτηδείῳ ἐπάρας αὐτοὺς εἰς ὕψος, τῆς οὐρανίου βασιλείας καταξιώσει.

PSALMUS DAVID XXVIII.

In exitu tabernaculi.

VERS. 1, 2. *Afferte Domino, filii Dei, afferte Domino filios arietum. Afferte Domino gloriam et honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus, adorate Dominum in atrio sancto ejus.* His prorsus similia quoad sententiam arbitror ea quæ in nonagesimo quinto psalmo de vocatione gentium feruntur, quæ hoc modo se habent : *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, benedicite nomini ejus, annuntiate de die in diem salutare ejus. Annuntiate in gentibus gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus. Quonium magnus Dominus et laudabilis valde, terribilis est super omnes deos* [63]. Deinceps ita subsumit : *Afferte Domino gloriam nomini ejus. Tollite hostias et introite in atria ejus, adorate Dominum in aula sancta ejus.* Quibus sane evangelicam gratiam, in omnes totius orbis nationes diffusam, prænuntians, postquam canticum novum, videlicet novi Testamenti, memoravit, deinde præcipit ut afferant Domino gloriam et honorem, et cætera. Hæc autem afferre jubet, non Judæos, sed familias gentium, aut secundum reliquos interpretes, ac Hebraicam veritatem, *cognationes populorum*. Hæc itaque in quinto et nonagesimo psalmo de gentibus divinitus prænuntiata sunt. In præsenti vero ea ipsa jubentur Domino afferre filii arietum, quos æstimo nihil differre a familiis gentium, aut cognationibus populorum. Neque enim ipsi arietes hæc Domino afferre jubentur, sed filii arietum. Id vero dico secundum Hebraicam sententiam, in qua neutiquam effertur illud : *Afferte Domino, filii Dei.* Quare hæc in Septuaginta interpretibus obelo notantur, quod neque in Hebraico exemplari, nec apud reliquos interpretes compareant. Quod si omnino Septuaginta interpretum lectio spectanda sit, dico præcipi filiis [Dei] ut afferant Domino, non arietes, sed filios arietum, gloriam et honorem cæteraque his adjuncta. Quæ sane ex comparatione quinti et nonagesimi psalmi, de conversione gentium prænuntiari dixerim.

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΚΗ'.

Ἐξοδίου σκηνῆς (1).

Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, υἱοὶ Θεοῦ, ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ υἱοὺς κριῶν. Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν· Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν ὀνόματι αὐτοῦ. Προσκυνήσατε τῷ Κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ. Τούτοις ἰσοδυναμεῖν ἡγοῦμαι κατὰ τὴν διάνοιαν τὰ ἐν πέμπτῳ καὶ ἐνενηκοστῷ ψαλμῷ περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως τοῦτον λελεγμένα τὸν τρόπον· *Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινόν· ᾄσατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ. Ἄσατε τῷ Κυρίῳ, εὐλογήσατε ὄνομα αὐτοῦ, εὐαγγελίσασθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ. Ὅτι μέγας Κύριος καὶ αἰνετὸς σφόδρα, φοβερός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς θεούς·* οἷς ἐξῆς ἐπιλέγεται· *Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν ὀνόματι αὐτοῦ. Ἄρατε θυσίας καὶ εἰσπορεύεσθε εἰς τὰς αὐλὰς αὐτοῦ. Προσκυνήσατε τῷ Κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ.* Ἐν οἷς ὁ λόγος, τὴν εὐαγγελικὴν χάριν τὴν εἰς πάντα χυθεῖσαν τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη προευαγγελισάμενος, καὶ τοῦ καινοῦ ᾄσματος, δηλαδὴ τῆς καινῆς Διαθήκης μνημονεύσας, ἐξῆς προστάττει κομίζειν τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ τιμὴν, καὶ τὰ ἐξῆς. Ταῦτά τε κομίζειν παρακελεύεται οὐκ Ἰουδαίοις, ἀλλὰ ταῖς πατριαῖς τῶν ἐθνῶν, ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, καὶ κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν ἀκρίβειαν, *ταῖς συγγενείαις τῶν λαῶν*. Ταῦτα μὲν οὖν σαφῶς ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ ἐνενηκοστῷ ψαλμῷ περὶ τῶν ἐθνῶν ἐθεσπίζετο· ἐν δὲ τῷ μετὰ χεῖρας ὁ λόγος τὰ αὐτὰ τῷ Κυρίῳ προσφέρειν τοῖς υἱοῖς τῶν κριῶν κελεύει· οὓς νομίζω μηδὲν διαφέρειν τῶν πατριῶν τῶν ἐθνῶν, ἢ τῶν συγγενειῶν τῶν λαῶν. Οὐ γὰρ αὐτοὶ οἱ κριοὶ προστάττονται προσφέρειν τὰ κεκελευσμένα, ἀλλ' οἱ υἱοὶ τῶν κριῶν. Καὶ ταῦτά (2) φημι κατὰ τὴν Ἑβραίων ἀνάμνησιν, καθ' ἣν οὐκ ἐκφέρεται τό· *Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ, υἱοὶ Θεοῦ*. Διὸ καὶ ὠβέλισται παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα, ὡς μὴ κείμενον μήτε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ μήτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς. Εἰ δὲ χρὴ καὶ εἰς τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα θεωρῆσαι ἔκδοσιν, φημὶ τὸν λόγον προστάττειν τοῖς υἱοῖς τοῦ φέρειν τῷ Κυρίῳ οὐ κριοὺς, ἀλλὰ υἱοὺς κριῶν· καὶ δόξαν καὶ τιμὴν καὶ τὰ ἐξῆς ἐπιλεγόμενα· ἃ δὴ ἀπὸ τῆς παραθέσεως τοῦ πέμπτου καὶ ἐνενηκοστοῦ ψαλμοῦ περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφῆς εἰποιμι ἂν προφητεύεσθαι.

Neque a scopo deflectemus, si pronuntiaverimus hic per Filios Dei, Salvatoris nostri discipulos apostolosque significari, a quibus liquet factam esse

Οὐκ ἂν δὲ ἁμάρτοιμεν τοὺς ἐνταῦθα υἱοὺς Θεοῦ λεγομένους τοὺς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθητὰς καὶ ἀποστόλους καὶ εὐαγγελιστὰς εἶναι ἀποφηνάμενοι,

[60] Joan. x, 11. [61] Joan. x, 27. [62] Matth. xxviii, 20. [63] Psal. xcv, 1-4.

(1) Hæc, ἐξοδίου σκηνῆς, non leguntur in Hebraico exemplari, neque, Theodoreto teste, in Hexaplo feruntur. In Chaldaico textu tamen legitur. Alii legunt, ἐξόδου σκηνῆς, quod idipsum significat.

(2) Hæc pluribus explananda in Hexaplorum collectione.

δι' ὧν ἡ κλῆσις τῶν ἐθνῶν φαίνεται κατωρθωμένη· οὗς ὁ μετὰ χεῖρας λόγος προστάττει φέρειν τῷ Κυρίῳ πρῶτον μὲν ἁπάντων υἱοὺς κριῶν, ἀλλ' οὐ κριούς· ἐπειδήπερ πρὸς τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν ἐλέγετο ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ ψαλμῷ· *Ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγενήθησαν υἱοί σου.* Τῶν δὲ πατέρων λήθην ποιήσασθαι παρεκελεύσατο αὐτῇ ὁ λόγος εἰπών· *Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου· καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου· ὅτι αὐτός ἐστι Κύριός σου.* Ταῦτα γὰρ οὐδὲ πρὸς ἄλλην ἢ πρὸς μόνην τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ ἐλέγετο· παραινοῦντος αὐτῇ τοῦ θείου Πνεύματος λήθην ποιήσασθαι τοῦ πρωτέρου αὐτῆς λαοῦ, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτῆς διὰ τὴν πολύθεον πλάνην, καὶ τὴν τῶν πατέρων αὐτῆς δεισιδαιμονίαν. Εἶτ' ἐπειδὴ τῶν πατέρων ἐπιλαθέσθαι αὐτῇ παρεκελεύσατο, ἀναγκαίως ἐπάγει λέγων· *Ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγενήθησαν οἱ υἱοί σου.* Τούτους υἱοὺς κριῶν διὰ τὸ ἄλογον ἀποκαλεῖ. Εἶτ' ἐπιλέγει· *Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν·* ὃ δὴ νοήσεις ἀπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πρὸς τοὺς μαθητὰς παρακελεύσεως, δι' ἧς παραινεῖ λέγων αὐτοῖς· *Λαμψάτω τὰ ἔργα ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως, βλέποντες τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.*

Καὶ τρίτον ἔτι πρὸς τούτοις, φέρειν τῷ Κυρίῳ προστάττει συμφώνως ὁ μετὰ χεῖρας ψαλμός, καὶ ὁ ἐνενηκοστὸς πέμπτος, δόξαν ὀνόματι αὐτοῦ. Αὐτῷ μὲν γὰρ προσφέρομεν δόξαν διὰ δογμάτων ἐρρωμένων· ἀλλὰ καὶ τιμὴν αὐτῷ προσφέρομεν, πειθαρχοῦντες προστάγματι λέγοντι· *Τίμα τὸν Κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων, καὶ ἀπάρχου αὐτῷ ἀπὸ σῶν καρπῶν δικαιοσύνης.* Τῷ δὲ ὀνόματι αὐτοῦ δόξαν περιάπτομεν, ἐπειδὰν λάμπῃ ἡμῶν τὰ ἔργα ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· ὥστε ὁρῶντας αὐτοὺς δοξάζειν τὸν Πατέρα ἡμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὅπως δὲ παρὰ τοῖς ἔθνεσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ δοξάζεται, καὶ ὁ διὰ τοῦ προφήτου παρίστησι λόγος πρὸς τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀποτεινόμενος καὶ λέγων· *Οὐκ ἔστι μου θέλημα ἐν ὑμῖν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν· διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν δεδόξασται τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι· καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου καὶ θυσία καθαρά· διότι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσιν· ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦντες αὐτό.* Πρὸς τούτοις ἅπασιν οἱ δηλωθέντες υἱοὶ τοῦ Θεοῦ, ἢ υἱοὶ τῶν κριῶν κελεύονται προσκυνεῖν τῷ Κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ. Οὐ γὰρ ἔξω τῆς αὐλῆς βούλεται, οὐδὲ ἀνακεχωρημένως ἰδιάζοντας προσκυνεῖν αὐτῷ, ἀλλ' ἀπαντῶντας εἰς τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ*, ὁ μὲν Ἀκύλας, *ἐν διαπρεπείᾳ ἡγιασμένῃ*, ἐξέδωκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ἐν διαπρεπείᾳ ἁγίᾳ.* Βούλεται γὰρ ἡμᾶς ὁ λόγος μετὰ τοῦ πρέποντος κόσμου, καὶ τῆς τῷ Θεῷ προσφιλοῦς δικαιοσύνης τὴν προσκύνησιν ποιεῖσθαι, ὅλους αὐτοὺς ἐν ἁγιασμῷ γενομένους καὶ ἐν εὐπρεπείᾳ.

A gentium vocationem. Eos scilicet hic psalmus jubet afferre, primo quidem et ante omnia filios arietum, non arietes, quoniam in psalmo quadragesimo quarto Ecclesiæ ex gentibus coactæ dicitur: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii*[64]. Eidemque præcipitur ut patrum suorum obliviscatur his verbis: *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui: et concupiscet Rex decorem tuum, quia ipse est Dominus tuus*[65]. Hæc enim non alii quam Christi Ecclesiæ dicta sunt, cohortante illam Spiritu divino, ut obliviscatur priorem populum suum et domum patris sui; nimirum ob multiplicium deorum errorem, ac patrum suorum superstitionem. Deinde quia illam patres oblivisci suos jusserat, necessario infert his B verbis: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.* Hos filios arietum vocat ob rationis defectum. Postea subjungit: *Afferte Domino gloriam et honorem.* Cujus sententiam ex hoc Salvatoris nostri ad discipulos monito intelligas: *Luceant opera vestra coram hominibus, ut videntes bona opera vestra, glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est*[66].

Ad hæc tertio, præsens psalmus, cui consonat nonagesimus quintus, præcipit afferre Domino gloriam nomini ejus. Ipsi namque, per doctrinam sanam, gloriam afferimus; sed et honorem ipsi afferimus, si huic ejus præcepto pareamus: *Honora Dominum de tuis justis laboribus, et primitias offer ipsi de tuis justitiæ fructibus*[67]. Nomini autem ejus gloriam conciliamus, si quando luceant opera nostra coram hominibus, ita ut videntes ipsi glorificent Patrem nostrum qui in cœlis est. Quo pacto autem etiam apud gentes nomini ejus gloria referatur, hic prophetæ sermo declarat, qui Judaicam gentem respicit, et sic habet: *Non est voluntas mea in vobis, dicit Dominus omnipotens, et sacrificium non accipiam de manibus vestris; ab ortu enim solis usque ad occasum glorificatum est nomen meum in gentibus, et in omni loco thymiama offertur nomini meo, et sacrificium mundum. Quia magnum est nomen meum in gentibus: et vos polluistis illud*[68]. Ad hæc D omnia ii, qui filii Dei esse declarantur, scilicet filii arietum, jubentur adorare Dominum in aula sancta ejus. (1) Non vult enim extra aulam, neque in secessu, aut semotos adorare ipsum; sed accedere jubet ad Ecclesiam suam. Loco autem illius, *in aula sancta ejus*, Aquila, *in decore sanctificato;* Symmachus vero, *in decore sancto*, edidit. Vult enim nos cum debito ornatu, ac Deo dilecta justitia adorationem peragere, sanctitati prorsus deditos ac decori.

[64] Psal. XLIV, 17. [65] ibid. 11. [66] Matth. V, 16. [67] Prov. III, 9. [68] Malach. I, 10–12.

(1) Idipsum fere Basilius dixit, qua de re in præfatione videsis.

Vers. 3. *Vox Domini super aquas, Deus majestatis intonuit; Dominus super aquas multas.* Quia cum in vertice Carmeli aer serenus esset, audiebat vocem aquarum multarum. Ac si quis summatim omnia colligat quæ in Veteri Testamento de aquis feruntur, is sane videbit illud: *Spiritus Dei ferebatur super aquam* [69]; et illud: *Educant aquæ reptilia animarum viventium, et volatilia* [70]; ea item deprehendet quæ in diluvio gesta sunt, quomodo videlicet, cum omnia aquis submersa essent, solus Noe cum iis qui in arca erant salvus evaserit, ea etiam quæ in Ægypto, et in mari Rubro, et quæ in Jordane, qua ratione filii Israel sicco pede transierint.

A *Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὁ Θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησε· Κύριος ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν.* Ὅτι, αἰθρίας οὔσης ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ Καρμήλου, ἤκουε φωνὴν ὑδάτων πολλῶν. Καὶ ὅλως, συναγαγών τις τὰ ἐν τῇ Παλαιᾷ περὶ ὑδάτων ἀναγεγραμμένα, καὶ ὡς τὸ, *Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος*· καὶ τό· *Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν καὶ πετεινὰ πετόμενα*· τά τε ἐν τῷ κατακλυσμῷ, ὡς, ἁπάντων ὑποβρυχίων γινομένων, μόνος ὁ Νῶε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ διεσώζοντο ἐν τῇ κιβωτῷ· καὶ τὰ ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου, καὶ τὰ ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ τὰ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, ὅπως ἀβρόχῳ ποδὶ διεβίβασαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, δῆλον.

Vers. 4. *Vox Domini in virtute.* Nam qui omnia potest in Christo qui se confortat, is præcepta Domini audit, et ea exsequitur. Vox ergo Domini non in debili ac soluta anima, sed in robusta quæ naviter bonum operatur. *Vox Domini in magnificentia.* Non per ea solum, inquit, quæ de aquis dicta nobis sunt, vox Domini declaratur, sed etiam per virtutem et magnificentiam ejus, quam oculis deprehendere potest, quisquis confertim mundum totum quaquaversum, et partes ejus sigillatim contemplatur, necnon inenarrabilem magnitudinem, ineffabilem pulchritudinem, ac multa varietate spectabilem, quæ ipsis inest, sapientiam. Quæ nimirum potestatem virtutemque universorum opificis aperte commonstrant. Hinc est quod sermones prophetici Dei scientiam a magnitudine operum ejus mutuati sint. Quamobrem apud Jeremiam dictum est: *Dominus qui fecit terram in fortitudine sua* [71], et cætera.

B *Φωνὴ Κυρίου ἐν ἰσχύι.* Ὁ γὰρ πάντα ἰσχύων ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι αὐτὸν Χριστῷ, οὗτος ἀκούει τῶν ἐντολῶν Κυρίου, καὶ ποιεῖ. Φωνὴ οὖν Κυρίου οὐκ ἐν τῇ ἀσθενεῖ καὶ λελυμένῃ ψυχῇ, ἀλλ' ἐν τῇ εὐτόνῳ ἰσχυρῶς κατεργαζομένῃ τὸ ἀγαθόν. *Φωνὴ Κυρίου ἐν μεγαλοπρεπείᾳ.* Οὐ διὰ μόνων, φησὶ, τῶν εἰρημένων ἡμῖν περὶ ὑδάτων ἡ φωνὴ παρίσταται τοῦ Κυρίου· ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ἰσχύος αὐτοῦ καὶ τῆς μεγαλοπρεπείας, ἣν ἔστιν ὀφθαλμοῖς κατανοῆσαι ἀβρόως τὸν σύμπαντα κόσμον ἀπείρατα, ἰδίως τε τὰ τούτου μέρη θεασάμενον, τά τε μεγέθη τὰ ἀνεκδιήγητα καὶ τὰ ἀνέκφραστα κάλλη, τήν τε ἐν αὐτοῖς ὁρωμένην πολυποίκιλον σοφίαν· ἃ δὴ τυγχάνει παραστατικὰ τῆς τοῦ συστησαμένου τὰ πάντα δυνάμεώς τε καὶ ἰσχύος. Ἔνθεν οἱ προφητικοὶ λόγοι τὴν θεολογίαν ἀπὸ τῆς μεγαλουργίας αὐτοῦ παρελάμβανον. Διὸ εἴρηται C παρὰ τῷ Ἱερεμίᾳ· *Κύριος ὁ ποιήσας τὴν γῆν ἐν τῇ ἰσχύι αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.*

Vers. 5, 6. *Vox Domini confringentis cedros: et confringet Dominus cedros Libani, et comminuet eas tanquam vitulum Libani, et dilectus quemadmodum filius unicornium.* Hoc item modo interpreteris: per vitulum Libani, filium unicornium, videtur Hierosolymam indicare, atque illum pridem dilectum filium unicornium. Nam ex sanctis patribus orti sunt, qui olim unicornes vocitabantur, quia uno Deo veluti cornu sunt usi: qua de re gloriabantur his verbis: *In te inimicos nostros ventilabimus cornu* [72]. Quorum filii fuere, duces Sarion ex circumcisione, sic enim in aliis editionibus vocantur, qua voce *principes* significantur. Eos comminatione contrivit sua, una cum Hierosolyma quam vitulum et Libanum nuncupat. Id enim aperte Ezechiel propheta significavit his verbis: *Hæc dicit: Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena unguibus, ductumque habet ut ingrediatur in Libanum, et tulit selecta cedri, summitates frondium tenerarum, et detulit ea in terram Chaldæorum* [*Chanaan*] [73]. Quæ ipse in sequentibus interpretatur dicens: *Cum venerit Rex Babylonis*

Φωνὴ Κυρίου συντρίβοντος κέδρους· συντρίψει Κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· καὶ λεπτυνεῖ αὐτὰς ὡς τὸν μόσχον τοῦ Λιβάνου (sic) *καὶ ὁ ἠγαπημένος ὡς υἱὸς μονοκερώτων.* Ἢ καὶ οὕτως· Μόσχον ἔοικε Λιβάνου, τὸν υἱὸν μονοκερώτων, τὴν Ἱερουσαλὴμ λέγειν, καὶ τὸν πάλαι ἠγαπημένον υἱὸν μονοκερώτων. Ἐπεὶ πατέρων γεγόνασιν ἁγίων, οἵτινες ἐλέγοντο μονοκέρωτες, διὰ τὸ μόνῳ Θεῷ κέρατι κεχρῆσθαι, ὡς ἐπ' αὐτῷ σεμνύνεσθαι καὶ λέγειν· *Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν.* Ὧν υἱοὶ γεγόνασιν οἱ ἡγούμενοι τῶν ἐκ περιτομῆς D Σαρίων (1) ἐνταῦθα κεκλημένοι κατὰ τὰς ἄλλας ἐκδόσεις, ὃ ἑρμηνεύεται *ἄρχοντες*, οὓς ἀπειλῇ συνέτριψε μετὰ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἣν μόσχον ἔφη καὶ Λίβανον. Σαφῶς γὰρ Ἰεζεκιὴλ ὁ προφήτης τοῦτο παρέστησε φήσας· *Τάδε λέγει· Ὁ ἀετὸς ὁ μέγας ὁ μεγαλοπτέρυγος, ὁ μακρὸς τῇ ἐκτάσει, πλήρης ὀνύχων ὃς ἔχει τὸ ἤτημα εἰσελθεῖν εἰς τὸν Λίβανον, καὶ ἔλαβε τὰ ἐπίλεκτα τῆς κέδρου, τὰ ἄκρα τῆς ἁπαλότητος, καὶ ἤνεγκεν αὐτὰ εἰς γῆν Χαλδαίων·* ἃ καὶ διὰ τῶν ἑξῆς ἡρμήνευσε λέγων· *Ὅταν ἔλθῃ βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ*

[69] Genes. I, 2. [70] ibid. 20. [71] Jerem. X, 12. [72] Psal. XLIII, 6. [73] Ezech. XVII, 3.

(1) Vox Σαρίων, a reliquis interpretibus expressa, ex Hebraico *Sirion* confecta est; Septuaginta vero Interpretes ἠγαπημένον, *dilectum*, transtulere.

λήψεται τὸν βασιλέα αὐτῆς καὶ τὸν ἄρχοντα αὐτῆς. Τούτους γὰρ *ἐπίλεκτα* καὶ *ἄκρα κέκληκεν ἁπαλότητος.* Μόσχον δὲ αὐτῆς φησι τὸ θυσιαστήριον, ἐν ᾧ μόσχους καὶ θυσίας ἀνέφερον· ἃ δὴ πάντα συντέτριπται μετὰ Σαρίων, ὅ ἐστιν ἀρχόντων. Οὕτως οὖν φησι συντρίψει καὶ τοὺς ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν ἀσεβεῖς, τοὺς ἐπαιρομένους ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου.

Φωνὴ Κυρίου συσσείοντος ἔρημον, συσσείσει Κύριος τὴν ἔρημον Κάδης. Ἀληθῶς γὰρ ἡ σύμπασα τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένη, ἔρημος οὖσα πρότερον Θεοῦ γνώσεως καὶ εὐσεβείας, συνεσείσθη διὰ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, ὡς μεταβαλεῖν αὐτὴν ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετὴν, καὶ ἀπὸ ἀγνοίας εἰς ἐπιστήμην θείαν. Γέγονεν οὖν ἐξ ἐρήμου οἰκουμένη.

Φωνὴ Κυρίου καταρτιζομένου ἐλάφους, καὶ ἀποκαλύψει δρυμούς, καὶ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν. Ἐλάφους γὰρ, φησὶν, ὁ Κύριος καταρτισάμενος· ζῶον φιλέρημον ὀφιοκτόνον τε καὶ κερασφόρον, καὶ κατὰ τὸν νόμον καθαρὸν, ὃν ἐξέκεμψεν εἰς τὴν προδηλωθεῖσαν ἔρημον. Οἱ δὲ ταύτην διαδραμόντες τοὺς ἐν αὐτῇ ὄφεις τοῖς ἑαυτῶν κατεπάτησαν ποσὶ, πάντα τε τὰ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἰοβόλα θηρία μακρὰν ἀπήλασαν· ὧν ἐλαθέντων, ἀπεκαλύφθησαν οἱ δρυμοί· *Καὶ ἐν τῷ ναῷ πᾶς τις λέγει δόξαν.* Σφόδρα ἀκριβῶς εἴρηται· *Καὶ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν·* οὐκέτι γὰρ Ἰουδαῖοι, οὐδὲ ὁ ἐκ περιτομῆς λαὸς, ἀλλὰ πᾶς τις ὁ ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἐπιστραφείς. *Κύριος ἰσχὺν τῷ λαῷ αὐτοῦ δώσει· Κύριος εὐλογήσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ.*

in Jerusalem, assumet regem ejus et principem ejus [74-83]. Hos *selecta* vocat, et *summitates frondium tenerarum* ejus. Vitulum autem ejus, altare vocat, in quo vitulos et sacrificia offerebant. Quæ omnia, una cum Sariis, id est principibus ejus, contrita sunt. Ita, inquit, cæterarum gentium impios conteret, qui instar cedrorum Libani erigebantur.

A

Vers. 8. *Vox Domini concutientis desertum, et commovebit Dominus desertum Cades.* Vere totus orbis hominum, cum ante Dei cognitione ac pietate vacuus et desertus esset, per evangelicam prædicationem commotus est, ita ut a nequitia ad virtutem, ab ignorantia ad scientiam divinam transmearet. Ex deserto igitur habitatus orbis effectus est.

B

Vers. 9-11. *Vox Domini præparantis cervos, et revelabit condensa, et in templo ejus omnes dicent gloriam.* Nam Dominus, inquit, cervos præparat. Est animal solitudinis amans, serpentibus exitiale, et cornutum, atque secundum legem mundum est, ac in prædictum desertum emissum fuit. Qui porro desertum hujusmodi percurrunt, serpentes pedibus suis proterunt, omniaque venenata in eremo animalia procul abigunt. Quibus depulsis revelata sunt querceta, *et in templo ejus omnes dicent gloriam.* Summa certe accuratione dictum est, *et in templo ejus omnes dicent gloriam;* non enim Judæi, neque populus ex circumcisione, sed quisquis ex omnibus gentibus conversus est. *Dominus virtutem populo suo dabit; Dominus benedicet populo suo in pace.*

C

ΨΑΛΜΟΣ ΩΔΗΣ ΤΟΥ ΕΓΚΑΙΝΙΣΜΟΥ ΤΟΥ ΟΙΚΟΥ ΤΟΥ ΔΑΥΙΔ ΚΘ'.

PSALMUS CANTICI 1. IN DEDICATIONE DOMUS DAVID XXIX.

Ἀλλ' εἴποι τίς ἂν πρὸς τοῦτο, ὡς οὐδεμίαν οἰκοδομῆς οἴκου ἢ ναοῦ ποιεῖται μνήμην· οὐδέ τις λόγος ἐστὶν ἐν τῷ ψαλμῷ δυνάμενος ἁρμόζειν ἐγκαινίοις οἴκου, ὡς νομίσαι τινὰ ἐπὶ ἐγκαινισμῷ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼ τὸν προκείμενον ψαλμὸν εἰρῆσθαι. Ἀλλ' ἐπεὶ προγέγραπται, *ὨΙδῆς ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου·* σκόπει μήποτε οἶκον ἐνταῦθα τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν αἰνίττεται· ἐν ᾗ τὸ θεῖον Πνεῦμα, ὡς ἐν ναῷ οἰκῆσάν ποτε, καιρῷ τινι ἔρημον αὐτὴν καταλέλοιπεν, ἀναχωρῆσαν διὰ τὴν πλημμεληθεῖσαν αὐτῷ κατὰ τὸν Οὐρίαν καὶ τὴν τούτου γυναῖκα πρᾶξιν· δι' ἣν καὶ μέχρι τοῦ θανάτου κατελήλυθε, τὰ πρὸ θάνατον ἁμαρτήσας· δυνάμει δὲ τότε καὶ εἰς τὸν λάκκον, καὶ εἰς τὸν ᾅδην κατηνέχθη, κατέβη τε ἀληθῶς εἰς διαφθοράν· ὡς διὰ ταῦτα θρήνοις αὐτὸν σχολάσαι, σάκκον τε ἀντὶ τῆς βασιλικῆς ἐσθῆτος περιβαλέσθαι. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἀξιόλογον ἐνδειξάμενος μετάνοιαν, ἑαυτόν τε κολάσας καὶ τιμωρησάμενος, ἱκανῶς τε ἐγκαρτερήσας ταῖς ἐξομολογήσεσιν, ἐπαγγελίαν ἀφέσεως τῆς ἁμαρτίας εἴληφε, διὰ τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ προελευσομένου Χριστοῦ, μέλλοντος καὶ μέχρις ᾅδου καταβήσεσθαι· εἰκότως τῆς κατηφείας μεταβαλὼν, καὶ τῆς ἐφ' οἷς ἐτόλμησεν ἐξομολογήσεως, εὐχαριστίαν ἀναπέμπει τῷ Θεῷ λέγων·

Sed fortasse quispiam ad hæc dixerit, quod nullam hic structuræ domus sive templi faciat mentionem : nec quidpiam in psalmo reperiatur quod possit dedicationi domus competere, ut quis putaverit de templi Hierosolymitani dedicatione hunc psalmum pronuntiatum fuisse. Verum quoniam inscribitur : *Psalmus cantici in dedicatione domus*, mihi, quæso, consideres, num hic per domum, suam ipsam animam adumbret : in qua cum Spiritus sanctus ceu in templo aliquando habitasset, quodam tempore desertam eam reliquit, atque recessit ob patratum in Uriam et uxorem ejus facinus; ideo ad mortem usque delapsus est, quia ad mortem peccaverat; imo ratione quadam usque ad lacum et ad infernum deductus est, ac reipsa descendit in corruptionem; ita ut ea de causa fletibus se dederit, ac pro regia veste saccum induerit. At quia postquam dignam exhibuit pœnitentiam, ac sese castigavit atque punivit, congruentique tempore in confessionibus perseveravit, remittendi sibi peccati promissionem nactus est, per Christum scilicet ex ejus semine proditurum, et ad infernum usque descensurum; jure a tristitia et a scelerum confessione translatus, gratias agit Deo, dicens :

[74-83] Ezech. XVII, 12.

Domine, eduxisti ab inferno animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum : luctumque suum in lætitiam versum his verbis testificatur : *Convertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum et circumdedisti me lætitia.* Cum igitur hic domum, Davidis animam indicare commonstratum sit, hujusce domus dedicationi quæ hic dicuntur aptanda sunt.

A *Κύριε, ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον*, μεταβεβλῆσθαί τε αὐτῷ τὰ τοῦ πένθους εἰς εὐφροσύνην σημαίνει καὶ δι' ὧν φησίν· *Ἔστρεψας τὸν κοπετόν εἰς χαράν ἐμοί· διέρρηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνην.* Δεδειγμένου τοίνυν τοῦ οἴκου τῆς τοῦ Δαυὶδ ψυχῆς, ἆρα τῷ ἐγκαινισμῷ τοῦ τοιούτου οἴκου ἐφαρμόζειν τὰ προκείμενα.

Vers. 2, 3. *Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Domine Deus meus, clamavi ad te, et sanasti me. Domine, eduxisti ab inferno animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum.* Hæc David in præsenti psalmo dicit; in vigesimo septimo autem, ita clamabat ipse : *Ad te, Domine, clamabo, Deus meus, ne sileas a me, ne quando taceas a me, et assimilabor descendentibus in lacum.* Sed quia ibi sic precabatur, hic gratias agit ut detrusus ante et delapsus in lacum, sed jam reductus et erutus ex eo, neque similia passus iis qui cum in ipsum descendissent, nunquam inde postea emerserunt. Nam cum primis beatum est non peccare; at quia humanæ naturæ infirmitas peccatis subjacet; secundam quis navigationem esse dixerit, ad bonum se revocare, ac post morbum sese restituere ac naturalem recipere sanitatem.

Ὑψώσω σε, *Κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με, καὶ οὐκ ηὐφράνας τοὺς ἐχθρούς μου ἐπ' ἐμοί. Κύριε ὁ Θεός μου, ἐκέκραξα πρὸς σέ, καὶ ἴασω μοι. Κύριε, ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον.* Ταῦτα μὲν ὁ Δαυὶδ διὰ τοῦ μετὰ χεῖρας ψαλμοῦ λέγει· ἐν B δὲ τῷ εἰκοστῷ ἑβδόμῳ ψαλμῷ ὁ αὐτὸς ἑβόα λέγων· *Πρὸς σέ, Κύριε, κεκράξομαι, ὁ Θεός μου, μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον.* Ἀλλ' ἐπεὶ μὲν ταῦτα ηὔχετο· ἐνταῦθα δὲ εὐχαριστεῖ ὡς κατενεχθεὶς πρότερον καὶ καταπεσὼν εἰς τὸν λάκκον, ἀνενεχθεὶς δὲ πάλιν καὶ ἀνασωθεὶς ἐξ αὐτοῦ, καὶ μὴ ταῦτα παθὼν τοῖς καταβεβηκόσιν μὲν εἰς αὐτὸν, μὴ ἀναβεβηκόσι δέ· προηγουμένως γὰρ μακάριον τὸ μὴ ἁμαρτεῖν· ἐπειδὴ ἡ ἀσθένεια τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τούτοις ὑπόκειται, δεύτερος, ὡς ἂν εἴποι τις, πλοῦς τὸ ἀναπαλέσαι (sic) καλὸν, καὶ τὸ ἀναλαβεῖν ταὐτὸν μετὰ τὴν νόσον, καὶ τὴν κατὰ φύσιν ἀπολαβεῖν ὑγείαν.

Vers. 5, 6. *Psallite Domino, sancti ejus, et confitemini memoriæ sanctitatis ejus. Quoniam ira in indignatione ejus, et vita in voluntate ejus.* Rogat ut sibi pœnitenti congratulentur, et confiteantur, id est, gratias agant memoriæ sanctitatis ejus; ac si diceret, ut memoriam refricent, neque obliviscantur bonorum quæ hominibus Dominus subministravit. Cum primis autem par est gratiarum actionibus insistere, memores divinæ benignitatis, quæ tanta est, ut nunquam velit malum hominibus obvenire. Quod si contingat quempiam ob propriam improbitatem castigatione egere, ipse sibi iram indignationis procurat. Certe voluntas Dei non mortem hominibus, sed vitam expetit. Quare alio in loco dicitur : *Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed potius pœnitentiam ejus*[64]. Eodem quoque modo hic dictum est, *Vita in voluntate ejus;* non enim *ira in voluntate ejus.* Sane præter Dei propositum ac præter voluntatem ejus peccantibus indignatio et ira præparantur : quod ita declarat Apostolus : *An divitias bonitatis ejus, et patientiæ et longanimitatis contemnis? ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Secundum autem duritiam tuam et impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ et revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus*[65]. *καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ ἀποκαλύψεως καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.*

Ψάλατε τῷ *Κυρίῳ οἱ ὅσιοι αὐτοῦ, καὶ ἐξομολογεῖσθε τῇ μνήμῃ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ. Ὅτι ὀργὴ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ, καὶ ζωὴ ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ.* Συγχαίρειν αὐτῷ μετανοήσαντι, καὶ ἐξομολογεῖσθαι, τουτέστιν εὐχαριστεῖν τῇ μνήμῃ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ, τὴν μνήμην ἀναζωπυροῦντες, μηδ' ἐπιλανθανόμενοι τῶν παρὰ τοῦ Κυρίου χορηγουμένων ἀνθρώποις ἀγαθῶν. Μάλιστα δὲ προσῆκει τὴν εὐχαριστίαν ἐπιτείνειν, μεμνημένους τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, ἥτις τοσαύτη τυγχάνει, ὡς μηδέποτε βούλεσθαι τι κακὸν ἀνθρώποις. Εἰ δὲ καί ποτέ τις διὰ τὴν οἰκείαν μοχθηρίαν ἐπιστροφῆς δεηθείη, αὐτὸς μὲν ἑαυτῷ κατασκευάζει θυμὸν ὀργῆς· τό γε μὴν θέλημα τοῦ Θεοῦ, μήποτε βούλεσθαι θάνατον ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ ζωήν. Διὸ ἐν ἑτέροις D λέγεται· *Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος· οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὡς τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ.* Οὕτω γοῦν καὶ ἐνταῦθα λέλεκται· *Ζωὴ ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ·* οὐ γὰρ *ὀργὴ ἐν τῷ θελήματι αὐτοῦ.* Παρὰ προαίρεσιν δὲ Θεοῦ καὶ παρὰ τὸ βούλημα αὐτοῦ τοῖς ἁμαρτάνουσι κατασκευάζεται θυμὸς καὶ ὀργή· ὃ δὴ παρίστησιν ὁ Ἀπόστολος φήσας· *Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς; ἀγνοῶν, ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει. Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου*

[64] Ezech. XVIII, 23. [65] Rom. II, 4-6.

Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου· Οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα. Δικαιοῖ τὴν κρίσιν τοῦ Κυρίου ὁμολογῶν πόθεν αὐτῷ συμβέβηκεν ἡ πτῶσις· δέον γὰρ ἐστῶτα ἐν τῇ παρὰ τῷ Θεῷ στάσει μεμνῆσθαι τοῦ φάσκοντος λόγου· *Ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ*, ὁμολογεῖν τε τῷ Θεῷ χάριν ὑπὲρ τῆς στάσεως. Ὁ δὲ, οὐκ ὀρθῶς λογισάμενος, παρὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν ἐν τοῖς καλλίστοις ἑστάναι ἐνόμιζεν· ἀπέφαινέ τε ἑαυτὸν καὶ ἄτρεπτον καὶ ἀμετάβλητον. *Κύριε, ἐν τῷ θελήματί σου παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν.* Ἐπεὶ ταῦτα τὰ προειρημένα οὐκ ὀρθῶς ἐλογίζετο, ἔγνω, ὅτι ἡ στάσις αὐτοῦ ἐκείνη, καὶ ἡ εὐθηνία καὶ τὸ πρόσον αὐτῷ τότε κάλλος οὐκ ἦν ἐξ αὐτοῦ, οὐδὲ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ αἰτίαν ὑπῆρχεν αὐτῷ. Διὸ ἐξομολογούμενος ταῦτά φησιν ἔργῳ τὴν πεῖραν παραλαβὼν τῆς ἑαυτοῦ ἀσθενείας· *Ἀπέστρεψας δέ σου τὸ πρόσωπον, καὶ ἐγενήθην ἐταραγμένος.* Σὺ μὲν γὰρ οὐδὲν πλέον ἔπραξας, οὔτε ὦσας, οὔτε κατέβαλες· αὐτὸ δὲ τοῦτο διὰ τὴν ἐμὴν μεγαλαυχίαν μεμονωμένον με εἴασας, καὶ τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας ἔρημον. *Ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου· ἐγὼ δὲ παραχρῆμα ἠλεγχόμην. καὶ ἐγενόμην ταραγμένος*, ὑποπίπτων τοῖς ἐμοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς.

Πρὸς σὲ, Κύριε, κεκράξομαι, καὶ πρὸς τὸν Θεόν μου δεηθήσομαι. Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβῆναί με εἰς διαφθοράν; Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ἐν τοῖς κακοῖς γενόμενος ἔλεγον· Πρὸς σὲ, Κύριε, βοήσω, καὶ σὲ τὸν δεσπότην μου ἱκετεύσω· τί κέρδος ἐν τῷ αἵματί μου, κατενεχθέντος μου εἰς διαφθοράν; Μὴ ἐξομολογήσεταί σοι κόνις, ἢ ἀπαγγελεῖ τὴν ἀλήθειάν σου;* Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια ἱκετεύω, κάτωθεν κραυγὰς ἀφιεὶς ἀπὸ τοῦ βαθυτάτου λάκκου, πυθόμενος ὡς παρὰ διδασκάλου μαθεῖν παρὰ σοῦ τοῦ Θεοῦ. Τίς ὠφέλεια γίνεται ἢ ἐμοὶ ἢ ἑτέροις ἐκ τοῦ ἐμοῦ αἵματος; Ἢ τί πλέον ἀνθρώποις ὑπάρξει ἐκ τοῦ ἐμὲ ἐλθεῖν εἰς διαφθοράν; Ἑτέρου μὲν γὰρ ἐν τῷ αἵματι ὑπάρξει πολλή τις καὶ μεγάλη ὠφέλεια τῷ παντὶ κόσμῳ· ἐπειδὰν ὁ σὸς ἀμνὸς ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἔλθοι, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος ἄφωνος. Τούτου γὰρ τῷ αἵματι ἀπολύτρωσις καὶ κακῶν ἐλευθερία πᾶσι τοῖς δι' αὐτοῦ σωθησομένοις γενήσεται. Ἀλλὰ καὶ ἡ κατάβασις ἐκείνου ἡ μέχρι τῶν διαφθαρέντων, καὶ ἐν θανάτῳ γενομένων, πολλοῖς αἰτία σωτηρίας ἔσται. Πολλὸς γὰρ χοῦς καὶ πολλὴ κόνις τῶν πάλαι καὶ σαρκίνων καὶ χοϊκῶν ἀνθρώπων ἐξομολογήσεταί σοι· οἳ καὶ ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβληθέντες, ἀπαγγελοῦσι τὴν ἀλήθειάν σου. Μήτι οὖν καὶ ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι ἔσται τι τοιοῦτον ἀγαθὸν τῷ κόσμῳ; ἢ ὠφεληθήσεταί τις ἐμοῦ κατασυρέντος ὑπὸ τοῦ θανάτου; ἢ χοῦς καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ χοῦ ληφθεὶς καὶ γεγονὼς ἄνθρωπος, μεταβληθεὶς ἀπὸ τοῦ χοϊκοῦ καὶ γενόμενος πνευματικὸς, ἀπαγγελεῖ τὴν ἀλήθειάν σου; Ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν ἔσται ἐξ ἐμοῦ τοιοῦτον· διὸ ἱκετεύω μὴ ὁμοιωθῆναι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον.

[86] I Cor. x, 12. [87] Joan. i, 29. [88] Isa. liii, 7.

A Vers. 7, 8. *Ego autem dixi in abundantia mea. Non movebor in æternum.* Judicium Domini justum esse comprobat, dum confitetur unde sibi lapsus venerit. Opus enim est eum, qui coram Deo consistit, meminisse hujus dicti, *Qui videtur stare, videat ne cadat* [86], ac Domino gratiam de statu illo profiteri. At ille non bene secum reputans, ex sua virtute se in præclaris stare arbitratus est, sesequo immutabilem, immobilemque declaravit. *Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.* Quia superius memorata non recte æstimaverat, novit tandem statum illum, felicitatem, ac decorem quo tunc fulgebat, non ex se, neque se auctore sibi adfuisse. Quapropter cum ex re ipsa infirmitatis suæ experimentum cepisset, hæc confitetur, dicens: B *Avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus.* Tu quidem nihil ulterius effecisti, non impulisti neque dejecisti me; id tantum præstitisti, ut me propter arrogantiam meam solum, tuaque ope vacuum desereres: *Avertisti faciem tuam*, et ego confestim convictus, *factus sum conturbatus*, in peccata mea lapsus, et inimicis meis traditus.

Vers. 9, 10. *Ad te, Domine, clamabo, et ad Deum meum deprecabor. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?* Secundum Symmachum autem: *Cum in malis essem, dixi: Ad te, Domine, clamabo, et te Dominum meum deprecabor.* C *Quod lucrum in sanguine meo, me delato in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam?* Hæc et his similia deprecor, ex infimis ac ex profundissimo lacu clamores emittens, sciscitorque, ut a te Deo, ceu a magistro, edocear. Quæ utilitas aut mihi aut aliis ex sanguine meo confertur? Aut quid amplius hominibus accidet [boni], si descendero in corruptionem? At enim in alterius sanguine multa magnaque utilitas universo mundo accedet; quando Agnus tuus qui tollit peccatum mundi [87], quasi ovis ad jugulationem veniet, et tanquam agnus coram tondente se sine voce erit [88]. Nam ex hujus sanguine redemptio et ereptio a malis iis erit, qui per eum salutem consecuturi sunt. Quinetiam descensus ejus ad eos usque qui D in corruptione et in morte versantur, multis causa salutis erit. Pulvis enim multus multaque terra, hominum scilicet olim carnalium ac terrenorum, confitebitur tibi: qui in meliorem versi conditionem, annuntiabunt veritatem tuam. Nunquid igitur in sanguine meo tale quidpiam bonum mundo erit? An quis utilitatem hinc percipiet, si ego a morte detrahar? An pulvis et qui ex pulvere sumptus factus est homo, ex terreno commutatus in spiritualem, annuntiabit veritatem tuam? Nihil sane hujusmodi ex me prodibit. Quamobrem rogo ne similis fiam descendentibus in lacum.

VERS. 11-13. *Audivit Dominus, et misertus est mei, Dominus factus est adjutor meus. Convertisti planctum meum in gaudium mihi : conscidisti saccum meum, et circumdedisti me lætitia.* Cum sic, inquit, deprecarer, qui non procul est ab iis qui pure ac fideliter invocant ipsum, Dominus *audivit*, de quo dictum est : *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate* [90] : et postquam audivit, *misertus est mei*, ac suam erga me misericordiam opere comprobavit : *factus est* enim *adjutor meus*. Postquam nos hisce allocutus est verbis, et quæ sibi acciderant enarravit, rursus gratiarum actionem ad ipsum Deum convertit, beneficia sibi collata enumerans. Nam, inquit, tu mei misertus es, et factus es adjutor meus; atque sic veteres lacrymas, lamentationes, planctum in risum, gaudium et exsultationem commutasti. Ita veram comprobasti illam beatitudinem, quæ diu postea de flentibus ac lugentibus tradita est : *Beati qui flent, quoniam ridebunt* [90]; *beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* [91]. Me sacco exuisti, qui luctus signum erat, in quo me affligebam, et cingulo lætitiæ circumcinxisti me. Hæc porro omnia mihi præbuisti, ut ne, si tibi non confessus essem, terra et pulvis remanerem, *ut cantet tibi gloria mea*. Nam si descendissem in corruptionem, nulla hinc utilitas vel mihi vel aliis eventura erat. Ego namque vita illa quæ ex te procedit privandus eram, alii vero per me salutem minime nacti essent.

At quando tu *convertisti planctum meum in gaudium mihi*, et quando *conscidisti saccum meum et circumdedisti me lætitia*, non modica inde utilitas accessit : nam pristina recepta gloria, per eam tibi cantabo et psallam, non prava quidem conscientia, sed fidenti ac pura mente. Ideo ait, *Ut cantet tibi gloria mea, et non compungar*. Ita porro perseverabo per omne sæculum, confitebor tibi, et a te mihi semper collata beneficia commemorabo. *Dominus factus est adjutor meus*. Notandum porro est illud, *factus est*, non semper acceptam substantiam significare; sed quandoque etiam habitum quemdam. Sicubi igitur id de Salvatore dicatur, habitum ad rem aliquam, non substantiam factam, significat. *Convertisti planctum meum in gaudium mihi*. Vox illa, *planctus* [sive *tunsio pectoris*], sensum significat : quod vel ipsa re declaratur, manus quippe pectus tundunt. Qui igitur in propriorum peccatorum sensu versatur, ac per spirituales manus cum efficacia sensum excitat suum, is translatus a luctu, gaudium, Spiritus sancti fructum, accipiet. Illud porro, *convertisti*, mutationem illam ex planctu et luctu in lætitiam declarat; illud demum, *non compungar*, id est, non mutabo propositum. Gloria illa cantatrix ejus qui sic Deum affatur, rectum vitæ institutum est et cognitio pura. *Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.* Id est, pro omnibus quæ contigerint, non modo jucun-

A Ἤκουσε Κύριος, καὶ ἠλέησέ με· Κύριος ἐγενήθη βοηθός μου. Ἔστρεψας τὸν κοπετόν μου εἰς χαρὰν ἐμοὶ, διέρρηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνην. Ταῦτα, φησὶ, δεηθέντος μου, ὁ μὴ μακρὰν ἀφεστὼς τῶν καθαρῶς καὶ πιστῶς ἐπικαλουμένων αὐτὸν Κύριος ἤκουσε, περὶ οὗ εἴρηται· Ἐγγὺς Κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ· καὶ ἀκούσας ἠλέησέ με, καὶ ἔργον ἐπεδείξατο τοῦ εἰς ἐμὲ οἴκτου· ἐγενήθη γὰρ βοηθός μου. Ταῦτα ὡς πρὸς ἡμᾶς διαλεχθεὶς, καὶ τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ διδάξας ἡμᾶς, ἀποστρέφει πάλιν τὴν εὐχαριστίαν ἐπ' αὐτὸν Θεὸν, τὰς εἰς αὐτὸν εὐεργεσίας διεξιών. Ἠλέησας γάρ με σὺ, φησὶ, καὶ γέγονας βοηθός μου· οὕτω τε μετέβαλες τὰ παλαιά μου δάκρυα, καὶ τοὺς θρήνους καὶ τὸν κοπετὸν εἰς
B γέλωτα καὶ χαρὰν, καὶ ἀγαλλίασιν, ἐπαληθεύσας τὸν ὕστερόν ποτε λεχθέντα μακαρισμὸν περὶ τῶν κλαιόντων καὶ πενθούντων, κατὰ τό· Μακάριοι οἱ κλαίοντες, ὅτι γελάσονται· καὶ μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι παρακληθήσονται. Τὰ σύμβολα γοῦν τοῦ πένθους ἀπέδυσάς με, τὸν σάκκον, ἐν ᾧ κακοπαθῶν ἐμαυτὸν ἐτιμωρούμην, καὶ ζώσματι εὐφροσύνης περιέζωσάς με. Καὶ ταῦτα πάντα μοι παρέσχου, ἵνα μὴ ἀπομείνω κόνις καὶ χοῦς ὁ μὴ ἐξομολογούμενός σοι, ἀλλ' ἵνα ψάλλῃ σοι ἡ δόξα μου. Ἐν μὲν γὰρ τῷ καταβῆναί με εἰς διαφθορὰν οὐδεμία τις ἦν ὠφέλεια οὔτ' ἐμοὶ οὔτε ἑτέροις. Ἐγώ τε γὰρ ἀπεστερούμην τῆς παρὰ σοῦ ζωῆς, ἄλλοι τε οὐδαμῶς ἐτύγχανον τῆς δι' ἐμοῦ σωτηρίας.

Ἐν δὲ τῷ μεταβάλλειν σε τὸν κοπετόν μου εἰς
C χαρὰν ἐμοὶ, καὶ ἐν τῷ διαῤῥῆξαί σε τὸν σάκκον μου καὶ περιζῶσαι εὐφροσύνην, οὐχ ἡ τυχοῦσα γεγένηται ὠφέλεια· ἀπολαβὼν γὰρ τὴν προτέραν ἐμαυτοῦ δόξαν, διὰ ταύτης σοι ψαλῶ, καὶ ψαλῶ σοι οὐ μετά τινος φαύλης συνειδήσεως, ἀλλὰ μετὰ πεπαῤῥησιασμένης καὶ καθαρᾶς διανοίας. Διό φησιν· Ὅπως ἂν ψάλλῃ σοι ἡ δόξα μου, καὶ οὐ μὴ κατανυγῶ. Οὕτω τε διατελέσω εἰς τὸν σύμπαντα αἰῶνα, ἐξομολογούμενός σοι, καὶ τὰς σὰς διὰ παντὸς εὐεργεσίας τὰς εἰς ἐμὲ διεξιών. Κύριος ἐγενήθη βοηθός μου. Σημειωτέον, ὅτι τὸ, ἐγενήθη, οὐκ ἀεὶ οὐσίωσιν σημαίνει· ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ πρός τινα σχέσιν. Εἴ ποτε οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος τοιαύτη γένοιτο φωνὴ,
D σχέσιν πρός τι καὶ οὐχὶ οὐσίωσιν σημαίνει. Ἔστρεψας τὸν κυπετόν μου εἰς χαρὰν ἐμοί. Ἡ, κοπετὸς, φωνὴ, τὴν συναίσθησιν σημαίνει, ὡς καὶ αὐτὴ ἡ πρᾶξις παρίστησι, τῶν χειρῶν τὸ στῆθος κοπτουσῶν. Ὁ οὖν ἐν συναισθήσει ἰδίων ἁμαρτημάτων γεγονὼς, καὶ ἐνεργητικῶς διὰ χειρῶν πνευματικῶν τὴν αἴσθησιν αὐτοῦ διεγείρας, μεταβαλὼν ἀπὸ τοῦ ὀλοφύρεσθαι, χαρὰν τὸν καρπὸν τοῦ Πνεύματος ἀναλήψεται. Τὸ, ἔστρεψας, δηλοῖ τὴν ἐκ τοῦ κόπτεσθαι καὶ λυπεῖσθαι εἰς χαρὰν μεταβολήν· τὸ δὲ, οὐ μὴ κατανυγῶ, οὐ μὴ μεταγνῶ, φησί. Δόξα δὲ ψάλλουσα τοῦ ταῦτα λέγοντος τῷ Θεῷ, ὀρθὴ πολιτεία καὶ γνῶσίς ἐστιν εἰλικρινής. Κύριε ὁ Θεός μου, εἰς τὸν αἰῶνα ἐξομολογήσομαί σοι· ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ πᾶσι

[90] Psal. CXLIV, 18. [90] Luc. VI, 21. [91] Matth. V, 5.

τοῖς συμβαίνουσιν, οὐ προσηνέσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τόνοις, εὐχαριστῶ σοι, Δέσποτα.

dis rebus, sed etiam pro laboribus, gratias tibi ago, Domine.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ, ΕΚΣΤΑΣΕΩΣ Λ'.

Οὔτε ἐν τῇ Ἑβραίων Γραφῇ, οὔτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς ἡ προγραφὴ περιέχει, *ἐκστάσεως*. Μήποτε δὲ διὰ τὸ ἐκφέρεσθαι τῷ ψαλμῷ· *Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Ἀπέῤῥιμμαι ἀπὸ προσώπου τῶν ὀφθαλμῶν σου*, τὴν προσθήκην τις ἐποιήσατο ἐν τῇ προγραφῇ εἰς τὸν καιρὸν καθ' ὃν ἐν ἐκστάσει γενόμενος εἶπεν· *Ἀπέῤῥιμμαι ἀπὸ προσώπου των ὀφθαλμῶν σου*, ἀναπέμψας τὰ ἐμφερόμενα τῷ λόγῳ; Πλὴν ἀλλ' εἰς τὸ τέλος τοὺς ἐντυγχάνοντας παραπέμπει καὶ ἡ παροῦσα προγραφὴ, ἤτοι διὰ τὰ τελευταῖα, ἐν οἷς παραίνεσιν ἀναγκαιοτάτην περιέχει ἡ λέγουσα· *Ἀγαπήσατε τὸν Κύριον πάντες οἱ ὅσιοι αὐτοῦ, ὅτι ἀληθείας ἐκζητεῖται Κύριος*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἢ διὰ τὸ προφητεύειν τινὰ περὶ τῶν κατὰ τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος πεπραγμένων· ἃ δὴ γίγνεσθαι ἤμελλεν ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τοῦ Δαυὶδ ἐλπίδας ὑπογράφει ἀγαθὰς ὁ λόγος, αἵτινες ἤμελλον αὐτῷ εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον ἀποδίδοσθαι, εἰκότως εἰς τὸ τέλος ἀναπέμπει τὴν προγραφήν. Περιέχει δὲ ὁ πᾶς ἱκετηρίαν τοῦ Δαυὶδ, ὅλον ἑαυτὸν ἀναρτήσαντος τοῦ Θεοῦ, καὶ παρακαλεῖ μὴ ἐκπεσεῖν τῆς ἐλπίδος·

1. IN FINEM PSALMUS DAVID, PRO EXSTASI XXX.

Neque in Hebraica Scriptura, neque in reliquis interpretibus, inscriptio illud præfert, *pro exstasi*. Num forte quia illud in psalmo [93] effertur : *Ego autem dixi in exstasi mentis meæ : Projectus sum a facie oculorum tuorum*, idipsum quispiam inscriptioni addiderit, ad tempus illud id referens, quo in exstasi positus dixit : *Projectus sum a facie oculorum tuorum?* Cæterum præsens inscriptio lectorem ad finem remittit, sive propter ea quæ versus finem dicuntur, ubi per necessariam admonitionem affert his verbis: *Diligite Dominum, omnes sancti ejus, quoniam veritates requirit Dominus*, et cætera ; sive quia nonnulla vaticinatur quæ tempore passionis Salvatoris nostri gesta sunt, quæque in consummatione sæculi ventura erant. Sed quoniam bona hic Davidi spes subindicatur, quæ ipsi in futuro tempore implenda erat, jure inscriptionem in finem remittit. Totus vero psalmus Davidis supplicationem complectitur qui sese totum Deo concredidit, rogatque ut ne spe labatur.

Ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα· ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ῥῦσαί με καὶ ἐξελοῦ με. Κλῖνον πρὸς μὲ τὸ οὖς σου, τάχυνον τοῦ ἐξελέσθαι με. Πολλῷ τε πλούτῳ περιβεβλημένος, εἰ καὶ νίκαις ταῖς κατ' ἐχθρῶν ἐκόμα, ἀλλὰ τούτων οὐδὲν πρὸς ἀσφάλειαν συμβαλεῖσθαι αὐτῷ ἐπέπειστο, μόνην δὲ τὴν ἐπὶ Κύριον ἐλπίδα· διὸ ἱκέτευε ταύτης μήποτε ἐκπεσεῖν· ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἐδίδασκε τὰ ὅμοια αὐτῷ ζηλοῦντας καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν. Ἀντὶ δὲ, *ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου· ἐν τῇ ἐλεημοσύνῃ σου*, ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκε. *Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστὴν, καὶ εἰς οἶκον καταφυγῆς τοῦ σῶσαί με. Ὅτι κραταίωμά μου καὶ καταφυγή μου εἶ σὺ, καὶ ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου ὁδηγήσεις με καὶ διαθρέψεις με.* Ταῦτα καὶ ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ εἶπε ψαλμῷ.

Vers. 2-4. *In te, Domine, speravi, non confundar in æternum : in justitia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam, accelera ut eruas me.* Etiamsi multis divitiis affluueret, et victoriis quas de inimicis reportaverat, ornaretur, nihil eorum ad securitatem sibi conferre, unamque in Dominum spem id præstare posse, arbitrabatur. Quare supplicabat ut nunquam ab ea decideret : sed nos quoque instituebat ut paria quærentes, eadem quæ ipse sentiremus ac loqueremur. Loco autem illius, *in justitia tua*, Symmachus, *in misericordia tua*, edidit. *Esto mihi in Deum protectorem et in domum refugii, ut salvum me facias. Quoniam fortitudo mea et refugium meum es tu, et propter nomen tuum deduces me et enutries me.* Hæc in septimo decimo quoque psalmo dixerat.

Ἐξάξεις με ἐκ παγίδος ταύτης, ἧς ἔκρυψάν μοι, ὅτι σὺ εἶ ὁ ὑπερασπιστής μου, Κύριε. Εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου· ἐλυτρώσω με, Κύριε ὁ Θεὸς τῆς ἀληθείας. Ἐξ ὧν ἐπειράθην πάλαι πρότερον, πέπεισμαι, ὅτι καὶ νῦν ἐξάξεις με ἐκ πάσης παγίδος τῆς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν μοι κατασκευαζομένης. Ἕως γὰρ ἐν τῷ βίῳ τῷ θνητῷ τυγχάνω, οἶδα πολεμούμενος· καὶ μέχρις ἐσχάτης ἀναπνοῆς ἐν ἀγωνίᾳ κατέστην καὶ διὰ τὰς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλάς. Ἀλλὰ πέπεισμαι, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἀναρτήσας τὴν ἐμαυτοῦ ἐλπίδα, οὐ καταισχυνθήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα. Θεὸν δὲ ἀληθείας εὐκαίρως καὶ καταλλήλως τοῖς λεγομένοις ὠνόμασεν· οὐ γὰρ ἔστι διαψευσθῆναι τὸν ἐπὶ σὲ ἠλπικότα, οὐδὲ τὸν ἐπὶ ταῖς σαῖς ἐπαγγελίαις πεπιστευκότα.

Vers. 5, 6. *Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi, quoniam tu es protector meus. In manus tuas commendabo spiritum meum : redemisti me, Domine Deus veritatis.* Ex iis quæ jam olim expertus sum, confido te ex quovis laqueo educturum me, ab inimicis mihi parato. Quandiu enim in vita mortali versor, me impugnatum iri scio; et ad extremum usque halitum, inimicorum insidiis appetitus, in certamine constitutus ero. At confido fore ut, spe mea in te reposita, non confundar in æternum. Deum autem veritatis opportune et congruenter ad rem quæ agitur vocavit : neque enim contingere potest, ut is qui in te speravit, vel is qui promissis tuis fidem habuit, spe labatur.

Ἐμίσησας τοὺς διαφυλάσσοντας ματαιότητας διακενῆς. Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἤλπισα· ἀγαλ-

Vers. 7, 8. *Odisti observantes vanitates, supervacue. Ego autem in Domino speravi : exsultabo et*

[93] Psal. xxx, 23.

lætabor in misericordia tua. Merito lætaris de veritatis amatoribus, illosque admittis; ideo dictum est, *Veritates requirit Dominus;* illos vero qui vanitatem sectantur, utpote qui mendacium consectentur, adversaris et odisti. Vanitas quippe est quod mendacio plenum : quare sic admones : *Filii hominum usquequo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem et quæritis mendacium*[93] ? Ego vero a vanis rebus aversus, in te solo Domino meo spem reposui, quare confido non frustra tibi meipsum commisisse. Nam finis spei in te posita est gaudium et lætitia.

A *λιάσομαι καὶ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ ἐλέει σου.* Εἰκότως χαίρεις μὲν τοῖς τῆς ἀληθείας ἐρασταῖς, καὶ τούτους προσίεσαι· διὸ λέλεκται· *Ἀληθείας ἐκζητεῖ Κύριος·* τοὺς δὲ τὴν ματαιότητα περιέποντας εἰκότως ἀποτρέπῃ καὶ μισεῖς, ὡς ἂν τὸ ψεῦδος μεταδιώκοντας. Ματαιότης γὰρ τὸ ψεύδους γέμον· διὸ παραινεῖς λέγων· *Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι; ἵνα τί ἀγαπᾶτε ματαιότητα, καὶ ζητεῖσθε ψεῦδος;* Ἐγὼ δὲ, ἀποστραφεὶς τὰ μάταια, ἐπὶ σὲ μόνον τὸν ἐμαυτοῦ Κύριον ἤλπισα· διὸ πέπεισμαι, οὐκ εἰκῇ σοι ἐμαυτὸν παρατεθεῖσθαι. Τὸ γὰρ τέλος τῆς εἰς σὲ ἐλπίδος χαρὰ καὶ εὐφροσύνη.

Vers. 9. *Quoniam respexisti humilitatem meam, salvasti de necessitatibus animam meam; nec conclusisti me in manibus inimici; statuisti in loco spatioso pedes meos.* Jam alias respexisti humilitatem meam : ac plerumque anima mea in necessitates ab inimicis sibi inductas delapsa, meque nihil aliud agente quam ut humiliarem et affligerem me, ob emissas ad te Deum meum preces, tu ipse meus propugnator ac protector, me nequaquam despiciens, sed humilitatem approbans meam, *salvasti de necessitatibus animam meam, nec conclusisti me in manibus inimici;* ac præter expectationem me in retibus jam devolutum, et inimicorum manibus traditum, eripuisti remisistique liberum, pedes meos in latitudine ac in loco spatioso constituisti, solutoque mihi concessisti, ubicunque vellem incederem. In historia porro narratur, ipsum sæpe a Saule deprehensum, et aliquando in spelunca inclusum, manus ejus effugisse : et alias a Gethæis se mente captum simulando elapsum esse.

B *Ὅτι ἐπεῖδες τὴν ταπείνωσίν μου, ἔσωσας ἐκ τῶν ἀναγκῶν τὴν ψυχήν μου. Καὶ οὐ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθρῶν· ἔστησας ἐν εὐρυχώρῳ τοὺς πόδας μου.* Ἤδη καὶ ἄλλοτε ἐπεῖδες τὴν ταπείνωσίν μου· πολλάκις τε περιπεσούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἀνάγκαις ταῖς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐπιτεθείσαις αὐτῇ, ἐμοῦ τε μηδὲν πλέον πράττοντος ἢ ταπεινοῦντος ἐμαυτὸν καὶ κακοῦντος διὰ τῶν πρὸς σὲ τὸν Θεὸν ἱκετηρίων, σὺ αὐτὸς ὁ ἐμὸς ὑπέρμαχος καὶ ὑπερασπιστὴς, μὴ ἀντιπαρελθών με, ἀποδεξάμενος δὲ τὴν ἐμὴν ταπείνωσιν, *ἔσωσας ἐκ τῶν ἀναγκῶν τὴν ψυχήν μου, καὶ οὐ συνέκλεισάς με εἰς χεῖρας ἐχθρῶν·* παραδόξως δέ με εἴσω δικτύων ἤδη γενόμενον, καὶ ταῖς χερσὶ τῶν ἐχθρῶν παραδεδομένον ἁρπάσας ἐλεύθερον ἀνῆκας, καὶ τοὺς πόδας μου ἐν πλατύτητι καὶ εὐρυχωρίᾳ κατέστησας, συγχωρήσας ἀφετόν με βαδίζειν ὅποι καὶ βούλομαι. Διδάσκει δὲ καὶ ἡ ἱστορία, ὅτι, πολλάκις καταληφθεὶς ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, καὶ μέντοι καὶ ἐν τῷ σπηλαίῳ καθειρχθεὶς, τὰς ἐκείνου χεῖρας διέφυγε, καὶ ἄλλοτε τοὺς Γετθαίους παραπληξίαν σχηματισάμενος.

C

Vers. 10. *Miserere mei, Domine, quoniam tribulor : conturbatus est in ira oculus meus, anima mea et venter meus.* Rogo, inquit, ac deprecor mei ut miserearis, *quoniam tribulor;* cujus loco Aquila, *Quoniam angustum mihi.* Tui enim et promissorum tuorum causa in angusta et arcta via incedo. At animæ meæ oculus, ipsaque mens ac vis ratiocinandi turbata est in ira. Pro quo Aquila dicit: *Squaluit in indignatione oculus meus;* Symmachus vero, *Turbatus est præ indignatione oculus meus.* Nam cum indignationem, inquit, et iram mihi concitavi, ausus ea perpetrare quæ furore et ira digna sunt, tunc confusio, conturbatio et squalor rationabilem animæ vim occupavit. Sed etiam anima mea et venter meus ipse conturbatus ac confusus est in tempore indignationis meæ. Quemadmodum vero animæ oculum per translationem a sensili oculo intelligimus, sic ventrem ejus nequaquam labare si vim memoriæ accipias; in qua ceu in ventre, cibos omnes a sermonibus perceptos reponere consuevimus. Quamobrem alicubi dicitur : *Benedic, anima mea, Domino, et omnia quæ intra me sunt, nomini sancto ejus*[93a]. Et Salvator ait : *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, flumina*

D *Ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι θλίβομαι· ἐταράχθη ἐν θυμῷ ὁ ὀφθαλμός μου, ἡ ψυχή μου, καὶ ἡ γαστήρ μου.* Ἱκετεύω, φησὶ, καὶ δέομαι ἐλεηθῆναι, *ὅτι θλίβομαι·* ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας φησίν· *Ὅτι στενὸν ἐμοί.* Τὴν γὰρ στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδεύω διὰ σὲ, καὶ τὰς σὰς ἐπαγγελίας. Ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς ψυχῆς μου ὀφθαλμὸς, αὐτὸς ὁ νοῦς καὶ τὸ ἐν ἐμοὶ λογιστικὸν, ἐταράχθη ἐν θυμῷ· ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας φησίν· *Ηὐχμώθη ἐν παροργισμῷ ὁ ὀφθαλμός μου·* ὁ δὲ Σύμμαχος· *Ἐθολώθη διὰ παροργισμὸν ὀφθαλμός μου.* Ὅτε γὰρ παρώργισα, φησὶ, καὶ θυμὸν ἐμαυτῷ ἐπήγειρα, τολμήσας διαπράξασθαι τὰ θυμοῦ καὶ ὀργῆς ἄξια, τὸ τηνικαῦτα σύγχυσις καὶ θόλωσις καὶ αὐχμὸς τὸ λογιστικὸν τῆς ἐμῆς ψυχῆς κατείληφεν. Ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχή μου, φησὶ, καὶ ἡ γαστήρ μου, καὶ αὐτὴ ἐθολώθη καὶ ἐταράχθη κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ παροργισμοῦ μου. Ὥσπερ δὲ ὀφθαλμὸν ψυχῆς κατὰ μεταφορὰν τοῦ αἰσθητοῦ ὀφθαλμοῦ νενοήκαμεν, οὕτω καὶ τὴν γαστέρα αὐτῆς οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπὼν τὴν δύναμιν τὴν μνημονικὴν, ἐν ᾗ ὥσπερ ἐν κοιλίᾳ καὶ γαστρὶ πάσας τὰς διὰ λόγων τροφὰς ἐναποτίθεσθαι εἴωθε. Διὸ λέλεκταί που· *Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἐντός μου τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ.* Καὶ ὁ Σωτὴρ δέ· *Ὃς ἂν πίῃ ἐκ τοῦ*

[93] Psal. IV, 3. [93a] Psal. CII, 1.

ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος, ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. Κἀνταῦθα τοίνυν τὴν μνημονικὴν δύναμιν, ἢ καὶ αὐτὸ τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς, κοιλίαν ὠνόμασεν ὁ Σωτήρ. Θολωθεὶς τοίνυν τὸν ὀφθαλμὸν τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν γαστέρα τὴν παραδεδομένην, ἰατρείᾳ καὶ θεραπείᾳ ἐμαυτὸν παρεῖχον, ὀδύνῃ καὶ στεναγμοῖς, καὶ πτωχείᾳ παραδιδοὺς τὸν ἐμαυτοῦ βίον, ὥσπερ διά τινων κύκλων ἰατρευόμενος. Ἀντὶ δὲ τοῦ, Ἐν πτωχείᾳ ἡ ἰσχύς μου, καὶ τὰ ὀστᾶ μου ἐταράχθησαν· σαφέστερον ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν εἰπών· Διὰ τὴν κάκωσίν μου ἡ ἰσχύς μου καὶ τὰ ὀστᾶ μου ηὐρωτίασαν. Οὕτω γὰρ, φησὶν, ἐμαυτὸν ἐκάκουν, ὡς διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς κακώσεως ἐξατονῆσαί μου καὶ ἐξασθενῆσαι τὴν ἰσχὺν, καὶ αὐτὰ τὰ τῆς ψυχῆς μου ὀστέα, καὶ τὰς δυνάμεις ἐν αἷς πάλαι ἠνδριζόμην ηὐρωτίασαν· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· Καὶ τὰ ὀστᾶ μου ηὐχμώθη. Ταῦτα δὲ ἀναγκαῖα πρὸς διδασκαλίαν καὶ ὑπογραμμὸν τῶν ἀφέσεως τυχεῖν βουλομένων τῶν οἰκείων πλημμελημάτων.

de ventre ejus fluent aquæ vivæ, salientis in vitam æternam [94]. Hic itaque reminiscendi vim, sive etiam principem animæ partem, ventrem Servator nuncupavit. Cum ergo et mentis oculis et ventre, de quo jam diximus, conturbatus essem, medelæ me atque curationi tradidi; dolori, gemitibus, egestati vitam addixi meam, ceu quadam circuitione usus ad salutem recuperandam. Pro illo autem, *In paupertate virtus mea, et ossa mea conturbata sunt*, apertius Symmachus interpretatus est his verbis, *Propter afflictionem meam, virtus mea et ossa mea putruerunt.* Ita me macerabam, inquit, ut propter afflictionis vim, virtus mea deficeret ac infirmaretur, atque ipsa animæ ossa, ipsæ facultates, quibus olim viriliter agebam, computrescerent; sive secundum Aquilam, *Et ossa mea exaruerunt.* Hæc porro sunt iis, qui scelerum suorum veniam consequi peroptant, ad disciplinam et exemplum necessaria.

Παρὰ πάντας τοὺς ἐχθρούς μου ἐγενήθην ὄνειδος, καὶ τοῖς γείτοσί μου σφόδρα, καὶ φόβος τοῖς γνωστοῖς μου. Οἱ θεωροῦντές με ἔξω ἔφυγον ἀπ' ἐμοῦ· ἐπελήσθην ὡσεὶ νεκρὸς ἀπὸ καρδίας· ἐγενήθην ὡσεὶ σκεῦος ἀπολωλός. Ταῦτα ἀναφέρομεν ἐπὶ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ἁρμόζοι ἂν ὑπ' αὐτοῦ λέγεσθαι, ὅτε οἱ ἐχθροὶ ἀνηρτημένον ὁρῶντες αὐτὸν ἐπετώθαζον ὀνειδίζοντες, κατὰ τὰ γεγραμμένα ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· οἵ τε γνωστοὶ, καὶ οἱ μαθηταὶ, καὶ φίλοι, φόβῳ ὑποπεσόντες, ἀνεχώρουν καταλείποντες αὐτόν· ὅτε καὶ ὁ πρωτοστάτης τοῦ χοροῦ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἤρνηται αὐτὸν τρίτον. Τότε δὲ καὶ ἀπελήσθη ὡσεὶ νεκρὸς ἀπὸ καρδίας· ἀλλὰ καὶ ἐνομίσθη γεγονέναι ὡς σκεῦος ἀπολωλός. Πλὴν ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἐπὶ τὸν ἐν τῷ ψαλμῷ ἐξομολογούμενον ἀναφερόμενα ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ παρίστησι κάκωσιν. Οὕτω γὰρ ἑαυτὸν ἐξέτηκεν, ὡς ἐκλείπειν μὲν αὐτοῦ ἐν ὀδύνῃ τὴν ζωὴν, καὶ ἔτη ἐν στεναγμοῖς, ἀσθενῆσαι δὲ ἐν πτωχείᾳ τὴν ἰσχὺν, καὶ τὸ ὀστέα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ταραχθῆναι· ἐφ' οἷς καὶ ἐγελᾶτο ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, ὡς εἰκῇ καὶ μάτην ἑαυτὸν κατακόπτων. Οὐ μόνον δὲ παρὰ τοῖς ἐχθροῖς ἐγίνετο ὄνειδος, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς γείτοσιν αὐτοῦ τοῖς μάλιστα αὐτὸν εἰδόσι, διὰ τὸ ἔγγιστα οἰκεῖν. Οὗτοι γὰρ, ὁρῶντες αὐτὸν κατατρύχοντα ἐν τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἐξομολογήσει, κατεγέλων αὐτοῦ καὶ ὠνείδιζον. Οἱ δὲ προσήκοντες αὐτῷ συγγενεῖς καὶ φίλοι καὶ ἐφοβοῦντο, ὡς μεμηνότα καὶ τὰς φρένας ἐξεπτηκότα· ὥστε ἀναχωρεῖν καὶ φεύγειν ἐξ αὐτοῦ, ἀπογινώσκοντας αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν, λήθην τε αὐτοῦ ποιεῖσθαι ὡσεὶ καὶ νεκροῦ ἤδη γενομένου, καὶ ὡς περὶ σκεύους ἀπολωλότος διακεῖσθαι. Ταῦτα πάντα πεπονθέναι ἔφασκεν, ἑαυτὸν κακῶν ἐξομολογήσει καὶ μετανοίᾳ. Ἀλλ' οἵδε μὲν, φησὶ, τοιοῦτοι γεγόνασι περὶ ἐμέ. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἄνευ λόγου οὕτως ἐμαυτὸν ἦγον, ἀλλ' ἐπειδήπερ ἤκουον ψόγον πολλῶν παροικούντων κυκλόθεν, οἱ τότε συναιρόμενοι ἐπὶ τὸ αὐτὸ λαβεῖν τὴν ψυχήν μου ἐνεθυμοῦντο· οἱ γὰρ

VERS. 12-14. *Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium et vicinis meis valde, et timor notis meis. Qui videbant me, foras fugerunt a me: oblivioni datus sum tanquam mortuus a corde. Factus sum tanquam vas perditum.* Hæc ad tempus passionis Salvatoris nostri referimus, quæ ab ipso congruenter dicta fuerint, quando inimici suspensum videntes irridebant eum, opprobriis incessentes, ut in Evangeliis scriptum est: ac noti ejus, discipuli et amici, metu correpti recedebant, ipso relicto; quando is qui discipulorum ejus choro præerat, ter ipsum negavit. Tunc sane oblivioni datus est tanquam mortuus a corde; imo etiam tanquam vas perditum reputatus est. Cæterum hæc si ad eum qui in psalmo confitetur referantur, extremam ejus miseriam et afflictionem declarant. Ita enim sese maceravit, ut deficeret in dolore vita ejus, et anni ejus in gemitibus, virtus ejus in paupertate infirmaretur, et ossa animæ ejus conturbarentur; qua in re ab inimicis quoque deridebatur, quasi in vanum ac frustra sese affligeret. Non modo autem inimicis in opprobrium fuit, sed etiam vicinis, qui quod proxime habitarent, ipsum probe noverant. Ipsi namque videntes illum in confessione ad Deum emissa sese macerantem, irridebant eum et opprobriis onerabant. Cognati vero et amici, qui ipsum convenire solebant, metu perterriti erant, ac si eum insanientem ac mente alienatum vidissent; ita ut de salute ejus desperantes secederent et aufugerent, ipsumque veluti jam mortuum oblivioni darent, ac tanquam vas perditum haberent. Hæc omnia perpessum se testificatur, dum se in confessione et pœnitentia affligeret. Sed illi quidem, ait, sic erga me se gesserunt. Ego vero non sine consilio et ratione me sic agere putabam: sed quia audiebam vituperationem multorum commorantium in circuitu, qui tunc una

[94] Joan. VII, 38.

convenlebant eo consilio, ut animam meam acciperent; nam occulti et invisibiles inimici, me in peccatum lapso, in unum congregati sunt ut animam meam raperent; ideo eorum insidias subodoratus, tale de me supplicium sumpsi; cogitans num forte Deus, conspecta hujusmodi abjectione mea, misericordia motus me liberaturus esset.

A ἀφανεῖς καὶ ἀόρατοι ἐχθροὶ, περιπεσόντος μου τῇ ἁμαρτίᾳ, συνετάσσοντο πρὸς ἀλλήλους, ὅπως διαπάσωσι τὴν ἐμὴν ψυχήν. Διόπερ ἐγὼ, τῆς τούτων ἐπιβουλῆς συναισθόμενος, τῇ τοσαύτῃ ἐμαυτὸν ἐπεδίδουν τιμωρίᾳ, εἴ πως ἄρα ὁ Θεὸς διὰ τὴν τοσαύτην μου ταπείνωσιν ἐλεήσειέ με καὶ ῥύσαιτο τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς.

Vers. 15, 16. *Ego autem in te speravi, Domine; dixi: Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ.* Hæc inimicis, inquit, contra me molientibus, in te speravi, Domine; dixique, te solum mihi adjutorem sufficere: nam, *Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ.* Pro quo tum Hebraica lectio, tum reliqui interpretes, *tempora mea*, ediderunt. Etiamsi enim inimici jam maxime viribus valeant, quasi adversum me nacti opportunum tempus; at mihi tempora mea in manibus tuis reservata sunt: quo tempore sortes meas penes te repositas novi. Quamobrem jure supplico postuloque, me in præsenti ab inimicis et a persequentibus me liberari.

Ἐγὼ δὲ ἐπὶ σοὶ ἤλπισα, Κύριε· εἶπα· Σὺ εἶ ὁ Θεός μου, ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου. Ταῦτα τῶν ἐχθρῶν μου, φησὶ, βουλευομένων κατ' ἐμοῦ, ἐπὶ σὲ ἤλπισα, Κύριε· ἔλεγόν τέ σε μόνον βοηθόν μοι ἀπαρκεῖν· *Θεὸς γάρ μου εἶ σὺ, ἐν ταῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου·* ἀνθ' οὗ, *οἱ καιροί μου*, ἡ Ἑβραϊκὴ ἀνάγνωσις καὶ οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ ἐκδεδώκασιν. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα νῦν οἱ ἐχθροὶ κατισχύουσιν, B ὥσπερ καιρὸν ἔχοντες κατ' ἐμοῦ, ἀλλ' οἱ ἐμοὶ καιροὶ πεφυλαγμένοι εἰσὶν ἐν ταῖς σαῖς χερσίν· ἐν οἷς καιροῖς καὶ τοὺς ἐμαυτοῦ κλήρους οἶδα παρὰ σοὶ φυλάττεσθαι. Διὸ εἰκότως ἱκετεύω καὶ δέομαι ἐπὶ τοῦ παρόντος ῥυσθῆναι ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου καὶ ἐκ τῶν καταδιωκόντων με.

Vers. 17-19. *Illustra faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordia tua: Domine, non confundar, quoniam invocavi te.* Quemadmodum oriente sole tenebræ dissipantur, sub terra absconso, omnia nox occupat, tuncque ex latibulis suis prodeunt feræ agrestes, virique operarii iniquitatis; ita, Deo averso, insurgunt animæ hostes, ipsamque incursionibus molestant; ipso autem Deitatis suæ lumen emittente, quod vultum Dei Scriptura vocare consuevit, tunc avertuntur et fugam faciunt omnes qui amica tenebris opera perpetrant, ac quidquid Deo contrarium est dissipatur. Quare qui primo confitebatur dicens: *Illustra faciem tuam super servum tuum*, jam rursum, Non propter opera mea, inquit, sed propter misericordiam tuam salutem nancisci rogo; atque iterum: Quoniam te invocavi, inquit, ne confundar quia speravi in te. Etenim impiis qui te Deum non norunt opprobrium debetur. Quapropter ait, *Erubescant impii et deducantur in infernum;* vel secundum Aquilam et Symmachum, *Sileant in inferno.* Et jam quidem illi loquuntur multa ausi; at cum in congruentem sibi locum deducti fuerint, tunc arrogantiæ finem facient, tunc labia illa, quæ in præsenti cum superbia contra justum virum multa proferunt, muta erunt; tunc de justorum hominum despectu ultio sumetur.

Ἐπίφαρον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου σῶσόν με ἐν ἐλέει σου· Κύριε, μὴ καταισχυνθείην, ὅτι ἐπεκαλεσάμην σε. Ὥσπερ ἡλίου ἀνατείλαντος λύεται τὸ σκότος· ὑπὸ γῆν δὲ γενομένου, νὺξ διαλαμβάνει τὸ πᾶν· προΐασί τε ἐκ τῶν οἰκείων καταδύσεων θῆρες ἄγριοι καὶ ἄνδρες κακουργίας ἐργάται· οὕτως, ἀποστρεφομένου μὲν τοῦ Θεοῦ, οἱ τῆς ψυχῆς ἐχθροὶ ἐπανίστανται καὶ κατατρέχουσιν αὐτῆς· ἐπιλάμψαντος δὲ αὐτοῦ τὸ φῶς τῆς αὐτοῦ θεότητος, ὅπερ πρόσωπον Θεοῦ ὀνομάζειν εἴωθεν ἡ Γραφὴ, ἀποτρέπονται μὲν καὶ ἀποφεύγουσι πάντες οἱ τὰ φίλα τοῦ σκότους ἔργα διαπραττόμενοι, διαλύεται δὲ πᾶν τὸ ἐναντίον τῷ Θεῷ. Διὸ παρακαλεῖ ὁ τὰ πρῶτα ἐξομολογησάμενος φάσκων· *Ἐπίφαρον τὸ πρόσωπόν σου εἰς τὸν δοῦλόν σου·* καὶ πάλιν· Οὐ διὰ τὰς ἐμὰς πράξεις, φησὶ, διὰ δὲ τὸ σὸν ἔλεος σωθῆναι ἀξιῶ· καὶ αὖθις· Ἐπεὶ δέ σε ἐπεκαλεσάμην, φησὶ, μὴ καταισχυνθείην, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισα. Τοῖς μὲν γὰρ ἀσεβέσι, τοῖς σὲ τὸν Θεὸν οὐκ ἐπισταμένοις, αἰσχύνη πρέπει· διό φησιν· *Αἰσχυνθείησαν ἀσεβεῖς καὶ καταχθείησαν εἰς ᾅδου·* ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ τὸν Σύμμαχον· *Σιωπάτωσαν εἰς ᾅδην.* Νῦν μὲν γὰρ λαλοῦσι πολλὰ τολμῶντες· ἐπειδὰν δὲ καταχθῶσιν εἰς τὸ κατάλληλον αὐτοῖς χωρίον, τὸ τηνικαῦτα παύσονται τῆς μεγαλαυχίας· τότε δὲ καὶ ἄλαλα γενήσεται τὰ ἐπὶ τοῦ παρόντος πολλὰ κατὰ τοῦ δικαίου φθεγγόμενα χείλη μεθ' ὑπερηφανίας· τότε δὲ καὶ ἐκδικηθήσεται πᾶσα ἡ κατὰ τῶν δικαίων ἐξουδένωσις.

Vers. 20, 21. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te! Perfecisti eis qui sperant in te in conspectu filiorum hominum. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ a conturbatione hominum. Protteges eos in tabernaculo a contradictione linguarum.* Isthæc, ait, deprecatus sum, ut illustres faciem tuam super servum tuum, et ut salutem misericordia tua nanciscar, et ne confundar quoniam invocavi te, con-

Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου, Κύριε, ἧς ἔκρυψας τοῖς φοβουμένοις σε! Ἐξειργάσω τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σὲ ἐναντίον τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. Κατακρύψεις αὐτοὺς ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου σου ἀπὸ ταραχῆς ἀνθρώπων. Σκεπάσεις αὐτοὺς ἐν σκηνῇ ἀπὸ ἀντιλογίας γλωσσῶν. Ταῦτα, φησὶν, ἱκέτευσα, ἐπιφάναι τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου, καὶ σωθῆναι τῷ ἐλέει σου μὴ καταισχῦναι, ὅτι ἐπεκαλεσάμην σε, πεπεισμέ-

νος, ὡς ἡ σὴ χρηστότης πολλή τις καὶ ἄφατος τυγχάνει, πλούτου δὲ γέμει πολλοῦ. Διὸ καὶ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ εἴρηται· *Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς;* Ἀλλὰ νῦν μὲν οὐ τοῖς πᾶσι φανερὰν ποιεῖς τὴν χρηστότητά σου· κρύπτεις δὲ αὐτὴν καὶ ταμιεύῃ φυλάττων τοῖς φοβουμένοις σε. Ἐπεὶ καὶ ἐξεργάσω αὐτὴν εἰς αὐτὸ τοῦτο· λέγω δὲ εἰς τὸ τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σὲ παρασχεῖν αὐτὴν, καὶ παρέξεις γε αὐτὴν κατὰ καιρὸν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, ὥστε πάντας ἰδεῖν τὴν σὴν χρηστότητα, καιρῷ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀμοιβῆς διδομένην τοῖς ἀξίοις· διόπερ καὶ ἐν τῷ βίῳ τάς σοι ἀνακειμένας ψυχὰς κατὰ τοὺς τῶν πειρατηρίων καιροὺς τῆς παρὰ σαυτοῦ σκέπης καταξιῶν ἀποκρύπτεις, ῥυόμενος αὐτοὺς ἀπὸ ταραχῆς ἀνθρώπων, καὶ ὥσπερ ἐν σκέπῃ ὑπὸ τὴν σαυτοῦ χεῖρα σκεπάζων αὐτοὺς ἀπὸ ἀντιλογίας γλωσσῶν, πρὸς τὸ μηδὲν καταβλάπτεσθαι μήτε ὑπὸ τῶν λόγοις αὐτοὺς καταπολεμούντων, μήτε ὑπὸ τῶν δι' ἔργων τὰς κατ' αὐτῶν μηχανὰς συσκευαζομένων.

A fisus mansuetudinem tuam magnam et ineffabilem esse, ac divitiis multis refertam. Quare dictum ab Apostolo fuit : *An divitias bonitatis ejus et patientiæ et longanimitatis contemnis*[95] ? Sed jam quidem non omnibus bonitatem tuam manifestam facis, sed occultas eam et recondis, custodisque timentibus te. Quia vero ad eam ipsam rem perfecisti eam, id est, ut sperantibus in te largiare, præbeasque ipsam opportuno tempore præ oculis filiorum hominum, ita ut omnes bonitatem suspiciant tuam, tempore remunerationis bonorum dignis attributam; ideo in hac vita animas tibi addictas, tentationum tempore tua protectione dignas habens, abscondis, liberasque illas a conturbatione hominum, ac sub manu tua velut sub tegmine quodam protegis eas a contradictione linguarum, ut nihil lædantur vel ab iis qui ipsas verbis impugnant, vel ab iis qui machinas suas adversus illas instruunt.

Εὐλογητὸς Κύριος, ὅτι ἐθαυμάστωσε τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐν πόλει περιοχῆς. Διὰ τοσούτων τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἔντευξιν πεποιημένος ὁ ἐξομολογούμενος, ἐπὶ χρηστὸν περιγράφει τέλος τὸν λόγον, εὐλογῶν τὸν Θεὸν, *ὅτι ἐθαυμάστωσε τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐν πόλει περιοχῆς*· ὅπερ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν οὕτως· *Εὐλογητὸς Κύριος ὁ παραδείξας τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐμοὶ, ὡς ἐν πόλει περιπεφραγμένῃ.* Δι' ἐμοῦ γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη, ὅτι, μυρίων ἐπ' ἐμὲ πολεμίων συστάντων, καὶ δίκην μεγάλης πόλεως τὴν ἐμὴν ψυχὴν πολιορκεῖν πεπειραμένων, ὁ ἐμὸς φύλαξ, φραγμόν μοι περιβαλὼν, τὸ ἔλεος αὐτοῦ θαυμαστὸν ἔδειξεν, οὕτω με σώσας ὡσεὶ καὶ πόλιν τείχει περιβεβλημένην ὀχυρῷ. Τοιοῦτος δέ μοι γέγονας σὺ ὁ ἐμὸς Κύριος, ὁπηνίκα αὐτὸς ἐμαυτὸν ταπεινῶν ἐν τῇ γενομένῃ μοι ἐκστάσει, ἐν ᾗ *ἐταράχθη ἐν θυμῷ ὁ ὀφθαλμός μου καὶ ἡ ψυχή μου, καὶ ἡ γαστήρ μου.* Οὐκ ἐπετρίβην, ἀλλ' ἐταπείνουν ἐμαυτὸν, ὡς ἀπορριφεὶς ἀπὸ τῶν σῶν ὀφθαλμῶν διὰ τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν. Ἀλλὰ ταῦτα ἐγὼ μὲν ἔλεγον ἐξομολογούμενος· σὺ δὲ φιλάνθρωπος καὶ ἀγαθὸς Θεὸς, οὐκ ἀπέῤῥιψας τὸν σὸν οἰκέτην, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τὴν φάσκουσαν· *Ὅταν ἀποστραφεὶς στενάξῃς, τότε σωθήσῃ*· ταῦτα ἐμοῦ λέγοντος εἰσήκουσας, καὶ διὰ τοῦτο *ἐθαυμάστωσας τὸ ἔλεός σου ἐμοὶ ἐν πόλει περιοχῆς.*

B C D

Vers. 22. *Benedictus Dominus, quoniam mirificavit misericordiam suam in civitate munitionis.* Postquam confitendo tot verbis Deum compellavit, sermonem suum opportuno et bono termino claudit, benedicendo Deum, *quoniam mirificavit misericordiam suam in civitate munitionis:* quod Symmachus sic interpretatus est: *Benedictus Dominus, qui ostendit mihi misericordiam suam, quasi in civitate munita.* Per me quippe, ait, Deus glorificatus est, quia propemodum infinitis collectis hostibus, animamque meam ceu magnam civitatem obsidere conantibus, custos ille meus septo me circummuniens, misericordiam suam mirabilem exhibuit, atque ita me servavit perinde atque civitatem fortissimo muro circum instructam. Talis erga me fuisti, Domine mi, quando memetipsum humiliavi in excessu mentis meæ, quo *conturbatus est in ira oculus meus, anima mea et venter meus.* Neque tunc procrastinavi, sed memetipsum humiliavi, quasi peccati mei causa projectus ab oculis tuis. Et hæc quidem confitendo dixi : Tu vero humanus bonusque Deus, me domesticum tuum non abjecisti, sed secundum promissionem istam, *Cum conversus ingemueris, tunc salutem obtinebis*[96], me hæc dicentem exaudisti, et propterea *mirificasti misericordiam tuam mihi in civitate munitionis.*

ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΣΥΝΕΣΕΩΣ ΛΑ'.

IPSI DAVID INTELLECTUS XXXI.

Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Πολλὰ κακώσας ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι πλημμελήματι ὁ Δαυὶδ, καὶ τὰς διὰ τοῦ τριακοστοῦ φωνὰς προέμενος, φροντίζων καὶ ἀγωνιῶν τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν, ἐφ' οἷς αὐτὸς ἑαυτῷ συνεγνώκει· εἶτα τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ καὶ τῇ δυνάμει τῇ προφητικῇ τὴν διὰ τῆς σωτηρίου χάριτος μέλλουσαν ἔσεσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις συγχώρησιν τῶν ἁμαρτημάτων ἐπιγνοὺς, καὶ ὡς οἱ ἐξ ἐθνῶν εἰδωλολάτραι

Vers. 1. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.* Postquam pro admisso scelere sese David multum afflixerat, vocesque in psalmo tricesimo positas emiserat, de judicio Dei pro iis quorum sibi conscius erat solliciteus; gnarus item ex Spiritu sancto atque ex prophetica illa virtute, remissionis peccatorum quæ per salutarem gratiam hominibus concedenda erat: gnarus item idololatras et atheos sexcentis malis

[95] Rom. II, 4. [96] Ezech. XXXIII, 12.

complicatos, aliquando veniam peccatorum per lavacrum regenerationis confertim consecuturos, his dictis eosdem ter beatos prædicat. Gemitibus, inquit, et lacrymis frequentibus peccati causa contabescens, et illius ergo in adversitates innumeras delapsus, æmulatione dignos eos ac beatos prædico, qui sine miseriis hujusmodi, per Dei benignitatem, remissionem peccatorum acceperunt. Tanto quippe erga illos studio et liberalitate utitur, ut non solum remittat, sed etiam tegat eorum peccata, ut ne vestigium quidem eorum residuum sit.

A καὶ ἄθεοι, μυρίοις κακοῖς ἐμπεπαρμένοι, ἀθρόας ποτὲ τεύξονται ἀφέσεως ἁμαρτιῶν διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, τρισμακαρίους τούτους ἀποφαίνει διὰ τῶν προκειμένων. Ὀδυρμοῖς, φησὶν, ἐγὼ καὶ δάκρυσι θαμινοῖς διὰ τὴν ἁμαρτίαν προστετηκὼς, καὶ παντοδαπαῖς συμφοραῖς ταύτης χάριν περιπεσὼν, ζηλωτοὺς ἐκείνους καὶ μακαρίους ἀποκαλῶ, τοὺς ἀταλαιπώρως τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ τῶν ἁμαρτημάτων δεξαμένους τὴν ἄφεσιν. Τοσαύτῃ γὰρ περὶ αὐτοὺς χρῆται φιλοτιμίᾳ, ὡς μὴ μόνον ἀφεῖναι, ἀλλὰ καὶ καλύψαι τὰς ἁμαρτίας, καὶ μηδὲ ἴχνη τούτων καταλείπειν.

Vers. 2. *Beatus vir cui non imputaverit Dominus peccatum, nec est in ore ejus dolus.* Quæ superius dicta sunt, generatim efferuntur, atque omnes omnino respiciunt qui per gratiam peccatorum veniam nacturi sunt; at quæ in præsenti dicuntur, quo ritu remissio concedatur declarat his verbis: *Cui non imputaverit Dominus peccatum.* Nam peccatum semel perpetratum, fieri non posse quin admissum fuerit significat: sed penes Dominum esse, ut in rationibus suis peccanti facinus vel imputet vel non imputet, ac veniam et indulgentiam concedat. Verum quia quotquot remissionem delictorum, quæ per baptismum datur, adeunt, per confessionem in Salvatorem emissam, per fidem in universorum Deum, ac per confessionem sinceram, veniam consequuntur; congruenter et accurate admodum adjicitur, *Nec est in ore ejus dolus*, aut, *in spiritu ejus dolus:* nam utroque modo in lectione fertur. Hic enim beatus, qui spiritu puro ac ore veraci confessionem edit, vocesque profert in lavacro regenerationis solitas. Quod si in ore ejus, vel in spiritu, vel in anima dolus inveniatur, utpote qui seipsum deceperit ita ut veniam non obtineat; sua insuper mala adaugebit, cum majorem sibi iram in die iræ coacervaverit.

Μακάριος ἀνὴρ ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν, οὐδὲ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. Τὰ μὲν προλελεγμένα γενικῶς εἴρηται, καὶ καθόλου B περὶ πάντων τῶν μελλόντων ἀφέσεως ἁμαρτιῶν διὰ τῆς χάριτος τυγχάνειν· τὰ δὲ προσκείμενα ὅπως ἡ ἄφεσις δίδοται παρίστησι διὰ τοῦ· *Οὗ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν.* Ἅπαξ μὲν γὰρ γενομένην τὴν παραχθεῖσαν ἁμαρτίαν ἀγένητον μὴ δύνασθαι εἶναι δηλοῖ· τόν γε μὲν Κύριον τὸν ἐξουσίαν ἔχοντα ἐν τῷ λογοθεσίῳ λογίζεσθαι τῷ ἡμαρτηκότι, ἢ μὴ λογίζεσθαι τὸ πεπραγμένον, ἀλλὰ συγχωρεῖν ποιεῖσθαι τὴν ἄφεσιν. Καὶ ἐπειδήπερ ἕκαστος τῶν προσιόντων τῇ διὰ τοῦ βαπτίσματος δωρουμένῃ συγχωρήσει δι' ὁμολογίας τῆς εἰς τὸν Σωτῆρα, τῆς γε εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν πίστεως, καὶ δι' ἐξομολογήσεως εἰλικρινοῦς, τῆς ἀφέσεως τεύξεται· σφόδρα ἀκριβῶς ὁ λόγος προστίθησι τὴν φάσκουσαν προσθήκην· *Οὐδ' ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος*, ἢ, *ἐν τῷ πνεύ-* C *ματι αὐτοῦ δόλος*· ἑκατέρως γὰρ φέρεται ἐν τῷ ἀναγνώσματι. Οὗτος γὰρ μακάριος, ὁ καθαρῷ πνεύματι τὴν ἐξομολόγησιν ποιούμενος, καὶ τὰς ἐν τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας φωνὰς προσφερόμενος. Εἰ δ' εὑρεθείη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος, ἢ ἐν τῷ πνεύματι καὶ τῇ ψυχῇ, ὡς ἀπατήσας ἑαυτὸν πρὸς τὸ μὴ τυχεῖν τῆς ἀφέσεως, ἔτι καὶ αὐξήσει τὰ ἑαυτοῦ κακὰ ἐπισωρεύσας καθ' ἑαυτοῦ πλείονα ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς.

Vers. 3, 4. *Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tota die*, etc. Illi quidem beati sunt, quos in spiritu cognoscens beatos prædicavi. Ego vero postquam clamoribus et confessionibus multum laboraveram, defatigatus tacui. Pro quo Symmachus, *Quoniam silui;* Theodotio autem, D *Quoniam laboravi*, interpretati sunt. Pro illo autem, *dum clamarem*, Symmachus, *Dum lamentarer tota die*, edidit. Inveteraverunt autem ejus ossa, contrita scilicet ex continua illa afflictione qua se in confessione maceravit: ibi namque vires animæ, quæ ossa dicuntur, defatigabantur. Quare secundum Aquilam dicitur, *Quoniam obmutui, contrita fuerunt ossa mea in rugitu meo;* secundum Symmachum, *Quoniam silui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tota die.* Non ad unum mensem, sed omnibus diebus sese macerabat ac defatigabat.

Ὅτι ἐσίγησα, ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου, ἀπὸ τοῦ κράζειν με ὅλην τὴν ἡμέραν, κ. τ. λ. Ἐκεῖνοι μέν εἰσι μακάριοι, οὓς τῷ πνεύματι γνοὺς ἐμακάρισα· ἐγὼ δὲ πολλὰ κοπιάσας ἐν ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν βοαῖς καὶ ἐξομολογήσεσιν, ἀπέκαμον καὶ ἐσίγησα· ἀνθ' οὗ D ὁ μὲν Σύμμαχος, *Ὅτι ἀπεσίγησα*· ὁ δὲ Θεοδοτίων, *Ὅτι ἐκοπίασα*, ἡρμήνευσαν. Ἀντὶ δὲ τοῦ *ἀπὸ τοῦ κράζειν με*, *Ἀπὸ τοῦ ὀδύρεσθαί με πᾶσαν ἡμέραν*, ἐκδέδωκεν ὁ Σύμμαχος. Ἐπαλαιώθη δὲ αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ συντριβόμενα ἐκ τῆς πολλῆς κακώσεως τῆς κατὰ τὴν ἐξομολόγησιν αὐτῷ γεγενημένης· ἐν ᾗ καὶ τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ὀστέα ὀνομαζομένας κατεπόνει. Διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται· *Ὅτι ἐκώφευσα, κατετρίβη τὰ ὀστᾶ μου ἐν βρυχήματί μου*· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Ὅτι ἀπεσιώπησα, ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου, ἀπὸ τοῦ ὀδύρεσθαι πᾶσαν ἡμέραν.* Οὐδὲ μέχρι μηνὸς, ἀλλὰ πάσας τὰς ἡμέρας κατέτρυχεν ἑαυτὸν καὶ κατεπόνει.

Vers. 5. *Delictum meum cognitum feci, et injustitiam meam non abscondi. Dixi: Confitebor adver-*

Τὴν ἁμαρτίαν μου ἐγνώρισα, καὶ τὴν ἀνομίαν μου οὐκ ἐκάλυψα. Εἶπα· Ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ

τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ, καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου. Διάψαλμα. Ἄλλοι δὲ οὐ, τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας, ἀλλὰ, τὴν ἀσέβειαν τῆς ἁμαρτίας μου, ἐξέθεντο. Ἀντὶ δὲ τούτου ἀκριβέστερον ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν εἰπών· Ἵνα σὺ ἀφέλῃς τὴν ἁμαρτίαν μου. Τάδε γάρ, φησὶ, καὶ τάδε διεπραξάμην, ἵνα τάδε μοι γένωνται. Οὐκ ἤδη τετυχηκὼς τῆς ἀφέσεως, ἀλλ' ὡς πάντα πράττων, ἵνα αὐτῆς τύχῃ, ταῦτ' ἔλεγε κατὰ τὸν Σύμμαχον. Καὶ ἔχεταί γε λόγου ἡ τοιαύτη ἑρμηνεία· εἰ γὰρ ἑτέρους ἐμακάριζεν, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, ὡς μηδέπω αὐτὸς τετυχηκὼς τῆς ἀφέσεως, πῶς ἐνταῦθα ἐδύνατο λέγειν· Καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς ἁμαρτίας μου; Διόπερ κατὰ τὸν Σύμμαχον ἀκριβέστερον εἰρῆσθαί φημι τὸ, Ἵνα σὺ ἀφέλῃς τὴν ἀσέβειαν τῆς ἁμαρτίας μου.

Ὑπὲρ ταύτης προσεύξεταί σοι πᾶς ὅσιος ἐν καιρῷ εὐθέτῳ. Πλὴν ἐν κατακλυσμῷ ὑδάτων πολλῶν πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐγγιοῦσι. Διὰ τοῦτο πᾶς ὅσιος ὑπόδειγμα λαβὼν ἐκ τῶν κατ' ἐμὲ πεπραγμένων προθυμότατα καὶ εὐθαρσῶς προσεύξεταί σοι, εἴ ποτε καιρὸς αὐτὸν καλῇ ἐπὶ τὴν ὁμοίαν ἐμοὶ προσευχὴν ἐλθεῖν. Προσευξαμένου δὲ αὐτοῦ κατὰ τὸ ὑπόδειγμα τὸ ἐμὸν, καὶ αὐτοῦ ἐπακούσεις, παρέξεις τε αὐτῷ τὴν παρὰ σοῦ σωτηρίαν, ὥστε μηδὲν αὐτὸν βλαβῆναι, κἂν μυρία κατακλύζοντα ὕδατα κατ' αὐτοῦ φέρηται. Ὡς γὰρ ἐπὶ πέτραν οἰκοδομήσας αὐτοῦ τὴν οἰκίαν, καὶ ἐπὶ σὲ τὸν μέγαν Σωτῆρα ἀναρτήσας ἑαυτοῦ τὰς ἐλπίδας, ἄπτωτος καὶ ἑδραῖος μενεῖ· διὰ γὰρ τὴν σὴν φυλακὴν οὐδὲ πλησιάσαι αὐτῷ, οὐδὲ ἐγγὺς γενέσθαι δυνήσεται. Καὶ ταύτην γε τὴν διάνοιαν ἡ τοῦ Συμμάχου παρέστησεν ἑρμηνεία, φήσασα· Περὶ τούτου προσεύξεται πᾶς ὅσιος, ἀντὶ τοῦ, Διὰ τοῦτο προσεύξεται πᾶς ὅσιός σοι καιρὸν εὑρὼν, ὥστε ἐπικλύζοντα ὕδατα πολλὰ πρὸς αὐτὸν μὴ ἐγγίσαι. Ἐὰν δὲ κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα λέγηται· Ὑπὲρ ταύτης προσεύξεται πᾶς ὅσιος, ἐροῦμεν, ὅτι, ὑπὲρ ταύτης, δηλαδὴ τῆς ἀφέσεως τῆς ἐμοὶ γενομένης. Διὰ γὰρ τὸν σὸν ἔλεον καὶ τὴν εἰς ἐμὲ γενομένην φιλανθρωπίαν πᾶς ὅσιος εὐέλπις ἔσται, τῶν ὁμοίων παρὰ σοῦ τυχεῖν· εἴ ποτε αὐτῷ γένοιτο, ὡς ἀνθρώπῳ σάρκα περικειμένῳ, τοιοῦτό τι σφάλμα καὶ καιρὸς δεόμενος ὁμοίας ἐμοὶ ἐξομολογήσεως καὶ προσευχῆς.

Συνετιῶ σε καὶ συμβιβῶ σε ἐν ὁδῷ ταύτῃ ᾗ πορεύσῃ· ἐπισταθήσομαι ἐπὶ σὲ τοὺς ὀφθαλμούς μου. Τὸ λεγόμενον διὰ τοῦ προφήτου· Ἔτι λαλοῦντός σου, ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι, καὶ ἐπὶ τοῦ Δαυὶδ ἐπληροῦτο. Διότι εὐχομένου καὶ τὴν δέησιν ἀναπέμποντος, τὸ Πνεῦμα τὸ θεῖον ἀποκρίσεως αὐτὸν ἀξιοῖ, θαρσεῖν αὐτῷ παρακελευόμενον. Ἐγὼ γάρ σε, φησὶν, συνετιῶ καὶ συμβιβῶ σε· ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας φησίν· Ἐπιστημώσω σε καὶ φωτίσω σε ἐν ὁδῷ ταύτῃ ᾗ πορεύσῃ· ὁ δὲ Σύμμαχος· Συνετίσω σε καὶ ὑποδείξω σοι ὁδὸν ἣν ὁδεύσεις. Ἐπαγγέλλεται γὰρ δείξαι αὐτῷ τὸν εἰπόντα· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. Ἦν δὲ οὗτος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ τοὺς ὁδεύοντας ἄγων ἐπὶ

A *sum me injustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei. Diapsalma.* Alii, non *impietatem cordis*, sed *impietatem peccati mei* exposuerunt. Pro quo accuratius Symmachus interpretatus est his verbis, *Ut tu auferres peccatum meum.* Hæc, inquit, et hæc feci, ut hæc mihi obvenirent. Non enim jam misericordiam consecutus, sed velut omnia agens ut consequeretur, hæc dicebat secundum Symmachum. Et sane hujusmodi interpretatio recte cohæret. Nam si alios, ut veniam iniquitatis consecutos, ita beatos prædicasset, quasi ipse nondum consecutus esset, quomodo hic dicere potuit: *Et tu remisisti impietatem peccati mei?* Quare accuratius Symmachum vertisse dico hoc pacto: *Ut tu auferres impietatem peccati mei.*

B

Vers. 6. *Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Verumtamen in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt.* Quapropter omnis sanctus, sumpto ex iis quæ erga me gesta sunt exemplo, alacriter ac fidenter *ad te orabit;* si quando ipsum ad similem meæ orationem tempus evocarit. Illo autem ad mei exemplum orante, ipsum quoque tu exaudies, salutem illam quæ ex te procedit illi imperties, ita ut nihil patiatur detrimenti, etiamsi infinitæ erumpentes aquæ in ipsum ferantur. Nam cum velut in petra domum fundaverit suam, spemque suam in te magno Salvatore reposuerit, lapsu vacuus et firmus consistet: nam tui custodia fulto, ne appropinquare quidem aut

C juxta accedere poterunt. Quam item sententiam Symmachi interpretatio declarat, quæ sic habet, *De hac re orabit omnis sanctus*, illius loco, Propter hoc, ad te orabit omnis sanctus, cum invenerit tempus, ita ut exundantes aquæ multæ ad eum non accedant. Quod si secundum LXX Interpretes dicatur, *Pro hac orabit omnis sanctus*, nos sic explicabimus, *pro hac*, videlicet remissione mihi facta. Nam propter misericordiam tuam, et tuum erga homines amorem mihi exhibitum, omnis sanctus in spem veniet se similia abs te consecuturum, si quando sibi, utpote homini carne induto, delictum atque tempus simile contingat, quo itidem confessione et oratione opus habeat.

D Vers. 8. *Intellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.* Quod sic a propheta dictum est, *Adhuc te loquente dicam: Ecce adsum* [97], in Davide implebatur. Ipso namque orante ac supplicationem emittente, Spiritus divinus ipsi respondere dignatus, bene sperare jubet. Ego enim, inquit, *intellectum tibi dabo et instruam te.* Pro quo Aquila, *Scientem te faciam et illuminabo te in via hac qua gradieris;* Symmachus vero, *Prudentem te faciam et ostendam tibi viam qua incedas.* Pollicetur enim monstrandam ipsi esse viam ab eo qui dixit, *Ego sum via* [98]. Hic autem erat Dei Verbum, quod iter agentes ad ter felicem finem

[97] Isa. LVIII, 9. [98] Joan. XIV, 6.

sive ad Patrem deducit. Loco autem illius, *Firmabo super te oculos meos*, Symmachus habet, *Consultabo de te oculo meo*. Quia enim *oculi Domini super justos, et aures ejus ad preces eorum* [a]; merito eum qui talia precatus est, oculo dignatur suo, ut radiis illis ex divino oculo emissis illustratus mente, viam cernat sibi promissam. Quare oculi Domini non super omnes, sed *super justos* tantum; nam ab impiis oculos suos avertit.

τέλος τὸ τρισμακάριον, τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα. Ἀντὶ δὲ τοῦ, Ἐπιστηριῶ ἐπὶ σὲ τοὺς ὀφθαλμούς μου, ὁ Σύμμαχος, Βουλεύσομαι, φησὶ, περὶ σοῦ τῷ ὀφθαλμῷ μου. Ἐπειδὴ γὰρ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν· εἰκότως τὸν τοσαῦτα ηὐγμένον καταξιοῖ τοῦ ἰδίου ὀφθαλμοῦ, ὅπως, ἐκ τῶν φωτιστικῶν αὐτῶν τῶν ἐκ τοῦ θείου ὀφθαλμοῦ πεμπομένων φωτισθεὶς τὴν διάνοιαν, τὴν ὁδὸν θεάσηται τὴν ἐπηγγελμένην αὐτῷ. Διόπερ ὀφθαλμοὶ Κυρίου οὐκ ἐπὶ πάντας, ἀλλ' ἐπὶ μόνους τοὺς δικαίους· ἀπὸ γὰρ τῶν ἀσεβῶν ἀποστρέφει τοὺς ἑαυτοῦ ὀφθαλμούς.

Vers. 11. *Lætamini in Domino et exsultate, justi, et gloriamini, omnes recti corde.* Postquam responsionem ad precantem sermo conclusit, post supra dictorum promissionem, ad commune hominum genus sermo transfertur: quia ob vim amoris vult omnes salutem obtinere. Ipseque David postquam confessionem suam absolvit, felici responsione ac pollicitatione donatus, ex vi gaudii reliquis etiam hominibus isthæc emolumenta conciliare satagit. *Lætamini in Domino et exsultate, justi, et gloriamini, omnes recti corde.* Quemadmodum peccatorum ordini ad sinistram posito, congruentem dedit admonitionem, exemplum sese præbens iis qui a peccatis convertuntur; sic etiam justis propria sibi ac convenientia annuntiat in præsenti, cohortans illos ut de nulla terrenarum rerum lætentur, sed de Domino magnifice sentiant, et de tanto bono gaudeant et exsultent. Sed etiam, *qui gloriatur in Domino gloriatur*, ait Apostolus [b]. Jure itaque hoc loco totius sermonis finem facit his verbis, *Et gloriamini in illo, omnes recti corde:* neque de vobis ipsis magnifice sentiatis, sed de ipso Domino qui vobis virtutis omnis auctor fuit.

Εὐφράνθητε ἐπὶ Κύριον καὶ ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι, καὶ καυχᾶσθε, πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Περιγράψας ὁ λόγος τὴν πρὸς τὸν εὐξάμενον ἀπόκρισιν, ἐπαγγειλάμενός τε αὐτῷ τὰ προλελεγμένα, μεταβαίνει ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν ἀνθρώπων γένος, δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας πάντας βουλόμενος σωθῆναι. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Δαυὶδ, προσδιελθὼν τὴν ἑαυτοῦ ἐξομολόγησιν, αἰσίας τε ἀποκρίσεως καὶ ἐπαγγελίας καταξιωθεὶς, ἐξ ὑπερβαλλούσης χαρᾶς καὶ τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις προξενεῖ τὰ τῆς ὠφελείας. *Εὐφράνθητε ἐπὶ Κύριον καὶ ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι, καὶ καυχᾶσθε πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.* Ὥσπερ τῷ ἀριστερῷ τάγματι τῶν ἁμαρτωλῶν τὰ κατάλληλα παρῆνεσεν, ἑαυτὸν ὑπόδειγμα παρασχὼν τοῖς ἐξ ἁμαρτιῶν ἐπιστρέφουσιν· οὕτω καὶ τοῖς δικαίοις τὰ οἰκεῖα καὶ αὐτοῖς ἁρμόδια εὐαγγελίζεται διὰ τῶν προκειμένων, παραινῶν αὐτοῖς ἐπὶ μηδενὶ μὲν τῶν κοσμικῶν εὐφραίνεσθαι, ἐπὶ δὲ τὸν Κύριον μέγα φρονεῖν, καὶ ἐπ' αὐτῷ μόνῳ εὐφραίνεσθαι, χαίρειν τε καὶ ἀγαλλιᾶν ἐπὶ τῷ τοσούτῳ ἀγαθῷ. Ἀλλὰ καὶ *ὁ καυχώμενος ἐν Κυρίῳ καυχάσθω*, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Εἰκότως οὖν καὶ ἐνταῦθα τὸ συμπέρασμα τοῦ παντὸς λόγου ἐπισφραγίζεται λέγων· *Καὶ καυχᾶσθε ἐν αὐτῷ, πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ*· μὴ γὰρ ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα φρονεῖν, ἀλλ' ἐπ' αὐτῷ τῷ πάσης ὑμῖν ἀρετῆς αἰτίῳ γενομένῳ Κυρίῳ.

PSALMUS DAVID XXXII.

Secundum Hebraicam lectionem et secundum reliquos interpretes inscriptione caret hic psalmus, multamque cum præcedenti consonantiam habet. Cum enim in fine illius dixisset, *Lætamini in Domino, et exsultate, justi*, ab iisdem ferme verbis præsentem orditur, Vers. 1: *Exsultate, justi, in Domino.* Videturque mihi ea quæ in præsenti prophetice dicuntur, ad personam eorum qui in præcedenti psalmo indicantur referri, secundum illud: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.* Nam ad eos qui per salutarem gratiam remissionem peccatorum consecuti sunt, id vociferari videtur, *Exsultate, justi, in Domino.* Non vobismetipsis, non cuiquam sæcularium rerum, sed Domino confisi, in ipso dignitatem præferentes, in ipso gloriantes, exsultate vos, o beati, quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. *Rectos* quippe omnes, inquit, *decet Dei collaudatio*; secundum Aquilam vero, *Rectis pulchra est cantatio.* Quia enim non speciosus hym-

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΛΒ'.

Κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν ἀνάγνωσιν καὶ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς ἀνεπίγραφός ἐστιν ὁ ψαλμός· πολλὴν δὲ σώζει ἀκολουθίαν πρὸς τὸν πρὸ αὐτοῦ. Προειπὼν γὰρ κατὰ τὸ τέλος ἐκείνου· *Εὐφράνθητε ἐπὶ Κύριον καὶ ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι*, μονονουχὶ αὐτῆς ἦρξατο τῆς λέξεως τοῦ προκειμένου, φήσας· *Ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι, ἐν Κυρίῳ.* Καί μοι δοκεῖ προφητικῶς τὰ λεγόμενα διὰ τῶν προκειμένων εἰς πρόσωπον ἀναπέμπεσθαι τῶν ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ δηλωθέντων, κατὰ τὸ, *Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι.* Ὡς γὰρ πρὸς ἐκείνους τοὺς τετυχηκότας τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτημάτων διὰ τῆς σωτηρίου χάριτος ἀναφωνεῖται τὸ, *Ἀγαλλιᾶσθε, δίκαιοι, ἐν Κυρίῳ.* Μὴ γὰρ ἐφ' ἑαυτοῖς ἢ ἐπί τι τῶν κοσμικῶν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Κυρίῳ πεποιθότες, καὶ ἐπ' αὐτῷ σεμνυνόμενοι καὶ ἐν αὐτῷ καυχώμενοι, ἀγαλλιᾶσθε ὑμεῖς οἱ μακάριοι, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. *Πρέπει* γὰρ, φησὶ, πᾶσιν *τοῖς εὐθέσιν ἡ εἰς τὸν Θεὸν αἴνεσις.* Κατὰ δὲ τὸν

[a] Psal. xxxiii, 16. [b] I Cor. i, 31.

Ἀκύλαν, *Τοῖς εὐθέσιν ἁρμοσῦται ὕμνησις.* Ἐπεὶ γὰρ οὐχ ὡραῖος ὕμνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ, εἰκότως τοῖς καθαρὰς διανοίας καὶ καθαρὰ χείλη κεκτημένοις εὐπρέπει ἡ τοῦ Θεοῦ αἴνεσις.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ ἐν κιθάρᾳ, ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ ψάλατε αὐτῷ. Κατὰ πρώτην τοῦ νόμου παράδοσιν γεγραμμένα. Καὶ ὁ τὰς ἔσω δὲ καὶ τὰς ἔξω αἰσθήσεις καθαρὰς καὶ ἀμέμπτους φυλάττων ἐν δεκαχόρδῳ ψαλτηρίῳ ψάλλει τῷ Θεῷ. *Ἄσατε αὐτῷ ᾆσμα καινόν.* Τὸ μὲν παλαιὸν ᾆσμα διὰ παλαιᾶς κιθάρας καὶ παλαιοῦ ψαλτηρίου, τῶν ἀψύχων ὀργάνων, ὥσπερ διὰ συμβόλων καὶ εἰκόνων ἐσπουδάζετο τῷ προτέρῳ λαῷ· τὸ δὲ καινὸν ᾆσμα μεγαλοφυέστερον καὶ θεοπρεπέστερον διὰ κιθάρας ζώσης, καὶ διὰ τοῦ ἀποδοθέντος δεκαχόρδου ψαλτηρίου ἀναπέμπεται τῷ Θεῷ. *Καλῶς ψάλατε ἐν ἀλαλαγμῷ.* Οὗτος ὁ ἀλαλαγμὸς ἐστι μυστικός· διὸ εἴρηταί που· *Μακάριος ὁ λαὸς ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν.* Ἀλλὰ καὶ ἀντὶ βοῶν καὶ μόσχων, καὶ τῶν δι' αἵματος θυσιῶν, θυσίας ἀλαλαγμοῦ κατατεθυκέναι φησὶν ὁ εἰπών· *Ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ θυσίαν ἀλαλαγμοῦ.*

Ὅτι εὐθὺς ὁ λόγος τοῦ Κυρίου, καὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν πίστει. Ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην καὶ κρίσιν· τοῦ ἐλέους Κυρίου πλήρης ἡ γῆ. Τὰ μὲν τῆς τῶν ὄντων καταλήψεως διὰ πίστεως ἡμῖν χωρείτω, τὰ δὲ τοῦ πρακτικοῦ βίου διὰ ἐλεημοσύνης καὶ κρίσεως. Ταῦτα γὰρ ἀγαπᾷ ὁ εὐθὺς τοῦ Κυρίου λόγος· ἅτε κριτικοὺς ἡμᾶς κατασκευάσας καὶ διακριτικοὺς τοῦ τε καλοῦ καὶ τοῦ ἐναντίου. Διὸ βούλεται ἡμᾶς μηδὲν ἀκρίτως πράττειν, μηδὲ ἀλόγως φέρεσθαι ταῖς ἐξ αὐτῶν ὁρμαῖς, κεκριμένως, περὶ τῶν πρακτέων βουλεύεσθαι, καὶ πρός γε πάντων ἐλεημονικοὺς εἶναι, συγνωμονικοὺς δὲ πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας γιγνομένους, συμπαθεῖς δὲ καὶ φιλανθρώπους πρὸς τοὺς ἐλέου δεομένους.

Τῷ λόγῳ τοῦ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. Τῷ οὖν Πατρὶ πᾶσα ἡ δύναμις ἡ ὑπερουράνιος ἐστερεώθη· τουτέστι τὸ εὔτονον καὶ βέβαιον καὶ πάγιον ἐν ἁγιασμῷ, καὶ πάσῃ πρεπούσῃ ταῖς ἱεραῖς δυνάμεσιν ἀρετῇ, ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐπικουρίας ἔχουσιν. Ἐνθάδε μὲν οὖν *πνεῦμα στόματος αὐτοῦ* ἀναγέγραπται. Εὑρήσομεν δὲ ἀλλαχοῦ καὶ λόγον στόματος αὐτοῦ εἰρημένον, ἵνα νοηθῇ ὁ Σωτὴρ καὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα. Ἀμφότερα δὲ συνήργησεν ἐν τῇ κτίσει τῶν οὐρανῶν καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς δυνάμεων· διὰ τοῦτο εἴρηται· *Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.* Οὐδὲν γὰρ ἁγιάζεται μὴ τῇ παρουσίᾳ τοῦ Πνεύματος. Ἀγγέλων γοῦν τὴν μὲν εἰς τὸ εἶναι πάροδον ὁ δημιουργὸς Λόγος, ὁ ποιητὴς τῶν ὅλων, παρείχετο· τὸν ἁγιασμὸν δὲ αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον συνεπέφερεν· οὐ γὰρ νήπιοι κτισθέντες οἱ ἄγγελοι.

Φοβηθήτω τὸν Κύριον πᾶσα ἡ γῆ· ἀπ' αὐτοῦ δὲ σαλευθήτωσαν πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν

A nus est in ore peccatoris, jure eos, qui pura mente et puro corde sunt, decet Dei collaudatio.

VERS. 2, 3. *Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi.* [Instrumenta scilicet] secundum primam legis traditionem scripta. Quisquis cum interiores, tum exteriores sensus, puros inculpatosque servat, in psalterio decem chordarum psallit Deo. *Cantate ei canticum novum.* Canticum vetus antiqua cithara et antiquo psalterio cantatur, instrumentis scilicet inanimatis, quasi symbolis et imaginibus quibus prior ille populus studebat. At novum canticum magnificentius ac Deo dignius, cithara vivente ac memorato illo B decachordo psalterio, Deo emittitur. *Bene psallite in jubilatione.* Hæc jubilatio mystica est : quare dictum alicubi fuit : *Beatus populus qui scit jubilationem*[1]. Imo vero boum, vitulorum, cruentorumque sacrificiorum loco, hostiam jubilationis immolasse ait ille : *Circuivi et immolavi in tabernaculo ejus hostiam jubilationis*[2].

VERS. 4, 5. *Quia rectum est verbum Domini, et omnia opera ejus in fide. Diligit misericordiam et judicium : misericordia Domini plena est terra.* Quæ cogitationem ac comprehensionem rerum spectant, per fidem nobis tradantur; quæ autem practicam vitam, per misericordiam et judicium. Hæc enim diligit rectum illud verbum Domini, utpote quod nobis internoscendi vim indiderit, ac discernendi C inter bonum et oppositum illius. Quamobrem vult nos nihil sine judicio agere, neque irrationabiliter impetuque proprio ferri, de agendis prudenter consulere, ac præ omnibus, misericordes esse, peccata in nos admissa facile condonare, condolere ac mites esse erga eos qui misericordia egent.

VERS. 6. *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* A Patre igitur omnis virtus cœlestis firmata est, id est firmitas, soliditas, stabilitasque in sanctificatione ac omni sacris potestatibus convenienti virtute ex Spiritus auxilio data est. Hic porro *spiritus oris ejus* scriptum est. Alibi quoque reperire est verbum oris ejus, ut his intelligatur Salvator et sanctus ejus Spiritus : uterque porro in creatione cœlorum et D potestatum eorum cooperatus est. Ideo dictum est, *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Nihil enim sine Spiritus præsentia sanctificatur. Angelis igitur transitum ad existentiam creator Verbum præbuit, universorum opifex : sanctificationem vero eodem tempore Spiritus sanctus indidit; non enim infantes creati angeli sunt.

VERS. 8, 9. *Timeat Dominum omnis terra : ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.* Ad-

[1] Psal. LXXXVIII, 16. [2] Psal. XXVI, 6.

modum consequenter, postquam magna Dei opificia declaravit, ac tantum non ob oculos posuit, quantus sit ille talium rerum conditor Dominus; eum timere præcepit. Annuntiatque non ultra idolis adhibendum animum, non dæmonas colendos esse, sed tantarum rerum unum opificem. Illius autem loco, *commoveantur*, Symmachus *revereantur* edidit. Hic intelligas, quo pacto futurum erat ut ab eo commoverentur omnes inhabitantes orbem, si animo perpendas qua ratione per prædicationem evangelicam et salutarem doctrinam in toto orbe Ecclesiæ Deo constitutæ sint, aures omnium verbo repletæ, universique homines illa tanta virtute commoti, ac mutati a pristino idolorum errore, ad veræ pietatis commonitionem accesserint: *Quoniam ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt.*

A *οἰκουμένην*. Σφόδρα δὲ ἀκολούθως τὰς τοῦ Θεοῦ μεγαλουργίας παραστήσας, καὶ μονονουχὶ ὀφθαλμοῖς ἐπιδείξας ὁπηλίκος ἐστὶν ὁ τῶν τοιούτων δημιουργὸς Κύριος, παρακελεύεται τοῦτον φοβεῖσθαι. Εὐαγγελίζεται δὲ εἰδώλοις μηκέτι προσέχειν τὸν νοῦν, μήτε δαίμονας σέβεσθαι, ἀλλὰ τὸν τοσούτων ποιητήν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *σαλευθήτωσαν*, ὁ Σύμμαχος, *εὐλαβείσθωσαν*, ἐξέδωκε. Νοήσεις ὅπως ἔμελλον σαλεύεσθαι ἀπ' αὐτοῦ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην, ἐπιστήσας τὴν διάνοιαν, ὡς ἐπὶ τῷ χρηύγματι τῷ εὐαγγελικῷ καὶ τῇ σωτηρίῳ διδασκαλίᾳ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίαι τῷ Θεῷ συνέστησαν· πᾶσά τε ἀκοὴ ἐπληρώθη τοῦ λόγου, καὶ πάντες ἄνθρωποι ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ δυνάμει κεκίνηνται, μεταβάλλοντες ἀπὸ τῆς προτέρας περὶ τὰ εἴδωλα πλάνης, καὶ εἰς B ὑπόμνησιν ἐλθόντες τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας· *Ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν.*

Vers. 10. *Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, et reprobat consilia principum.* Quia videbat spiritus propheticus futurum esse, ut persecutionibus afflictarentur ii qui a prisca illa superstitione recessuri erant, et multorum deorum errorem aversaturi, ut sese ad universorum Dominum converterent; necessario præcipit eis, qui rerum omnium opificem noverint, ut immissos a gentibus in infidelitate perseverantibus terrores, eorumque minas non reformident. Licet enim infinita contra vos moliantur; at nihil in vestri perniciem exsequi valebunt. Ipse namque omnium opifex et Dominus, ad quem confugistis, C insidias a gentibus ac infidelibus populis vobis paratas, et cogitationes eorum vobis adversas vel nutu solo dissipabit: et si quando principes ac reges vobis succenseant, at is consilia ipsorum irrita faciet, solumque ejus consilium in æternum manebit. Enimvero cogitationes sapientiæ ejus non perinde atque cogitationes hominum irritæ erunt: sed judicia ejus permanent in generationem et generationem. Cogitationes quippe suas reservat hominibus se dignis; et quia in singulis generationibus et hominum successionibus, quidam digni reperiuntur, jure ac merito eisdem cogitationes servans suas, ipsas in generationes omnes producit. Et hæc sane olim prophetice prædicta sunt, ipsisque rebus gestis nos verborum D eventum excepimus. Quanta enim adversus Ecclesiam ejus machinati sint, quales persecutiones excitaverint, cujusmodi consilia contra nos inierint principes hujus sæculi, pro rei gravitate enarrari nequit: neque recenseri quo pacto hæc omnia per virtutem Dei dissipata fuerint; neque ætate nostra solummodo, sed per singulas generationes a tempore divini Salvatoris nostri adventus impleta sint.

Κύριος διασκεδάζει βουλὰς ἐθνῶν, ἀθετεῖ δὲ λογισμοὺς λαῶν, καὶ ἀθετεῖ βουλὰς ἀρχόντων. Ἐπεὶ συνεώρα τὸ προφητικὸν πνεῦμα μέλλοντας ἐξάπτεσθαι διωγμοὺς κατὰ τῶν ἀναχωρούντων μὲν τῆς προτέρας δεισιδαιμονίας καὶ ἀποστρεφομένων τὴν πολύθεον πλάνην, ἐπὶ δὲ τὸν τῶν ὅλων Κύριον ἐπιστρεφόντων, ἀναγκαίως τῶν ἐν ἀπιστίᾳ μεινάντων ἐθνῶν τοὺς φόβους καὶ τὰς ἀπειλὰς μὴ δεδιέναι παρακελεύεται τοῖς τῶν ὅλων ποιητὴν ἐπεγνωκόσιν. Κἂν γὰρ μυρία καθ' ὑμῶν ἐπιβουλεύσωνται· ἀλλ' οὐδὲν, φησὶν, ἰσχύσουσι καθ' ὑμῶν ἐνεργῆσαι. Αὐτὸς γὰρ ὁ πάντων δημιουργὸς καὶ Κύριος, ᾧ προσεφύγετε, τὰς καθ' ὑμῶν ἐπιβουλὰς τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν ἀπίστων λαῶν, τοὺς καθ' ὑμῶν λογισμοὺς ἐνὶ νεύματι διασκεδάσει. Εἰ δὲ καὶ ἄρχοντές ποτε καὶ βασιλεῖς μέλλοιεν καθ' ὑμῶν ἐξάπτεσθαι, ἀλλὰ καὶ τούτων ἀθετήσει βουλάς· κρατήσει δὲ μόνη ἡ αὐτοῦ βουλὴ εἰς τὸν αἰῶνα. Ἀλλὰ καὶ τῆς σοφίας οἱ λογισμοὶ αὐτοῦ οὐχ ὁμοίως τοῖς λογισμοῖς τῶν ἀνθρώπων ἀθετήσονται· παραμένουσι δὲ ἑαυτοῦ κρίσεις εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Φυλάττει γὰρ τοὺς αὐτοῦ λογισμοὺς τοῖς ἑαυτοῦ ἀξίοις· καὶ ἐπειδήπερ καθ' ἑκάστην γενεὰν καὶ διαδοχὴν ἀνθρώπων εὑρίσκονταί τινες ἄξιοι, εἰκότως τούτοις αὐτοῖς διατηρῶν τοὺς αὐτοῦ λογισμοὺς, εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν αὐτοὺς παρεκτείνει. Καὶ ταῦτα μὲν πάλαι προελέγετο προφητικῶς· ἔργοις δὲ αὐτοῖς τὴν ἔκβασιν τῶν λόγων ἡμεῖς παρειλήφαμεν. Ὅσα γὰρ ἐμηχανήσαντο κατὰ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ, καὶ ὁποίους καθ' ἡμῶν ἐπήγειραν διωγμοὺς, ὁποίας τε βουλὰς ἐβουλεύσαντο οἱ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου καθ' ἡμῶν, οὐκ ἔστιν ἐπαξίως διηγήσασθαι· καὶ ὡς ταῦτα πάντα Θεοῦ δυνάμει διεσκεδάννυντο· καὶ ὡς οὐκ ἐφ' ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην γενεὰν ἔργοις ταῦτα ἐπληροῦτο ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς τοῦ Σωτῆρος θεοφανείας ἀρξάμενα.

Vers. 12 - 15. *Beata gens cujus est Dominus Deus ejus, populus quem elegit in hæreditatem sibi.* Olim quidem pars atque hæreditas ejus erat Israel: verum quia id ille contempsit, ad gentes gratia transmissa est. *De cælo respexit Dominus,*

Μακάριον τὸ ἔθνος οὗ ἐστιν ὁ Κύριος ὁ Θεὸς αὐτοῦ, λαὸς ὃν ἐξελέξατο εἰς κληρονομίαν ἑαυτῷ. Πάλαι μὲν γὰρ ἦν Ἰσραὴλ μερὶς καὶ κληρονομία αὐτοῦ· ἀλλ' ἐπεὶ ἠθέτησε μεταβέβληται ἡ χάρις ἐπὶ τὰ ἔθνη. *Ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν ὁ Κύ-*

ριος, εἶδε πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου αὐτοῦ ἐπέβλεψεν ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν. Ὁ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας αὐτῶν, ὁ συνιεὶς ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν. Ἵνα γνῶμεν πῶς ὑπέστη τὸ μακαριζόμενον ἔθνος, καὶ πόθεν εἴληφε τὴν σύστασιν ὁ λαὸς ὃν ἐξελέξατο εἰς κληρονομίαν ἑαυτῷ, ἀκολούθως διδάσκει, ὡς ἄρα αὐτὸς ὁ Κύριος πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν ἐπισκεψάμενος, ἐξ ἁπάντων τούτων συνεστήσατο τὸ προλεχθὲν ἔθνος, καὶ τὸν προειρημένον λαὸν, οὐ διακόνοις ἑτέροις κεχρημένος. Ἀντὶ δὲ τοῦ· Ἐξ ἑτοίμου κατοικητηρίου αὐτοῦ, ὁ μὲν Ἀκύλας, ἀπὸ ἑδρίσματος καθέδρας αὐτοῦ, ἡρμήνευσεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀπὸ ἕδρας κατοικίας αὐτοῦ ἐπέβλεψεν. Ὁ δὲ Λόγος αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν διεκονεῖτο τοῖς σωζομένοις· Ἀπέστειλε γὰρ τὸν λόγον αὐτοῦ καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐρρύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. Διὰ τί δὲ ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψε Κύριος, καὶ τί τὸ αἴτιον τοῦ καταξιῶσαι τῆς ἑαυτοῦ ἐπισκοπῆς πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, παρίστησιν ἐξῆς λέγων· Ὁ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας αὐτῶν· ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχός φησιν· Ὁ πλάσσων καταμόνας ἑκάστην καρδίαν αὐτῶν. Εἰ μὲν γὰρ ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις καὶ τὸν ἄνθρωπινον νοῦν ὑφίστη, οὐδὲν ἦν ἀναγκαῖον ἐπιβλέπειν αὐτὸν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· ἀπήρκει γὰρ ἡ καθ' ὅλου πρόνοια πάντων ἐξ ἴσου προνοουμένη· νυνὶ δὲ, ἐπειδήπερ ἐξαίρετός τις οὐσία ἀνθρώπου ψυχὴ, ἐπεὶ περὶ μόνου ἀνθρώπου μεμαρτύρηται εἰρηκώς· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἐποίησεν ὁ Κύριος τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· εἰκότως, ὡς ἂν τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος προνοῶν, ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψε καὶ εἶδε πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ὁ δὴ παριστὰς ὁ παρὼν λόγος φησίν· Ὁ πλάσσων καταμόνας τὰς καρδίας αὐτῶν· καταμόνας δὲ εἴρηται ἀντὶ τοῦ, ἀφωρισμένως παρὰ τὰ λοιπὰ ζῶα. Καρδίας δὲ λέγων τοὺς λογισμοὺς ἐδήλου, καὶ ὅτι ἀφωρισμένως ἕκαστος ἄνθρωπος ὥσπερ ταμιεῖον ἀποκεκλεισμένον ἔχει τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν, ὡς μηδένα δύνασθαι ἑτέρους καταλαμβάνειν λογισμούς. Οὐδεὶς γοῦν οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ. Διὸ περὶ μόνου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς παράστασιν τῆς αὐτοῦ θεότητος ἐλέγετο· Αὐτὸς γὰρ ᾔδει τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· καὶ πάλιν· Εἰδὼς δὲ τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις παρίσταται· μετὰ γὰρ τό· Ὁ πλάσας καταμόνας τὰς καρδίας αὐτῶν, συνῆπται τό· Ὁ συνιεὶς πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν. Μόνος γὰρ αὐτὸς συνίησιν ἐξ ὁποίας προαιρέσεως τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔργα ἐπιτελεῖται, μηδενὸς ἄλλου δυναμένου συνιέναι ποίᾳ προθέσει καὶ ὁποίᾳ ὁρμῇ ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων πράττει ἃ πράττει.

vidit omnes filios hominum. De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram. Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum. Ut sciamus quo pacto gens, quæ beata prædicatur, constituta fuerit, et unde collectus fuerit populus ille quem elegit in hæreditatem sibi; consequenter docet, qui ipse Dominus cum omnes filios hominum qui habitant terram respiceret, ex iis omnibus prædictam gentem sibi selegerit, necnon memoratum populum, non aliis quam superius usus ministris. Pro illo autem, *De præparato habitaculo suo*, Aquila, *a stabilimento sedis suæ*, interpretatus est; Symmachus autem, *a sede habitationis suæ respexit.* Verbum autem ejus salutem iis qui accepturi erant administrabat: nam *misit verbum suum et sanavit eos, et eripuit eos de interitionibus eorum* [b]. Cur autem de cœlo respexit Dominus, et quæ causa fuerit quod omnes filios hominum visitatione sua dignaretur, declarat deinceps his verbis: *Qui finxit sigillatim corda eorum;* pro quo Symmachus habet, *Qui fingit sigillatim unumquodque cor eorum.* Si enim humanam mentem pari atque animalia bruta ratione constituisset, necesse profecto non erat ipsum respicere super filios hominum; sufficeret enim universalis illa providentia, omnibus æqualiter prospiciens. Nunc autem quia præcellens quædam substantia est anima hominis, quandoquidem de solo homine declaratum est, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: et fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit illum* [a]; jure imaginis ille suæ providentiam gerens, *de cœlo respexit et vidit omnes filios hominum.* Quod his verbis in præsenti pronuntiatur, *Qui fingit sigillatim corda eorum;* sigillatim dictum est quasi separatim et seorsum a reliquis animalibus. Dum autem corda memoraret, cogitationes significavit: quia quilibet homo seorsum mentem suam ceu receptaculum occlusam habet, ut nemo alterius cogitationes deprehendere valeat. *Nullus igitur hominum novit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in ipso* [c]. Quare de solo Salvatore nostro, ad declarationem ejus Deitatis, dicebatur, *Ipse enim sciebat quid esset in homine* [d]; ac rursum: *Sciens cogitationes illorum* [e]. Hoc item in præsenti declarat: post illud enim, *Qui finxit sigillatim corda eorum*, additur hoc, *Qui intelligit omnia opera eorum.* Ipse namque solus intelligit ex cujusmodi electione voluntatis hominum opera edantur, cum nullus alius intelligere queat ex cujusmodi proposito, ex quo motu voluntatis quivis hominum agat quæ agit.

Οὐ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ. Ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν· ἐν δὲ πλήθει δυνάμεως αὐτοῦ οὐ σωθήσεται. Ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, τοὺς ἐλπί-

VERS. 16-19. *Non salvabitur rex per multam virtutem, et gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ. Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur. Ecce oculi Domini super metuentes eum, et in eis qui sperant super mi-*

[b] Psal. cvi, 20. [a] Genes. i, 26, 27. [c] II Cor. ii, 11. [d] Joan. ii, 25. [e] Luc. vi, 8.

sericordia ejus, ut eruat a morte animas eorum, et alat eos in fame. Isthæc supradictorum sententiæ cohærent. Sermo namque postquam omnes qui in terra sunt homines ad Dei timorem superius evocavit his verbis, *Timeat Dominum omnis terra*; deinde ut animos adderet, ne animo deficerent ac reformidarent persecutiones obventuras, ante adjecerat, *Dominus dissipat consilia gentium*, et cætera. Eidem igitur sententiæ insistens in superius allatis ait. Confidite, vos omnes ad quos sermo vertitur. Si itaque ad hunc timorem accesseritis, oculos ejus vimque illius perspicacem vobis providentem obtinebitis, quæ vos ab omnibus inimicis ac insidiatoribus liberabit. *Ecce* namque *oculi Domini super metuentes eum, qui sperant super misericordia ejus, ut eruat a morte animas eorum.* Nam sine oculis Dei nulla salutis spes est, ne quidem regi in militari potestate fidenti; non giganti in multitudine virtutis et fortitudinis superbienti; non equo velocitati pedum confidenti. Hæc quippe omnia decipere solent, fallere item et in errorem inducere eos qui in iisdem spem habent. Sed vos confidite qui Dominum invocatis, ejusque timorem assumpsistis. Consilia gentium ne reformidetis quæ Dominus dissipat, nec cogitationes populorum quæ a Deo irritæ efficiuntur, nec consilia principum quæ ipse subvertit, imo neque regem manui militari innixum, neque gigantem fortitudine ac viribus corporeis tumentem. Et cum ingens præsidium, videlicet providentiæ ipsius oculos obtineatis, in ipso solo et in misericordia ejus spem reponite vestram, *ut eruat a morte animas eorum.* Mors autem animæ fuerit Dei abnegatio, defectio plena, et peccata ad mortem ita ut si quando accidat, ut sperantium in Deum corpora communi morti, ob ejus testimonium tradantur, at oculi Dei animas eorum curantes a morte ipsos eripuerunt. Neque id solummodo præstant; sed ut alant eos in fame, providentiam habent. Siquidem persecutionum tempore, quo plerumque doctrina et divinarum Scripturarum lectiones præpediuntur, rarique occurrunt qui spirituales cibos animabus hominum impertiant; attamen oculi Domini, divini Spiritus influxu, ipsorum animas alunt et ab ipso Deo institutas efficiunt, ita ut citra humanam ullam disciplinam, arcana quadam virtute nutriantur.

A ζοντας ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, ῥύσασθαι ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν, καὶ διαθρέψαι αὐτοὺς ἐν λιμῷ. Ἔχεται τῆς τῶν προλελεγμένων διανοίας τὰ προκείμενα. Συγκαλέσας γὰρ ὁ λόγος πάντας τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους ἐπὶ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ προειπεῖν· *Φοβηθήτω τὸν Κύριον πᾶσα ἡ γῆ·* εἶτα παραθαῤῥύνας μὴ ἀγωνιᾷν μηδὲ φοβεῖσθαι τοὺς μέλλοντας ἐπανίστασθαι αὐτοῖς διωγμοὺς, συνῆψε διὰ τῶν ἔμπροσθεν τό· *Κύριος διασκεδάζει βουλὰς ἐθνῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τῆς οὖν αὐτῆς διανοίας ἐχόμενος καὶ διὰ τῶν προκειμένων φησί· Θαρσεῖτε, πάντες ὑμεῖς πρὸς οὓς ὁ λόγος. Εἰ γοῦν προσέλθοιτε τῷ αὐτοῦ φόβῳ, ἕξετε τοὺς αὐτοῦ ὀφθαλμοὺς καὶ τὴν διορατικὴν αὐτοῦ δύναμιν ἐπισκοποῦσαν ὑμᾶς, καὶ πάντων ἐχθρῶν καὶ ἐπιβούλων ῥυομένην. *Ἰδοὺ γὰρ οἱ* B *ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, ῥύσασθαι ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν.* Δίχα γὰρ αὐτῶν τῶν τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμῶν οὐκ ἔστιν ἄλλη σωτηρίας ἐλπὶς, οὔτε βασιλεῖ στρατιωτικῇ δυνάμει θαῤῥοῦντι, οὔτε γίγαντι ἐπὶ πλήθει δυνάμεως καὶ ἰσχύος γαυρουμένῳ, οὔτε ἵππῳ ποδῶν ὠκύτητι θαῤῥοῦντι. Πάντα γὰρ ταῦτα διαψεύδεται, σφάλλει καὶ πλανᾷ τοὺς ἐπ' αὐτοῖς ἠλπικότας. Ἀλλ' ὑμεῖς θαρσεῖτε, οἱ τὸν Κύριον ἐπικαλοῦντες, καὶ τὸν αὐτοῦ φόβον ἀνειληφότες. Καὶ μήτε βουλὰς ἐθνῶν φοβεῖσθε, ἃς ὁ Κύριος διασκεδάννυσι, μήτε λογισμοὺς λαῶν, οὓς ὁ Κύριος ἀθετεῖ, μήτε βουλὰς ἀρχόντων, ἃς αὐτὸς ἀνατρέπει. Ἀλλὰ μηδὲ βασιλέα πλήθει στρατιωτικῆς δυνάμεως πεποιθότα καταπλήττεσθε, μηδὲ γίγαντα ἰσχύϊ καὶ C ἁλκῇ σώματος τυφούμενον. Ἔχοντες δὲ μέγα φυλακτήριον τοὺς τῆς προνοίας αὐτοῦ ὀφθαλμοὺς, ἐπ' αὐτὸν ἐλπίζετε μόνον καὶ ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, *εἰς τὸ ῥύσασθαι ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν.* Θάνατος δ' ἂν εἴη ψυχῆς ἡ ἄρνησις τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ παντελὴς ἀποστασία, καὶ αἱ πρὸς θάνατον ἁμαρτίαι· ὥστε, κἂν συμβῇ ποτε τῶν ἐλπιζόντων ἐπὶ τὸν Κύριον τὰ σώματα θανάτῳ παραδίδοσθαι τῷ κοινῷ διὰ τὴν εἰς αὐτὸν μαρτυρίαν, ἀλλ' οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ τοῦ κρείττονος ἐπιμεληθέντες τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐῤῥύσαντο ἐκ θανάτου. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ διαθρέψαι αὐτοὺς ἐν λιμῷ πρόνοιαν ποιοῦνται. Ἐν γὰρ τοῖς καιροῖς τῶν διωγμῶν, καθ' οὓς πολλάκις κεκώλυνται μὲν αἱ διδασκαλίαι καὶ τὰ τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν ἀναγνώσματα, σπανίζει δὲ ὁ τὰς πνευματικὰς; τροφὰς ταῖς τῶν ἀνθρώπων διαδιδοὺς ψυχαῖς, D ὅμως οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ Κυρίου τῇ τοῦ θείου Πνεύματος ἐπιῤῥοῇ, καὶ τούτων τὰς ψυχὰς διατρέφουσι θεοδιδάκτους αὐτοὺς ἀπεργαζόμενοι, ὡς καὶ ἄνευ τῆς ἀνθρώπων διδασκαλίας ἀπορῥήτῳ δυνάμει τρέφεσθαι.

IN PSALMUM DAVID XXXIII.

1. *Quando immutavit vultum suum coram Abimelech, et dimisit eum et abiit.*

Quidam suspicati sunt illam præsentis psalmi inscriptionem, historiam respicere, qua fertur Davidem a facie Saulis fugientem, ad Anchum regem Geth accessisse, quando insaniam simulans quasi tympano pulsabat ad portas urbis, et deferebatur,

ΕΙΣ ΤΟΝ ΨΑΛΜΟΝ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΛΓ'.

Ὁπότε ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐνώπιον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν καὶ ἀπῆλθεν.

Ὑπέλαβόν τινες τὴν τοῦ προκειμένου ψαλμοῦ προγραφὴν ἐκείνην σημαίνειν τὴν ἱστορίαν, δι' ἧς, φεύγων Δαυὶδ ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ, ἐληλυθέναι πρὸς Ἀγχοὺς βασιλέα Γὲθ ἀναγέγραπται· ὅτε μανίαν προσποιηθεὶς ἐτυμπάνιζεν ἐπὶ ταῖς θύραις τῆς πόλεως,

καὶ παρεφέρετο, καὶ ἔπιπτε, καὶ κατέῤῥει τὰ σίελα αὐτοῦ ἐπὶ τὸν πώγωνα αὐτοῦ· ὥστ' εἰπεῖν τὸν Ἀγχοῦς πρὸς τοὺς παῖδας αὐτοῦ· Ἄνδρα ἐπίληπτον ἵνα τί εἰσηγάγετε πρὸς μέ; Ἀλλ' ὅτι μὲν ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἤκουσαν οἱ τοιοῦτοι· ὅτι δ' ἐξῆς συνῆπται, *ἐναντίον Ἀβιμέλεχ*, δοκοῦσί μοι παρεωρακέναι. Ὁ μὲν οὖν Ἀγχοῦς τῶν ἀλλοφύλων ἦν βασιλεὺς τῶν κατοικούντων τὴν Γέθ· ὁ δὲ Ἀβιμέλεχ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ μνημονεύεται· πρὸς ὃν καὶ αὐτὸν ἐληλυθὼς ὁ Δαυὶδ πρὸ τῆς παρουσίας τῆς πρὸς τὸν Ἀγχοὺς ἱστορεῖται· λέγει γὰρ ἡ Γραφή· *Καὶ ἔρχεται ὁ Δαυὶδ εἰς Νοβὰ πρὸς Ἀχιμέλεχ τὸν ἱερέα, καὶ ἐξέστη Ἀχιμέλεχ τῇ ἀπαντήσει αὐτοῦ· καὶ εἶπεν αὐτῷ· Τί ὅτι σὺ μόνος καὶ οὐδεὶς μετὰ σοῦ; Καὶ εἶπε Δαυὶδ τῷ ἱερεῖ· Ὁ βασιλεὺς ἐντέταλταί μοι ῥῆμα σήμερον καὶ εἶπέ μοι· Μηδεὶς γνώτω τὸ ῥῆμα περὶ οὗ ἐγὼ ἀποστέλλω σε, καὶ ὑπὲρ οὗ ἐντέταλμαί σοι, καὶ τοῖς παιδαρίοις διαμεμαρτύρημαι ἐν τῷ τόπῳ τῷ λεγομένῳ Θεοῦ πίστις. Καὶ νῦν εἰ εἰσὶν ὑπὸ τὴν χεῖρά σου ἄρτοι, δὸς εἰς χεῖράς μου τὸ εὑρεθέν. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἱερεὺς τῷ Δαυὶδ, καὶ εἶπεν· Οὐκ εἰσὶν ἄρτοι βέβηλοι ὑπὸ τὴν χεῖρά μου, ὅτι ἀλλ' ἢ ἄρτοι ἅγιοί εἰσιν· εἰ πεφυλαγμένα τὰ παιδάριά ἐστιν ἀπὸ γυναικὸς, καὶ φάγετε. Καὶ ἀπεκρίθη Δαυὶδ τῷ ἱερεῖ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀλλ' ἀπὸ γυναικὸς ἀπεσχήμεθα ἐχθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν ἐν τῷ ἐξελθεῖν με εἰς ὁδὸν γέγονε τὰ παιδάρια ἡγνισμένα· καὶ αὕτη ἡ ὁδὸς βέβηλος· διότι σήμερον ἁγιασθήσεται διὰ τὰ σκεύη μου. Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ Ἀχιμέλεχ ὁ ἱερεὺς τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως· ὅτι οὐκ ἦν ἄρτος, ἀλλ' ἢ ἄρτοι τοῦ προσώπου οἱ ἀφῃρημένοι ἐκ προσώπου Κυρίου τοῦ παρατεθῆναι ἄρτον θερμὸν, ᾗ ἡμέρᾳ ἔλαβεν αὐτούς.*

et decidebat, et defluebant salivæ ejus in barbam ipsius; ita ut diceret Anchus pueris suis: Quare virum epilepsia correptum ad me introduxistis? Verum illi ad id solum attenderunt quod immutaverit vultum suum; sed videntur mihi id neglexisse quod mox sequitur, *coram Abimelech*. At enim Anchus alienigenarum Getham incolentium rex erat; Abimelech vero sacerdos Dei fuisse memoratur: quem item David adiisse, antequam regi Anchus se sisteret, enarratur; ait quippe Scriptura: *Et venit David in Nobam ad Achimelech sacerdotem, et obstupuit Achimelech de occursu ejus; et dixit ei: Quare tu solus et nullus est tecum? Et ait David ad sacerdotem: Rex præcepit mihi sermonem hodie et dixit mihi: Nemo sciat rem propter quam ego mitto te, et de qua præcepi tibi; et pueris testificatus sum in loco qui dicitur, Dei fides. Nunc ergo si sint sub manu tua panes, da in manus meas quod repertum fuerit. Et respondens sacerdos Davidi ait illi: Non sunt panes laici sub manu mea, sed tantum panes sancti, si abstinuerunt pueri a mulieribus, comedite. Et respondit David sacerdoti, et dixit ei: Certe a mulieribus continuimus nos ab heri et nudius tertius, quando egressi sumus in viam, et fuerunt pueri sanctificati: porro via hæc polluta est; sed ipsa hodie sanctificabitur propter vasa mea. Et dedit ei Achimelech sacerdos panes propositionis, neque enim erat ibi panis, nisi tantum panes faciei, qui sublati fuerant a facie Domini, ut poneretur panis calidus, qua die accepit eos* [a].

Ταῦτα μὲν οὖν ἡ περὶ τοῦ Ἀχιμέλεχ διήγησις περιέχει· ἐξῆς δὲ συνῆπται ὡς ἀνέστη Δαυὶδ καὶ ἔφυγεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· τοῦ τε Ἀχιμέλεχ ἀναχωρήσας, ἦλθε πρὸς Ἀγχοῦς βασιλέα Γέθ. Ὁ μὲν οὖν τις ἐρεῖ, ἐπεὶ μὴ ἐμφέρεται ἐν τῇ ἱστορίᾳ τῇ κατὰ τὸν Ἀχιμέλεχ « ἀλλοιώσας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὁ Δαυὶδ, » κατὰ σφάλμα κεῖσθαι τὸ ὄνομα τοῦ Ἀβιμέλεχ ἀντὶ τοῦ ὀνόματος Ἀγχούς· σαφῶς γὰρ ἐπὶ τοῦ Ἀγχοῦς εἴρηται· « ἀλλοιώσας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, » ὅτε καὶ τὰ σίελα αὐτοῦ κατέῤῥει καὶ ἐτυμπάνιζεν. Ἔργον δὲ θρασὺν, καὶ προπετὲς εἶναι ἡγοῦμαι τὸ ἀποφήνασθαι τολμᾷν τὴν θείαν Γραφὴν ἡμαρτῆσθαι, καὶ τοσοῦτον περιέχειν σφάλμα, ὡς ἀντὶ ἀλλοφύλου ἀνδρὸς ἱερέα Θεοῦ παρενθεῖναι· μάλιστα ὅτε καὶ ἡ Ἑβραϊκὴ ἀνάγνωσις καὶ οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ πάντες τὸν Ἀχιμέλεχ περιέχουσιν. Οὐκοῦν ἀκόλουθον ἂν εἴη, ἀληθευούσης τῆς προγραφῆς, ἐπιζητεῖν πῶς καὶ πότε *ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ Δαυὶδ ἐναντίον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἐξέλυσεν αὐτὸν, καὶ ἀπῆλθε.* Ἀρκεῖ δή μοι ἐκ τῆς παραθέσεως τῶν λοιπῶν ἑρμηνευτῶν λύσεις εὑρίσκεσθαι τοῦ ζητουμένου. Ὁ μὲν γὰρ Ἀκύλας καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις τοῦτον ἡρμήνευσαν τὸν τρόπον· *Τοῦ Δαυὶδ ὅτε ἠλλοίωσε τὸ γεῦμα αὐτοῦ εἰς πρόσωπον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἐξέβαλεν αὐτὸν, καὶ ἀπῆλθε.* Μήποτε γὰρ διὰ τοὺς

Hæc habet narratio illa de Achimelech. Deinde adjicitur quo pacto David surrexerit et effugerit illa die, cumque ab Achimelech discessisset, ad Anchus regem Geth accesserit. Dicet forte quispiam: Cum in historia de Achimelech non feratur « Davidem immutasse vultum suum, » lapsu graphico nomen Achimelech pro nomine Anchus positum est: clare enim in historia Anchus dicitur immutasse vultum suum, quando salivæ ejus diffluebant, et quasi tympano pulsabat. At ego audax temerariumque facinus arbitror esse, pronuntiare confidenter divinam Scripturam lapsam esse, et tale vitium præferre, ut pro viro alienigena sacerdos Domini ponatur; cum maxime Hebraica lectio et reliqui interpretes omnes *Achimelech* circumferant. Restat igitur, quando inscriptio vera profert, ut exquiramus quomodo et quando David *vultum suum immutavit coram Abimelech, et dimisit eum, et abiit.* Videtur sane mihi ex cæterorum interpretum comparatione quæsiti solutiones suppeditari. Nam Aquila et quinta editio hoc pacto interpretati sunt: *Davidis quando immutavit gustum suum ad faciem Abimelech, et ejecit eum, et abiit.* Forte propter panes propositionis, quos cum accepisset ab Abimelech, comedit ipse et pueri qui cum eo erant,

[a] I Reg. xxi, 1-6.

immutasse dicitur gustum suum ad faciem Abimelech. Cum enim sanctificatum cibum comederit, ac sacerdotales panes, quibus nonnisi solis sacerdotibus uti licebat, immutavit gustum suum. Symmachus vero cum dicit, *Davidis quando transformavit morem suum coram Abimelech*, alium sensum subjicit, dum ait morem Davidis immutatum in conspectu Abimelech: quia scilicet interrogatus quæ causa susceptæ viæ sibi esset, mentitus est, ac sacerdotem fefellit: alienum quippe Davidis moribus erat fallacia uti, qua tamen usus eo tempore immutavit morem suum, secundum Symmachum. Ex dictis porro ipsam quoque Septuaginta Virorum interpretationem historiæ Abimelechi adaptare licebit, quæ narrat Davidem immutasse vultum suum coram Abimelech, quia non ipsi veram fugæ suæ causam declaraverat, sed fefellerat eum alia pro aliis locutus; ita ut etiam Goliathi frameam ab eo acceperit, ipsique perniciei causa fuerit. Sub hæc enim Saul cum rem gestam didicisset, misit qui occiderent Abimelech et omnes sacerdotes Domini, et Nobam civitatem sacerdotum percussit. Gestaque hæc omnia sunt, quia David immutavit modum suum, aut vultum suum in conspectu Abimelech. Regnorum Scriptura *Achimelech* habet; ne ex litteræ commutatione quispiam moveatur: nam ex ea quæ intercedit inter litteras *Beth* et *Caph*, ut Hebræi vocant, similitudine, diverse nomen editum fuit: siquidem una eademque fere duorum elementorum figura, brevissimo apice solum distinguente. In Evangeliis porro hujusce historiæ Davidem spectantis Salvator meminit his verbis: *Non legistis quid fecerit David, quando esuriit, et qui cum eo erant: quomodo intravit in domum Dei, et panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque iis qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus* [10]? Hoc in Evangelio secundum Matthæum dictum est. Cum autem in Evangelio secundum Marcum ita locutum Salvatorem esse scribatur: *Nunquam legistis quid fecerit David, quando necessitatem habuit, et esuriit ipse et qui cum eo erant? quomodo introivit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, et panes propositionis manducavit* [11]? quis non animi pendeat quæratve, qua ratione hic Servator non Abimelechi, sed Abiatharis mentionem fecerit? Ad quam rem forte quis respondeat binominem Abimelechum fuisse, ita ut is ipse fuerit qui Abiathar. Et sane mox ejus filius, Abiathar dictus in libro Regnorum fertur: qui solus a sacerdotum cæde elapsus, cum Davide erat. Alius fortasse dixerit, in historia Abimelechum ut sacerdotem memorari; at hoc loco Salvatorem dixisse, Abiatharum eo tempore fuisse principem sacerdotum: *Introivit*, ait, *David in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum*. Sane vero historia cæsos Achimelech et sacerdotes a Saule memorans, nihil

ἄρτους τῆς προθέσεως, οὓς λαβὼν παρὰ τοῦ Ἀβιμέλεχ, ἔφαγεν αὐτὸς καὶ τὰ παιδάρια τὰ μετ' αὐτοῦ, ἠλλοιωκέναι λέγεται τὸ γεῦμα αὐτοῦ εἰς πρόσωπον Ἀβιμέλεχ. Ἡγιασμένης γὰρ τροφῆς γευσάμενος, καὶ τῶν ἄρτων τῶν ἱερατικῶν, οἷς οὐκ ἐξῆν χρήσασθαι εἰ μὴ μόνοις τοῖς ἱερεῦσιν, ἠλλοίωσε τὸ γεῦμα αὐτοῦ. Ὁ δὲ Σύμμαχος εἰπών· *Τοῦ Δαυὶδ ὁπότε μετεμόρφωσε τὸν τρόπον τὸν ἑαυτοῦ ἔμπροσθεν Ἀβιμέλεχ*, ἑτέραν διάνοιαν ὑποβέβληκε, τὸν τρόπον τοῦ Δαυὶδ ἠλλοιῶσθαι φήσας ἔμπροσθεν Ἀβιμέλεχ, διὰ τὸ, ἐρωτηθέντα τίς εἴη αὐτῷ ἡ αἰτία τῆς ὁδοῦ, ψεύσασθαι καὶ παραλογίσασθαι τὸν ἱερέα· ἀλλότριον γὰρ ἦν τοῦ τρόπου τοῦ Δαυὶδ τὸ ἀπάτῃ κεχρῆσθαι, ἢ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν χρησάμενος, ἠλλοίωσε τὸν τρόπον αὐτοῦ, κατὰ τὸν Σύμμαχον. Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων καὶ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείαν ἐφαρμόσεις τῇ κατὰ τὸν Ἀβιμέλεχ ἱστορίᾳ, φησάσῃ ἠλλοιωκέναι τὸν Δαυὶδ τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ ἐνώπιον Ἀβιμέλεχ, διὰ τὸ μὴ ἀπαγγεῖλαι αὐτῷ τὸν ἀληθῆ λόγον τῆς ἑαυτοῦ φυγῆς, παραλογίσασθαι δὲ καὶ ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων εἰπεῖν· ὡς καὶ τὴν ῥομφαίαν τοῦ Γολιὰθ παρ' αὐτοῦ δέξασθαι, γενέσθαι τε αὐτῷ αἴτιον ἀπωλείας. Μαθὼν γὰρ μετὰ ταῦτα Σαοὺλ τὰ πεπραγμένα, πέμψας ἀνεῖλεν αὐτόν τε τὸν Ἀβιμέλεχ καὶ πάντας τοὺς ἱερεῖς τοῦ Κυρίου καὶ τὴν Νοβὰν τὴν πόλιν τῶν ἱερέων ἐπάταξε. Καὶ ταῦτα πάντα πέπρακται, διότι ἠλλοίωσε Δαυὶδ τὸν τρόπον αὐτοῦ ἢ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐνώπιον Ἀβιμέλεχ. Ἡ τῶν Βασιλειῶν Γραφὴ Ἀχιμέλεχ περιέχει· ἐναλλαγῆς στοιχείου γενομένης, οὐδὲν δεῖ κινεῖσθαι· παρὰ γὰρ τὴν ὁμοιότητα τοῦ στοιχείου τοῦ *βὴθ* παρ' Ἑβραίοις καλουμένου καὶ τοῦ *χὰφ* διαφόρως ἐξεδόθη τοὔνομα· σχεδὸν γὰρ ἓν καὶ ταυτόν ἐστι τὰ δύο στοιχεῖα, βραχυτάτης κεραίας μόνης ἐναλλαττούσης. Μέμνηται δὲ καὶ ὁ Σωτὴρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τῆς προκειμένης κατὰ τοῦ Δαυὶδ ἱστορίας λέγων· *Οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαυὶδ, ὅτε ἐπείνασε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ· ὡς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν, οὓς οὐκ ἐξὸν ἦν φαγεῖν οὐδὲ τοῖς μετ' αὐτοῦ, εἰ μὴ μόνοις τοῖς ἱερεῦσι;* Τοῦτο μὲν οὖν ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίῳ εἴρηται. Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίῳ ἀναγέγραπται ὁ Σωτὴρ εἰρηκώς· *Οὐδέποτε ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαυὶδ, ὅτε χρείαν ἔσχε, καὶ ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ; πῶς εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγε;* τίς οὐκ ἂν ἀπορήσειε, πῶς ὁ Σωτὴρ ἐνταῦθα οὐ τοῦ Ἀβιμέλεχ, ἀλλὰ τοῦ Ἀβιάθαρ μέμνηται; Πρὸς ὃ εἴποι τις ἂν διώνυμον γεγενῆσθαι τὸν Ἀβιμέλεχ, ὥστ' εἶναι τὸν αὐτὸν τῷ Ἀβιάθαρ. Αὐτίκα γοῦν καὶ υἱὸς αὐτῷ Ἀβιάθαρ κεκλημένος ἐμφέρεται τῇ Γραφῇ τῶν Βασιλειῶν· ὃς, διαφυγὼν ἀπὸ τῶν ἀναιρεθέντων ἱερέων μόνος, τῷ Δαυὶδ συνῆν. Ἄλλος δ' ἂν εἴποι τοῦ μὲν Ἀβιμέλεχ τὴν ἱστορίαν ὡς ἱερέως μνημονεύειν· ἐνταῦθα δὲ τὸν Σωτῆρα τὸν Ἀβιάθαρ ἀρχιερέα τυγχά-

[10] Matth. xii, 3,4. [11] Marc. ii, 25, 26.

νειν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ φῆσαι. *Εἰσῆλθε* γὰρ, φησὶν, *Δαυὶδ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως*. Καὶ φαίνεται ἡ τῶν ἱστοριῶν γραφὴ, τὸν Ἀχιμέλεχ καὶ τοὺς ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ ἀνῃρῆσθαι φήσασα ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, ἀρχιερέα ἀνῃρημένον οὐχ ἱστορήσασα. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν εἰς τὴν τοῦ ψαλμοῦ προγραφὴν εἰρήσθω. A de principis sacerdotum nece narravit. Et hæc quidem nobis de psalmi titulo dicta sint.

Εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, διὰ παντὸς ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου. Εὐχαριστῶν ὁ Δαυὶδ ἐφ' οἷς ἠξιώθη τροφῆς ἱερατικῆς, Οὐκ ἐπὶ τοῦ παρόντος, φησὶ, μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πάσης τῆς ζωῆς χάριτας ὁμολογῶν καὶ εὐλογῶν αὐτὸν διατελέσω· οὐδὲ ἀπολειφθήσεταί ποτε τὸ στόμα μου τῆς εἰς αὐτὸν αἰνέσεως. Ἀντὶ γὰρ θυσίας καὶ ὁλοκαυτωμάτων πεπαίδευμαι τὴν διὰ χειλέων προσάγειν αὐτῷ θυσίαν.

Vers. 2. *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo.* Gratias agit David quod sacerdotali cibo dignatus sit: Nec solum in præsenti, ait, sed per totum vitæ curriculum gratias confitendi ac benedicendi finem non faciam: neque os meum laude ejus vacuum unquam erit. Nam institutus ita fui, ut sacrificiorum et holocaustorum vice, labiis ipsi hostiam offeram.

Ἐπειδὴ γὰρ φεύγοντί μοι οὐδεὶς βοηθὸς πάρεστιν, οὐδέ τις καταφυγὴ, οὐδὲ ἀσφάλεια· μόνον δὲ τὸν Κύριον φυλακτήριον ἐπάγομαι τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς, καὶ ἐπ' αὐτῷ, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ ταῖς ἐμαῖς δικαιοπραγίαις ἡ ψυχή μου θαῤῥεῖ· εἰκότως, *ἐπὶ τῷ Κυρίῳ καυχήσεται ἡ ψυχή μου· ἀκουσάτωσαν πραεῖς καὶ εὐφραν-θήτωσαν*. Ἐμὲ δὲ λαβόντες ὑπόδειγμα πάντες οἱ πρᾶοι καὶ ταπεινοὶ καὶ ἐπιεικεῖς διὰ τὴν εἰς τὸν Θεὸν εὐλάβειαν, θαῤῥείτωσαν καὶ πληρούσθωσαν εὐφροσύνης, τὰ ἴσα μοι προσδοκήσαντες, καὶ αὐτὸν ἐλπίδα τὸν Κύριον θέμενοι. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν ῥομφαίαν Γολιὰθ τοῦ ἀλλοφύλου παρὰ τῷ Ἀβιμέλεχ λαβὼν ἀπῆει· Ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ τούτῳ, φησὶ, καυχήσομαι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, δι' ὃν ταύτην ἐκτησάμην τὴν ῥομφαίαν· ὡς καὶ τὸν ἱερέα εἰπεῖν αὐτῷ· *Ἰδοὺ ἡ ῥομφαία Γολιὰθ τοῦ Φιλισταίου, ὃν ἐπάταξας ἐν τῇ κοιλάδι Ἠλᾶ, καὶ αὐτὴ ἐνειλημμένη ἱματίῳ. Εἰ ταύτην λήψῃ, σαυτῷ λάβε, ὅτι οὐκ ἔστιν ἑτέρα παρὲξ αὐτῆς*. Ὥστε τούτων ἀκούσαντα τὸν Δαυὶδ εἰπεῖν· *Ἐν τῷ Κυρίῳ ἐπαινεθήσεται ἡ ψυχή μου*. Μεγάλην δόξαν ἔφερεν ἐκεῖνο τὸ δόρυ τῷ Δαυὶδ, παιδαρίῳ μὲν ὄντι, καὶ μηδὲ φέρειν ὅπλα πολεμικὰ ἐπισταμένῳ, πίστει δὲ τῇ εἰς Θεὸν καταγωνισαμένῳ τὸν Γολιὰθ, ὡς διὰ τοῦτο ἀντὶ ἀναθήματος τὴν ῥομφαίαν μόνην ἐκείνην ἀνακεῖσθαι ἐν τῷ ἱερῷ· ὃ δὴ καὶ ἐπεσημήνατο φήσας ὁ ἱερεύς· *Καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλη*. Οὐδὲ γὰρ ἐξῆν ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Θεοῦ ὅπλα πολεμικὰ ἀποτίθεσθαι· μόνη δὲ ἐκείνη εἰς μνήμην τοῦ Δαυὶδ τῆς κατὰ τοῦ ἀλλοφύλου νίκης ἀνέκειτο, ὡσανεὶ εὐχαριστήριον ἀποκειμένη τῷ τὴν νίκην αὐτῷ δεδωρημένῳ τῷ Θεῷ. B Quandoquidem fugienti mihi nullus opitulator adest, nullum effugium, securitas nulla; solumque Dominum animæ meæ præsidium paravi, atque ipsi soli, non recte factis meis, confidit anima mea; jure sane *in Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti et lætentur*. Meque in exemplum sibi proponentes mansueti omnes, humiles ac modesti viri, ob pietatem erga Deum suam, confidant et gaudio cumulentur, paria mecum exspectantes, ipsumque Dominum sibi in spem proponentes. Quoniam vero postquam gladium alienigenæ Goliath ab Abimelecho acceperat, discessit: neque in hoc, inquit, gloriabor, sed in Domino, cujus beneficio hunc gladium nactus sum; ita ut vel ipse sacerdos sic eum compellaret: *Ecce gladius Golieth Philisthæi, quem percussisti in valle Ela, involutus veste. Si hunc vis tollere, tolle tibi, quia nullus alius hic est præter ipsum* [12]. His itaque auditis, David ait: *In Domino laudabitur anima mea*. Magnam certe Davidi gloriam parabat ille gladius; quippe qui puerulus cum esset, bellicorumque armorum imperitus, fide in Deum munitus Goliath devicit; ita ut ea de causa donarii loco solus ille gladius in sacro repositus esset: quod ipsum sacerdos bis verbis indicavit, *et nullus alius est*. Neque enim in tabernaculo Dei licebat arma bellica deponere. Hic autem solus in memoriam reportatæ a Davide de alienigena victoriæ repositus erat, quasi in gratiarum actionem Deo qui victoriam ipsi dederat. C

Μεγαλύνατε τὸν Κύριον σὺν ἐμοὶ, καὶ ὑψώσωμεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτό. Οἱ γὰρ δι' ἔργων καὶ βίου τοῦ κατ' ἀρετὴν τὴν ἐν ἑαυτοῖς εἰκόνα τοῦ Θεοῦ κοσμοῦντες, αὐτὸν δοξάζουσι καὶ ὑψοῦσιν. *Ἐξεζήτησα τὸν Κύριον καὶ ἐπήκουσέ μου*. Ἐπεὶ τῷ, *ἐξεζήτησα*, τὸ, *ἐπήκουσέ μου*, ἀνταπεδόθη. D Vers. 3. *Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen ejus in idipsum*. Nam qui operibus ac vita cum virtute acta imaginem Dei in se positam exornant, ii sane ipsum gloria afficiunt et exaltant. *Exquisivi Dominum et exaudivit me*. Siquidem huic voci, *exquisivi*, illa vicissim additur, *exaudivit me*.

Οὗτος ὁ πτωχὸς ἐκέκραξε, καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐτοῦ, καὶ ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτοῦ ἔσωσεν αὐτόν. Πάλιν ἑαυτὸν, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὑπογραμμὸν παρέχει τῆς ἑτέρων διδασκαλίας. Πτωχὸν γὰρ ἑαυτὸν εἰπὼν διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἑαυτοῦ ταπείνωσιν καὶ μετριοσύνην, ὡς περὶ ἑτέρου περὶ ἑαυ- Vers. 6-8. *Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum, et de omnibus tribulationibus ejus salvavit eum*. Hic rursum, uti superius, exemplum disciplinæ sese aliis perhibet. Cum se namque pauperem ob animæ suæ humilitatem ac modestiam declarat, de seipso quasi de alio hanc doctrinam

[12] I Reg. XXI, 9.

tradit : *Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum.* At ne, inquit, arbitremini, me quidem qui pro rege ac universi populi principe habeor, sed animo ob Dei metum pauper sum, solum talia consecutum ; enimvero probe compertum est, ipsum Dominum qui præsens omnibus est, similes mei pauperes, videlicet timentes Deum, exauditurum. *Gustate et videte quoniam suavis est Dominus : beatus vir qui sperat in eo.* Quisquis ob perfectam et indeficientem in Deum spem vir exsistit, beatus est. Neque abs re Aquilæ interpretationi præsens dictum quis aptaverit. In titulo quippe secundum Aquilam dictum est : *Davidis, quando immutavit gustum suum ante faciem Abimelech.* Quia igitur ipse, cum panes propositionis comedisset, immutavit gustum suum, ac ex gustu deinde divinam sibi virtutem collatam fuisse sensit ; idcirco, secundum illud, *Absque dolo accepi, sine invidia communico* [13], ad consimilem gustum percipiendum alios festinare cohortatur, atque precari ut pane vitæ alantur : cujus symbolum ac imago erant panes illi propositionis per Moysis legem statuti. Quare David cum intelligeret cujus imago esset panis ille propositionis, non ad corporeum panem ut accedamus ; sed ad panem qui corporeo subindicatur, nos provocat. Nos igitur qui in terris versamur, panis et Verbi qui de cœlo descendit, ac semetipsum exinanivit et depressit, participes efficimur. Qui vero sunt in regno cœlorum, pleno illo ac perfecto utuntur, ejus divinitate enutriti, et sapientiæ contemplationibus fruentes. Hæc etiam nos aliquando obtinendi spem habere convenit, quamobrem dictum est : *Beatus vir qui sperat in eo.*

Vers. 9. *Timete Dominum, omnes sancti ejus, quoniam non est inopia timentibus eum.* Hæc omnia David ad aliorum utilitatem sententiarum more profert, quorum prior ipse potitus erat, quando exquisivit Dominum, ac propitium nactus est. Præcipit itaque sanctis Dei, ut timorem ejus præ oculis habeant : ab illo quippe timore sancti efficiuntur ; ideo alio in psalmo dictum, *Timor Domini castus* [14], videlicet, castos efficiens. Quapropter divina lex ait : *Sancti eritis, quoniam ego Dominus Deus vester sanctus sum* [15]. Atque signum illud evidens fuerit timoris Domini, si quis a sordibus et pravis operibus purus et vacuus fuerit, seseque sanctum corpore ac spiritu servaverit. Timentibus porro Deum, qui per ejus metum sancti efficiuntur, nihil unquam deerit, utpote qui divitias magnas ac thesaurum optimum in ipso timore Domini repererint.

DAVIDIS XXXIV.

Vers. 1-3. *Judica, Domine, nocentes me, expugna impugnantes me. Apprehende arma et scutum : et exsurge in adjutorium mihi. Effunde frameam et conclude adversus eos qui persequuntur me.* Quoniam

τοῦ θεῖόν τι λέγων· Οὗτος ὁ πτωχὸς ἐκέκραξε καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐτοῦ. Ἀλλὰ μὴ ἐμέ, φησὶ, μόνον τετυχηκέναι νομίζετε, τὸν νομιζόμενον μὲν εἶναι βασιλέα καὶ ἄρχοντα τοῦ παντὸς ἔθνους, τῇ δὲ ψυχῇ πτωχεύοντα διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον· ἀκριβῶς δὲ γινώσκεται, ὅτι ὁ αὐτὸς Κύριος καὶ παρὼν τῶν ὁμοίως ἐμοὶ πτωχῶν, λέγω δὲ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, εἰσακούσεται. Γεύσασθε καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος· μακάριος ἀνὴρ ὃς ἐλπίζει ἐπ' αὐτόν· Ὁ διὰ τὸ τελείως καὶ ἀνελλιπῶς ἐλπίζειν ἐπὶ Θεὸν ἀνὴρ ὑπάρχων μακάριός ἐστιν. Οὐκ ἀπεικότως ἄν τις ἐφαρμόσειεν τῇ κατὰ τὸν Ἀκύλαν ἑρμηνείᾳ τὴν προκειμένην λέξιν· ἐπείπερ ἐν τῇ προγραφῇ κατὰ τὸν Ἀκύλαν ἐλέγετο· Τοῦ Δαυὶδ, ὅτε ἠλλοίωσε τὸ γεῦμα αὐτοῦ εἰς πρόσωπον Ἀβιμέλεχ. Ἐπεὶ τοίνυν αὐτὸς, τῶν ἄρτων τῆς προθέσεως μεταλαβὼν, ἠλλοίωσε τὸ γεῦμα αὐτοῦ, εἶτ' ἀπὸ τῆς γεύσεως ἤσθετο δυνάμεως θείας χορηγηθείσης αὐτῷ· τούτου χάριν κατὰ τό· Ἀδόλως ἔλαβον, ἀβόθρως μεταδίδομαι, παρακαλεῖ καὶ ἑτέρους σπεύδειν ἐπὶ τὴν ὁμοίαν αὐτῷ γεῦσιν, εὔξασθαί τε τραφῆναι τῷ ἄρτῳ τῆς ζωῆς· οὗ σύμβολον καὶ εἰκὼν ἐτύγχανον οἱ διὰ Μωϋσέως νενομοθετημένοι ἄρτοι τῆς προθέσεως. Διόπερ ὁ Δαυὶδ, νοήσας τίνος ἦν εἰκὼν ὁ τῆς προθέσεως ἄρτος, οὐκ ἐπὶ τὸν σωματικὸν σπεύδειν προτρέπει, ἀλλ' ἐπὶ τὸν δι' αὐτοῦ νοούμενον. Ἡμεῖς μὲν οὖν οἱ ἐπὶ γῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβεβηκότος τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ Λόγου κενώσαντος ἑαυτὸν καὶ σμικρύναντος μεταλαμβάνομεν· οἱ δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν πλήρους αὐτοῦ καὶ τελείου μεταλαμβάνουσι, τρεφόμενοι αὐτοῦ τῇ θεότητι, καὶ τῶν τῆς σοφίας θεωρημάτων ἀπολαύοντες, ὧν καὶ ἡμᾶς καιρῷ ποτε μετασχεῖν ἐλπίζειν προσήκει, διὰ λέλεκται· *Μακάριος ἀνὴρ ὃς ἐλπίζει ἐπ' αὐτόν.*

Φοβήθητε τὸν Κύριον, πάντες οἱ ἅγιοι αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἔστιν ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. Πάντα ταῦτα γνωμικῶς ὁ Δαυὶδ εἰς τὴν ἑτέρων ὠφέλειαν προφέρεται, αὐτὸς πρότερον ἀπολαύσας αὐτῶν, ὅτε, ἐκζητήσας τὸν Κύριον, ἐπηκόου αὐτοῦ τετύχηκε. Παρακελεύεται τοίνυν τὸν φόβον τοῦ Κυρίου πρὸ ὀφθαλμῶν τίθεσθαι τοὺς ἁγίους αὐτοῦ· ὑπὸ γὰρ αὐτοῦ τοῦ φόβου ἅγιοι ἀνατελοῦνται· διὸ λέλεκται ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ· *Ὁ φόβος Κυρίου ἁγνὸς, ἀντὶ τοῦ, ἀγνοποιός.* Διὸ καὶ ὁ θεῖος νόμος φησίν· *Ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἅγιος.* Καὶ σημεῖον τοῦ φοβεῖσθαι τὸν Κύριον τοῦτ' ἂν γένοιτο, τὸ καθαρεύειν μὲν πάσης ῥυπαρίας καὶ αἰσχρᾶς πράξεως, φυλάττειν δὲ αὐτοὺς ἁγίους καὶ σώματι καὶ πνεύματι. Τοῖς δὲ τὸν Κύριον φοβουμένοις, καὶ διὰ τὸν αὐτοῦ φόβον ἡγιασμένοις, οὐδὲν ἂν δεήσῃ ὡς ἂν μέγαν πλοῦτον καὶ θησαυρὸν ἀγαθὸν ἐν αὐτῷ τῷ φόβῳ Κυρίου εὑρηκόσιν.

ΤΟΥ ΔΑΥΙΔ ΜΔ'.

Δίκασον, Κύριε, τοὺς ἀδικοῦντάς με, πολέμησον τοὺς πολεμοῦντάς με. Ἐπιλαβοῦ ὅπλου καὶ θυρεοῦ· καὶ ἀνάστηθι εἰς βοήθειάν μοι. Ἔκχεον ῥομφαίαν, καὶ σύγκλεισον ἐξεναντίας τῶν κατα-

[13] Sap. VII, 13. [14] Psal. XVIII, 10. [15] Levit. XI, 45.

δωκόντων με. Ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ πολλὰ περὶ ρομφαίας εἴρηται· Ῥομφαία γάρ, φησὶ, ῥομφαία, ἐξεγέρθητι, καὶ φάγε αἷμα τραυματιῶν· καὶ πάλιν· Γῆ ἐὰν ἁμάρτῃ μοι, καὶ ἀποστελῶ ῥομφαίαν ἐπ' αὐτήν· πάντα δὲ ταῦτα κατὰ τῆς ἐν ἀνθρώποις κακίας ἐπαφίησιν, ὡς ἀγαθὸς, πρὸς ὠφέλειαν τῶν ὑπ' αὐτῆς κεκρατημένων· ἐπεὶ καὶ πολέμων σώζει (1), ὥσπερ ἰατρὸς, τέμνων καὶ καίων τὰ πεπονθότα τοῦ σώματος πρὸς θεραπείαν παντός· τούτοις ἐπιφέρει λέγων ἐξῆς· Εἶπον τῇ ψυχῇ μου· Σωτηρία σου ἐγώ εἰμι· πιστεύων καὶ ἀκριβῶς πεπεισμένος, ὅτι τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀργῶς πρόεισιν, ἀλλ' εἰς ἔργον ἐκβαίνει πάντως τὸ λεγόμενον. Καὶ ἐν τούτῳ δὲ τὴν μὲν ἑαυτοῦ ἠρνεῖτο σωτηρίαν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ παρητεῖτο ζωὴν, τὴν δὲ τοῦ Κυρίου σωτηρίαν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ χαρισθῆναι ηὔχετο, ὅπως καὶ αὐτὸς ἔχοι λέγειν· Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ σωτηρία ἡμῶν· τοῦτο γοῦν αὐτὸ σημαίνει καὶ ἡ τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος ἑρμηνεία.

A in Ezechiele multa de framea dicta sunt; nam, *Framea*, inquit, *framea suscitare, et comede sanguinem vulneratorum* [16]; ac rursum: *Terra cum peccaverit mihi, etiam immittam frameam contra illam* [17]; hæc autem omnia adversus malitiam hominum, utpote bonus, ad utilitatem eorum qui a framea illa occupantur, emittit: quoniam item a bellis servat et tuetur quasi medicus, corporis membra male affecta, ad totius incolumitatem resecans et adurens; ideo in sequentibus infert: *Dic animæ meæ: Salus tua ego sum*, credens scilicet ac persuasum plane habens, effatum illud Dei non frustra prolatum esse, sed opere ac re gesta comprobari. Atque ea quidem in re salutem quam ex se habet abnegabat, vitamque propriam repudiabat, B ac Domini salutem animæ conferri suæ precabatur; ut ipse quoque dicere posset: *Vivo autem, jam non ego; vivit vero in me Christus* [18]. Ipse namque est salus nostra: idipsum porro vel ipsa nominis *Jesu* significatione indicatur.

Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐντραπήτωσαν οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου. Τούτου γάρ, φησὶ, Κύριε, ὑπὸ σοῦ γενομένου, καὶ ἐπακούσαντός μου τῆς εὐχῆς, αἰσχυνθήσονται καὶ ἐντραπήσονται ὡς μάτην ἐπιχειρήσαντες· διὸ καὶ ἀπέτυχον τοῦ σπουδαζομένου. Ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω καὶ καταισχυνθήτωσαν οἱ λογιζόμενοί μοι κακά. Οὐκέτι γὰρ στήσονται πρὸ προσώπου μου· νῶτα δὲ δόντες παραχωρήσουσί μοι τὰ νικητήρια. Φεύγοντας δὲ αὐτοὺς καὶ εἰς τὰ ὀπίσω χωροῦντας διασκορπισμὸς λήψεται. Γενηθήτωσαν γὰρ ὡσεὶ χοῦς κατὰ πρόσωπον ἀνέμου καὶ ἄγγελος C Κυρίου ἐκθλίβων αὐτούς, μηδὲ συναχθῆναι, μηδὲ παλινδρομῆσαι συγχωρῶν, ὁ δ' αὐτὸς ἐπιμενέτω ἐκθλίβων αὐτοὺς, τουτέστι κολάζων. Γενηθήτω ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκότος καὶ ὄλισθημα, καὶ ἄγγελος Κυρίου καταδιώκων αὐτούς. Ὁδὸν ἀσεβῶν τὸν μοχθηρὸν βίον ὀνομάζει, καθ' ὃν τὴν πορείαν ἐποιήσαντο.

Vers. 4-8. *Confundantur et revereantur quærentes animam meam.* His rebus, Domine, sic a te gestis, postquam deprecationem meam exaudieris, confundentur illi ac pudore afficientur, ut frustra rem aggressi: quamobrem a scopo lapsi sunt. *Avertantur retrorsum et erubescant cogitantes mihi mala.* Non ultra enim consistent ante faciem meam: sed terga dantes, cedent mihi victoriam. Ipsi vero fugientes ac retro cedentes dissipabuntur. *Fiant tanquam pulvis ante faciem venti, et angelus Domini coarctans eos*, ne ultra illos congregari aut reverti sinat, sed instet ipse coarctans, id est puniens illos. *Fiat via illorum tenebræ et lubricum, et angelus Domini persequens eos.* Viam impiorum vitam pravam nuncupat, qua illi via incedebant.

Ὅτι δωρεὰν ἔκρυψάν μοι διαφθορὰν παγίδος αὐτῶν. Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν οὕτως· Ὅτι ἀναιτίως κατέκρυψάν μοι διαφθορὰν δικτύων αὐτῶν. Μηδὲν γὰρ ὑπ' ἐμοῦ προπεπονθότες δωρεὰν καὶ ἀναιτίως ἐπεβούλευόν μοι κρύπτοντες παγίδα, δι' ἧς ἐμοὶ διαφθορὰν κατεσκεύαζον. Εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ ἐδόκουν δι' ἀνθρώπων με πολεμεῖν, ἤτοι διὰ τοῦ Σαοὺλ, ἢ καὶ δι' ἑτέρων, ἀλλ' οὐκ ἠγνόουν ἐγὼ τῆς τοῦ Σαοὺλ ζηλοτυπίας τοὺς αἰτίους καὶ τῶν λοιπῶν ἐχθρῶν τοὺς D ὑποβολεῖς. Ἄλλοι γὰρ ἦσαν οἱ τὰς ἑαυτῶν παγίδας κρύπτοντες καὶ τὴν ψυχήν μου διαφθεῖραι πειρώμενοι, οἳ καὶ μάτην ὠρείδισαν τὴν ψυχήν μου· ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν· Ἀναιτίως ὑπώρυξαν τὴν ψυχήν μου. Πάντα γὰρ ἔπραττον, ἐκστῆσαι βουλόμενοι αὐτοῦ τὴν ψυχὴν τῆς ἐνυπαρχούσης αὐτῇ πραότητος καὶ ἀνεξικακίας, καὶ ὅπως, πληρωθεὶς θυμοῦ καὶ ὀργῆς, ἐπὶ τὴν ἄμυναν ἔλθοι, καὶ δράσῃ τι κακὸν τὸν Σαούλ. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν πολλῶν ἐχθρῶν· περὶ δὲ τοῦ ἐν αὐτοῖς κορυφαίου ἐπιλέγει· Ἐλθέτω αὐτῷ παγὶς ἣν οὐ γινώσκει, καὶ ἡ θήρα ἣν ἔκρυψε συλλαβέτω αὐτὸν, καὶ ἐν τῇ παγίδι πε-

Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui. Pro quo Symmachus sic edidit, *Quoniam sine causa absconderunt mihi interitum retium suorum.* Nullo quippe a me affecti damno, gratis et sine causa abscondentes laqueum, insidiabantur mihi, quo mihi interitum pararent. Etiamsi enim videbantur, sive Saulis, sive aliorum hominum opera impugnare me; at non ignorabam ego qui Sauli invidiæ auctores, et qui reliquorum hostium occulti impulsores essent. Alii namque erant qui laqueos absconderent, et animam perdere meam molirentur, qui etiam *supervacue exprobraverunt animam meam:* pro quo Symmachus edidit, *sine causa suffoderunt animam meam.* Nihil quippe non agebant, ut animam ejus ab insita illa mansuetudine et injuriarum oblivione deturbarent, quo ira furoreque plenus ad vindictam se verteret, et Sauli quidpiam mali inferret. Hæc de multis inimicis dicta: de illorum autem principe hæc adjicit: *Veniat illi laqueus quem ignorat, et captio quam abscondit apprehendat eum, et in laqueum cadat in ip-*

[16] Ezech. XXI, 9. [17] Zach. XIII, 7. [18] Gal. II, 20.

(1) Quis non videt legendum esse πολεμῶν, Latineque reddendum: *etiam impugnans salvet?*

sum. Hæc quasi precando a Davide prolata, futurorum prænuntia erant, et quæ eventura erant prophetice declarabant. Similiterque superius prophetice dictum est: *Erubescant et confundantur*, id est, erubescent et confundentur; ac rursum: *Avertantur et confundantur, et fiant tanquam pulvis*, hoc est, avertentur et confundentur, et fient tanquam pulvis. Nam quæ inimicis eventura erant prænuntiabat. Erit qui arbitretur, de Saule hæc prolata esse, quia haud diu postea hoc ipsi mali contigit. At nos eorum quæ initio psalmi dicta sunt memores, hæc ipsa de quodam ex spiritualibus inimicis, qui in malitia valentior esset, nimirum de diabolo, id dictum accipiemus.

A σεῖται ἐν αὐτῇ. Ταῦτα δὲ ὥσπερ ἐν εὐχῇ τῷ Δαυὶδ εἰρημένα μελλόντων ἦν προαγορευτικὰ, καὶ συμβησομένων προφητικά. Οὕτω γοῦν καὶ ἀνωτέρω προφητικῶς ἐλέγετο· *Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐντραπήτωσαν*, ἀντὶ τοῦ, Αἰσχυνθήσονται καὶ ἐντραπήσονται· καὶ πάλιν· *Ἀποστραφήτωσαν καὶ καταισχυνθήτωσαν, καὶ γενηθήτωσαν* ὡς χοῦς, ἀντὶ τοῦ· Ἀποστραφήσονται καὶ αἰσχυνθήσονται καὶ γενήσονται ὡς χοῦς. Τὰ γὰρ μέλλοντα συμβήσεσθαι τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ προηγόρευεν. Καὶ ὁ μὲν γὰρ ἡγήσεται περὶ τοῦ Σαοὺλ εἰρῆσθαι τὴν προκειμένην ῥῆσιν· ἐπεὶ καὶ πέπονθεν οὐκ εἰς μακρὰν ταῦτα· ἡμεῖς δὲ, μεμνημένοι τῶν προλελεγμένων εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ ψαλμοῦ, καὶ ταῦτα εἰς ἕνα τινὰ τῶν νοητῶν ἐχθρῶν τὸν ὡς ἐν κακίᾳ δυνατώτερον, δηλαδὴ τὸν διάβολον, ἐκληψόμεθα.

B

Vers. 9, 10. *Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi? Eripiens inopem de manu fortiorum eo, egenum et pauperem a diripientibus eum.* Ossa animæ sunt virtutes ejus intelligendi, uti superius dictum est. Ipsæ vero ejus præsentia illustratæ, dicent: *Domine, quis similis tibi?* Nisi enim tu egeno adfuisses, nisi ipsum auxilio dignatus esses tuo, quis, quæso, quantusque ille homo, qui solus tot tantisque inimicis conferri posset? A nuda et simplici rerum historia dicti sententiam percipies, si memoria repetas, quo pacto David dum fugeret, ad tantam inopiam redactus est, ut pane ac necessariis alimentis careret; ac necessitate coactus panes propositionis comedere auderet. Non enim deliciarum causa, non de justitia sua elatus, non despectu legum id aggressus est; sed ex magna ciborum penuria. Quamobrem Salvator ait: *Non legistis quid fecerit David, quando esuriit*[19]? Ipse quidem egenus erat cum paucis fugiens: qui vero insequebantur eum prævalidi, ipseque Saul erat rex totius gentis, ac principes, ejus comites: necnon alienigenarum militum duces Davide potentiores, quorum manus cum effugeret, non ignorabat quis sibi auxiliator esset. Et hæc quidem de historia dicta sint. Quod si occultos atque invisibiles animæ justi inimicos intelligas; sane animadvertes, nos in acie adversus inimicos istos, qui animam semper nostram deprædare tentant, nullo alio adjutore ac servatore egere nisi ipso Christo. Animum vero intendas num alius sit egenus a paupere, ac utrum re ipsa differant, aut solum cogitandi modo: quia fieri potest ut idem sit egenus et mendicans, quod a divitiis quas pridem habuerat exciderit; atque una pauper, quod labore victum sibi paret.

Πάντα τὰ ὀστᾶ μου ἐροῦσι· *Κύριε, τίς ὅμοιός σοι; Ῥυόμενος πτωχὸν ἐκ χειρὸς στερεωτέρων αὐτοῦ, καὶ πτωχὸν καὶ πένητα ἀπὸ τῶν διαρπαζόντων αὐτόν.* Ὀστᾶ ψυχῆς αἱ διανοητικαὶ αὐτῆς δυνάμεις ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται· φωτιζόμεναι δὲ αὗται ἐκ τῆς αὐτοῦ παρουσίας, φήσουσι· *Κύριε, τίς ὅμοιός σοι;* Εἰ μὴ γὰρ σὺ παρῆς τῷ πτωχῷ, καὶ κατηξίωσας αὐτὸν τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας, τίς ἂν καὶ πόσος μόνος αὐτὸς συγκρινόμενος τοῖς τοσούτοις καὶ τηλικούτοις αὐτοῦ ἐχθροῖς; Νοήσεις δὲ καὶ ἀπὸ ψιλῆς τῆς ἱστορίας τὸν λόγον, ἐν νῷ λαβὼν, ὡς φεύγων ὁ Δαυὶδ εἰς τοσαύτην ἦλαυνε πτωχείαν, ὥστε ἄρτων καὶ τῆς ἀναγκαίας τροφῆς δεηθῆναι, εἰς ἀνάγκην τε ἐλθεῖν τοῦ τολμῆσαι τῶν ἄρτων τῆς προθέσεως μετάλαβεῖν. Οὐ γὰρ τρυφῶν ἐπὶ τοῦτ' ἦρχετο, οὐδ' ἐπαιρόμενος δικαιοσύνῃ, οὐδ' ἄλλως καταφρονῶν τοῦ νόμου, ἀλλ' ἐκ πολλῆς ἀσιτίας. Διό φησιν ὁ Σωτήρ· *Οὐκ ἀνέγνωτε τί ἐποίησε Δαυὶδ, ὅτε ἐπείνασε;* Καὶ αὐτὸς μὲν ἦν πτωχὸς σὺν ὀλίγοις φεύγων· οἱ δ' ἐλαύνοντές αὐτὸν δυνατοί· βασιλεὺς γὰρ ἦν τοῦ παντὸς ἔθνους Σαοὺλ, παὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἄρχοντες· οἵ τε τῶν ἀλλοφύλων πολεμίων καθηγεμόνες στερεώτεροι ὄντες τοῦ Δαυὶδ, ὧν τὰς χεῖρας διαδιδράσκων, οὐκ ἠγνόει τὸν αὐτοῦ βοηθόν. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὴν ἱστορίαν· εἰ δὲ τοὺς ἀφανεῖς καὶ ἀοράτους ἐχθροὺς τῆς τοῦ δικαίου ψυχῆς νοήσεις, ὄψει, ὡς οὐδ' ἄλλου βοηθοῦ δεόμεθα καὶ Σωτῆρος ἢ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ἐν τῇ παρατάξει τῇ πρὸς τοὺς νοητοὺς πολεμίους, τοὺς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διαρπάζειν ἀεὶ πειρωμένους. Ἐπιστήσεις δὲ εἰ ἕτερός ἐστιν ὁ πτωχὸς παρὰ τὸν πένητα, καὶ πότερον τῇ ὑποστάσει, ἢ τῇ ἐπινοίᾳ τῷ ἐγχωρεῖν τὸν αὐτὸν καὶ πτωχὸν εἶναι πτωχεύσαντα τῷ ἀποπεπτωκέναι οὗ εἶχε πλούτου, καὶ πένητα τῷ μετὰ πόνον περιποιεῖν τὰ πρὸς τὸ διαζῆν.

C

D

Vers. 11. *Surgentes testes iniqui quæ ignorabam interrogabant me.* Qui non justitiæ, sed iniquitatis testes sunt, surgentes atque se excitantes dolose quæ ignoro interrogant. Nihil quippe mali vir frugi novit, nemini scilicet improborum admiscetur. Testimonium autem illius est: *Qui servat præceptum, non noscet rem malam*[20]. Nam hic *non noscet*,

Ἀναστάντες μάρτυρες ἄδικοι ἃ οὐκ ἐγίνωσκον ἠρώτων με. Οἱ μὴ δικαιοσύνης, ἀλλ' ἀδικίας μάρτυρες, διαναστάντες καὶ διεγείραντες αὐτοὺς, σοφιστικῶς ἐπερωτῶσιν ἃ οὐ γινώσκω. Οὐδὲν γὰρ τῶν φαύλων γινώσκει ὁ σπουδαῖος, τουτέστιν οὐδενὶ τῶν πονηρῶν ἀνακέκραται. Μαρτύριον δὲ· *Ὁ φυλάσσων ἐντολὴν οὐ γνώσεται ῥῆμα πονηρόν.* Καὶ ἐντεῦθα

[19] Matth. XII, 3. [20] Eccle. VIII, 5.

γὰρ τὸ *οὐ γνῶσεται*, οὐ πεποίηται οὐδὲ ἀνακέκραται κατὰ ῥῆμα πονηρόν· ψεῦδος γὰρ τὸ νομίζειν μὴ ἐπίστασθαι ῥῆμα πονηρὸν τὸν φυλάττοντα τὴν θείαν ἐντολήν. Διάκρισιν γὰρ ἔχων πονηροῦ καὶ ἀγαθοῦ, τἆλλα πάντα ἀποστραφεὶς ῥήματα, ἐπιτηρεῖν τὴν ἐντολὴν ἦλθεν. Ὅ οὖν λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Πεῖραν οὐκ ἔχοντα οὐδὲ γνῶσιν ἢ ἔννοιαν τῶν κακῶν, διερεθίζοντές με ἐπερώτων με περὶ αὐτῶν, ὥσπερ ἡ Αἰγυπτία τὸν Ἰωσὴφ, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τὴν Σουσάνναν.

Ἀνταπεδίδοσάν μοι πονηρὰ ἀντὶ καλῶν καὶ ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ μου. Ἐμοῦ φιλοτιμουμένου τὰ πρὸς πάντας καθήκοντα ἀμέμπτως ἐπιτελεῖν βούλεσθαι, εἰ δυνατὸν μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύειν, αὐτοὶ ἀντὶ τούτων τῶν καλῶν πονηρὰ ἀνταπεδίδουν μοι, ἐχθροὶ καὶ δυσμενεῖς διὰ πάντων ἀναφαινόμενοι· τὸ δσον δὲ ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἐν καλοῖς εὐτεκνίαν τῆς ψυχῆς μου ἀναιρεῖν ἐπεχείρουν. Εἰ γοῦν, πεισθεὶς αὐτῶν ταῖς ἐρωτήσεσι τοιοῦτος ἐγεγόνειν οἷον ἤθελόν με ποιῆσαι, ἠτεκνώθη ἂν ἡ ψυχή μου, μηκέτι δεχομένη τὰς θείας τοῦ νυμφίου γονάς. Εἰ δὲ τέκνα λέγοιντο οἱ μαθηταὶ τοῦ διδάξαντος, καὶ ὄντως ἀτεκνοῦται ἡ ψυχὴ τοῦ διδασκάλου, σφάλμασι περιπεσοῦσα τῷ ἑαυτῆς σκανδάλῳ, ἀναιροῦσα τοὺς ἐξ αὐτῆς γενομένους διὰ μαθητείας. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ μου*, *Ἀνεστραμμένα κατὰ τῆς ψυχῆς μου*, ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν.

Ἐπειδὴ τὰ προκείμενα συνῆπται τοῖς ἐν τῷ τριακοστῷ τρίτῳ ψαλμῷ προλελεγμένοις· ἐκεῖνα δὲ τῆς ἱστορίας ἐμνημόνευε τῆς κατὰ τὸν Ἀβιμέλεχ, ἐφ' οὗ ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, κατὰ τὰ ἀποδεδομένα· τάχα που δύναται καὶ τὰ μετὰ χεῖρας ἐπ' ἐκεῖνα ἀναφέρεσθαι. Μαθὼν γὰρ ὁ Σαοὺλ παρὰ Δωὴκ, ὡς ἀφῖκται Δαυὶδ πρὸς Ἀβιμέλεχ, ἄρτους τε εἰληφὼς διασέσωσται, πάντας ἀνεῖλε τοὺς ἱερεῖς τοῦ Κυρίου, αὐτόν τε τὸν Ἀβιμέλεχ παγγενεί. Δύναται οὖν ταῦτα ὁ Δαυὶδ εἰς πρόσωπον τοῦ Σαοὺλ εἰρηκέναι, ὡς καὶ πάντα τὸν ψαλμὸν εἰς ἐκεῖνον ἀναφέρεσθαι τὸν καιρὸν, καθ' ὃν Δωὴκ ἐψευδομαρτύρησε τοῦ Ἀβιμέλεχ παρὰ τοῦ Σαούλ· καὶ τάχα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὰ πάθη τῶν ἱερέων ὑπογράφον, τὰ προκείμενα ἀνεφώνει λέγων· *Δίκασόν, Κύριε, τοὺς ἀδικοῦντάς με*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὰ δὲ μονοτρόπως εἰρημένα περὶ ἑνός τινος ἐν τῷ, *Ἐλθέτω αὐτῷ παγὶς ἣν οὐ γινώσκει, καὶ ἡ θήρα ἣν ἔκρυψε συλλαβέτω αὐτόν, καὶ ἐν τῇ παγίδι πεσεῖται ἐν αὐτῇ*, δύναται τῷ Δωὴκ ἐφαρμόζειν. Καὶ τὸ, *Ἀναστάντες μάρτυρες ἄδικοι, ἃ οὐκ ἐγίνωσκον ἠρώτων με· ἀνταπεδίδοσάν μοι πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ μου*, ἐκ προσώπου λεχθεὶη ἂν τοῦ Ἀβιμέλεχ. Καὶ ταῦτα δὲ εἰκὸς εἰρηκέναι τὸν Δαυὶδ· αὐτοῦ γὰρ ἐπιγέγραπται ὁ ψαλμὸς, ἀποστολικῇ διαθέσει λέξοντος ἄν· *Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι;* καὶ, *Παθόντος ἑνὸς μέλους, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη*. Καὶ ἄλλος δὲ παρὰ ταῦτα μάρτυρας μὲν ἀδίκους εἴποι ἂν τις πάντας τοὺς ἐνδιαβάλλοντας τὸν Δαυὶδ παρὰ τοῦ Σαούλ· τότε μὲν γὰρ οἱ Ζιφαῖοι

id est, non perpetravit, neque pravo operi admistus est: hallucinatio quippe est arbitrari, eum qui divinum servat mandatum, malam non novisse rem. Nam discretionem boni et mali nactus, a cæteris aversus, ad præceptum servandum accedit. Hujusmodi igitur est quod hic effatur: Me nullum malæ rei experimentum aut notitiam sive cogitationem habentem concitantes, de iis interrogabant, quemadmodum Ægyptia Josephum, et senes Susannam.

Vers. 12. *Retribuebant mihi mala pro bonis et sterilitatem animæ meæ.* Cum hoc unum studerem, ut congruentia omnibus sine reprehensione peragerem si quidem possit cum omnibus hominibus pacate agi; pro iis illi bonis mala rependebant mihi, in omnibus sese inimicos atque infestos exhibentes: ac quantum in ipsis erat, animæ meæ in bonis fecunditatem de medio tollere curabant. Sane si eorum quæstionibus obtemperassem, talis profecto qualem ipsi volebant effectus essem, orbaque prole fuisset anima mea, divina sponsi semina non ulterius excipiens. Quod si discipuli doctoris sui filii esse dicantur: ea quoque ratione prole orbatur anima doctoris, ejusdem erratis in offendiculum abs se paratum delapsa, dum per doctrinam eos qui abs se nati sunt interimit. Pro illo autem, *sterilitatem animæ meæ*, *perversa contra animam meam*, vertit Symmachus.

Quoniam hæc quæ jam tractamus cum iis quæ in tricesimo tertio psalmo præmissa sunt connectuntur; illa vero de historia Abimelech mentionem fecere, apud quem, uti superius traditum est, immutavit vultum suum; fortasse possint hæc quæ in præsenti aguntur ad illa referri. Nam cum Saul a Doec edidicisset Davidem ad Abimelech accessisse, atque, acceptis panibus, salutem nactum esse [ne fame periret], omnes sacerdotes Domini ipsumque Abimelech cum gente sub internecioni dedit. Potuit ergo David hæc de persona Saulis dicere, ita ut totus psalmus ad id temporis referatur, quo Doec contra Abimelech apud Saulem falsum testimonium dixit: et fortasse Spiritus sanctus sacerdotum cladem describens hæc dixerit: *Judica, Domine, nocentes me*, et cætera. Quæ porro de uno solo dicuntur, ut illud est: *Veniat illi laqueus quem ignorat, et captio quam abscondit apprehendat eum, et in laqueum cadat in ipsum*, Doec ascribi possunt. Illud autem, *Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me: retribuebant mihi mala pro bonis, et sterilitatem animæ meæ*, ex Abimelechi persona pronuntiata fuerint: quæ par est dixisse Davidem, psalmus quippe ejus esse inscribitur: is apostolico more sic effatus credatur: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror*[21]? Et: *Si quid patiatur unum membrum, compatiuntur omnia membra*[22]. Et forsitan alius præterea dicat, iniquos testes esse quotquot Davidem apud Saulem calumniati sunt; modo quippe Ziphæi

[21] II Cor. xi, 29. [22] I Cor. xii, 26.

[illegible]

[illegible] Deus ipse erat, qui per hostium exercitum ipsos impugnabat. Id per parabolam Salvator ipse declarat iis qui vocationem ad nuptias respuerant, nuntiosque interfecerant; dum ait, regem misisse exercitus suos et civitatem eorum succendisse [27] Sic itaque ea quæ jam tractamus impleta sunt. Quia enim illi cum Filio Dei inique egerunt, damnati sunt, ultioque sanguinis ejus sumpta est. Et quia sese Christi inimicos præbuerant, a Deo ipso debellati sunt, cum telis, clypeo et framea, irruente. Non [illegible] enim ipsos divina ultio, sed per hominum exercitus adorta est. Mirari sane subit, quo pacto dictum fuerit: *Effunde frameam*. Non enim, ut olim, ex parte solum bello incessebantur, sed hostilis framea contra illos effusa est; quapropter dictum est: *Pervenit autem ad illos ira in finem* [28]; et alibi: *Effunde super eos iram tuam* [29]. Quis porro Historias Flavii Josephi percurrens, earumque narratu comperiens, qua ratione obsidione conclusi, fame et seditionibus interibant, non præsens dictum admiretur: *Et conclude adversus eos qui persequuntur me?* Quæ vero postea subsequuntur, solum Servatorem Patri suo secundum humanitatem dicere convenit: *Dic animæ meæ: Salus tua ego sum*, et cætera usque ad illud: *Et angelus Domini coarctans*

[illegible] μετὰ χεῖρας [illegible]. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὶ ἠδίκουν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἐδικάσθησαν, ἐκδικουμένου τοῦ αἵματος αὐτοῦ. Καὶ ἐπειδὴ πολεμίους αὐτοὺς κατέστησαν τοῦ Χριστοῦ, ἐπολεμήθησαν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μετελθόντος ὅπλῳ καὶ θυρεῷ καὶ ῥομφαίᾳ. Οὐ γὰρ ἀφανῶς αὐτοὺς ἡ θεία μετῆει δίκη, ἀλλὰ διὰ τῶν ἐν ἀνθρώποις πολεμίων. Θαυμάσαι δ' ἔστιν ὅπως εἴρηται τό· *Ἔκχεον ῥομφαίαν*· οὐκέτι γὰρ κατὰ τὸ παλαιὸν μερικῶς αὐτοὺς ὁ πόλεμος μετῄει· ἀλλ' ἐξεχύθη κατ' αὐτῶν πολεμικὴ ῥομφαία· διὸ λέλεκται· *Ἔφθασε δ' ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος*· καὶ ἀλλαχοῦ· *Ἔκχεον ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὀργήν σου.* Τίς δὲ, διελθὼν τὰς Φλαυΐου Ἰωσήππου Ἱστορίας, μαθών τε ἐξ αὐτῶν ὅπως, ἐν συγκλεισμῷ ἀποληφθέντες, λιμῷ καὶ στάσει διεφθάρησαν, οὐ θαυμάσει τὴν ἐνταῦθα λέγουσαν φωνήν· *Καὶ σύγκλεισον ἐξ ἐναντίας τῶν καταδιωκόντων με;* Ἑξῆς δὲ τούτοις μόνῳ τῷ Σωτῆρι πρέπει ἂν λέγειν τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ κατὰ τὸ

[26] I Reg. xxiii, 19. [27] Matth. xxii, 7. [28] I Thess. ii, 16. [29] Psal. lxviii, 25.

ἀνθρώπινον· *Εἶπον τῇ ψυχῇ μου· Σωτηρία σου* A *eos.* Hæc porro tum implebantur, cum a metropoli
εἰμὶ ἐγὼ, καὶ τὰ ἑξῆς. ἕως τοῦ, *Καὶ ἄγγελος Κυ-* sua pulsi, in omnes gentes dispergebantur. Deinde
ρίου ἐκθλίβων αὐτούς. Καὶ ταῦτα δὲ ἐπληροῦτο, dictum est : *Fiant viæ illorum tenebræ et lubricum.*
ὅτε τῆς μὲν ἑαυτῶν μητροπόλεως ἠλαύνοντο, διε- Via qua incedebant erat corporalis ille cultus, qui
σκορπίζοντο δὲ εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Εἶτα λέγεται· ipsis tenebræ et lubricum fuit; imo etiam, *Angelus*
Γενηθήτω ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκότος καὶ ὀλίσθημα. *Domini persequens eos.* Hæc suorum adversus Chri-
Ὁδὸς δὲ αὐτῶν ἦν ὦδευον πάλαι ἡ σωματικὴ ἐτύ- stum facinorum præmia fuere. Cæterum quæ dicta
γχανε λατρεία, ἥτις αὐτοῖς γέγονε σκότος καὶ ὀλί- sunt non ita accipias velim, quasi Salvator de ini-
σθημα· ἀλλὰ καὶ, *Ἄγγελος Κυρίου καταδιώκων* micorum pernicie glorietur, qui discipulis suis præ-
αὐτούς. Ταῦτα μὲν οὖν τἀπίχειρα ὧν κατ' αὐτοῦ cepit, *Orate pro iis qui molestiam et injuriam vobis*
τετολμήκασιν. Ἀκούσῃ δὲ τῶν εἰρημένων, οὐχ ὡς *inferunt* [17] : sed hæc ut prophetice dicta et futura-
τοῦ Σωτῆρος κατευχομένου τῶν ἑαυτοῦ ἐχθρῶν τοῦ rum eorum calamitatum prænuntia intelligenda
τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς παρηγγελκότος, *Προσεύχεσθε* sunt. Quæ causa porro fuerit cur ea vaticinetur,
ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων καὶ ἀδικούντων αὐτούς· deinceps aperit his verbis : *Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui, supervacue exprobraverunt animam meam.*
ἀλλὰ γὰρ τούτων ἄκουε ὡς προφητικῶς εἰρημένων, B
καὶ τὰ μέλλοντα αὐτοῖς συμβήσεσθαι προαναφωνούν-
των. Ταῦτα δὲ αὐτοῖς ἔσεσθαι θεσπίζει διὰ ποίαν αἰτίαν, ἑξῆς διδάσκει λέγων· *Ὅτι δωρεὰν ἐκρυψάν μοι διαφθορὰν παγίδος αὐτῶν, μάτην ὠρέξισαν τὴν ψυχήν μου.*

Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ πλήθους τῶν κατ' αὐτοῦ Et hæc quidem de multitudine contra eum collecta; quæ sequuntur autem, non de multis, sed de
συνελθόντων· τὰ δὲ ἑξῆς οὐκέτι περὶ πολλῶν, περὶ uno solum dicta, de Juda congruenter prolata in-
δ' ἑνὸς λελεγμένα, δύναται προσαγορεύεσθαι περὶ τοῦ telligantur, qui conspirationem adversus illum
Ἰούδα, ὃς, κρύπτων τὴν κατ' αὐτοῦ συσκευήν, φι- conflatam occultans amicitiamque simulans, osculo
λίαν τε καθυποκρινόμενος, φιλήματι παρεδίδου τὸν Magistrum tradidit. Quare de illo dixerit : *Veniat*
Διδάσκαλον. Διὸ περὶ αὐτοῦ λέγει ἂν τὸ, *Ἐλθέτω* *illi laqueus quem ignorat, et captio quam abscondit*
αὐτῷ παγὶς ἣν οὐ γινώσκει, καὶ ἡ θήρα ἣν ἔκρυ- *apprehendat eum, et in laqueum cadat in ipsum.*
ψε συνλαβέτω αὐτόν, καὶ ἐν τῇ παγίδι πεσεῖται Hæc quidem his de rebus dicta fuerint.
ἐν αὐτῇ. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτων.

Εὖ δὲ εἰδὼς εἰς οἷον ἀγαθὸν τέλος ἡ κατ' αὐτοῦ Cum probe nosset, quam bonus insidiarum sibi
παρασκήσεται ἐπιβουλή, καὶ τοῦτο παρίστησι λέ- paratarum exitus futurus esset, id quoque declarat his verbis : *Anima autem mea exsultabit in Domino, delectabitur super salutari suo. Omnia ossa mea dicent : Domine, quis similis tibi ? Eripiens egenum a diripientibus illum.* In psalmo XXI, qui
γων· *Ἡ δὲ ψυχή μου ἀγαλλιάσεται ἐπὶ τῷ Κυ-*
ρίῳ, τερφθήσεται τῷ σωτηρίῳ αὐτοῦ. Πάντα τὰ
ὀστᾶ μου ἐροῦσι· Κύριε, τίς ὅμοιός σοι; ῥυόμε-
νος πτωχὸν ἀπὸ τῶν διαρπαζόντων αὐτόν. Ἐν C aperte ex persona Salvatoris pronuntiatus est, sic
μὲν οὖν τῷ κατ' ψαλμῷ, σαφῶς ἐκ προσώπου τοῦ Σω- habetur : *Sicut aqua effusus sum, et dispersa sunt*
τῆρος λελεγμένῳ, εἴρητο· *Ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθην,* *omnia ossa mea* [18]. Hisque significat apostolorum
καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου· τοῦ λόγου ejus dispersionem, et fugam quæ tempore passionis
σημαίνοντος τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ τὸν διασκορπι- ejus accidit, quando impletum fuit illud : *Percutiam*
σμὸν καὶ τὴν φυγήν, ἣν ὑπέμειναν κατὰ τὸν καιρὸν *pastorem, et dispergentur oves gregis* [19]. Nam primi
τοῦ πάθους αὐτοῦ, ὅτε ἐπληροῦτο τό· *Πατάξω τὸν* ejus discipuli, ossa corporis ipsius erant, qui tunc
ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς dispersi sunt scandalum passi in ipso; quemadmo-
ποίμνης. Ὀστᾶ γὰρ ἦσαν τοῦ σώματος αὐτοῦ οἱ dum ipse declaravit hoc modo : *Omnes vos scandalum patiemini in me ista nocte* [20]. Post resurrectionem vero, ubi ipsum conspexerunt, repleti sunt
πρῶτοι αὐτοῦ μαθηταί, οἳ τότε μὲν διεσκορπίσθησαν
σκανδαλισθέντες ἐπ' αὐτῷ, ὥσπερ οὖν καὶ αὐτὸς ἐδή-
λου λέγων· *Πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν*
ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν, gaudio et exsultatione. In his item quæ jam agitantur de illis dictum est : *Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi ?* Quæ iis porro subjiciuntur,
θεασάμενοι αὐτὸν, ἐπληρώθησαν χαρᾶς καὶ ἀγαλλιά-
σεως. Καὶ ἐν τοῖς μετὰ χεῖρας δὲ περὶ τῶν αὐτῶν
λέγεται· *Πάντα τὰ ὀστᾶ μου ἐροῦσι· Κύριε, τίς* D personæ Salvatoris nostri admodum congruentia
ὅμοιός σοι; Σφόδρα δὲ κατάλληλα τῷ τοῦ Σωτῆρος sunt, quæ sic habent : *Surgentes testes iniqui quæ*
ἡμῶν προσώπῳ καὶ τὰ τούτοις συνημμένα τυγχάνει, *ignorabam interrogabant me. Retribuebant mihi mala*
δι' ὧν εἴρηται· *Ἀναστάντες μάρτυρες ἄδικοι ἃ* *pro bonis, sterilitatem animæ meæ.* His affinia sunt
οὐκ ἐγίνωσκον ἠρώτων με. Ἀνταπεδίδοσάν μοι quæ in psalmo CVIII habentur his verbis : *Et expugnaverunt me gratis. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi. Et posuerunt adversum me mala pro*
πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ μου.
Τούτοις ὅμοια καὶ ἐν ρη' ψαλμῷ εὑρήσεις ἐν οἷς εἴ-
ρηται· *Καὶ ἐπολέμησάν με δωρεάν· ἀντὶ τοῦ* *bonis, et odium pro dilectione mea* [21]. Sterilitatem
ἀγαπᾶν με ἐνδιέβαλλόν με· καὶ ἔθεντο κατ' ἐμοῦ vero parabant ipsi qui nihil non agebat ut con-
κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπή- gregaret illos ac sibi regeneraret; quod ipse sic

[17] Luc. VI, 28. [18] Psal. XXI, 15. [19] Zach. XIII, 7. [20] Matth. XXVI, 31. [21] Psal. CVIII, 5.

iudicavit : *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluistis* [32]. Sic itaque retribuerunt ipsi mala pro bonis, et sterilitatem animæ ejus.

A σεώς μου. Ἀτεκνίαν δὲ αὐτῷ εἰργάσαντο πάντα τρόπον ἐπὶ τὸ συναγαγεῖν αὐτοὺς καὶ ἀναγεννῆσαι ἑαυτῷ· ὃ δὴ καὶ ἐδήλου λέγων· *Ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου ὃν τρόπον ὄρνις ἐπισυνάγει τὰ νοσσία ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε;* Οὕτω τῶν ἀνταποδίδοσαν αὐτῷ πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ ἀτεκνίαν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ.

Hæc ibidem vaticinatus, in sequentibus suam mansuetudinem et tolerantiam declarat, dicens : *Ego autem dum mihi molesti essent induebar cilicio.* Pro illo autem, *dum mihi molesti essent*, mire admodum Aquila dicit : *Ego autem in infirmitate eorum, indumentum meum cilicium ;* Symmachus vero : *In infirmitatibus eorum indumentum meum cilicium ;* Theodotio et quinta editio : *Ego autem cum illi molestia afficerent.* Mala quippe et infirmitates eorum B miseratus Dominus, eorum causa in luctus et lamentationis signum cilicio induebatur : imo etiam humiliabat in jejunio animam suam. Quare ita dicebat : *Tristis est anima mea usque ad mortem* [33] ; et : *Nunc anima mea turbata est* [34]. Hæc enim vi mansuetudinis suæ tolerabat, veluti pater de filiorum pernicie vehementer dolens atque mœrens. Quamobrem in prophetis de illo dicitur : *Homo in plaga constitutus, et sciens ferre infirmitatem* [35] ; et rursum : *Ipse peccata nostra portat, et pro nobis dolet* [36] ; et iterum : *Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, et vibice ejus nos sanati sumus* [37]. Ideo in infirmitatibus eorum, cum illi molestia afficerentur, prospiciens Salvator mortem ipsos occupaturam, atque extremam eorum C perniciem, eorum causa induebatur cilicio, et humiliabat in jejunio animam suam. Illi vero ita se gerebant, ut oratio Domini pro ipsis oblata, non ad aures usque Patris adveniret ; sed quasi repulsa ab impietatis eorum magnitudine, retraheretur et ad ipsum rediret : quare dicebat, *et oratio mea in sinu meo convertetur.* Nam si ii salutem nacturi, et ab impietatibus reversuri fuissent, oratio Servatoris recto cursu ac nullo obice ad aures usque Patris adventura erat. Et hæc a me postquam singulas sententias exploravi, ubi necesse fuit, excogitata sunto.

Ἀλλὰ γὰρ ἐν τούτοις ταῦτα θεσπίσας, διὰ τῶν ἑξῆς τὸ αὐτοῦ φιλάνθρωπον καὶ ἀνεξίκακον παρίστησι λέγων· *Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ αὐτοὺς παρενοχλεῖν μοι, ἐνεδυόμην σάκκῳ.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ἐν τῷ αὐτοὺς παρενοχλεῖν μοι*, σφόδρα θυμαστῶς ὁ μὲν Ἀκύλας φησί· *Καὶ ἐγὼ ἐν ἀῤῥωστίᾳ αὐτῶν ἐνδυσις μου σάκκος·* ὁ δὲ Σύμμαχος· *Ἐμοῦ ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις αὐτῶν τὸ ἔνδυμα σάκκος·* καὶ ὁ Θεοδοτίων δὲ καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις· *Ἐγὼ δὲ ἐν τῷ παρενοχλεῖσθαι αὐτούς*, εἰρήκασιν. Ἐπεὶ γὰρ τοῖς ἐκείνων κακοῖς καὶ ταῖς ἀῤῥωστίαις τῆς αὐτῶν ψυχῆς συμπάσχων ὁ Σωτὴρ πένθους καὶ ὀδυρμῶν σύμβολα ποιεῖ, σάκκον περιβαλλόμενος ὑπὲρ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ ἐταπείνου ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Διὸ καὶ ἐδίδασκε λέγων : *Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου·* καὶ, *Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται.* Ταῦτα γὰρ ὑπερβολῇ φιλανθρωπίας ὑπέμενεν ὑπερπάσχων καὶ ὑπεραλγῶν, οἷα πατὴρ ἐφ' υἱοῖς ἀπολλυμένοις. Διὸ Ἔλεγεν ἐν προφήταις περὶ αὐτοῦ· *Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν·* καὶ πάλιν· *Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται·* καὶ αὖθις· *Αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν.* Διὸ καὶ ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις αὐτῶν καὶ ἐν τῷ παρενοχλεῖσθαι αὐτούς, ἐκείνους θεωρῶν ὁ Σωτὴρ τὸν καταληψόμενον αὐτοὺς ὄλεθρον, καὶ τὴν ἐσχάτην ἀπώλειαν, ὑπὲρ αὐτῶν ἐνεδύετο σάκκον, καὶ ἐταπείνου ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Οἱ δὲ τοιαῦτα ἔπραττον, ὡς τὴν εὐχὴν αὐτοῦ τὴν ὑπὲρ αὐτῶν μὴ παραπέμπεσθαι εἰς τὰ ὦτα τοῦ Πατρός· ἀλλ' ὥσπερ ἀντικρουομένην ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῆς αὐτῶν δυσσεβείας, καθέλκεσθαι καὶ ἐπαναστρέφειν πρὸς αὐτόν· διὸ ἔλεγε· *Καὶ ἡ προσευχή μου εἰς κόλπον μου ἀποστραφήσεται.* Εἰ γὰρ σώζεσθαι ἔμελλον καὶ μεταβάλλειν τῶν ἀσεβημάτων, εὐθυδρομοῦσα ἡ προσευχὴ τοῦ Σωτῆρος, ἀκωλύτως καὶ ἀπαραποδίστως ἐπὶ τὰ ὦτα τὰ πατρικὰ παρῄει. Καὶ ταῦτα δέ μοι πᾶσαν ψηλαφῶντι διάνοιαν, εἰς τοὺς τόπους ἀναγκαίως τεθεωρήσθω.

Vers. 15, 16. *Et adversum me lætati sunt et convenerunt ; congregata sunt super me flagella, et ignoravi. Dissipati sunt nec compuncti.* Hæc, uti jam diximus, duplici modo accipienda. Vel enim David, persequente Saule, hæc de se narrabat ; apte prophetice a Spiritu sancto de Salvatore dicta sunt. Locq autem illius, *adversum me lætati sunt*, Aquila serviens Hebraicæ litteræ ait, *in claudicatione mea lætati et collecti sunt ;* Symmachus vero, *claudicante me lætati et collecti sunt ;* quinta autem editio, *et in infirmitate mea lætati sunt.* Queis significari existimo passionis tempus, in quo secundum Apostolum *crucifixus est ex infirmitate, sed virit*

D Καὶ κατ' ἐμοῦ ηὐφράνθησαν, καὶ συνήχθησαν· συνήχθησαν ἐπ' ἐμὲ μάστιγες, καὶ οὐκ ἔγνων. Διεσχίσθησαν, καὶ οὐ κατενύγησαν. Ταῦτα ἐκληπτέον διχῶς, ὡς καὶ ἤδη ἔφαμεν. Ἢ γὰρ ὁ Δαυὶδ ταῦτα περὶ ἑαυτοῦ διεξῄει ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενος· ἢ περὶ τοῦ Σωτῆρος προφητικῶς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λέγεται. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Κατ' ἐμοῦ ηὐφράνθησαν*, ὁ Ἀκύλας δουλεύων τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει φησί· *Καὶ ἐν σκωμῷ μου ηὐφράνθησαν, καὶ συνελέγησαν·* ὁ δὲ Σύμμαχος· *Σκάζοντος δέ μου ηὐφραίνοντο καὶ ἠθροίζοντο·* ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις· *Καὶ ἐν τῇ ἀσθενείᾳ μου ηὐφράνθησαν.* Δι' ὧν ἡγοῦμαι δηλοῦσθαι τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, ἐν ᾧ κατὰ

[32] Matth. xxiii, 37. [33] Matth. xxvi, 38. [34] Joan. xii, 27. [35] Isa. liii, 3. [36] ibid. 4. [37] ibid 5.

τὸν Ἀπόστολον, *ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ*. Ὑπέμεινε δὲ καὶ σκασμὸν δι' ἡμᾶς, εἰκὼν ὑπομείνας τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀσθένειαν. Αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν ἀσθενῆ πεποίηκεν, οὐ νικηθεὶς ὑφ' ἑτέρου, ἀλλ' ὑπερβαλλούσῃ δυνάμει κενώσας ἑαυτὸν καὶ μορφὴν δούλου λαβών, ἐπικρύψας τε καὶ ταπεινώσας ἑαυτὸν καὶ ἀσθενῆ ποιήσας μέχρι θανάτου. Ἐν τοίνυν τῷ σκασμῷ καὶ ἀσθενείᾳ συνήχθησαν· ἀλλὰ καὶ μάστιγας αὐτῷ ἐπιτεθείκασι· ὃ δὴ καὶ ἐν ἑτέρῳ ἐδήλου προφήτῃ φάσκοντι ἐξ αὐτοῦ προσώπου· *Τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα. Τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων.* Ἐπληροῦτο δὲ ταῦτα κατὰ τὸν τοῦ πάθους αὐτοῦ καιρόν. Ὁ δὲ Σύμμαχός φησι· *Καὶ ἀπορρήσσοντες οὐκ ἠρέμουν.* Οὐκ ἔγνων δὲ, φησὶ, τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἐμάστιζον· οὐ γὰρ εἶχόν τινα εὔλογον πρόφασιν ὧν ἐπετίθεσάν μοι πληγῶν. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ἐπείρασάν με μυκτηρισμῷ*, ὁ Σύμμαχός φησιν· *Ἐν ὑποκρίσει ῥοθέγμασι πεπλασμένοις, ἔπριον κατ' ἐμοῦ ὀδόντας αὐτῶν.* Πολλὰ δ' ἂν εὕροις ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τούτων παραστατικά· καὶ ὡς προσῆσαν πειράζοντες αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι, ἄλλοτε δὲ ἐμυκτήριζον, καὶ ὡς ἔβρυχον κατ' αὐτοῦ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν διαπριόμενοι ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν μαθητευομένων αὐτῷ.

A *ex virtute Dei*[38]. Sustinuit item propter nos claudicationem, cum nostri causa infirmitatem lubens passus est. Ipse enim sese infirmum effecit, non ab alio victus, sed eximia virtute sua exinanivit semetipsum, formam servi accepit et infirmus factus est usque ad mortem. In claudicatione igitur et infirmitate congregati sunt: sed flagellis quoque ipsum oneraverunt. Quod etiam in alio propheta ex persona ejus significatur: *Dorsum meum dedi ad flagella, et malas meas ad alapas. Faciem autem meam non averti a probro sputorum*[39]. Hæc porro implebantur passionis ejus tempore. Symmachus autem ait, *et abrumpentes non quiescebant.* Non noverant enim, inquit, qua de causa flagellarent: nulla quippe suberat mei plagis afficiendi legitima causa. Pro illo autem, *tentaverunt me subsannatione*, Symmachus ait, *in simulatione verbis confictis serrabant contra me dentes suos.* Multa sane in Evangeliis repereris, queis hæc explicentur: quomodo scilicet accesserint Pharisæi tentantes illum; alias subsannabant, et dentibus stridebant in eum, quasi serra secantes propter discipulorum ejus multitudinem.

B

Κύριε, πότε ἐπόψῃ; ἀποκατάστησον τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῆς κακουργίας αὐτῶν, ἀπὸ λεόντων τὴν μονογενῆ μου. Ἀντὶ τοῦ· *Πότε ἐπόψῃ;* συμφώνως οἱ λοιποὶ πάντες ἑρμηνευταὶ, *Κύριε, πόσα ἔψῃ;* εἰρήκασιν. Ἀποθαυμάζει ὁ Σωτὴρ τοῦ Πατρὸς τὴν μακροθυμίαν, καὶ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀνοχήν. Διό φησι· *Πόσα ὄψῃ;* Εἶτα παρακαλεῖ λέγων· *Ἀποκατάστησον τὴν ψυχήν μου.* Ὅμοιον δ' ἂν εἴη τοῦτο τῷ· *Πάτερ, δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί.* Ἐξῆς παρακαλεῖ ῥυσθῆναι τὴν μονογενῆ αὐτοῦ ἀπὸ λεόντων. Συγγενὴς δὲ ὢν τῷ μετὰ χεῖρας ψαλμῷ καὶ ὁ καὶ, κατὰ τὰ ἤδη πρότερον ἀποδεδειγμένα, τὰ ὅμοια τούτοις περιέχων, φάσκων· *Σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου.* Κἀκεῖ γὰρ *μονογενοῦς* ἐμνημόνευσε καὶ κυνὸς καὶ λέοντος· οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ μονοκερώτων, λέγων· *Καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου·* δι' ὧν σημαίνειν αὐτὸν ἡγοῦμαι τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις, τὰς κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους τῇ μονογενεῖ αὐτοῦ ψυχῇ ἐπιβεβουλευκυίας. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *τὴν μονογενῆ μου*· ὁ μὲν Ἀκύλας, *τὴν μοναχήν μου*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *τὴν μονότητά μου*, ἡρμήνευσεν (1). Εἰ δὲ ὁ Δαυὶδ ταῦτα λέγει, οὐδὲ χαλεπὸν καὶ εἰς αὐτὸν τὰ τῆς διανοίας ἐφαρμόσαι.

C

Vers. 17. *Domine, quando respicies? restitue animam meam a malignitate eorum, a leonibus unicam meam.* Pro illo, *quando respicies*, reliqui omnes interpretes concorditer, *Domine, quanta respicies?* dixerunt. Miratur Servator Patris tolerantiam, et eximiam patientiam. Quamobrem ait: *Quanta respicies?* Exinde rogat his verbis: *Restitue animam meam*: quod sane simile huic dicto fuerit: *Pater, glorifica me gloria quam habui priusquam mundus esset apud te*[40]. Postulat sub hæc liberari unigenitam suam a leonibus. Cum affinis huic sit psalmus XXI, uti superius declaratum est, ut qui similia complectatur, ait: *Salva me ex ore leonis, et de manu canis unigenitam meam*[41]. Illic enim, *unigenitam*, canem et leonem memoravit; neque hæc solum, sed etiam unicornes, dicens, *et a cornibus unicornium humilitatem meam*[42]: quibus indicare ipsum arbitror adversarias potestates, quæ tempore passionis unigenitæ animæ suæ insidias paraD runt. Loco autem illius, *unigenitam meam*, Aquila, *solitariam meam*; Symmachus vero, *solitudinem meam*, interpretatus est. Quod si David hæc dicat, nihil incongruum ipsi sententiam aptare.

Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἐκκλησίᾳ πολλῇ. Καὶ ὁ κατ' ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λελεγμένος, μετὰ τὰς προφητείας τὰς περὶ τοῦ πάθους αὐτοῦ, τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ ἐμέμνητο δι' ὧν ἔφη· *Ἐν μέσῳ*

Vers. 18. *Confitebor tibi in ecclesia magna.* Psalmus quoque XXI, ex persona Salvatoris dictus post allatas de passione ejus prophetias, Ecclesiæ ipsius meminit his verbis: *In medio Ecclesiæ laudabo te*[43].

[38] II Cor. XIII, 4. [39] Isa. L, 6. [40] Joan. XVII, 5. [41] Psal. XXI, 21, 22. [42] ibid. 22. [43] ibid. 22.

(1) In Hebræo יְחִידָתִי Hieronymus vertit *solitariam meam*, cum Aquila. Vulgata versio, *unicam meam*, plus ad veritatem Hebraicam accedit.

Hæc autem ibidem dixit post illud: *Erue a framea animam meam, et de manu canis unigenitam meam. Salva me ex ore leonis et a cornibus unicornium humilitatem meam.* His igitur additum illud est: *Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te.* In præsenti similiter psalmo, postquam dixerat: *Restitue animam meam a malignitate eorum, a leonibus unigenitam meam,* adjecit: *Confitebor tibi in ecclesia multa, in populo gravi laudabo te*[44]. Pro illo autem, *gravi*, Aquila, *osseo*, edidit, id est, forti: ossa quippe omnium quæ in corpore exstant, fortissima et robustissima sunt. Gravis igitur est, qui fundatus in petra, immobilis et infractus manet. Patri itaque confitetur, gratias ipsi agens in ecclesia sua multa. Multa quippe revera est hæc ecclesia, quam in psalmo XXI magnam vocavit, dicens: *Apud te laus mea in ecclesia magna.* Pater igitur gloriam Filio in ecclesia magna conciliat; Filius autem Patri confitetur in ecclesia multa, quæ scilicet in universa Ecclesia stabilitur.

A Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. Ταῦτα δὲ ἐκεῖ ἐλέγετο μετὰ τό· Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου. Σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου. Συνῆπτο γοῦν τούτοις τό· Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. Καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις παραπλησίως προειπών· Ἀποκατάστησον τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῆς κακουργίας αὐτῶν, ἀπὸ λεόντων τὴν μονογενῆ μου, ἐπιλέγει· Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἐκκλησίᾳ πολλῇ, ἐν λαῷ βαρεῖ αἰνέσω σε. Ἀντὶ δὲ τοῦ, βαρεῖ, ὁ Ἀκύλας ἐξέδωκεν ὀστεΐνῳ, τουτέστιν, ἰσχυρῷ, ἐπεὶ τοῦ παντὸς σώματος τὰ δυνατώτατα καὶ ἰσχυρότατα ὀστᾶ τυγχάνει. Βαρὺς οὖν ὁ ἐπὶ τὴν πέτραν τεθεμελιωμένος, ὁ ἀσάλευτος καὶ ἀῤῥαγής. Τῷ τοίνυν Πατρὶ ἐξομολογεῖται, εὐχαριστῶν ἐπὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ τῇ πολλῇ. Πολλὴ γὰρ ὡς ἀληθῶς αὕτη ἡ Ἐκκλησία· ἣν ἐν τῷ εἰκοστῷ πρώτῳ μεγάλην ὠνόμασεν εἰπών· *Παρὰ σοῦ ὁ ἔπαινός μου ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ.* Ὁ μὲν οὖν Πατὴρ ἔπαινον τῷ Υἱῷ κατεργάζεται ἐν Ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ· ὁ δὲ Υἱὸς ἐξομολογεῖται τῷ Πατρὶ ἐν Ἐκκλησίᾳ πολλῇ, τῇ καθ' ὅλης τῆς Ἐκκλησίας ἱδρυμένῃ.

B

Vers. 19-21. *Non supergaudeant mihi qui adversantur mihi inique, qui oderunt me gratis et annuunt oculis. Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, et in iracundia dolos cogitabant. Et dilataverunt super me os suum, dixerunt: Euge, euge, viderunt oculi nostri.* Si post passionem Salvatoris nostri non faustus rerum exitus visus esset, qui in eum conspiraverant, ei *supergaudendi* ac deridendi cum forte locum habuissent, utpote qui de medio sublatus nihil valuisset: at quando Ecclesia ejus multa et magna per totum orbem resplendet, ipseque hactenus in medio consistens, populum suum gravem potentemque congregat, ac per eum Patri suo confitetur; nam *ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine ejus, illic sum in medio eorum*[45]; jure illi, qui alienis lætantur malis, pudore suffusi, retro abscesserunt. Quid enim inimicitia dignum perpessi tantum ejus odium ceperunt? Quare Aquila, *sine causa*, interpretatus est. Annuebant autem oculis me deridentes, institutionesque meas ad sapientiam datas traducentes. Deinceps, *Mihi quidem*, inquit, *pacifice loquebantur*, sed in corde suo dolos et iracundiam meditabantur. Hæc autem tunc impleta sunt, cum Pharisæi occasionem captantes dicebant illi: *Magister, scimus quia verax es, et verbum Dei in veritate doces, et non est tibi cura de aliquo; non enim respicis personam; dic ergo nobis, licet censum dare Cæsari an non*[46]? Hasce quippe voces cum dolo proferebant: quare hæc prius adumbrabat his verbis: *Mihi quidem pacifice loquebantur, et in iracundia dolos cogitabant.* Sed hic quidem dolose cum eo colloquia miscebant; at in fine, tempore passionis, pleno ore clamabant, sanguinem ejus expetentes super se et super filios suos: quod

C

Μὴ ἐπιχαρείησάν μοι οἱ ἐχθραίνοντές μοι ἀδίκως, οἱ μισοῦντές με δωρεὰν καὶ διανεύοντες ὀφθαλμοῖς. Ὅτι ἐμοὶ μὲν εἰρηνικὰ ἐλάλουν, καὶ ἐπ' ὀργῇ δόλους διελογίζοντο. Καὶ ἐπλάτυναν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν· εἶπον· Εὖγε, εὖγε, εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν. Εἰ μὴ τὰ τέλη αἴσια τὰ μετὰ τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐωρᾶτο, τάχα που χώραν εἶχον καταχαρῆναι αὐτοῦ οἱ τὴν κατ' αὐτοῦ συσκευὴν μεμηχανημένοι, ὡς ἀφανισθέντος καὶ μηδὲν δεδυνημένου· ἐπεὶ δὲ ἡ Ἐκκλησία αὐτοῦ ἡ πολλὴ καὶ μεγάλη διαλάμπει καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης· αὐτός τε εἰσέτι καὶ νῦν ἐν μέσῳ ἑστὼς συγκροτεῖ τὸν βαρὺν καὶ δυνατὸν αὐτοῦ λαὸν, καὶ ἐξομολογεῖται δι' αὐτῶν τῷ ἑαυτοῦ Πατρί· Ὅπου γὰρ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ αὐτοῦ ὄνομα, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν· εἰκότως οἱ ἐπιχαιρεσίκακοι, αἰσχύνην καταχεάμενοι, ἀπεστράφησαν εἰς τὰ ὀπίσω. Τί γὰρ καὶ ἄξιον ἔχθρας παθόντες τὸ πρὸς αὐτὸν ἤραντο μῖσος; διόπερ ὁ Ἀκύλας, ἀναιτίως, ἡρμήνευσε. Διένευον δὲ ὀφθαλμοῖς χλευάζοντες αὐτὸν, καὶ διασύροντες τὰ τῆς σοφίας μου παιδεύματα. Εἶτα, Ἐμοὶ μὲν, φησὶν, εἰρηνικὰ ἐλάλουν, ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν δόλους καὶ ὀργὴν διελογίζοντο. Ἐπληροῦτο δὲ καὶ ταῦτα, ὅτε λαβὰς θηρώμενοι ἔλεγον πρὸς αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι· Διδάσκαλε, οἴδαμεν, ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἐπ' ἀληθείας διδάσκεις, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον· εἰπὲ οὖν ἡμῖν· Ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι ἢ οὔ; Ταύτας γὰρ δολίως προέφερον τὰς φωνάς· διὸ προλαβὼν ταῦτ' ἠνίττετο φάσκων· Ἐμοὶ μὲν εἰρηνικὰ ἐλάλουν, καὶ ἐπ' ὀργῇ δόλους διελογίζοντο. Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν δολίως τὰς πρὸς αὐτὸν ἐποιοῦντο ὁμιλίας· ἐν τέλει γε μὴν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους ὅλῳ τῷ στόματι ἐβόων αἵτοῦν

D

[44] Psal. xxi, 22, 23. [45] Matth. xviii, 20. [46] Matth. xxii, 16, 17.

τες αὐτοῦ τὸ αἷμα καθ' ἑαυτῶν καὶ κατὰ τῶν τέκνων αὐτῶν· ὃ δὴ καὶ αὐτῷ παρίστησι διὰ τῶν προκειμένων λέγων· *Ἐπλάτυναν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν.* Εἶτ' ἐπειδὴ παρεδόθη αὐτοῖς ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν, καὶ ὡς ἀμνὸς ἄκακος ἐναντίον τοῦ κείραντος ἄφωνος, ὁρῶντες αὐτοῦ τὸ πάθος ἐπεφώνουν· *Εὖγε, εὖγε, εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν.* A ipsum hic declarat, ita loquens : *Dilataverunt super me os suum.* Deinde quia ipsis traditus fuit sicut ovis ad jugulationem, et sicut agnus sine malitia, coram tondente sine voce, videntes ejus passionem sic vociferabantur : *Euge, Euge! viderunt oculi nostri.*

Εἶδες, Κύριε, μὴ παρασιωπήσῃς. Καὶ ἄνωθεν εἶπε· *Πότε ἐπόψῃ;* καὶ διὰ τῶν προκειμένων· *Εἶδες, Κύριε.* Τί δὲ εἶδεν; Ὡς δολίως αὐτῷ προσῆλθον, καὶ ὡς ἐπλάτυναν κατ' αὐτοῦ τὸ στόμα αὐτῶν, καὶ ὡς κατ' εὐχὰς πράξαντες ἐπεβόων· *Εὖγε, εὖγε, εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν.* Σὺ δὲ, Κύριε, ταῦτα θεασάμενος, ἀνασχόμενός τε καὶ μακροθυμήσας, *μὴ παρασιωπήσῃς·* ἀλλ' ἀναλαβὼν τὸ τῆς δικαιοσύνης σου κριτήριον λέγε· *Ταῦτα ἐποίησας, καὶ ἐσίγησα·* καὶ πάλιν· *Ἐσιώπησα, μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι;* Ἀνθρωπίνως δὲ ἱκετεύει λέγων πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα· *Μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ·* καὶ, *Ἔξεγέρθητι καὶ πρόσχες τῇ κρίσει, ὁ Θεός μου καὶ ὁ Κύριός μου εἰς τὴν δίκην μου.* Κατὰ γὰρ τὸν καιρὸν τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν πάθους τοιαύτας ἠφίει φωνὰς, ἵνα πιστευθῇ ἄνθρωπος ἀτρεκέως κατὰ ἀλήθειαν γεγονὼς, καὶ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον ἑκουσίως καταδεχόμενος. *Καὶ μὴ ἐπιχαρήσεταί μοι, μὴ εἴποισαν ἐν καρδίαις αὐτῶν· Εὖγε, εὖγε, ἡ ψυχὴ ἡμῶν! μηδὲ εἴποισαν· Κατεπίομεν αὐτόν.* Σοῦ γὰρ, φησὶν, ἐπεξελθόντος τοῖς τετολμημένοις, καὶ κρίναντος κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου, οὐκ ἐπιχαρήσονται, οὐδ' ἐροῦσιν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν· *Εὖγε, εὖγε,* ἴσχυσεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν. Εἰ γὰρ καὶ τῷ στόματι αὐτῶν ποτε τοῦτο εἰρήκασιν, ἀλλ' οὐ καὶ ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἐροῦσιν· οὐδὲ φήσουσι· *Κατεπίομεν αὐτόν,* τὴν ἀνάστασίν μου καὶ τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐμῆς τὴν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἵδρυσιν θεώμενοι. Καταπίνεται μὲν γὰρ ὁ ἅπαξ εἰς βυθὸν χωρήσας καὶ μηκέτ' ἀναβεβηκώς· οὕτω γάρ ποτε κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας. Ἀλλὰ κἀκεῖ οἱ καταποθέντες ἐπαλινδρόμησαν, διὸ λέλεκται· *Καὶ πάλιν ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου.* B *Εἶδες, Domine, ne sileas.* Superius dixit : *Quando respicies?* in præsenti vero : *Vidisti, Domine?* Ecquid vidit? Quod dolose se convenerint, et quod dilataverint contra ipsum os suum, et quod, re pro voto gesta, clamaverint : *Euge, Euge! viderunt oculi nostri.* Tu autem, Domine, qui hæc vidisti, sed patienter ac moderate tulisti, *ne sileas :* sed assumpto justitiæ tuæ tribunali dic : *Hæc fecisti, et tacui* [47]; ac rursum : *Tacui, an semper tacebo* [48]? Humano autem more Patri suo supplicat his verbis : *Ne discedas a me;* et : *Exsurge et intende judicio meo, Deus meus et Dominus meus in causam meam.* Tempore namque pro nobis susceptæ passionis tales emittebat voces, ut crederetur homo factus secundum rei veritatem, ac sponte pro nobis mortem suscepisse. *Et non supergaudeant mihi, ne dicant in cordibus suis : Euge, Euge animæ nostræ! nec dicant : Devoravimus eum.* Si tu enim, inquit, hæc facinora ulciscaris, et judices secundum justitiam tuam, nequaquam illi gaudebunt : neque dicent in cordibus suis : *Euge, Euge!* prævaluit anima nostra. Etiamsi enim id ore aliquando protulerint, at corde non ita loquentur, neque dicent : *Devoravimus eum,* quando resurrectionem meam, et Ecclesiam item meam late per orbem propagatam conspicient. Is namque devoratur, qui semel in profundum delapsus, inde nunquam emergit ; sic enim mors olim, cum prævaleret, devorabat. Verum qui devorati sunt, jam revertuntur, quare dictum est : *Et rursum abstulit Dominus omnem lacrymam ab omni vultu* [49]. C

Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν, εἰ καὶ πρὸς καιρόν τινα ἔδοξαν αὐτὸν καταπίνειν, ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος, φησὶν, ἐροῦσι, προφητικῶς κατ' αὐτὰ θεσπίζων· *Αἰσχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν ἅμα οἱ ἐπιχαίροντες τοῖς κακοῖς μου· ἐνδυσάσθωσαν αἰσχύνην καὶ ἐντροπὴν οἱ μεγαλορρημονοῦντες ἐπ' ἐμέ.* Καὶ ταῦτα δὲ ὅπως τέλους ἔτυχεν ἀναφερόμενα ἐπὶ τὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πρόσωπον, ῥᾴδιον δὴ ἰδεῖν. Ἐξ ἐκείνου γὰρ, καὶ εἰς δεῦρο τοῦ χρόνου ἀπερρίμμενοί καὶ ἀπόβλητοι τυγχάνουσι πάλαι κομῶντες ἐπὶ πολλοῖς χαρίσμασιν. Οἱ δ' ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν τὸν ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρημένον παραδεδεγμένοι τῆς μὲν πολυθέου πλάνης ἠλευθέρωνται, τὸν δ' ἐπὶ πάντων Θεὸν εὐσεβοῦντες διατελοῦσιν. Εἶθ' οἱ μὲν αἰσχύνην καταχεάμενοι ἐφ' οἷς ἔδρασαν, ἐντράπησαν, οἱ δὲ χαρᾷ καὶ παῤῥησίας ὁσημέραι πληροῦνται· ὡς πληροῦσθαι τὸ παρὰ Μωϋσεῖ λόγιον φῆσαν πρὸς τὸν Ἰουδαίων λαόν· D Hic igitur etiamsi ad tempus ipsum devorasse visi sunt; at non in finem usque, inquit, ita dicent, propheticeque statim vaticinatur : *Erubescant et revereantur simul, qui gratulantur malis meis. Induantur confusione et reverentia qui magna loquuntur super me.* Hæc porro quem finem sortita sint ad personam Salvatoris nostri reducta, intelligere facile est. Ex eo quippe ad hoc usque tempus abjecti ac depulsi sunt, qui olim gratia donisque multis ornabantur. At quotquot ex gentibus universis eum, qui ab illis interfectus est, receperunt, ii a multorum deorum errore liberati sunt, Deumque universorum constanter ac pie colunt. Exhinc porro illi quidem, ob facinus tantum, pudore affecti ac confusi sunt; illi autem gaudio fiduciaque in dies replentur ; ita ut illud Moysis oraculum ad Judæorum populum spectans impleatur : *Proscly-*

[47] Psal. XLIX, 21. [48] Isa. XLII, 14. [49] Isa. XXV, 8.

tus qui vobiscum versatur, erit supra supra; tu autem eris infra infra. Ipse erit tibi caput, tu eris ipsi cauda [50].

A Ὁ προσήλυτος ὁ ἐν ὑμῖν ἔσται ἄνω ἄνω· σὺ δὲ ἔσῃ κάτω κάτω· αὐτός σου ἔσται κεφαλή, σὺ δὲ ἔσῃ οὐρά.

Vers. 27, 28. *Exsultent et lætentur qui volunt justitiam meam, et dicant semper : Magnificetur Dominus, qui volunt pacem servi ejus. Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam.* Initium prophetiæ judicium et bellum minabatur iis qui impie egerunt, atque impugnarunt eum qui in ipsa prophetia fertur; media vero mores eorum perstringunt; postrema autem, ignominiam et confusionem qua afficiendi sunt describunt. At totius prophetiæ summa exsultationem, lætitiam et bona annuntiat iis qui volunt justitiam ejus. Per justitiam vero ejus, divinitatem ipsius intelligas; quia ipse *factus est nobis sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio* [51]. Qui igitur illam intelligunt, exsultent, ait, et lætentur; ipsosque instituit ut dicant semper, *Magnificetur Dominus*, si quidem pacem cum eo qui in vaticinio fertur amplectantur; quandoquidem ii qui contra eum inimicitiam susceperunt, dignas pro eo pœnas dederunt. Hæc autem pax ea ipsa fuerit, quam ille discipulis suis largitus est, dicens : *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis* [52]. Et hæc de iis qui volunt ac diligunt pacem ejus, ac justitiam ejus honorant. Demum de seipso loquens sermonis finem obsignat, dicens : *Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam.* His, inquit, ita gestis tam circa eos qui me diligunt, quam circa eos qui odio habent, non finem faciam meditandi justitiam tuam, tota die laudem tuam : non omnibus diebus, sed una sola die, eaque infinita ac perenni. Nam mansio illa et commoratio apud te, dies est æterna. Meditabor autem illam, laudibusque celebrabo, quia justo sane judicio, non unam gentem, sed omnes prorsus, late per orbem diffusas, gratia et vocatione tua dignatus es. Secundum aliam autem explicandi rationem, quia *sumus corpus Christi, et membra ex parte* [53], qui divinis exercitantur disciplinis, ejus lingua nuncupari possint, ita ut iis jure hæc referri queant.

B Ἀγαλλιάσαιντο καὶ εὐφρανθείησαν οἱ θέλοντες τὴν δικαιοσύνην μου καὶ εἰπάτωσαν διὰ παντός· Μεγαλυνθήτω ὁ Κύριος, οἱ θέλοντες τὴν εἰρήνην τοῦ δούλου αὐτοῦ. Καὶ ἡ γλῶσσά μου μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου. Ἡ μὲν ἀρχὴ τῆς προφητείας δίκην καὶ πόλεμον ἐπελεύσεσθαι ἠπείλει κατὰ τῶν ἀδικησάντων καὶ πολεμησάντων τὸν προφητευόμενον· τὰ δὲ μέσα τὸν τρόπον αὐτῶν διέβαλλε· τὰ δὲ ἐπὶ τέλει τὴν καταλαβοῦσαν αὐτοὺς διέγραφεν αἰσχύνην καὶ ἐντροπήν. Ἡ δὲ τῆς ὅλης προφητείας περιγραφὴ ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην, καὶ ἀγαθὰ πάντας εὐαγγελιζεται τοὺς τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ θέλοντας. Νοήσεις δὲ τὴν αὐτοῦ δικαιοσύνην, θεότητα αὐτοῦ ἐκλαβών· ἐπειδὴ αὐτὸς ἐγερθὴ ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις. Οἱ γοῦν ταύτην νοήσαντες ἀγαλλιάσαιντο, φησὶ, καὶ εὐφρανθείησαν· τούτους δὲ καὶ διδάσκει λέγειν ἀεὶ, *Μεγαλυνθήτω ὁ Κύριος*, εἰ δὴ ἀσπάζοιντο τὴν πρὸς τὸν προφητευόμενον εἰρήνην· ἐπεὶ οἱ ἀράμενοι πρὸς αὐτὸν ἔχθραν, δίκην δεδώκασιν τὴν ἀξίαν. Εἴη δ' ἂν αὕτη ἡ εἰρήνη αὐτοῦ, ἣν ἐχαρίζετο τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς λέγων· *Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν.* Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ἐθελόντων καὶ ἀγαπώντων τὴν εἰρήνην αὐτοῦ, τήν τε δικαιοσύνην αὐτοῦ τιμώντων. Λοιπὸν δὲ αὐτὸς περὶ C ἑαυτοῦ τὸ τέλος τοῦ παντὸς λόγου ἐπισφραγίζεται φάσκων· *Καὶ ἡ γλῶσσά μου μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου;* Τούτων, φησὶ, γενομένων ἐπί τε τοὺς ἀγαπῶντάς με καὶ μισοῦντάς με, οὐ παύσομαι μελετῶν τὴν δικαιοσύνην σου, καὶ ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν ἔπαινόν σου, οὐχὶ πάσας τὰς ἡμέρας, ἀλλὰ μίαν μόνην τὴν ἄπειρον καὶ διηνεκῆ. Ἡ γὰρ παρὰ σοὶ μονὴ καὶ διατριβὴ ἡμέρα αἰώνιος τυγχάνει. Μελετήσω δὲ αὐτὴν ἀνυμνῶν, καθ' ἣν τὰ δίκαια κρίνας, οὐχ ἓν ἔθνος, ἀλλὰ πάντα τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τῆς σῆς χάριτος καὶ κλήσεως κατηξίωσας. Καθ' ἑτέραν δὲ διάνοιαν, ἐπεὶ *σῶμά ἐσμεν Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους*, οἱ ἀσκηταὶ τῶν θείων μαθημάτων, λέγοιντο ἂν αὐτοῦ γλῶσσα, ὡς δύνασθαι καὶ εἰς αὐτοὺς ἀναφέρεσθαι τὰ προκείμενα.

1. IN FINEM, SERVO DOMINI DAVID XXXV.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΤΩ ΔΟΥΛΩ ΚΥΡΙΟΥ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΛΕ'.

D

Neque *psalmus*, neque *canticum*, neque quid simile inscribitur; doctrinamque complectitur, quæ sub initium quidem quoslibet timore Dei ac pietate vacuos, qui ideo omni improbitatis generi dediti sunt, coarguit; quod conclusionem vero spectat, eorum finem significat. Postquam igitur sic orsus

Οὔτε *ψαλμός*, οὔτε ᾠδὴ, οὔτε τι τοιοῦτον ἐπιγέγραπται· διδασκαλίαν δὲ περιέχει κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν ἐλέγχουσαν πάντα τὸν ἄφοβον καὶ ἀνευλαβῆ, καὶ διὰ τοῦτο πάσαις παρανομίαις ἐκδεδομένον, κατὰ δὲ τὸ συμπέρασμα τὸ τῶν τοιούτων τέλος. Εἰπὼν γοῦν ἐν ἀρχῇ· *Φησὶν ὁ παράνομος τοῦ ἁμαρτάνειν ἐν*

[50] Deut. XXVIII, 43. [51] I Cor. I, 30. [52] Joan. XIV, 27. [53] I Cor. X, 27.

(1) Sic mss. Et hæc lectio frequenter occurrit in SS. Patribus, et in codicibus Græcis. Interpres Vulgat. : Ex μέλους legit, *membra de membro.*

(2) Hæc Scholiastis nota Καὶ αὐτὸς μὲν ὁ συγγραφεὺς εἷς τε τὸν Δαυῒδ καὶ εἰς τὸν Χριστὸν ἐξέλαβεν τὸν ψαλμὸν, μᾶλλον δὲ εἰς τὸν Χριστὸν, ὁ δὲ ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἐχθρῶν ταῦτα λέγεσθαι, id est : *Hic quidem scriptor de Davide ac de Christo hunc psalmum explicavit, ita ut magis Christo accommodaret. Alius vero ait ad utilitatem inimicorum hæc dicta fuisse.* Hæc, inquam, nota in textum irrepserat.

ἑαυτῷ, πρὸς τῷ τέλει, Ἐκεῖ ἔπεσαν πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ἐξώσθησαν καὶ οὐ δυνήσονται στῆναι. Κατὰ δὲ τὰ μέσα θεολογίαν περιέχει καὶ τῶν θεοφιλῶν ἀνδρῶν ἀγαθὰς ἐλπίδας. Λέλεκται δὲ ταῦτα τῷ δούλῳ Κυρίου τῷ Δαυΐδ. Τοῦτο γὰρ ἡ προγραφὴ σημαίνει· ὃς, ἀφορίσας ἑαυτὸν τῆς τῶν παρανόμων τάξεως, συνῆψε τῇ τοῦ Θεοῦ ἱκετείᾳ, τῷ νόμῳ καὶ ταῖς τοῦ Θεοῦ διαταγαῖς ἑαυτὸν καταδουλώσας. Διδάσκει δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους τὰ ὅμοια αὐτῷ πράττειν, καὶ μὴ συναπάγεσθαι τοῖς παρανόμοις.

A fuerat : *Dixit injustus ut delinquat in semetipso;* in fine ait : *Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, expulsi sunt nec poterunt stare.* In medio autem theologiam ac bonam piorum hominum spem complectitur. Hæc porro Davidi servo Domini dicta sunt; id enim inscriptio significat : qui David cum se ab improborum ordine semovisset, Deo se supplicem exhibuit, ac legi divinisque statutis subjecit : cæterisque hominibus auctor est, ut similiter agant, neque ad improborum consortium detrahantur.

Φησὶν ὁ παράνομος τοῦ ἁμαρτάνειν ἐν ἑαυτῷ· οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Ὅτι ἐδόλωσεν ἐνώπιον αὐτοῦ, τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ καὶ μισῆσαι. Σαφέστερον δὲ τὰ προκείμενα ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος, τοῦτον ἀποδοὺς τὸν τρόπον· Φησὶν περὶ ἀσυνθεσίας τοῦ ἀσεβοῦς ἔνδοθεν ἡ καρδία μου· Οὐ πρόκειται ὁ φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. Ὅτι ἐξολισθαίνειν τὰ περὶ αὐτοῦ δοκεῖ, τοῦ εὑρεθῆναι τὴν ἀδικίαν αὐτοῦ εἰς τὸ μισηθῆναι αὐτήν. Διὰ τούτων γὰρ αὐτὸς ὁ Δαυΐδ, Ἐμοῦ, φησὶν, ἡ καρδία καὶ ὁ ἐμὸς λογισμὸς ταῦτα περὶ τοῦ ἀσεβοῦς ἀνδρὸς ἐνενόησε. Τὴν γὰρ θεωρητικὴν αὐτοῦ δύναμιν, δι' ἧς ἐδύνατο γνῶναι τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, ἐδόλωσεν αὐτοὺς (sic) ἑαυτὸν τῆς διανοίας αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς διαστρέψας. Διὸ κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν ἀγάγνωσιν· Ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ εἴρηται δεδολωκέναι, τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ, καὶ μισῆσαι· Οὕτω, φησὶν, ἑαυτὸν διέστρεψε, καὶ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ τῶν ἑαυτοῦ ἀπέρριψεν ὀφθαλμῶν, ὡς τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ προφανῆ τυγχάνειν, καὶ πάλιν ὁρᾶσθαι καὶ εὑρίσκεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο μίσους ἀξίαν εἶναι. Ἀκαλύπτως δὲ ὁ τοιοῦτος ἐξέδωκεν ἑαυτὸν τῇ ἁμαρτίᾳ, ὡς καὶ τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀνομίαν εἶναι καὶ δόλον. Πάνυ δὲ ταῦτα εἰκὼν εἶλετο, ἅτε δὴ αὐτεξούσιος ὤν, καὶ δυνάμενος μὲν τὴν ἀγαθὴν μετελθεῖν ὁδὸν, μὴ βουληθεὶς δέ· διὸ λέλεκται· Οὐκ ἐβουλήθη συνιέναι τοῦ ἀγαθύνειν· ἀνομίαν δὲ διελογίσατο ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ. Οὐδὲ γὰρ, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἡσυχίας ἐν ᾧ μετὰ τὰς μεθημερινὰς πράξεις ἑαυτοὺς ἐπιδιδόασιν ἄνθρωποι ἠρεμίᾳ καὶ εὐσταθείᾳ καὶ ὕπνῳ, ἐν καταστάσει γαλήνῃ γέγονεν ὁ τοιοῦτος· ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ἀνομίαν διελογίσατο ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ.

B C

Vers. 2-5. *Dixit injustus ut delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos ejus. Quoniam dolose egit in conspectu ejus, ut inveniatur iniquitas ejus ad odium.* Hæc apertius Symmachus his verbis interpretatus est : *Dixit de defectione impii intus cor meum : Non propositus est timor Dei ante oculos ejus. Quia ruere videntur res ejus, ut inveniatur iniquitas ejus ad odiendum eam.* His quippe David hæc enuntiat : Cor meum et cogitatio mea hæc de impio viro intellexerunt. Nam per speculandi vim, qua Dei timorem nosse poterat, intellexit eum suis se dolis decepisse, mentisque suæ oculos evertisse. Quare secundum Hebraicam lectionem dicitur : *In oculis ejus dolose egisse, ut inveniat iniquitatem ejus, et odio habeat.* Ita, inquit, sese subvertit, timoremque Dei ab oculis suis abjecit, ut iniquitas ejus manifesta evaderet, ipsisque oculis pateret ac *inveniretur*, eoque modo digna odio esset. Palam autem ille se peccato dedidit, ita ut verba oris ejus iniquitas et dolus essent. Hæc autem ipsa admodum libere elegit, utpote liberi arbitrii, penes quem erat viam adire bonam, quod ille noluit; quamobrem dictum est : *Noluit intelligere ut bene ageret;* sed, *iniquitatem meditatus est in cubiculo suo.* Neque enim quietis tempore, quo post diurna opera homines otio, tranquillitati et somno se dedere solent, talis homo in tranquillo statu degebat; sed eo quoque tempore *iniquitatem meditatus est in cubili suo.*

Κύριε, ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ἔλεός σου. Σφόδρα ἀκολούθως μετὰ τὴν ὑπογραφὴν τῆς τοῦ παρανόμου κακίας τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας παρίστησιν, δι' ἧς καὶ τῶν παρανόμων καὶ ἀσεβῶν ἀνδρῶν ἀνέχεται· διδάσκων, ὅτι ὁ πλοῦτος τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας ἐλέου πεπλήρωται μεγάλου. Καὶ τοῦτο τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ αἴτιον τυγχάνει τῆς τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀσεβῶν ἀνδρῶν ζωῆς τε καὶ εὐθυμίας. Τὸν μὲν οὖν θησαυρὸν τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τεταμιεῦσθαί φησιν ἐν τῷ οὐρανῷ ἀλλὰ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ εἶναι παρ' αὐτῷ, πληροῦντες· πάντα τὰ ὑπερουράνια· ὅμως δὲ καὶ *μέχρι τῶν νεφελῶν*, ἤ, *μέχρι τῶν αἰθέρων*, κατὰ τὸν Σύμμαχον, διήκειν. Οὕτω γοῦν καὶ

D

Vers. 6, 7. *Domine, in cœlo misericordia tua.* Post descriptam improbi hominis nequitiam, præcellentes illas divinæ tolerantiæ divitias admodum consequenter enarrat, qua iniquos impiosque homines ferre solet, docens *divitias bonitatis ejus et patientiæ et longanimitatis*[54], misericordia magna repletas esse. Atque isthæc misericordia Dei in causa est, quod peccatores et impii vivant et alacriter agant. Thesaurum itaque misericordiæ ejus in cœlo reconditum ait, sed veritatem quoque ejus penes ipsum esse; hæc autem cœlestia omnia complent; attamen *usque ad nubes*, vel, ut Symmachus habet, *usque ad æthera* penetrant. Sic in alio quoque psalmo dictum est : *In cœlo præparabitur veritas tua*[55].

[54] Rom. II, 4. [55] Psal. LXXXVIII, 3.

Veritas itaque Dei in cœlo est : inde vero ceu pluvia in nubibus lata stillat in terram. Ideo dicitur, *Et veritas tua usque ad nubes.* Ex nubibus autem in homines veritas Dei effunditur ; nubes vero prophetas et angelicas virtutes, a quibus veritas Dei hominibus allata est, Scriptura solet appellare. Sic in Isaia dictum est : *Et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem* [86], scilicet super Judæorum populum, qui tropice vinea vocatur.

A ἐν ἑτέρῳ λέλεκται· *Ἐν τῷ οὐρανῷ ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου.* Ἔστι μὲν οὖν ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, δίκην δὲ ὑετοῦ φερομένου διὰ νεφῶν καὶ μέχρι τῆς γῆς ἐπιστάζει. Διὸ εἴρηται· *Καὶ ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν.* Ἐκ δὲ τῶν λεγομένων νεφελῶν καὶ εἰς ἀνθρώπους προχέεται ἡ τοῦ Θεοῦ ἀλήθεια· νεφέλας δὲ τοὺς προφήτας ἢ τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις, δι' ὧν ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ καὶ εἰς ἀνθρώπους κατελήλυθεν, εἴωθεν ὁ λόγος ὀνομάζειν. Οὕτω λέλεκταν ἐν Ἡσαΐᾳ· *Καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι τοῦ μὴ βρέξαι εἰς αὐτὸν ὑετόν*, δηλαδὴ εἰς τὸν Ἰουδαίων λαὸν, ἀμπελῶνα τροπικῶς ὠνομασμένον.

Ad hæc autem, justitia tua, inquit, Domine, magna excelsaque, montibus, imo montibus Dei comparatur, ac insuper judicia tua incomprehensibilia. Quemadmodum enim abyssus, ut vocant, immensa et hominibus incomprehensibilis est; quod sane his significatur, *ponens in thesauris abyssos :* sic judicia, Domine, quæ ex justitia prodeunt tua, ceu *abyssus multa* [87] sunt. Pro illo autem, *justitia tua sicut montes Dei;* Aquila, *justitia tua sicut montes robusti,* interpretatus est. Hæc porro omnia opportune memorantur : declaraturque, per misericordiam Dei quæ in cœlo est, per veritatem et justitiam ejus, ac per illud, *Judicia ejus ut abyssus multa incomprehensibilia sunt*, impios, atheos et peccatores non vita solum, sed reliquis etiam frui bonis a bonitate ipsius subministratis.

B Ἔτι πρὸς τούτοις ἡ δικαιοσύνη σου, φησὶν, ὦ Κύριε, μεγάλη τυγχάνει καὶ ὑψηλὴ, ὄρεσι παραβαλλομένη, καὶ ὄρεσι Θεοῦ, καὶ πρὸς τούτοις τὰ κρίματά σου ἀκατάληπτα. Ὡς γὰρ ἡ καλουμένη ἄβυσσος ἄπειρός ἐστιν ἀνθρώποις καὶ ἀκατάληπτος· ὃ δὴ σημαίνει ὁ φήσας λόγος· *Τιθεὶς ἐν θησαυροῖς ἀβύσσους*· οὕτως καὶ τὰ σὰ κρίματα, ὦ Κύριε, τὰ ἐκ τῆς σῆς δικαιοσύνης φερόμενα, ὡς ἡ ἄβυσσός ἐστι *πολλή*. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ἡ δικαιοσύνη σου ὡς ὄρη Θεοῦ*, ὁ Ἀκύλας, *Δικαιοσύνη σου ὡς ὄρη ἰσχυρὰ*, ἡρμήνευσε. Τούτων δὲ πάντων εὐκαίρως ἐμνημόνευσεν ὁ λόγος· δεικνὺς, ὅτι διὰ τὸ ἔλεός σου τοῦ Θεοῦ τὸ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ διὰ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ καὶ διὰ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ διὰ τό· Ὡς ἄβυσσος πολλὴ ἀκατάληπτα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἄθεοι καὶ ἁμαρτωλοὶ οὐ μόνον ζωῆς ἀπολαύουσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἀπὸ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ χορηγουμένων.

Vers. 8. Quamobrem adjicitur : *Homines et jumenta salvabis, Domine ; quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus.* Nam propter judicia tua quæ ut abyssus multa sunt, propter justitiam et veritatem tuam quæ in cœlo est, homines et jumenta simul salutem obtinent. Sic *multiplicasti misericordiam tuam, Deus*, ut non modo qui digni, sed etiam qui brutis moribus et insipientes sunt homines, vita abs te data fruantur. Quandoquidem enim multi conqueruntur et expostulant cum illo his verbis : Quare impii prospere agunt, ac Dei bonis fruuntur? necessario docet multam ejus misericordiam esse. At si misericordia tantum ac clementia exsisteret, nihil a peccatorum vita ineunda arceret. Verum edocet ille veritatem et justitiam cum misericordia misceri, ita ut post misericordiam justitia et veritas peccatores excepturæ sunt. Nam si ex misericordia et patientia Dei nihil utilitatis percipiant, justitia et veritas ejus invadet illos : judicio quippe justo subjicientur. Sunt enim revera, sunt, inquam, judicia Dei occulta ; multa immensaque profunditas, vel, ut ait Scriptura, *abyssus multa* in judiciorum ejus ratione comprehenditur. Hæc igitur impios manent.

C Διὸ ἐπιλέγεται· *Ἀνθρώπους καὶ κτήνη σώσεις, Κύριε, ὡς ἐπλήθυνας τὸ ἔλεός σου, ὁ Θεός.* Διὰ γὰρ τὰ κρίματά σου τὰ ὡς ἄβυσσος πολλὴ, καὶ διὰ τὴν δικαιοσύνην σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου τὴν ἐν τῷ οὐρανῷ, ἄνθρωποι καὶ κτήνη κατὰ τὸ αὐτὸ σώζονται· οὕτως *ἐπλήθυνας τὸ ἔλεός σου, Θεὸς*, ὡς μὴ μόνον τοὺς ἀξίους τῆς ἐκ σοῦ ζωῆς μεταλαμβάνειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς κτηνώδεις καὶ ἀνοήτους τῶν ἀνθρώπων. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ μέμφονται καὶ καταιτιῶνται· Ἵνα τί ἀσεβεῖς εὐθηνοῦσι, καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ ἀγαθῶν ἀπολαύουσιν; ἀναγκαίως διδάσκει, ὅτι πολυέλεός ἐστιν. Ἀλλ' εἰ μὲν ἦν ἔλεος μόνον καὶ φιλανθρωπία, οὐδὲν ἐκώλυεν τὸν τῶν ἁμαρτωλῶν μετέρχεσθαι βίον· διδάσκει δὲ, ὅτι σὺν τῷ ἐλέῳ ἀνακέκραται ἀλήθεια καὶ δικαιοσύνη, ὡς τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς ἀληθείας διαληψομένης τοὺς ἁμαρτωλοὺς μετὰ τὸ ἔλεος. Εἰ γὰρ D μὴ ὠφελοῖντο τῷ ἐλέῳ καὶ τῇ μακροθυμίᾳ τοῦ Θεοῦ, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ καὶ ἡ ἀλήθεια μετελεύσεται αὐτούς· ὑποβληθήσονται γὰρ κρίσει δικαίᾳ. Ἔστι γὰρ, ἔστιν ἀπόῤῥητα τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ· πολύς τε καὶ ἄπειρος βυθὸς, ἢ, καθὼς ἡ Γραφή φησιν, *ἄβυσσος πολλὴ* ἐν τῷ λόγῳ τῶν κριμάτων αὐτοῦ περιέχεται. Ταῦτα τοίνυν μένει τοὺς ἀσεβεῖς.

Vers. 9, 10. *Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ, in lumine tuo videbimus lumen.* Quoniam judicia tua abyssus multa,

Οἱ δὲ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπιοῦσι. Μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου, καὶ τὸν χειμάῤῥουν τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς. Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. Ἐπειδὴ τὰ κρίματά σου

[86] Isa. v, 6. [87] Psal. xxxi, 7.

ἄβυσσος πολλή, εἰκότως οὐ μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ κτηνῶν προνοεῖς· οὕτως *ἐπλήθυνας τὸ ἔλεός σου, ὁ Θεός*. Ἔστι δ' ἔτι παρὰ ταῦτα ἐξαίρετον τάγμα τῶν μετὰ τὰ προλεχθέντα ὀνομαζομένων υἱῶν ἀνθρώπων· οἵτινες, πλέον τι ἔχοντες τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν κτηνῶν τῶν ὑπὸ σοῦ σωζομένων, κατηξίωνται ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπίζειν· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Ὑπὸ σκιὰν τῶν πτερύγων σου ἀμεριμνοῦσι*. Τοὺς γὰρ ἐπὶ σὲ ἠλπικότας, καὶ ἀφωρισμένους τοῦ τάγματος τῶν διαβεβλημένων, σὺ αὐτὸς ὁ Θεὸς ταῖς ἑαυτοῦ πτέρυξι περιέπεις καὶ σκέπεις. Καὶ ἐπεὶ ἤλπισαν οὗτοι ἀγαθὴν ἐλπίδα, *Ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει· μεθυσθήσονται ἀπὸ πιότητος οἴκου σου, καὶ τὸν χειμάρρουν τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς*. Οἶκος μὲν τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἡ Ἐκκλησία αὐτοῦ· πιότης δὲ τοῦ οἴκου τὰ θεόπνευστα ἀναγνώσματα· μέθη δὲ σώφρων καὶ νηφάλιος ἡ ἀπὸ τῶν ἀναγνωσμάτων ὠφέλεια· χείμαρρος δὲ τρυφῆς, ἐξ οὗ ποτίζονται οἱ ἐπὶ σκέπῃ τῶν πτερύγων αὐτοῦ ἠλπικότες, ὁ ἐν Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ ποταμός, περὶ οὗ λέλεκται· *Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ*· καὶ, *Ὁ ποταμὸς τοῦ Θεοῦ ἐπλήρωθη ὑδάτων*. Χείμαρρος δὲ τρυφῆς ὁ Χριστὸς διὰ τὸ πρόσκαιρον τῆς ἐν ἀνθρώποις ἐπιφανείας αὐτοῦ. *Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς*. Ζωὴν δὲ ὄντα ἐγνωμεν τὸν Χριστὸν ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, δι' ἧς αὐτὸς ὁ Σωτὴρ διδάσκει λέγων· *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή*. Ἀλλὰ καὶ, *ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων*. Διὸ καὶ ἐνταῦθα τῇ ζωῇ συνῆπται τὸ φῶς συμφώνως τῷ Εὐαγγελίῳ· μετὰ γὰρ φάναι· *Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς*, ἐπιλέγεται· *Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς*. Φωτὸς γὰρ λογικοῦ χορηγητικὴ τυγχάνει αὕτη ἡ ζωή· διὸ λέγεται· *Καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων*. Οἱ δὲ τούτων μεταλαβόντες τέλος ἕξουσι τοῦ φωτὸς τὴν θέαν.

jure non hominibus modo, sed etiam jumentis prospicis, sic *multiplicasti misericordiam tuam, Deus*. Præter hæc autem alius eximius est ordo eorum, qui post prædicta filii hominum vocantur. Hi pluris aliquid habentes quam homines et jumenta quibus salutem paras, digni habiti sunt qui in tegmine alarum tuarum spem habeant; aut ut Symmachus, *Sub umbra alarum tuarum securi sunt*. Eos enim qui in te spem habent, quique ab ordine infamium illorum segregantur, tu ipse, Deus, alis foves tuis et contegis. Et quia spem cepere magnam, *Spes autem non confundit*[68]. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos*. Domus Dei est Ecclesia ejus : ubertas domus, divinitus inspiratæ lectiones : ebrietas illa temperata et sobria, utilitas ex lectionibus proveniens : torrens voluptatis, quo potantur ii qui sub tegmine alarum ejus sperant, fluvius in Ecclesia Dei manans, de quo dictum est : *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei*[69]; et : *Flumen Dei repletum est aquis*[70]. Torrens voluptatis Christus est, ob temporaneam ejus in hominibus præsentiam. *Quoniam apud te est fons vitæ*. Ex evangelica doctrina Christum esse vitam ediscimus, ut Salvator ipse docet his verbis, *Ego sum lux, veritas et vita*[71]. Sed etiam, *quod factum est in ipso vita erat, et vita erat lux hominum*[72]. Quare hic pariter, ut in Evangelio, vitæ lux subditur : nam postquam dixerat, *Quoniam apud te est fons vitæ*, adjicitur, *In lumine tuo videbimus lumen*. Hæc quippe vita rationabilem lucem subministrat. Quamobrem dicitur, *Et vita erat lux hominum*. Qui porro hæc acceperint, pro fine, lucis contemplationem obtinebunt.

Note the construction

Παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς γινώσκουσί σε, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ. Τοῖς μὴ γινώσκουσιν αὐτὸν πρόσκαιρον ἔσται τὸ ἔλεος· τοῖς δὲ γινώσκουσί σε, Σῶτερ, παράτεινον τὸ ἔλεός σου καὶ τὴν δικαιοσύνην σου· ἐν ᾗ κατ' ἀξίαν κρίνων τοῖς μὲν ἀποδώσεις κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν, τοῖς δὲ πιστώσεις τὰς σὰς ἐπαγγελίας. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ*, ὁ Σύμμαχος, *Καὶ τὴν ἐλεημοσύνην σου τοῖς ἁπλοῖς τὴν καρδίαν*, ἐξέδωκε. *Μὴ ἐλθέτω μοι ποῦς ὑπερηφανίας, καὶ χεὶρ ἁμαρτωλῶν μὴ σαλεύσαι με. Ἐκεῖ ἔπεσον οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Ἐξώσθησαν καὶ οὐ μὴ δυνήσονται στῆναι*. Μηδὲ κτησαίμην χεῖρα καὶ πράξεις ἁμαρτωλῶν· ταῦτα γὰρ σαλεύειν εἴωθε καὶ μετακινεῖν τῆς παρὰ σοὶ τῷ Θεῷ στάσεως τοὺς εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον ἐξωσθησομένους. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ἐκεῖ ἔπεσον*, ὁ Σύμμαχος, *ὅπου πίπτουσιν οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀδικίαν*, ἐξέδωκε. Μὴ γὰρ γενοίμην, φησὶν, ἐκεῖ, ἔνθα οἱ σαλευθέντες πίπτουσι, καὶ πεσόντες ἐξωθοῦνται, καὶ ἐξωσθέντες οὐκέτι ἐπανελθεῖν δυνήσονται. Ἀκολούθως

Vers. 11-13. *Prætende misericordiam tuam scientibus te, et justitiam tuam iis qui recto sunt corde*. Nescientibus Deum temporanea misericordia erit; at *scientibus te*, Salvator, *prætende misericordiam tuam et justitiam tuam*, qua pro rerum dignitate judicans, aliis secundum opera eorum retribues, aliis promissa tua confirmabis. Pro illo autem : *Et justitiam tuam iis qui recto sunt corde;* Symmachus : *Et misericordiam simplicibus corde*, edidit. *Non veniat mihi pes superbiæ, et manus peccatoris non moveat me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec poterunt stare*. Ne manus et gesta peccatorum obtineam : hæc quippe excutere solent et removere abs te eos qui in tenebras exteriores depelluntur. Pro illo autem : *Ibi ceciderunt*, Symmachus edidit, *ubi cadunt qui operantur iniquitatem*. Ne, inquit, eo in loco sim, quo commoti cadunt, lapsi expelluntur, expulsi regredi non poterunt. Hæc autem consequenter effatur, postquam qui finis erit eorum, qui *in tegmine* Dei speraverint, descripsit, resumpta impii, qui initio di-

[68] Rom. v, 5. [69] Psal. xlv, 5. [70] Psal. lxiv, 10. [71] Joan. xiv, 6. [72] Joan. i, 3, 4.

cebat *in semetipso ut delinqueret*, hominumque ipsi similium, memoria.

δὲ αὐτὰ ἔφη, μετὰ τὸ ὑπογράψαι ὁποῖον ἔσται τὸ τέλος τῶν ἐν τῇ σκέπῃ τοῦ Θεοῦ ἡλπικότων ἐπαναλαμβάνων τὴν μνήμην τοῦ κατ' ἀρχὰς παρανόμου, ὃς ἔφασκεν *ἐν ἑαυτῷ τοῦ ἁμαρτάνειν*, καὶ τῶν ἐκείνῳ παραπλησίων.

1. DAVIDIS XXXVI.

Noli æmulari in malignantibus, neque zelaveris facientes iniquitatem. Quia in præcedenti psalmo peccatorem induxerat sese ad peccata concitantem, vitamque ejus, necnon finem exitiumque illius descripserat, consequenter in hoc psalmo hortatur ad declinandos improborum mores, et non æmulanda eorum opera. Quoniam vero aliud est æmulari, aliud zelare; dicas concitare et ad zelotypiam incendere, id esse æmulari. Quare Aquila sic interpretatur : *Ne dimica cum malignantibus;* Symmachus vero : *Ne altercare cum maleficis.* Hoc porro dictum ex his intelligas : *Ipsi me provocaverunt in eo qui non erat Deus, et irritaverunt in idolis suis : et ego provocabo eos in eo qui non est populus, et in gente insipiente irritabo illos*[62]. Apostolus item Corinthiis scribens ita loquitur : *An æmulamur Dominum ? Nunquid fortiores illo sumus*[63] ? Zelus autem seu voluntas cujuspiam adipiscendi id quod in proximo esse arbitratur, bona est. Est alius medius zelus, plerumque talis qualem describit idem apostolus his verbis : *Æmulantur vos non bene, sed excludere vos volunt*[64]. Invidia sane nunquam bona esse queat; nam dolor est de prosperis proximi rebus : zelus vero interdum bonus, uti tradidimus. Hic porro, secundum Aquilam, non dimicandum esse cum malignantibus monet; secundum Symmachum, non altercandum cum maleficis; secundum quintam editionem, non irritari oportere cum malignantibus; secundum vero LXX : Noli æmulari neque concitari, si alios male agentes videas, neque te concitent improbi prospere agentes, ut tu quoque velis rem bene gerere. Ii namque in re prospera et in deliciis agentes te instigant; at tu ne æmuleris neque conciteris, sed neque zelaveris facientes iniquitatem; ne beatos prædices illos, neu putes in bonis versari : nec pari modo rem gerere exoptes.

ΤΟΥ ΔΑΥΙΔ ΛϚ'.

Μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις, μηδὲ ζήλου τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν ἐκείνῳ εἰσῆγε τὸν παράνομον παρορμῶντα ἑαυτὸν εἰς ἁμαρτίας, τόν τε βίον ὑπέγραφε τοῦ τοιούτου καὶ τὸ τέλος τῆς καταστροφῆς αὐτοῦ· ἀκολούθως ἐπὶ τοῦ παρόντος παραινεῖ φεύγειν τοὺς τῶν παρανόμων τρόπους, μηδὲ τὰς ὁμοίους αὐτῶν πράξεις ζηλοῦν. Ἐπεὶ δ' ἕτερόν ἐστι τοῦ ζηλοῦν τὸ παραζηλοῦν, ἐρεῖς, ὅτι τὸ ἐρεθίζειν καὶ εἰς ζηλοτυπίαν ἐγείρειν, τοῦτό ἐστι τὸ παραζηλοῦν. Ὅθεν ὁ μὲν Ἀκύλας ἡρμήνευσεν· *Μὴ ἐριμάχου ἐν πονηρευομένοις*· ὁ δὲ Σύμμαχος· *Μὴ φιλονείκει κακούργοις.* Νοήσεις δὲ τὸ εἰρημένον καὶ ἀπὸ τοῦ· *Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεῷ, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει· ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς.* Οὕτω καὶ ὁ Ἀπόστολος γράφων Κορινθίοις ἔλεγεν· *Ἢ παραζηλοῦμεν τὸν Κύριον; Μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν;* Τὸ δὲ ζηλοῦν τοῦ βούλεσθαι καὶ ἑαυτῷ ὑπάρχειν ὃ νομίζει τῷ πέλας παρεῖναι, ἀγαθόν. Καὶ ἔστι τὸ ζηλοῦν μέσον· πολλάκις γὰρ ὁ ζῆλος περὶ οὗ ὁ αὐτός φησιν· *Ζηλοῦσιν ὑμᾶς οὐ καλῶς, ἀλλ' ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν.* Φθόνος μὲν οὖν οὐκ ἂν γένοιτό ποτε ἀγαθός· λύπη γάρ ἐστιν ἐπὶ τῇ τοῦ πέλας εὐπραγίᾳ· ζῆλος δέ ἐστιν ὅτε γίνεται ἀγαθὸς καθὼς ἀποδεδώκαμεν. Ἐνταῦθα δὲ ὁ λόγος κατὰ μὲν τὸν Ἀκύλαν μὴ διαμάχεσθαι ἐν πονηρευομένοις παραινεῖ, κατὰ δὲ Σύμμαχον, μὴ φιλονεικεῖν ἐν κακούργοις, κατὰ δὲ τὴν πέμπτην ἔκδοσιν, μὴ ἐρεθίζεσθαι ἐν πονηρευομένοις· κατὰ δὲ τοὺς Ἑβδομήκοντα· Μὴ παροξύνου, φησὶ, μηδὲ ἐρεθίζου ὁρῶν ἑτέρους πονηρευομένους· μηδέ σε ἐγειρέτωσαν εὐθηνούμενοι κακοὶ ἐπὶ τὸ καὶ ἐθέλειν ὁμοίως αὐτοῖς εὐπραγεῖν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ εὐθηνούμενοι καὶ τρυφῶντες παραζηλοῦσί σε· σὺ δὲ μὴ παραζήλου μηδὲ παροξύνου· ἀλλὰ μηδὲ ζήλου τοὺς ποιοῦντας ἀνομίαν, μηδὲ μακάριζε αὐτούς, καὶ ἐν ἀγαθοῖς εἶναι νόμιζε· μηδ' εὔχου καὶ σαυτὸν ὁμοίως αὐτοῖς πράττειν.

Vers. 2 - 9. *Quoniam tanquam fenum velociter arescent.* Deinde causam aperit, dicens, quia finis illorum talis, qualis feni exitus est; quod cum aliquantisper floruerit, velociter arescit. Nam *omnis caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos feni. Exsiccatum est fenum, et flos decidit*[66]. Sed etiam, *quemadmodum olera herbarum cito decident.* Ne quidem digni sunt qui oleribus in agro cultis comparentur. Quæ causa igitur est cur eos æmulemur, qui cum brevi tempore floruerint, cras in clibanum mittentur, ut docet Salvator[67] ? *Spera in Domino, et fac bonitatem, et inhabita terram, et pasceris in divitiis ejus. Delectare in Domino, et dabit*

Ὅτι ὡσεὶ χόρτος ταχὺ ἀποξηρανθήσονται. Εἶτα τὴν αἰτίαν διδάσκει, λέγων, ὅτι τὸ τέλος αὐτῶν τοιοῦτόν ἐστιν, ὁποῖον τὸ τοῦ χόρτου· ὃς πρὸς ὀλίγον ἀνθήσας, ταχὺ ἀποξηραίνεται. *Πᾶσα γὰρ σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα αὐτῆς ὡς ἄνθος κόρτου. Ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσεν.* Ἀλλὰ καὶ, *ὡσεὶ λάχανα χλόης ταχὺ ἀποπεσοῦνται·* οὐδὲ γεωργουμένοις λαχάνοις ἄξιοί εἰσι παραβάλλεσθαι. Τί οὖν ἄξιον ζηλοῦν τούτους, οἳ πρὸς ὀλίγον ἀνθήσαντες, αὔριον εἰς κλίβανον βάλλονται, ὡς ἐδίδαξεν ὁ Σωτήρ; *Ἔλπισον ἐπὶ Κύριον, καὶ ποίει χρηστότητα, καὶ κατασκήνου τὴν γῆν, καὶ ποιμανθήσῃ ἐπὶ τῷ πλούτῳ αὐτῆς. Κατατρύφησον τοῦ Κυ-*

[62] Deut. xxxii, 21. [63] I Cor. x, 22. [64] Galat. iv, 17. [66] Isa. xl, 6. [67] Matth. vi, 30.

ρίου, καὶ δώη σοι πάντα τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου. Ἀποστρέψας τοῦ ζήλου τῶν πονηρῶν διὰ τῶν πρώτων, εὐθὺς ἐκ παραλλήλου τὴν ὀρθὴν καὶ βασιλικὴν ὁδὸν τίθησι, δεικνὺς ὁποίαν χρὴ βαδίζειν. Διό φησιν· Ἄνω βλέπε, ὦ οὗτος; ἀφορῶν εἰς τὸν τῶν ὅλων κυβερνήτην, καὶ αὐτὸν σεαυτοῦ ἐλπίδα θέμενος· θάρσει ὡς ἐπὶ μεγάλην ἄγκυραν ἡδρασμένος. Καὶ τὰ μὲν τῆς διανοίας σου ταύτην ἐχέτω τὴν ἐλπίδα· ταῖς δὲ πράξεσιν ἐργάζου *καὶ ποίει χρηστότητα*, ὡσανεὶ σπόρους σαυτῷ βαλλόμενος ἐπ' ἀγαθῇ καρπῶν συγκομιδῇ. Ταῦτα δὲ τὰ δύο κτησάμενος, μηκέτι περί τινος ἀγωνία. *Κατασκήνου τὴν γῆν* ἀμερίμνως, καὶ τὴν πρόσκαιρον ταυτηνὶ ζωὴν, ὥσπερ ἐν σκηνῇ, πρὸς ὀλίγον ἐστὼς δίαγε. Ποιμανθήσῃ γὰρ δίκην θρέμματος ἀγαθοῦ ὑπὸ ποιμένι καλῷ ποιμαινόμενος. Εἰ γάρ τίς ἐστιν ἐν ἀνθρώποις ἀληθινὸς ψυχῆς πλοῦτος, ὁ ἐν θείοις δόγμασι καὶ τοῖς τῶν θείων ἀναγνωσμάτων μαθήμασι, τούτων ἀπολαύσεις, ὥστε λέγειν· *Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει.* Οὐδὲν γάρ σε ὑστερήσει ποιμαινόμενον ἐν τῷ πλούτῳ τοῦ καλοῦ ποιμένος, τῷ δεδωρημένῳ τοῖς ἔτι ἐπὶ γῆς ποιμαινομένοις ἀνθρώποις. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Καὶ ποιμανθήσῃ ἐπὶ τῷ πλούτῳ αὐτῆς*, ὁ Σύμμαχος, *Καὶ ποιμαίνου διηνεκῶς*, ἐξέδωκεν· ὁ δὲ Ἀκύλας, *Καὶ νέμου πίστιν.* Εἶθ' ὥσπερ τῶν πονηρευομένων καὶ τῶν ποιούντων τὴν ἀνομίαν ὑπέγραψε τὸ τέλος, οὕτως καὶ σοὶ τῷ ἐλπίζοντι ἐπὶ τὸν Κύριον καὶ ποιοῦντι χρηστότητα ὁπόσα ὑπάρξει ἀγαθὰ καταριθμεῖται. Πρῶτον μὲν γὰρ ποιμανθήσῃ ἐπὶ τῷ πλούτῳ τῷ ἀληθινῷ τοῦ καλοῦ ποιμένος· δεύτερον, κατατρυφήσεις τοῦ Κυρίου· καὶ τρίτον, δώσει σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου. Κατατρυφᾷν δὲ τοῦ Κυρίου δυνήσεται ὁ τῆς ψυχῆς τὰ αἰσθητήρια κεκαθαρισμένος, ὡς δύνασθαι ἐσθίειν τὸν ζῶντα ἄρτον καὶ τὰς ζωοποιοὺς αὐτοῦ σάρκας, πίνειν τε τὸ σωτήριον αὐτοῦ αἷμα. Τούτοις τρεφόμενος καὶ πιαινόμενος, τῆς ἐνθέου μέθης ἀπολαύων· *Κατατρύφησον τοῦ Κυρίου, καὶ δώσει σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου.* Ἤδη μὲν γὰρ ἐντεῦθεν κατατρυφήσει, ἐθελήσας σε αὐτὸν ἐπιδοῦναι αὐτῷ. Αἴτει δὲ αὐτὸν καὶ τὰ μέλλοντα, ὧν προσδοκᾷς τὴν λῆψιν. Ὁ γὰρ τὰ παρόντα δεδωκὼς ἀφθόνως δωρήσεται καὶ *ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, οὐδὲ οὖς ἤκουσεν, οὐδ' ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη.*

tibi omnes petitiones cordis tui. Postquam superioribus dictis ab æmulatione improborum avocaverat; statim ex opposito rectam regiamque viam proponit, indicans qua sit incedendum. Quapropter ait: Heus tu, sursum aspice, ac universorum moderatorem intuere, atque ipsum spem constitue tuam: bono animo esto, ut magna anchora firmatus. Et mente quidem spem talem capias; operibus autem exsequere *et fac bonitatem*; ut iis ceu jactis tibi seminibus, opimam fructuum copiam percipias. Horumce porro duorum potitus, ne ultra de quopiam anxius esto, *inhabita terram* sine sollicitudine, ac temporaneam hancce vitam, quasi in tabernaculo, brevi exigas: etenim instar bonæ pecudis curante bono pastore pasceris. Nam si quæ insunt hominibus veræ animi divitiæ, quæ in divinis dogmatibus et divinis lectionibus spectantur, iis frueris ita ut dicas: *Dominus pascit me et nihil mihi deerit* [68]. Nihil quippe deerit tibi, si in boni pastoris divitiis pascaris, quæ erogantur hominibus in terra pascentibus. Pro illo autem: *Et pasceris in divitiis ejus*, Symmachus: *Et pascere assidue;* Aquila: *Et pascere fide*, ediderunt. Sub hæc autem, quemadmodum improborum et operantium iniquitatem finem descripsit; sic quanta tibi in Dominum speranti, ac bonitatem facienti eventura bona sint, enumerat. Nam primo in veris boni pastoris divitiis pasceris; secundo, delectaberis in Domino; tertio, dabit tibi petitiones cordis tui. Delectari autem in Domino valebit, quisquis animæ sensibus puris purgatisque fuerit, ita ut panem vivum ac vivificas carnes ejus edere possit, ac salutarem ejus bibere sanguinem. His enutritus et impinguatus, divina fruens ebrietate: *Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui.* Jam enim ille quoque delectabitur, quod percupiat ut ipsi te dedas. Postula item ab eo ut ea quæ futura exspectas dona accipias. Nam qui præsentia affatim elargitus est, ea obtinebit quæ *nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominibus ascendit* [69].

Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ὑποτάγηθι τῷ Κυρίῳ, καὶ ἱκέτευσον αὐτόν*, ὁ Ἀκύλας φησί· *Σίγησον τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀποκαραδόκει αὐτόν*· ὁ δὲ Σύμμαχος· *Ἡσύχαζε τῷ Κυρίῳ, καὶ ἱκέτευε αὐτῷ.* Τὰ γὰρ προλεχθέντα πράττοντα, καὶ ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἐλπίζοντα, ἡσυχάζειν προσήκει τέως ἐν τῷ παρόντι, καὶ μετὰ σιωπῆς προσδοκᾷν τὰ ἐπηγγελμένα. *Μὴ παραζήλου ἐν τῷ κατευοδουμένῳ ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ, ἐν ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίας. Παῦσαι ἀπὸ ὀργῆς καὶ ἐγκατάλειπε θυμόν, μὴ παραζήλου ὥστε πονηρεύεσθαι. Ὅτι οἱ πονηρευόμενοι ἐξολοθρευθήσονται, οἱ δὲ ὑπομένοντες τὸν Κύριον, αὐτοὶ κληρονομήσουσι γῆν.* Ἐπαναλαμβάνει τὸν λόγον ἀναγκαίως. Ἐπεὶ γὰρ ἔγνως, φησὶν, ὁποῖός σοι πλοῦτος τεταμίευται, μὴ παραζήλου ἐν τῷ νομιζομένῳ

Pro eo autem, *Subditus esto Domino, et ora eum*, Aquila ait, *Sile Domino, et exspecta eum;* Symmachus vero, *Quiesce Domino, et supplica ipsi.* Enimvero par est eum qui superius memorata peragit, et in prædictis spem habet, quiescere dum in hac vita versatur, et cum silentio promissa exspectare. *Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente injustitias. Desine ab ira et derelinque furorem, noli æmulari ut malignetis. Quoniam qui malignantur exterminabuntur: sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram.* Sermonem necessario repetit. Quia, inquit, nosti qualis tibi thesaurus reconditus sit, noli æmulari hominem iniquitati deditum, qui in præsenti vita rem prospere agere putatur; ne stimulere, neu hujus-

[68] Psal. xxii, 1. [69] I Cor. ii, 9.

modi hominem beatum pronuntics, cum probe noris ipsi repositam iram in die iræ et justi judicii Dei. Quamobrem noli irritari aut furore incendi contra impium, qui feliciter rem agere existimatur, neque æmuleris ipsum ut paria scelera edere exoptes; bene siquidem nosti ac persuasum plane habes, improborum finem exitiosum esse. *Nam qui malignantur exterminabuntur*, ac soli patientes et *sustinentes Dominum, ipsi hæreditabunt terram.* Si qua enim terra est sanctis viris promissa, hanc hæreditabunt qui sustinent Dominum, qui cum aliis enumeratis bonis in hæreditatem illis dandus est. Quod si in cœlis Jerusalem et Sion mons Dei cœlestis adsit, terram item cœlestem dignis promissam putandum est.

κατὰ τὸν παρόντα βίον κατευοδοῦσθαι ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίας· μὴ γὰρ παροξύνου, μηδὲ μακάριζε τὸν τοιοῦτον, ἀκριβῶς εἰδὼς, ὅτι μένει αὐτὸν ὀργὴ ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς καὶ δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. Διὸ σὺ μὴ ὀργίζου, μηδὲ θυμοῦ κατὰ τοῦ νομιζομένου εὐθηνεῖν ἀσεβοῦς, μηδὲ ζήλου αὐτὸν ὡς καὶ θέλειν τὰ ὅμοια αὐτῷ πονηρεύεσθαι· εὖ γὰρ ἴσθι καὶ πέπεισο ἀκριβῶς, ὅτι τὸ τέλος τῶν πονηρευομένων ὀλέθριον τυγχάνει. *Οἱ γὰρ πονηρευόμενοι ἐξολοθρευθήσονται*, μόνοι δὲ οἱ μακρόθυμοι καὶ *ὑπομένοντες τὸν Κύριον, αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν*. Εἴ τις γάρ ἐστι γῆ ἀγαθὴ τοῖς ἁγίοις ἐπηγγελμένη, ταύτην κληρονομήσουσιν οἱ ὑπομένοντες τὸν Κύριον· μετὰ γὰρ τῶν ἄλλων τῶν κατηριθμημένων ἀγαθῶν, καὶ αὐτὸς αὐτοῖς δοθήσεται ὁ κλῆρος. Εἰ δ' ἔστιν ἐν οὐρανοῖς Ἱερουσαλὴμ καὶ Σιὼν ὄρος τοῦ Θεοῦ τὸ ἐπουράνιον, ἀκόλουθόν ἐστι καὶ γῆν ἐπουράνιον νοεῖν τὴν ἐπηγγελμένην τοῖς ἀξίοις.

Vers. 10, 11. *Et adhuc pusillum, et non erit peccator*, etc. Hic superius dicta interpretatur, illud scilicet, *Quoniam tanquam fenum velociter arescent, et quemadmodum olera herbarum cito decident*, his explicat, *Adhuc pusillum, et non erit peccator; et quæres locum ejus, et non invenies:* illud vero, *Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui*, his apertius enarrat, *Mansueti autem hæreditabunt terram, et delectabuntur in multitudine pacis.* Quo pacto autem in Domino quis delectabitur, declarat ipse dum ait, penes eum multitudinem pacis esse, qua multa pace fruentur ii qui in Domino delectati fuerint. His porro docetur, aliam bonam terram esse, mansuetis destinatam, ac delectationem, multitudinemque pacis in futuram vitam remittit. Non ignorabat enim justis perinde atque peccatoribus in hac vita moriendum esse, ita ut de illis quoque dici possit: Adhuc pusillum, et non erit justus; et quæres locum ejus, et non invenies: nam illi quoque moriuntur quemadmodum et peccatores. Neque de hac terra sic locutus est, *Mansueti hæreditabunt terram;* cum probe sciret Moysen omnium mitissimum, olim de medio hominum sublatum ab hac terra demigrasse.

Καὶ ἔτι ὀλίγον, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξῃ ἁμαρτωλός. Διερμηνεύει τὰ ἀνωτέρω λελεγμένα, τὸ μὲν, *Ὅτι ὡσεὶ χόρτος ταχὺ ἀποξηρανθήσονται, καὶ ὡσεὶ λάχανα χλόης ταχὺ ἀποπεσοῦνται*, διὰ τοῦ, *Ἔτι ὀλίγον, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξῃ ὁ ἁμαρτωλός· καὶ ζητήσεις τὸν τόπον αὐτοῦ καὶ οὐ μὴ εὕρῃς·* τὸ δὲ, *Κατατρύφησον τοῦ Κυρίου, καὶ δώσει σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου*, σαφέστερον ἀποδίδωσι διὰ τοῦ, *Οἱ δὲ πραεῖς κληρονομήσουσι τὴν γῆν, καὶ κατατρυφήσουσιν ἐπὶ πλήθει εἰρήνης.* Πῶς γάρ τις κατατρυφήσει τοῦ Κυρίου παρίστησι, πλῆθος εἰρήνης παρ' αὐτῷ εἶναι λέγων· οὗ πλήθους εἰρήνης ἀπολαύσουσιν οἱ τοῦ Κυρίου κατατρυφήσαντες. Διὰ τούτων δὲ ὁ λόγος σαφῶς ἑτέραν τινὰ γῆν ἀγαθὴν τὴν τοῖς πραέσι δοθησομένην διδάσκει, καὶ τρυφὴν καὶ πλῆθος εἰρήνης εἰς μέλλουσαν ἀναπέμπει ζωήν. Οὐ γὰρ ἠγνόει, ὅτι ὁμοίως τοῖς ἁμαρτωλοῖς κατὰ τὸν παρόντα βίον καὶ οἱ δίκαιοι τελευτήσουσιν, ὡς δύνασθαι καὶ περὶ αὐτῶν λέγεσθαι τό· Ἔτι ὀλίγον, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξῃ ὁ δίκαιος, καὶ ζητήσεις τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ εὕρῃς· τελευτῶσι γὰρ ὁμοίως τοῖς ἁμαρτωλοῖς καὶ αὐτοί. Οὐκ ἂν δὲ εἶπε περὶ τῆς παρούσης γῆς τόδε· *Οἱ πραεῖς κληρονομήσουσι τὴν γῆν*, σαφῶς ὁρῶν τῶν πάντων πραότατον Μωϋσέα, πάλαι ἐξ ἀνθρώπων γενόμενον καὶ τῆς παρούσης γῆς ἀπηλλαγμένον.

Vers. 12. *Observabit peccator justum, et stridebit super eum dentibus suis*, etc. Impiorum contra justos insultus amborumque finem describit. Cum peccator, inquit, non satis esse sibi scelera sua putet, justum cernens religiose viventem, id ferre nequit, quia vitam ejus improbitatis suæ vituperationem esse arbitratur; quare ait: Vel visu solo onerosus nobis est, ideoque observat eum ut dejiciat. Verum justus nihil pensi habet, neque novit quæ clam contra se struuntur machinamenta. Dominus vero omnium inspector, ejus qui talia meditatur ruinam prospiciens, consilia ejus deridet. Et hactenus quidem nihil aliud agit quam ridere hominem talia frustra cogitantem. Cum autem peccator ad facinora progreditur, acuitque gladios, ut insidias paret ad necem ei, qui propter Deum inopiam pau-

Παρατηρήσεται ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον, καὶ βρύξει ἐπ' αὐτὸν τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ. Τῶν τε ἀσεβῶν τὰς κατὰ τῶν δικαίων ἐπαναστάσεις, καὶ ἀμφοτέρων τῶν ταγμάτων τὰ τέλη. Μὴ γὰρ ἀρκούμενος, φησὶ, τοῖς ἑαυτοῦ πλημμελήμασιν ὁ ἁμαρτωλὸς, οὐ φέρει βλέπων τὸν δίκαιον θεοσεβοῦντα· Ἐλεγχον γὰρ τὸν ἐκείνου βίον τῆς ἑαυτοῦ μοχθηρίας ἡγεῖται· διὸ λέγει· Βαρὺς ἡμῖν ἐστι καὶ βλεπόμενος· ὅθεν ἐπιτηρεῖ ὅπως αὐτὸν καταβάλῃ. Ἀλλ' ὁ μὲν δίκαιος οὐ προσποιεῖται, οὐδὲ γινώσκει τὰ λαθραίως κατ' αὐτοῦ μηχανώμενα· ὁ δὲ παντεπόπτης Κύριος, προορῶν τὴν τοῦ ταῦτα διανοουμένου πτῶσιν, τῶν λογισμῶν αὐτοῦ καταγελᾷ. Καὶ τέως μὲν πλέον οὐδὲν ἢ γελᾷ ἐπ' αὐτῷ μάτην τοιαῦτα λογιζομένῳ· ἐπειδὰν δ' ἐπὶ τὰ ἔργα χωρῇ, ἀκονήσας ἑαυτοῦ τὰ ξίφη ὡς μέχρι θανάτου ἐπιβουλεῦσαι τῷ τὴν διὰ Θεὸν πτω-

χείαν καὶ πενίαν ἀνειληφότι, καὶ τὴν ἄκραν κατορθοῦντι φιλοσοφίαν, τὸ τηνικαῦτα στρέφει τὴν αὐτῶν ῥομφαίαν κατὰ τῆς αὐτῶν καρδίας ὁ πάλαι καταγελῶν αὐτῶν Κύριος, καὶ τὰ κατὰ τοῦ δικαίου τόξα τῶν ἀσεβῶν συντρίβει. Μετελεύσεται γὰρ αὐτούς· οὐδὲ ἔτι γελῶν ἐφ' οἷς διανοοῦνται, ἀλλὰ τῇ δίκῃ τῇ προσηκούσῃ κατ' αὐτῶν χρώμενος. Ταῦτα δὲ, ὅτι μὴ λόγοι τυγχάνουσιν, ἀλλ' ἔργα ἀληθῆ μαρτυρούμενα ὑπ' αὐτῆς ἐνεργείας, καὶ ἡμῖν αὐτοῖς τοῖς ταῦτα νυνὶ διεξιοῦσιν ἡ πεῖρα τῶν ἔργων ἐπιστώσατο. Ὀφθαλμοῖς γοῦν παρειλήφαμεν, ὡς οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμῶν διωγμοῖς ῥομφαίαν ἐσπάσαντο κατὰ τῶν δικαίων, καὶ ὡς ἐνέτειναν τὰ τόξα αὐτῶν τοῦ καταβαλεῖν πένητα καὶ πτωχὸν, καὶ τοῦ σφάξαι τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, καὶ ὡς ἔπραξαν καὶ κατέβαλον καὶ ἀνεῖλον ποικίλοις τρόποις θανάτων τοὺς κατὰ Θεὸν ἀνδρισαμένους ἁγίους μάρτυρας. Ὥσπερ δὲ ταῦτα ἱστορησάμενοι, οὕτω καὶ τὴν μετελθοῦσαν αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ δίκην τεθεάμεθα, τοιαύτην γενομένην, ὡς μὴ ἁμαρτεῖν τὸν φήσαντα ἀληθῶς, τὴν ῥομφαίαν αὐτῶν εἰσεληλυθέναι εἰς τὴν καρδίαν αὐτῶν καὶ τὰ τόξα αὐτῶν συντετρῖφθαι.

periemque amplexus ac summæ philosophiæ deditus est, inferendam; tum Dominus, qui olim deridebat eos, gladium vertit in corda ipsorum, et arcus impiorum contra justum paratos confringit. Non jam cogitationes eorum deridens invadet eos, sed promerita illis ultione utetur. Quod autem hæc non mera verba sint, sed res gestæ ac ipso opere comprobatæ, nobis qui hæc enarramus vel ipsa experientia commonstravit. Ipsis igitur oculis percepimus, peccatores in persecutionibus in nos excitatis adversus justos gladium eduxisse, arcusque suos intendisse ut dejicerent pauperem et inopem, et ut trucidarent rectos corde; idipsumque præstitisse: sanctos martyres pro Deo fortiter agentes dejecisse et multiplici mortis genere sustulisse. Ut autem hæc vidimus, ita et ultionem Dei ipsos invadentem suspeximus, quæ talis utique fuit, ut nihil aberraverit is qui dixit gladium eorum infixum in corda ipsorum, et arcus eorum confractos esse.

Κρεῖσσον ὀλίγον τῷ δικαίῳ. Οὐ προείρηται μόνον, ἀλλὰ δι' ἔργων ἀποπεπλήρωται, καὶ τὸν ἄλλον δὲ χρόνον. Ὁ μὲν δίκαιος πτωχεύων, ἀρκεῖται τῷ ὀλίγῳ, δεδιδαγμένος ἐν προσευχῇ λέγειν· *Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον*· ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς, πλούτῳ περιῤῥεόμενος, ἀγαθοῦ τινος ἀπόλαυσιν νομίζει. Ἀλλ' ἐγὼ, φησὶν, οἶδα, διδάσκω δὲ καὶ ἑτέρους· ὅτι πολλῷ βελτίων ἐστὶν ὁ δίκαιος τὸν ἐφήμερον ἄρτον παρὰ τοῦ Θεοῦ λαμβάνων τοῦ τῶν ἁμαρτωλῶν πλούτου. Εἰ δ' ἐρωτᾷς, τὴν αἰτίαν μάνθανε· ὅτι ὁ μὲν ὀλίγῳ ἀρκούμενος ἔχει τὸν Κύριον ὑποστηρίζοντα αὐτοῦ τὴν ψυχὴν καὶ τὴν ζωὴν καὶ τὸν βίον, ὑπὲρ πάντα τε πλοῦτον ἐπαρκοῦντα αὐτῷ· οἱ δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν βραχίονες οὐ διαμένουσιν ἰσχυροὶ, οὐδὲ ὁ πλοῦτος αὐτῶν βέβαιος· συντριβήσονται γὰρ ὅσον οὐδέπω γενόμενοι ὡσεὶ λάχανα χλόης καὶ ὡσεὶ χόρτος ἀποξηραινόμενοι.

Vers. 16. *Melius est modicum justo*, etc. Hæc non modo prænuntiata fuere, sed et aliis temporibus opere completa. Justus quidem pauperem agens vitam paucis contentus est, ad hæc in oratione proferenda institutus, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie* [70]. Peccator autem divitiis affluens, se bono frui arbitratur. At probe novi, inquit, idque cæteros doceo, multo præstantiorem justum, qui quotidianum a Deo panem accipit, peccatorum divitiis esse. Quod si causam percontaris, ediscat licet, quia ille quidem paucis contentus, Dominum habet qui animam et vitam ejus fulciat, ipsique plusquam omnes divitiæ sufficiat: at peccatorum brachia non robusta manent, neque divitiæ eorum firmæ sunt; prope diem enim conterentur quasi olera herbarum, et tanquam fenum arescent.

Γινώσκει Κύριος τὰς ὁδοὺς τῶν ἀμώμων, καὶ ἡ κληρονομία αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται. Οὐ καταισχυνθήσονται ἐν καιρῷ πονηρῷ, καὶ ἐν ἡμέραις λιμοῦ χορτασθήσονται, ὅτι οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπολοῦνται. Ὅτι τοῦ δεξιοῦ τάγματος, λέγω δὲ τῶν δικαίων, οὐ μόνον ὑποστηρίζει ὁ Θεὸς τὴν ζωὴν, ἀλλὰ καὶ τὰς περιμενούσας αὐτοὺς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἡμέρας ἀκριβῶς οἶδε, τήν τε ἡτοιμασμένην αὐτοῖς κληρονομίαν, περὶ ἧς ἀνωτέρω ἐλέχθη. Διὸ οὐδὲν αὐτοὺς καταβλάψει τὸ βραχὺ, καὶ λυπηρὸν τοῦ παρόντος βίου, καὶ τὸ πένεσθαι καὶ πτωχεύειν διὰ τὸν Κύριον. Γυμνάσιον γὰρ αὐτῶν ἐστι τῆς προαιρέσεως ἡ καρτερία, δι' ἧς τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδεύοντες, τεύξονται τῶν ἐπηγγελμένων. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *γινώσκει*, ὁ Σύμμαχος, *Προοῖδεν ὁ Κύριος τὰς ἡμέρας τῶν ἀμώμων*, ἐξέδωκεν. Καὶ ἄλλο δὲ μέγα ὑπάρξει τούτοις· *ἐν γὰρ καιρῷ πονηρῷ οὐ καταισχυνθήσονται, καὶ ἐν ἡμέραις λιμοῦ χορτασθή-*

Vers. 18 - 20. *Novit Dominus vias immaculatorum, et hæreditas eorum in æternum erit. Non confundentur in tempore malo, et in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt.* Quia eorum qui in dextro ordine sunt, id est justorum, non modo vitam fulcit Dominus; sed etiam dies, qui ipsos in futuro sæculo exspectant, accurate novit, atque paratam illis hæreditatem, de qua superius dictum est. Quare nocumenti nihil afferet ipsis præsentis vitæ brevitas ac tristitia, et pauperies inopiaque quam pro Domino amplexi sunt. Nam eorum propositi et voluntatis exercitatio fuit tolerantia, qua in angusta arctaque via incedentes, promissa consequentur. Pro illo autem, *novit*, Symmachus, *prævidit Dominus dies immaculatorum*, interpretatus est. Aliudque magnum bonum ipsis obveniet; nam *in tempore malo non confundentur, et in diebus famis saturabuntur.* Malum tempus, id est

[70] Luc. xi, 3.

tempus iræ adversus impios, quo illi quidem justum Dei judicium experientur ; qui vero in dextro ordine sunt, gloriam, honorem et incorruptionem obtinebunt, ut qui vitam æternam quæsierint. Imo vero statuto tempore justi, divino alimento potiti, saturabuntur ; peccatores autem fame et egestate rationabilis cibi peribunt. Quis autem oculis contemplatus impios qui ævo nostro ex divitiis, gloria et dignitatibus in admiratione fuere, in multasque gentes imperium obtinuere, repente ab hac celsitudine lapsos, non fateatur verum esse oraculum hujusmodi : *Inimici vero Domini, mox ut honorificati fuerunt et exaltati, deficientes quemadmodum fumus defecerunt?* Fumus exstincti ignis signum est : quare hi qui tempore suo ardentes ignis instar, deinde exstincti sunt, similiter in exemplum habentur.

A

B

Vers. 21, 22. *Mutuatur peccator, et non solvet : justus autem misereatur et tribuet.* Ille cum nihil possideret, multosque a viro justo utiles salutaresque sermones mutuo acciperet, aut a Deo beneficiis ornaretur, debitum non solvit. Nam adjutum, oportuit opera ac gesta acceptis digna exhibere. At ille non solvit, manetque justitiæ operibus vacuus. Justus vero divitiis quæ secundum Deum sunt affluens, misereatur et tribuit egentibus. Sed etiam qui justo benedicunt, ejus cohæredes erunt. Eam enim ipsam supernam hæreditatem, quæ justo promissa fuit, benedicentibus justum etiam pollicetur. Quæ consonant oraculo Abraham spectanti ac dicenti : *Et benedicam benedicentes te*[71]. Illud autem, *Maledicentes autem ei disperibunt*, affine est huic ad Abrahamum dicto, *et maledicentibus tibi maledicam*[72]. Quemadmodum enim qui lapidem sursum jacit, sic qui maledictis justum impetit, quia non potest justo maledictum hærere, retortum in se maledicus excipiet.

C

Vers. 23, 24. *Apud Dominum gressus hominis dirigentur.* Præter supra memorata, hæc etiam homini Dei adsunt : vias ejus Deus complanat, ita ut vita ejus feliciter elabatur : ac sine ullo obice is religiose agit, a nemineque supplantatur, propter eum qui gressus ejus dirigit, *et viam ejus volet*, quia illam approbatione dignam parat ; ita ut ideo dicatur, *et viam ejus volet. Cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.* Si quando contingat eum labi et in tentatione cadere, ac impingentem in peccatum quodpiam ruere, non collidetur tamen ; sed ut generosus athleta, cum vim perpessus aliquantum cesserit, confestim sese recipiet.

D

Vers. 25, 26. *Junior fui, etenim senui, et non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens pa-*

σονται. Καιρὸς δὲ πονηρός ἐστιν ὁ τῆς κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὀργῆς, ἐν ᾧ οἱ μὲν τῆς δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ πειρασθήσονται, οἱ δὲ τοῦ δεξιοῦ τάγματος ἀπολείψονται δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν, ζητοῦντες ζωὴν αἰώνιον. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν ἐστῶτα καιρὸν, οἱ μὲν δίκαιοι τῆς ἐνθέου τροφῆς ἀπολαύοντες χορτασθήσονται· οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ λιμῷ καὶ ἐνδείᾳ λογικῆς τροφῆς ἀπολοῦνται. Τίς δὲ ὀφθαλμοῖς παραλαβὼν τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀσεβεῖς πλούτῳ καὶ δόξῃ καὶ ἀξιώμασι θαυμασθέντας, μεγάλων τε ἐθνῶν ἄρξαντας, ἀθρόως ἐκπεσόντας τοῦ ὑψώματος, οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν ἀληθῆ τυγχάνειν τὸ φῆσαν λόγιον· *Οἱ δ' ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ ἅμα τῷ δοξασθῆναι αὐτοὺς καὶ ἐπαρθῆναι ἐκλιπόντες ὡσεὶ καπνὸς ἐξέλιπον.* Καπνὸς δὲ πυρὸς σβεσθέντος σημεῖον· διὸ καὶ τούτους καιρῷ φλέξαντας πυρὸς δίκην, κἄπειτα ἀποσβεσθέντας, ὁμοίως ἐν τῷ παραδείγματι (1).

Δανείζεται ὁ ἁμαρτωλὸς, καὶ οὐκ ἀποτίσει· ὁ δὲ δίκαιος οἰκτείρει καὶ διδοῖ. Μηδὲν κεκτημένος, παρὰ τοῦ δικαίου πολλάκις δανειζόμενος λόγους ὠφελίμους καὶ σωτηρίους, ἢ παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίας τυγχάνων, οὐκ ἀποτίννυσι τὴν ὀφειλήν. Δέον γὰρ ὠφεληθέντα, ἔργα καὶ πράξεις παρασχεῖν ἀξίας ὧν εἴληφεν. Ὁ δὲ οὐκ ἀποτίννυσιν, μένει δὲ ἄκαρπος τῶν τῆς δικαιοσύνης ἔργων. Ὁ δὲ δίκαιος, πλουτῶν ἐν τῷ κατὰ Θεὸν πλούτῳ, οἰκτείρει καὶ παρέχει τοῖς δεομένοις. Ἀλλὰ καὶ οἱ τὸν δίκαιον εὐλογοῦντες συγκληρονόμοι αὐτοῦ γενήσονται. Ἦν γὰρ ἐπηγγελμένη ἀνωτέραν τοῖς δικαίοις κληρονομίαν ὁ λόγος, ταύτην αὐτὴν καὶ τοῖς εὐλογοῦσι τὸν δίκαιον ὑπισχνεῖται, ἀκολούθως τῷ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ χρησμῷ φήσαντι· *Καὶ εὐλογήσω τοὺς εὐλογοῦντάς σε.* Τὸ δὲ, *Καὶ οἱ καταρώμενοι αὐτὸν ἐξολοθρευθήσονται*, ὅμοιον ἂν εἴη τῷ λελεγμένῳ πρὸς τὸν Ἀβραάμ· *Καὶ τοὺς καταρωμένους σε καταράσομαι.* Ὥσπερ γὰρ ὁ βάλλων λίθον εἰς ὕψος ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἑαυτοῦ βάλλει, οὕτως ὁ κατάραις βάλλων τὸν δίκαιον, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι κατάραν ἵστασθαι κατ' αὐτοῦ, ἀντιστρέφουσαν αὐτὴν εἰς ἑαυτὸν λήψεται.

Παρὰ Κυρίου τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται. Πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ ταῦτα ὑπάρχει τῷ τοῦ Θεοῦ ἀνθρώπῳ· τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ ἐξομαλίζει ὁ Θεὸς, ὥστε εὐροεῖν αὐτοῦ τὸν βίον, καὶ ἀπαραποδίστως θεοσεβεῖν, μηδενὸς ὑποσκελίζοντος διὰ τὸν κατευθύνοντα αὐτοῦ τὰ διαβήματα, *καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει*, ἀποδοχῆς ἀξίαν ποιοῦντα· ὥστε λέγεσθαι, *Καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει. Ὅταν πέσῃ οὐ καταῤῥαχθήσεται, ὅτι Κύριος ἀντιστηρίζει χεῖρα αὐτοῦ.* Εἰ δὲ καὶ πεσεῖν αὐτόν ποτε ὀλισθήσαντα συμβῇ, καὶ ἐν πειρασμῷ γενόμενος ὀλισθήσειεν, ὀκλάσας τε ὑποπέσοι τινὶ ἁμαρτήματι, ἀλλ' οὐ καταῤῥαχθήσεται· οἷα δὲ γενναῖος ἀθλητὴς ἐκβιασθεὶς καὶ πρὸς ὀλίγον ἐνδοὺς, παραχρῆμα ἑαυτὸν ἀναλήψεται.

Νεώτερος ἐγενόμην, καὶ γὰρ ἐγήρασα, καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον, οὐδὲ τὸ

[71] Gen. XII, 3. [72] Ibid.

(1) Textus deficere videtur.

σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους. Ἀλλ' ἐκ παίδων μέχρι γήρως τὸν τοῦ δικαίου περιεργασάμενος βίον. Ὅτι οὐδὲ εἷς γέγονε καιρὸς καθ' ὃν ἔρημος καταλέλειπται ὁ δίκαιος, ἀεὶ δὲ πάρεδρον καὶ βοηθὸν κέκτηται τὸν ἑαυτοῦ Κύριον. Διό φησιν· *Νεώτερος ἐγενόμην*, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *νέος ἐγενόμην*, *ἀλλὰ καὶ ἐγήρασα, καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον, οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους*. Καὶ πῶς γὰρ οἷόν τε ἦν τὸ σπέρμα τοῦ δικαίου ἐνδεὲς ἄρτων γενέσθαι, ὁπότε αὐτὸς διὰ τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ χορηγούμενον αὐτῷ πλοῦτον *ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ καὶ δανείζει*; Νοήσεις δὲ τοῦτο κατὰ μὲν τὴν διάνοιαν μαθὼν, ὅτι, τάλαντα λαβὼν παρὰ τοῦ οἰκοδεσπότου καὶ τὴν μνᾶν τὴν παρὰ τοῦ Κυρίου, τῇ τούτων χρῆται πραγματείᾳ πειθαρχῶν τῷ φήσαντι· *Ἔδει σε τὸ ἀργύριόν μου βαλεῖν εἰς τράπεζαν*. *Τὰ λόγια Κυρίου λόγια ἁγνὰ, ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ*. Ὁ τοίνυν ἀνακείμενος τῇ τῶν θείων ἀσκήσει λόγων, καὶ πολλὰ λογικὰ χρήματα συναγαγὼν, οὐδὲν ἕτερον οἶδε πράττειν, ἢ διὰ πάσης ἡμέρας ἐλεεῖν καὶ δανείζειν. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, *ὅλην τὴν ἡμέραν δωρεῖται καὶ δανείζει*· τοῖς μὲν δωρεῖται, τοῖς δὲ δανείζει· τὰ μὲν δόγματα θεωρήματα δωρεῖται ταῖς τῶν χωρούντων ψυχαῖς· τὰ δ' ἐν ἠθικαῖς ἐντολαῖς δανείζει, ἐπὶ τῷ τοὺς εἰληφότας δι' ἔργων τὸν καρπὸν ἀποδοῦναι τοῦ δάνους. Οὕτως ἀκούσῃ καὶ Μωϋσέως ἐπαγγελλομένου τοῖς τῶν θείων νόμων φύλαξιν· τὸ, *Δανιεῖς ἔθνεσι πολλοῖς, σὺ δὲ οὐ δανιεῖ*. Καὶ τοῦτόν γε τὸν τρόπον οἱ θεῖοι ἀπόστολοι ἐδάνειζον ἔθνεσι πολλοῖς, καὶ μάλιστά γε ὁ Παῦλος· καὶ διὰ τοῦτο οἱ μαθητευόμενοι αὐτοῖς, σπέρμα ὄντες αὐτῶν, οὐδεπώποτε ἐνδεεῖς ἦσαν ἄρτων· ἅτε δὴ ἔχοντες τοὺς χορηγοῦντας αὐτοῖς τὴν λογικὴν τροφὴν, ἧς μεταλαμβάνοντες, εὐλογίαις ἐπληροῦντο. Διὸ λέλεκται· *Καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς εὐλογίαν ἔσται*. Καὶ κατὰ ψιλὴν δὲ τὴν λέξιν, εἴ τις λογίσαιτο ὅπως εἴρηται τῷ Σωτῆρι τὸ, *Καὶ ὃς τῷ αἰῶνι τούτῳ ἑκατονταπλασίονα λήψεται*, ἔργοις τε αὐτοῖς θεάσαιτο πληρούμενον τὸν λόγον διὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, ὄψεται πῶς ὁ δίκαιος ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ καὶ δανείζει. Εἰ γὰρ πάντων τῶν πιστευόντων ἦν ἡ ψυχὴ καὶ ἡ καρδία μία, καὶ οὐδεὶς ἔλεγεν ἴδιόν τι ἑαυτοῦ εἶναι, ἀλλ' ἦν πάντα κοινὰ, ὅσοι τε ἦσαν κύριοι κτημάτων πιπράσκοντες ἐτίθεσαν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων, διεμέριζόν τε ἑκάστῳ, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε· δῆλον ὅπως ὅλην τὴν ἡμέραν οὗτοι ἠλέουν καὶ ἐδάνειζον.

Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. Ἐλευθερώσας σεαυτὸν πάσης κακίας, ἐπὶ σοὶ γάρ ἐστι τοῦτο, καὶ βουληθεὶς δυνήσῃ· οὐ μὴν ἤδη τέλειος ἔσῃ τοῦτο πράξας, εἰ μὴ καὶ τὸ δεύτερόν σοι παρείη· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἐργάζεσθαι τὸ ἀγαθόν. Πρὸς γὰρ τὸ μὴ κλέπτειν προσήκει σε καὶ τῶν σῶν ὑπαρχόντων τοῖς δεομένοις κοινωνεῖν· καὶ πρὸς τὸ μὴ πλεονεκτεῖν, ἕτερον, τὸ καὶ εὐεργετεῖν τοὺς δεομένους· καὶ πρὸς τὸ κακίας ἀπέχεσθαι, τὸ καὶ ἑτέρους ἀπὸ κακίας ῥύεσθαι. Ἐπὰν δὲ ταῦτα ποιήσῃς, *κατασκήνου*, φησὶν, *εἰς αἰῶνα αἰῶνος*. Ἀνθ' οὗ ὁ

nes. A puero, inquit, ad senectutem usque justi vitam studiose perpendi : nullo quippe tempore justus deseritur, sed Dominum suum semper astantem opitulatoremque habet. Quare ait, *junior fui*, sive secundum Symmachum, *juvenis fui, sed senui, et non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panes*. Et qui, quæso, potest justi semen egere panibus, quando ipse, Deo divitias sibi subministrante, *tota die misereatur et commodat?* Hæc porro intelligas ac mente percipias, si edidiceris ipsum cum talenta a patrefamilias, et mnam a Domino accepisset, iis ad negotiationem usum esse, Domino obtemperantem ita loquenti : *Oportuit te pecuniam meam jecisse ad mensam* [73]. *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ* [74]. Quisquis igitur divini sermonis exercitio incumbit, multasque rationabiles divitias colligit, is nihil aliud agere novit, quam ut tota die misereatur et commodet. Secundum Aquilam vero, *tota die dat et commodat* : aliis quidem dat, aliis autem commodat ; dogmata ad speculationem dat iis quorum capaces animæ sunt ; moralia præcepta commodat, ut qui acceperint, mutuo accepti fructum operibus reddant. Sic audias Moysem divinarum legum cultoribus hoc pollicentem : *Fœnerabis gentibus multis, et tu non fenus accipies* [75]. Et eo utique modo divini apostoli fœnerabant gentibus multis, maximeque Paulus : quare discipuli eorum, qui semen ipsorum erant, nunquam egebant panibus, utpote quibus adessent qui rationabilem cibum suppeditarent : cujus participes cum essent, benedictionibus replebantur. Quamobrem dictum est, *Et semen ejus in benedictione erit*. Si quis vero secundum nudam lectionem secum reputaverit qua ratione a Salvatore dictum sit, *In hoc sæculo centuplum recipiet* [76], renique opere per ejus discipulos comprobatam viderit, is sane deprehendet quo pacto justus tota die misereatur et commodet. Nam si omnium fidelium cor unum et anima una erat, nullusque dicebat sibi quid proprium esse, *sed omnia erant communia*, et quotquot possessores prædiorum erant, vendentes ponebant ante pedes apostolorum, dividebantque singulis *prout cuique opus erat* [77] ; manifestum sane est ipsos tota die misertos esse et commodasse.

Vers. 27 - 29. *Declina a malo, et fac bonum*. Cum te ab omni malitia exemeris, penes te enim illud est, et si velis poteris ; non statim, hoc peracto, perfectus eris, nisi aliud secundum adfuerit, id est, ut facias bonum. Nam præterquam quod furari non licet, convenit etiam cum egentibus bona sua communicare ; ac præterquam quod avarum esse non oportet, aliud requiritur, ut egenis beneficia præstentur ; ac præter abstinentiam a malis, opus est et alios a malis eruere. Cum autem hæc egeris, *inhabita*, inquit, *in sæculum sæculi*.

[73] Luc. XIX, 23. [74] Psal. XI, 7. [75] Deut. XV, 6. [76] Matth. XIX, 29. [77] Act. IV, 32-35.

ἐλπίδας ἔχειν· παρὰ σοῦ γὰρ τῆς ψυχῆς ἡ ὑπόστασίς ἐστι. Διὸ δέομαι καὶ ἱκετεύω ἐλευθερωθῆναί με τῶν τῇδε κακῶν, καὶ τῶν ἀνομιῶν μου ῥυσθῆναι. Ἅπαξ γὰρ περιπέπτωκα ἄφρονι, περὶ οὗ καὶ ἀνωτέρω ἔλεγον· *Ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐνώπιόν μου, ἐκωφώθην, καὶ ἐταπεινώθην καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν.* Αὐτίκα γοῦν ἀφροσύνῃ παραδοθεὶς γέγονα ἐπονείδιστος· εἰκότως οὖν, ὡς ἂν γνωσιμαχῶν ἐφ' οἷς ἥμαρτον, *ἐκωφώθην καὶ οὐκ ἤνοιξα τὸ στόμα μου, ὅτι σὺ ἐποίησας.* Ὁ γὰρ σὸς φόβος κωφῶσαί με ἐποίησε, πλήττων με ἐφ' οἷς ἥμαρτον, καὶ κατασιγάζων πρὸς τὸ μὴ φθέγγεσθαι. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ὄνειδος ἄφρονι ἔδωκάς με*, ὁ μὲν Ἀκύλας, *ὄνειδος ἀποῤῥέοντι*, φησί, *μὴ θῇς με*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ἐπονείδιστον ἄφρονι μὴ δῷς με*· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις· *ὄνειδος ἄφρονι μὴ δῷς με.* Ὅπερ παράκλησιν ἐμφαίνει τοῦ ἡμαρτηκότος, ἱκετεύοντος μὴ παραδοθῆναι εἰς ὀνειδισμὸν ἄφρονι. Εἰ δ' αὐτὸς ὁ Κύριος παραδίδωσιν ἄφρονι τὸν ἡμαρτηκότα, ὀνειδίζεσθαι πρὸς αὐτοῦ, καὶ τοῦτο ἂν εἴποις ἐπ' ὠφελείᾳ γίνεσθαι τοῦ ὀνειδιζομένου, ὡς ἂν, κακούμενος, μείζονα ποιήσοιτο τὴν ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις ἐξομολόγησιν· ὅπερ ἠξίου μὴ παθεῖν ὁ Δαυὶδ, ὡς πάντα πράττων τὰ τῷ Θεῷ ἀρεστὰ ἐξ ἑαυτοῦ. *Ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ τὰς μάστιγάς σου· ἀπὸ γὰρ τῆς χειρὸς τῆς ἰσχύος σου ἐγὼ ἐξέλιπον· ἐν ἐλεγμοῖς ὑπὲρ ἀνομίας ἐπαίδευσας ἄνθρωπον, καὶ ἐξέτηξας ὡς ἀράχνην τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, πλὴν μάτην πᾶς ἄνθρωπος· διάψαλμα.*

Ἐν μὲν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ παρεῖχεν ἑαυτὸν ἐπιστρεπτικαῖς πληγαῖς, οἷά τις εὐγνώμων μαθητὴς διδασκάλῳ· διὸ ἔλεγεν· *Ἐγὼ εἰς μάστιγας ἕτοιμος.* Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν αὐτάρκως τῶν μαστίγων ἐπεπειράτο ἐπιμόνως αὐτὸν αἰκιζομένων, ἱκετεύει τοῦ λοιποῦ παύσασθαι, καὶ μέχρι τούτου στῆναι τὰς μάστιγας, ὁμολογεῖ τε ἐξῆς λέγων· *Ἀπὸ τῆς ἰσχύος χειρός σου ἐγὼ ἐξέλιπον.* Περὶ δὲ τῆς χειρὸς ταύτης καὶ ἀνωτέρω ἐλέγετο· *Ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου.* Εἶτα διδάσκει, ὅτι μὴ μάτην ἡ χεὶρ ἐπαίδευε, μηδὲ εἰς ἀργὸν ἐμαστίγου, ἀλλ' ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ ἡμαρτηκότος· διό φησιν· *Ἐν ἐλεγμοῖς ὑπὲρ ἀνομίας ἐπαίδευσας ἄνθρωπον.* Ὑπὲρ γὰρ τῆς παραχθείσης ἀνομίας καὶ διὰ τὸ παραχθὲν ἁμάρτημα ἐλέγχων τὸν παιδευόμενον καὶ τὰς μάστιγας ἐπῆγες καὶ τὴν χεῖρά σου προλεχθεῖσαν· τούτοις δὲ αὐτοῖς καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ παιδευομένου ἐξέτηξας, ταπεινουμένην καὶ λεπτυνομένην ἐπ' ὠφελείᾳ τῇ αὐτῆς. Καθ' ὃν γὰρ ἐτρύφα χρόνον, εἰς ἁμαρτίας ἐξώλισθε, κατὰ τό· *Ἔφαγε καὶ ἔπιεν Ἰακὼβ, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος, ἐπλατύνθη καὶ ἐπαχύνθη, καὶ ἀπέστη ἀπὸ Θεοῦ τοῦ τρέφοντος αὐτόν.* Διὸ, *ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου, ἡ σὰρξ παραδέδοται εἰς ὄλεθρον*· ἧς τιμωρουμένης, ἐκτήκεται ψυχὴ ἐξισχνουμένη δίκην ἀράχνης· διό φησι· *Καὶ ἐξέτηξας ὡς ἀράχνην τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*· καὶ ἐπιλέγει· *Πλὴν μάτην πᾶς ἄνθρωπος*, πάλιν τὸν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ εἰκῇ καὶ μάτην μοχθοῦντα καὶ κακοπαθοῦντα ταλανίζων.

exspectem et in te spem habeam : nam apud te est substantia animæ. Quare supplico ac rogo liberari me ab hisce malis, et ab iniquitatibus meis eripi. Semel enim insipientem offendi de quo superius dicebam : *Cum consisteret peccator adversum me, obmutui et humiliatus sum, et silui a bonis.* Confestim itaque insipientiæ traditus, probrosus effectus sum : jure ergo peccatum et infirmitatem agnoscens meam, *obmutui et non aperui os meum, quoniam tu fecisti.* Timor enim tui me obmutescere fecit, meque ob peccata mea perculit, et tacere fecit, ut non ultra loquerer. Pro illo autem, *opprobrium insipienti dedisti me;* Aquila, *opprobrium defluenti ne ponas me;* Symmachus vero, *exprobrabilem insipienti ne ponas me;* quinta editio, *opprobrium insipienti ne dederis me.* Quod ejus qui peccavit deprecationem exhibet, rogantis ne in opprobrium insipienti tradatur. Quod si quando Dominus peccantem insipienti tradat, ut opprobriis ab eo afficiatur : idipsum in utilitatem ejus qui opprobriis oneratur vertit, ut vexatus majorem emittat de admissis peccatis confessionem. Quod ne pateretur David rogabat, utpote qui omnia pro viribus ageret quæ Deo placita putaret. *Amove a me plagas tuas. A fortitudine enim manus tuæ ego defeci : in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem : et tabescere fecisti sicut araneam animam ejus, verumtamen vane omnis homo. Diapsalma.*

In præcedenti psalmo sese plagis ad correptionem, ceu ingenuus discipulus magistro, tradidit; quare dicebat, *ego in flagella paratus sum.* At quoniam deinceps flagella sat expertus erat, cum sese assidue laceraret, precatur demum eorum finem dari et hic sistere flagella, ac deinceps his verbis confitetur, *a fortitudine manus tuæ ego defeci.* De hac porro manu superius dictum, *confirmasti super me manum tuam.* Sub hæc docet, manum illam non frustra corrigere, neque in cassum castigare, sed pro peccantis utilitate . quare ait, *in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem.* Nam pro admissa iniquitate, et pro peccato edito eum qu'. corripiebatur arguens, flagella et memoratam manum inflixisti. Hisce porro animam illius qui corripiebatur tabescere fecisti, pro utilitate ipsius humiliatam et extenuatam. Nam quo tempore in deliciis agebat, tum in peccata lapsa est, secundum illud : *Comedit et bibit Jacob, et recalcitravit dilectus et incrassatus est, et recessit a Deo qui nutriebat ipsum*[98]. Quamobrem, *ut spiritus salvus sit in die Domini, caro tradita est in interitum*[99] : qua supplicio affecta, anima tabescit et extenuatur sicut aranea : ideo ait, *Et tabescere fecisti sicut araneam animam meam :* quibus adjicit, *Verumtamen vane omnis homo,* miserum denuo prædicans eum, qui in hac vita in laboribus et ærumnis frustra versatur.

[98] Deut. xxxii, 15. [99] I Cor. v, 5.

Vers. 13, 14. *Exaudi orationem meam, Domine, et deprecationem meam : auribus percipe lacrymas meas. Ne sileas, quoniam advena ego sum apud te et peregrinus, sicut omnes patres mei.* Hic se confitetur advenam et peregrinum : novit autem aliam esse *refrigerationis* vitam, quam assequi peroptat, dicens : *Remitte mihi ut refrigerer.* Non itaque omnem hominem advenam esse temere dicit, nec frustra cum fletu et lacrymis deprecationem emittit, gnarus scilicet illius, *Beati qui flent, quoniam ipsi ridebunt*[1], et, *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*[2]. Ac recte facta sua post hæc ita describit, his sermonem concludens : *Quoniam advena ego sum et peregrinus, sicut omnes patres mei.* Rarus sane est is qui possit ad imitationem religiosorum patrum et prophetarum Dei, non ut incola, sed ut advena temporaneam ducere vitam : qua in re is qui loquitur gloriabatur, peregrinam et alienam humanam vitam æstimans. *Remitte mihi ut refrigerer priusquam abeam, et amplius non ero.* Pro quo Symmachus ait, *Abscede a me ut rideam, antequam abeam et non existam.* Nisi enim hic mutatis per gratiam tuam in risum lacrymis rideam, ac nisi in præsenti vita remittas mihi delictum et facinorum veniam præbeas, ut meipsum recipiam et refrigerem; post exitum a vita nullum erit pœnitentiæ tempus. Ac si veniam non consequar, in vita quæ apud te est amplius non ero ; sed rejectus *assimilabor descendentibus in lacum.* Quare in hac vita sic deprecor, *Ne sileas a me, nequando taceas a me, et assimilabor descendentibus in lacum.*

Εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, Κύριε, καὶ τῆς δεήσεώς μου· ἐνώτισαι τῶν δακρύων μου. Μὴ παρασιωπήσῃς, ὅτι πάροικος ἐγὼ εἰμι ἐν τῇ γῇ καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. Ἐνταῦθα ὁμολογεῖ πάροικος εἶναι καὶ παρεπίδημος· οἶδέ τε ἑτέραν ζωὴν ἀναψύξεως, ἧς τυχεῖν γλίχεται λέγων· Ἄνες μοι, ἵνα ἀναψύξω. Οὐκουν μάτην πάντα ἄνθρωπον πάροικον ἔλεγε, μετὰ κλαυθμοῦ δὲ καὶ δακρύων τὴν ἱκετηρίαν ἀναπέμπει, ἀκριβῶς εἰδὼς, ὅτι Μακάριοι οἱ κλαίοντες, ὅτι γελάσονται, καὶ, Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι παρακληθήσονται· καὶ τὰ κατορθώματα δὲ αὐτοῦ ὑπογράφει ἐπιλέγων· Ὅτι πάροικος ἐγώ εἰμι καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. Σπανίου δέ ἐστιν ἀνδρὸς τὸ δύνασθαι κατὰ μίμησιν τῶν θεοφιλῶν πατέρων καὶ τῶν προφητῶν τοῦ Θεοῦ μὴ ὡς ἔνοικος, ἀλλ' ὡς πάροικος τὴν πρόσκαιρον διαβιοῦν ζωήν· ἐφ' ᾧ καὶ ὁ παρὼν ἐσεμνύνετο παροικίαν ἡγούμενος καὶ ξενιτείαν τὸν ἀνθρώπινον βίον· Ἄνες μοι, ἵνα ἀναψύξω πρὸ τοῦ με ἀπελθεῖν, καὶ οὐκέτι μὴ ὑπάρξω. Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχός φησι· Ἀπόσχου μου, ἵνα μειδιάσω πρὶν ἀπελθεῖν με, καὶ μὴ ὑπάρχειν. Ἐὰν γὰρ ἐντεῦθεν, φησὶ, μὴ, μεταβαλὼν τὰ δάκρυα εἰς γέλωτα διὰ τὴν σὴν χάριν, μειδιάσω, καὶ ἐὰν μὴ ἐν τῷ παρόντι βίῳ ἀνῇς μοι τὸ ἁμάρτημα καὶ συγχωρήσῃς τὰ πεπραγμένα, ἵνα ἀναλάβω ἐμαυτὸν καὶ ἀναψύξω ἀπαλλαγεὶς τοῦ προσκαίρου βίου, οὐκ ἔστι καιρὸς μετανοίας. Μὴ τυχὼν δὲ ἀφέσεως οὐκέτι ὑπάρξω ἐν τῇ παρὰ σοὶ ζωῇ· ἀπόβλητος δὲ γενόμενος, ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. Διὸ ἐντεῦθεν ἱκετεύω λέγων· Μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, μήποτε παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον.

1. IN FINEM DAVIDI XXXIX.

Vers. 2 - 4. *Exspectans exspectavi Dominum, et intendit mihi. — Quoniam tribulatio patientiam operatur : patientia autem probationem, probatio vero spem : spes autem non confundit*[3]. Jure quidem justus non frustra exspectat, sed spem intendens suam, nec desperans de ea quæ a Deo est salute, in patientia perseverat. Quamvis non statim atque precatus est exauditus fuerit, attamen sperando permanet, ac perseverat in obsecrationibus et orationibus. Quod si quandoque labatur, ut Davidi accidit, confitetur non ignorare se quousque malorum devenerit. Si vero postea resipiscens a lapsu se retrahat, gratias aget, notumque faciet omnibus ex quali miseriæ gurgite se eduxerit medicus et servator animæ ipsius; quare dicet : *Eduxit me de lacu miseriæ et de luto fæcis.* Id porro obtinebit, quia exspectans exspectavit Dominum. Lacum miseriæ, profundum peccati, lutum fæcis, lutosi corporis voluptates, in quas delapsa anima demergitur et quasi in profundo obruitur, non injuria appellaveris. Qui igitur ex his emersit, et Salvatoris dextera eductus est, ac deinde ad puram et rectam rationem animæ suæ vestigia firmavit,

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΔΑΥΙΔ ΛΘ'.

Ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν Κύριον, καὶ προσέσχε μοι. — Ἐπειδὴ ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα· ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. Εἰκότως οὐχ ἁπλῶς ὁ δίκαιος ὑπομένει, ἀλλ' ἐπιτείνων τὴν ἐλπίδα καὶ μὴ ἀπογινώσκων τὴν παρὰ Θεῷ σωτηρίαν, παραμένει τῇ ὑπομονῇ. Κἂν παραχρῆμα δεηθεὶς μὴ ὑπακουσθῇ, ὅμως ἐλπίζων ὑπομένει καὶ προσκαρτερεῖ ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς. Εἰ δὲ καὶ ἐν σφάλματί ποτε γένοιτο, ὥσπερ ὁ Δαυῒδ, ὁμολογεῖ μὴ ἀγνοεῖν οἷα κακῶν ἐλήλυθεν. Εἰ δὲ καὶ μετὰ ταῦτα ἀναλάβοι ἑαυτὸν τοῦ σφάλματος συνῃσθημένος, εὐχαριστήσει γνωρίζων ἀφ' οἵου βάθους ταλαιπωρίας ἀνιμήσατο αὐτὸν ὁ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ γενόμενος ἰατρὸς καὶ σωτήρ· διόπερ ἐρεῖ· Ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος. Τούτου δὲ τεύξεται, ἐπειδήπερ ὑπομένων ὑπέμεινε τὸν Κύριον. Λάκκον δὲ ταλαιπωρίας τὸ βάθος τῆς ἁμαρτίας, καὶ πηλὸν ἰλύος τὰς τοῦ πηλώδους σώματος ἡδυπαθείας, ἐν αἷς ὀλισθήσασα ψυχὴ βαπτίζεται καὶ ὥσπερ ἐν βυθῷ καταποντοῦται, οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπών. Ὁ δὴ οὖν ἐκ τούτων ἀνακύψας, καὶ ὑπὸ τῆς δεξιᾶς τοῦ Σωτῆρος ἀνιμηθεὶς, εἶτα λοιπὸν ἐν καθαρῷ τῷ λόγῳ τὰς τῆς ψυχῆς

[1] Luc. vi, 21. [2] Matth. v, 5. [3] Rom. v, 3.

βάσεις στηρίξας, εὐλόγως ἐρεῖ· *Καὶ ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος· καὶ ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου, καὶ κατηύθυνε τὰ διαβήματά μου.* Πέτραν δὲ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ στερεοῦ λόγου θεμέλιον ὀνομάζει, ἐφ' ὃν ὁ βεβηκὼς φήσει· *Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ, θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμός, ἢ λιμός*; καὶ τὰ ἑξῆς. Οὐ μόνον δ' ἔστησε τοὺς πόδας ἐπὶ τὴν πέτραν, ἀλλὰ καὶ βαδίζειν καὶ τρέχειν ἐπ' αὐτῆς διὰ τῆς τῶν καλῶν εὐδοκιμήσεως ποιεῖ· διὸ ἐπιλέγει· *Καὶ κατηύθυνε τὰ διαβήματά μου.* Εἶτα ἀκολούθως, ὡς ἂν μεταβληθεὶς ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττω, τὸ μὲν παλαιὸν ᾆσμα, δι' οὗ ἀπεκλαύσατο τὰ ἐν τοῖς πρὸ τούτου ψαλμοῖς λελεγμένα, ἀποτίθεται· ἀναλαμβάνει δὲ ᾆσμα καινὸν τοῦ σώσαντος αὐτὸν, καὶ ἐμβάλλοντος εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ καινὸν ᾆσμα καὶ ὕμνον, ἀποδυσαμένου τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, ἐνδυσαμένου δὲ τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον κατ' ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ. Εἶτα μετὰ πάντα ταῦτα ὑπόδειγμα πολλοῖς γίνεται, ὡς ἂν καὶ ἕτεροι, τὴν μεταβολὴν αὐτοῦ θεώμενοι, ἐλπίδας ἀγαθὰς ἀναλάβοιεν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττω ποιήσαιντο μεταβολήν· διό φησιν· *Ὄψονται πολλοὶ καὶ φοβηθήσονται, καὶ ἐλπιοῦσιν ἐπὶ Κύριον.* Τί δὲ ὄψονται; Αὐτὸ τοῦτο, φησὶν, ὡς εἰς βάθος ἐλήλυθα κακῶν, καὶ εἰς τὸν λάκκον καὶ τὸν πηλὸν τῆς ἰλύος· κἀκεῖθεν Θεοῦ χάριτι ἀνελκυσθείς, ἐπὶ τὴν πέτραν ἔστην καὶ κατηυθύνθη τὰ διαβήματά μου, καὶ ᾄσματος κατηξιώθην καινοῦ. Ταῦτα γὰρ οἱ πολλοὶ θεασάμενοι φόβον Θεοῦ, περὶ οὗ λέλεκται, *Ἀρχὴ σοφίας φόβος Θεοῦ*, ἀναλήψονται, καὶ τὴν ὁμοίαν ἑαυτοῖς ὑπογράψουσιν ἐλπίδα.

A merito dicat : *Et eduxit me de lacu miseriæ et de luto fœcis. Et statuit super petram pedes meos, et direxit gressus meos.* Petram autem ad comparationem firmi sermonis, fundamentum vocat, in quo quisquis processerit dicet : *Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames* [4]? etc. Non modo autem pedes statuit super petram ; sed etiam id præstat, ut per bonorum dignitatem in ea incedere ac currere liceat ; quare adjicit, *et direxit gressus meos.* Dehinc vero consequenter, utpote a pejoribus ad meliora translatus, cantico veteri, quo in præcedentibus psalmis lugebat, deposito, novum canticum assumit, ejus scilicet qui servavit eum, et canticum hymnumque novum in os ejus immisit ; exuitque B veterem hominem cum operibus ejus, et induit novum, sive renovatum per scientiam Dei. Sub hæc autem omnia, in exemplum multis ponitur, ita ut alii quoque, conspecta ejus mutatione, spem sumant bonam, et a pejoribus ad meliora sese traducant : quare ait, *videbunt multi et timebunt, et sperabunt in Domino.* Quidnam videbunt? Idipsum, inquit, quo pacto in profundum malorum, in lacum miseriæ et in lutum fœcis demersus cum fuerim, inde Dei gratia eductus, super petram steterim, et gressus mei directi fuerint, ac novo cantico donatus sim. His conspectis, inquit, multi timorem Dei, de quo dictum est, *Initium sapientiæ timor Domini,* [5] accipient, similemque sibi spem ascribent.

Μακάριος ἀνὴρ, οὗ ἐστι τὸ ὄνομα Κυρίου ἐλπὶς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐπέβλεψεν εἰς ματαιότητας καὶ μανίας ψευδεῖς. Ὁ διὰ πείρας ἐλθὼν τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος τοῖς πᾶσι κηρύττει τὰς εἰς αὐτὸν γενομένας εὐεργεσίας, προφέρει τε καθολικὴν ἀπόφασιν ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν συμβάντων, διδάσκων, ὅτι πᾶσι δυνατὸν ἀνθρώποις τῶν ὁμοίων αὐτῷ τυχεῖν. Οὐ γὰρ ἐγὼ, φησὶ, μόνος, τοιούτων ἀξιωθεὶς, εἶην ἂν μακάριος· ἔκκειται δὲ τοῖς πᾶσιν ἡ αὐτὴ ὁδὸς, καὶ οὐ τισὶ μὲν, τισὶ δὲ οὔ. Πᾶς οὖν ὁ τὴν ἐλπίδα αὐτοῦ ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναθήσας οὐκ ἀποπεσεῖται τοῦ μακαρισμοῦ, οὗ καὶ αὐτὸς κατηξιώθην. Ματαιότης δὲ καὶ μανίαι ψευδεῖς πᾶσαι αἱ περὶ τὰ πρόσκαιρα καὶ μάταια τυγχάνουσι σπουδαί· ἐπείπερ *Ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης·* καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐλέγετο· *Πλὴν τὰ πάντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος ζῶν·* καὶ πάλιν· *Πλὴν μάτην ταράσσονται. Θησαυρίζει, καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει ταῦτα.* Μανίαι δὲ ψευδεῖς αἱ εἰς κενὸν καὶ μάταιον σπουδαζόμεναι τοῖς πολλοῖς φροντίδες. Ὥσπερ οὖν μανία σώφρων ἡ τοῦ παρόντος βίου κατεξανάστασις, δι' ἣν καὶ ἐξεστῶτες ἐνομίζοντο τοῖς πολλοῖς οἱ τοῦ Θεοῦ προφῆται. Σεμνύνεται δ' ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ἐκστάσει λέγων ὁ δίκαιος· *Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης·* καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ τοῦτο πεπονθὼς ἔλεγεν· *Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν Θεῷ, εἴτε σωφρονοῦμεν ὑμῖν.*

C Vers. 5. *Beatus vir cujus est nomen Domini spes ejus, et non respexit in vanitates et insanias falsas.* Qui divinæ gratiæ experimentum habuit, sibi collata beneficia omnibus prædicat, atque ex iis quæ sibi contigerunt universalem profert sententiam, docens omnes homines paria secum obtinere posse. Neque enim ego solus, ait, talia nactus, beatus fuerim ; sed omnibus ea ipsa via patet, nec quibusdam aperta est, aliis vero minime. Quisquis ergo spem in Deo reposuit, a beatitudine illa, qua ego dignatus sum, non labetur. Vanitas autem et insaniæ falsæ sunt, omnes temporanearum et futilium rerum curæ. Quandoquidem *vanitas vanitatum, omnia vanitas* [6] ; ac superius dictum est : *Verumtamen universa vanitas, omnis homo vivens ;* et iterum : *Verumtamen vane conturbantur. Thesaurizat et ignorat cui congregabit ea.* Vanitates falsæ, sunt irritæ ac inutiles a multis susceptæ sollicitudines. Igitur vanitas prudens est quasi renuntiatio præsentis vitæ, ob quam prophetæ Dei multis excessisse mente videbantur. De hoc autem excessu gloriatur justus dicens : *Ego autem dixi in excessu meo, omnis homo mendax* [7]. Apostolusque idipsum passus dicebat : *Sive enim mente excedimus, Deo, sive sobrii sumus, vobis* [8].

[4] Rom. VIII, 35. [5] Psal. CX, 10. [6] Eccle. I, 2. [7] Psal. CXV, 11. [8] II Cor. V, 13.

VERS. 6-9. *Multa fecisti tu, Domine Deus meus, mirabilia tua.* Qui variam illam Dei sapientiam sive in universis opificiis, sive in singulis, in sensilibus, et in iis quæ mente percipiuntur animadverterit, in stuporem veniens ob ingentem Dei universorum potestatem, sane dixerit : *Multa fecisti tu, Domine Deus meus, mirabilia tua.* Sed etiam ponderatis universalis illius providentiæ rationibus, queis omnia administrat, cum deprehenderit incomprehensibiles eas esse, hæc adjiciet : *Et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.* Qualis erat is qui dicebat : *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus* [9]! In præsenti autem David pro opportunitate has protulit voces, cum e re gesta edidicisset, novo quodam modo, scilicet per obsequentiam divinis legibus exhibitam, servatum se fuisse. Atenim per Moysem olim sacrificia et holocausta pro peccatis offerri jussum fuerat; nunc vero novus traditur salutis modus sine sacrificiis et holocaustis. Docet porro sexcenta esse ad salutem remedia, quæ Dei gratia hominibus elargita est. Neque pro dignitate rei dici, neque mente concipi potest multitudo cogitationum Dei. Symmachus vero : *Permulta*, inquit, *fecisti tu, Domine Deus meus, prodigia tua, et cogitationes tuas pro nobis non possibile est exponere super te.* Deinde pro illo, *Annuntiavi et locutus sum, multiplicati sunt super arenam*; rursum Symmachus hac ratione interpretatus est, *Si annuntians annuntiem, plures sunt quam ut enarrari possint.* Nam, *ex parte*, inquit, *cognoscimus, et ex parte prophetamus* [10]. Omnia sane mirabilia tua innumerabilia et incomprehensibilia sunt : attamen in iis quæ capere licuit id deprehendi, te scilicet in præsenti tempore a Moyse tradita sacrificia et oblationes noluisse, sed eorum loco aures meas et obsequentiam eloquiis tuis perfecisse ; ac pro holocaustis, et sacrificiis pro peccato, memetipsum obtuli tibi. Quare ait : *Ecce venio* a te vocatus, atque promptissime obsecutus. Venio autem festinando ut faciam voluntatem tuam : hoc enim pro omni victima holocausti accepturum te persuasum habeo. Hoc porro, *in capite libri scriptum est de me*, quid, amabo, aliud est, quam præferendam esse voluntatem tuam sacrificiis et holocaustis? et legem tuam exsequendam esse non secundum obviam lectionem, neque pari ratione atque complures legis Moysis observatores; sed *in medio ventris mei*; aut ut Symmachus, *concupivi legem tuam in medio viscerum meorum.* Nam si qui animæ venter est, tropice sic vocatus, de quo in Evangeliis dictum est : *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, salientis in vitam æternam* [11]; in hoc recondito, inquit, ac secreto animæ promptuario legem tuam observare volui, atque præcepta de sacrificiis et holocaustis spirituali more ac secundum mentem persolvere. Hæc quippe tibi

A *Πολλὰ ἐποίησας σὺ, Κύριε ὁ Θεός μου, τὰ θαυμάσιά σου.* Ὁ τὴν πολυποίκιλον τοῦ Θεοῦ σοφίαν κατανενοηκὼς ἔν τε τοῖς καθόλου κτίσμασι καὶ τοῖς κατὰ μέρος, τοῖς τε αἰσθητοῖς καὶ τοῖς κατὰ διάνοιαν θεωρουμένοις, εἰς ἔκπληξιν ἐλθὼν τῆς ὑπερμεγέθους δυνάμεως τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, εἴποι ἄν· *Πολλὰ ἐποίησας σὺ, Κύριε ὁ Θεός μου, τὰ θαυμάσιά σου.* Ἀλλὰ καὶ τοὺς λόγους ἐξετάσας τῆς καθόλου προνοίας, καθ' οὓς τὰ σύμπαντα διοικεῖ, κἄπειτα εὑρὼν αὐτοὺς ἀκαταλήπτους, προσθήσει λέγων· *Καὶ τοῖς διαλογισμοῖς σου οὐκ ἔστι τίς ὁμοιωθήσεταί σοι.* Οἷος ἦν ὁ λέγων· *Ὦ βάθους πλούτου καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ!*

B Ἐν δὲ τοῖς προκειμένοις ὁ Δαυὶδ κατὰ καιρὸν ταύτας προηνέγκατο τὰς φωνάς, ἔργῳ μαθὼν, ὡς καινῷ τινι τρόπῳ σέσωσται τῷ δι' ὑπακοῆς τῶν θείων λογίων. Πάλαι μὲν γὰρ διὰ Μωϋσέως θυσίαι καὶ ὁλόκαυτοι ἀναφοραὶ προσετάττοντο ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσφέρεσθαι· νυνὶ δὲ καινὸς παραδίδοται τρόπος σωτηρίας, ὁ δίχα θυσιῶν καὶ ὁλοκαυτωμάτων. Διδάσκει δὲ καὶ ὡς ἔστι μυρία σωτηρίας φάρμακα, ἅπερ ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις τοῖς ἀνθρώποις ἐδωρήσατο. Οὐκ ἔστι τε κατ' ἀξίαν εἰπεῖν, οὐδὲ διανοίᾳ περιλαβεῖν τῶν τοῦ Θεοῦ διαλογισμῶν τὸ πλῆθος. Ὁ δὲ Σύμμαχος, *Πάμπολλα*, φησὶν, *ἐποίησας σὺ, Κύριε ὁ Θεός μου, τὰ τεράστιά σου, καὶ τοὺς διαλογισμούς σου τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν οὐκ ἔστιν ἐκθέσθαι ἐπὶ σοῦ.* Εἶτα ἀντὶ τοῦ· *Ἀπήγγειλα καὶ ἐλάλησα, ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἄμμον,*

C πάλιν ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· *Ἐὰν ἀπαγγέλλων καταγγέλλω, πλείω ἐστὶ τοῦ διηγηθῆναι. Ἐκ μέρους μὲν γὰρ*, φησὶ, *γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν.* Τά γε μὴν πάντα ἀναρίθμητα καὶ ἀκατάληπτα τυγχάνει τὰ θαυμάσιά σου· πλὴν ἐν οἷς κατέλαβον καὶ τοῦθ' εὗρον, ὅτι κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν τὰς παρὰ Μωϋσεῖ θυσίας καὶ προσφορὰς οὐκ ἠθέλησας· ἀντὶ δ' ἐκείνων τὰ ὦτά μου καὶ τὴν ὑπακοὴν τῶν σῶν λογίων κατηρτίσω· καὶ ἀντὶ ὁλοκαυτωμάτων καὶ τῶν περὶ ἁμαρτίας θυσιῶν αὐτὸς ἐμαυτὸν προσήγαγόν σοι. Διό φησιν· *Ἰδοὺ ἥκω* κληθεὶς ὑπὸ σοῦ, καὶ προθυμότατα ὑπακούσας. Ἥκω δὲ σπεύσας τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου· τοῦτο γὰρ ἀντὶ πάσης ὁλοκαύτου θυσίας πέπεισμαί σε ἀποδέχεσθαι. Καὶ τοῦτο δὲ *ἐν κεφαλίδι*

B *βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ*· τοῦτο δὲ ποῖον ἢ τὸ προτιμῆσαι τὸ θέλημά σου θυσιῶν καὶ ὁλοκαυτωμάτων; καὶ τὸ ποιῆσαι τὸν νόμον σου οὐ κατὰ τὴν πρόχειρον λέξιν, οὐδὲ ὁμοίως τοῖς πολλοῖς τὰ παρὰ Μωϋσεῖ παραγγελμένα φυλάττοντας· *ἐν μέσῳ δὲ τῆς κοιλίας μου*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Προεθυμήθην τὸν νόμον σου ἔνδοθεν τῶν ἐγκάτων μου.* Εἰ γάρ τίς ἐστι κοιλία ψυχῆς, τροπικῶς οὕτως ὀνομαζομένη, περὶ ἧς ἐν Εὐαγγελίοις λέλεκται· *Ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος, ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον*· ἐν τούτῳ τῷ ἀπορρήτῳ καὶ ἀποκρύφῳ τῆς ψυχῆς ταμείῳ τὸν νόμον σου, φησὶν, ἐβουλήθην ποιῆσαι, καὶ περὶ θυσιῶν καὶ ὁλο-

[9] Rom. xi, 33. [10] I Cor. xiii, 9. [11] Joan. vii, 38.

καυτωμάτων ἐντολὰς πνευματικῶς καὶ κατὰ διάνοιαν ἐπιτελέσαι. Ταῦτα γὰρ ἔγνων σοι φίλα, καὶ πολλῷ κρείττονα τῶν σωματικῶς Ἰουδαίοις παραδεδομένων.

Εὐηγγελισάμην δικαιοσύνην ἐν Ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ, ἰδοὺ τὰ χείλη μου οὐ μὴ κωλύσω· Κύριε, σὺ ἔγνως. Τὴν δικαιοσύνην μου οὐκ ἔκρυψα ἐν τῇ καρδίᾳ μου· τὴν ἀλήθειάν σου καὶ τὸ σωτήριόν σου εἶπα. Ἀλήθειαν δὲ τὴν ἀντιδιαστελλομένην τῇ σκιᾷ. Νοήσεις δὲ καὶ οὕτως· Ὡς ὁ μακάριος Δαυὶδ ὑπισχνεῖται ἐν Ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ τῇ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ὑπὸ τῆς θείας χάριτος συλλεγείσῃ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην κηρύττειν, καὶ τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν, καὶ τὴν ἀξιάγαστον σωτηρίαν, καὶ τὸν ἀμέτρητον ἔλεον καὶ αὐτῶν δὲ τῶν πιστῶν ὁ σύλλογος εἴποι ἂν ταῦτα ὑπισχνούμενος τὴν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας ἀντίδοσιν δώσειν, τῷ συντρέχειν εἰς Ἐκκλησίαν καὶ τὰ χείλη κινεῖν εἰς ὑμνῳδίαν, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν δικαίαν κρίσιν ἀνακηρύττειν, καὶ τὴν ἄῤῥητον διεξιέναι κηδεμονίαν, καὶ τῶν προφητικῶν ὑποσχέσεων ὑποδεικνύναι τὸ ἀληθές. *Σὺ δέ, Κύριε, μὴ μακρύνῃς τοὺς οἰκτιρμούς σου ἀπ' ἐμοῦ· τὸ ἔλεός σου καὶ ἡ ἀλήθειά σου διὰ παντὸς ἀντελάβοντό μου.* Καὶ τυχοῦσα τῆς σωτηρίας ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, δεῖται πάλιν τῆς αὐτῆς προμηθείας διὰ τὰς παντοδαπὰς τῶν ἀνθρώπων καὶ δαιμόνων ἐπαναστάσεις, ὧν ἐν τοῖς ἑξῆς τὴν μνήμην πεποίηται. *Ὅτι περιέσχον με κακὰ ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· κατέλαβόν με αἱ ἀνομίαι μου, καὶ οὐκ ἠδυνήθην τοῦ βλέπειν. Ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου, καὶ ἡ καρδία μου ἐγκατέλιπέ με.* Μηδεὶς δὲ ἀνάρμοστα ἡγείσθω τὰ εἰρημένα τοῖς ἡρμηνευμένοις. Καὶ γὰρ οἱ τρεῖς παῖδες, τῆς ἄκρας ἀρετῆς ἐπειλημμένοι, καὶ τὸν νικηφόρον ἀναδησάμενοι στέφανον, ἐν τῇ καμίνῳ προσευχόμενοι ἔλεγον· *Ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν, καὶ ἀπέστημεν ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου, καὶ οὐκ ἐφυλάξαμεν τὰ δικαιώματά σου.* Οὕτως ὁ θαυμάσιος Δανιὴλ, οὕτως ὁ θεσπέσιος Ἱερεμίας, οὕτως ὁ θεῖος Ἡσαΐας, οὕτως ὁ σοφώτατος Παῦλος· *Χριστὸς γάρ*, φησὶν, *εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ·* καὶ πάλιν· *Οὐκ εἰμὶ ἄξιος καλεῖσθαι ἀπόστολος.* Οὕτω τοίνυν κάνταῦθα ταῖς παρὰ τῶν δυσσεβῶν τρικυμίαις βαλλομένη ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία οὐ μέγα φρονεῖ, ὡς ἀγωνιζομένη, ἀλλ' ἁμαρτίαις καὶ πλημμελείαις ἀνατίθησι τὰ γενόμενα, καὶ τῆς παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπικουρίας ἀπολαῦσαι παρακαλεῖ. Ἄλλως τε, οὐδ' ἐκ τελείων ἅπασα συνέστηκεν ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, ἀλλ' ἔχει καὶ τοὺς ῥᾳστώνῃ συζῶντας, καὶ τὸν ἀνειμένον βίον ἀσπαζομένους, καὶ ἡδοναῖς δουλεύειν αἱρουμένους. Καὶ ἐπειδὴ ἓν ἐστι σῶμα, ὡς ἐξ ἑνὸς προσώπου καὶ ταῦτα κἀκεῖνα προσφέρεται.

Νοήσεις καὶ οὕτως· Ἐπεὶ οὐ δεῖ μακαρίζειν ἄνθρωπον πρὸ τελευτῆς αὐτοῦ, εἰκότως ὁ μὲν ἀπόστολος, καίπερ ἀπόστολος ὢν καὶ κλητὸς καὶ ἐκλεκτὸς Χριστοῦ Ἰησοῦ, ὅμως οὐκ ὀκνεῖ λέγειν· *Ὑποπιέζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, μήπως, ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι.* Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ὁ

perchara esse novi, ac multo præstantiora iis, quæ corporeo more Judæis tradita sunt

Vers. 10-16. *Annuntiavi justitiam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo : Domine, tu scisti. Justitiam meam non abscondi in corde meo : veritatem tuam et salutare tuum dixi.* Veritatem scilicet umbræ oppositam. Hoc item modo intelligas, ut beatus David pollicetur se in Ecclesia magna, per totum orbem a divina gratia congregata, Dei justitiam et prophetiæ veritatem prædicaturum, nec non salutem admiratione dignam et immensam misericordiam ; similiter fidelium cœtus, ceu ad oblatæ salutis compensationem pollicitus dixerit, se vicissim id præstiturum, ut conveniat in ecclesiam, labia aperiat ad hymnos canendos et ad justum Dei judicium prædicandum, ad ineffabilem enarrandam ejus providentiam, ad propheticarum promissionum veritatem declarandam. *Tu autem, Domine, ne longe facias miserationes tuas a me : misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me.* Atque salutem nacta Dei Ecclesia, iterum eadem ope indiget, variis frequentibusque hominum dæmonumque insultibus impetita, quorum in sequentibus mentionem facit. *Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus : comprehenderunt me iniquitates meæ, et non potui ut viderem. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, et cor meum dereliquit me.* Nemo arbitretur dicta hujusmodi non consentire iis quæ explicata sunt. Etenim tres pueri, summa virtute præditi, atque triumphali corona ornati, in camino orantes dicebant : *Peccavimus, deliquimus, injuste egimus, et recessimus a præceptis tuis, et non custodivimus justificationes tuas* [12]. Sic admirabilis Daniel, sic magnus ille Jeremias, sic divinus Isaias, sic sapientissimus Paulus : *Christus* enim, inquit, *intravit in mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum* [13]; ac rursum: *Non sum dignus vocari apostolus* [14]. Sic igitur hoc in loco Dei Ecclesia, impiorum tempestatibus agitata, non magnifice sentit ut impugnata ; sed ea quæ contingunt, peccatis ac sceleribus attribuit, et a Salvatore opem consequi rogat. Et alioqui Dei Ecclesia non ex perfectis tota constituitur, sed habet etiam qui in ignavia degant, et inertem vitam amplexi sint, et qui voluptatibus servire peroptent. Et quoniam unum est corpus, tanquam ex una persona et hæc et illa proferuntur.

Hoc quoque modo intelligas : Quia non oportet ante obitum hominem beatum prædicare [14*], jure Apostolus, licet apostolus sit ac vocatus et electus Christi Jesu, attamen non veretur dicere : *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne aliis prædicans ipse reprobus efficiar* [15]. Idipsum quoque David

[12] Dan. III, 29. [13] I Tim. I, 15. [14] I Cor. XV, 9. [14*] Eccli. XI, 30. [15] I Cor. IX, 27.

cum multis in locis declarasset, Deum propitium nactus est, erutusque fuit de lacu miseriæ et de luto fæcis : atque in tuto jam demum positus, utpote pedibus in petra firmatus, ac cantico novo seu vera de sacrificiis doctrina donatus. id est prædicatione quæ in Ecclesia Dei magna facta est ; nam illud revera canticum novum erat, cujus rei causa superius dicebat : *Et immisit in os meum canticum novum :* hæc consecutus tamen, ob humanæ vitæ corruptionem supplicationis verba resumit, ac rogat obsecrátque ut a Dei gratia et misericordia custodiatur. Illis enim animo revolvebat in memoriamque revocabat quæ sibi prius acciderant mala. Memoria itaque veterum malorum, cautiores nos efficit, ut ne rursus in ea incidamus ; sed etiam mutationis a pejoribus ad meliora recordatio, gratos reddit atque ad cavendum intentiores. Jure itaque præteritarum iniquitatum memoriam refricat, docetque easdem iniquitates sibi olim oculos obtexisse, instar caliginis mentis visui offusæ.

Δαυὶδ εἰ καὶ ἐν πολλοῖς ἐνδειξάμενος, ἔτυχεν ὑπηκόου τοῦ Θεοῦ, ἠλευθέρωτό τε ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος· ἐν ἀσφαλεῖ τε ἤδη λοιπὸν ἑστήκει, ὡς ἂν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας ἐρηρεισμένος, καὶ ᾄσματος καινοῦ ἠξιωμένος τοῦ περὶ θυσιῶν ἀληθοῦς λόγου, τουτέστι τοῦ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ μεγάλῃ εὐηγγελισμένου κηρύγματος· τοῦτο γὰρ ἦν τὸ καινὸν ᾆσμα, οὗ χάριν ἀνωτέρω ἔλεγε· *Καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὸ στόμα μου ᾆσμα καινόν·* ὅμως δ' οὖν, τοσούτων τετυχηκὼς, διὰ τὸ σαθρὸν τῆς ἐν ἀνθρώποις ζωῆς ἐπαναλαμβάνει τοὺς τῆς ἱκετηρίας λόγους, ἀντιβολεῖ τε καὶ δέεται φυλάττεσθαι ὑπὸ τῆς χάριτος καὶ τοῦ ἐλέου τοῦ Θεοῦ. Ἀνεπεμπάζετο γὰρ διὰ τούτων καὶ ἀνεπόλα (1) τὰ πρότερον αὐτῷ συμβεβηκότα κακά. Ἡ γοῦν μνήμη τῶν παλαιῶν κακῶν, φυλακτικωτέρους ἡμᾶς ἀπεργάζεται πρὸς τὸ μὴ αὖθις τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν· ἀλλὰ καὶ τῆς μεταβολῆς τῆς ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ βελτίω ἡ ἀνάμνησις εὐχαρίστους ἡμᾶς ἀπεργάζεται καὶ συντεταμένους μᾶλλον εἰς προσοχήν. Εἰκότως τοίνυν ἐπαναλαμβάνει τὴν τῶν προτέρων αὐτοῦ ἀνομιῶν μνήμην, διδάσκει τε, ὡς τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς καιρῷ τινι συνεκάλυψαν αἱ ἀνομίαι αὐτοῦ, δίκην ἀχλύος τῷ τῆς διανοίας βλεπτικῷ ἐπιχυθεῖσαι.

Reliqua vero consequenter ad prædicta feruntur : *Complaceat tibi, Domine, ut eruas me : Domine, ad adjuvandum me respice. Confundantur et revereantur simul qui quærunt animam meam ut auferant eam. Convertantur retrorsum et revereantur qui volunt mihi mala. Ferant confestim confusionem suam qui dicunt mihi : Euge, Euge.* Nunc quoque sentit multos animæ suæ adversarios, ac ea de causa præsentem orationem emittit. Neque enim cessant invidere perfectis et in petra gradientibus. Quare ab iis liberari se rogat, ita ut illi quidem confundantur et pudore afficiantur qui quæruut animam ipsius, ut auferant eam ; ipse vero ejus dextera circummuniatur. Pudore afficiuntur autem, ac turpiter agunt, sic enim edidit Symmachus, qui quærunt animam justi, postquam omnibus adhibitis machinis re infecta manent : deindeque ut qui nihil perficere potuerint desperantes, pudore suffusi abscedunt. Quamobrem postquam illos pudore, turpitudine et reverentia affectos dixit, adjicit : *Avertantur retrorsum et erubescant qui volunt mala mihi.* Cum enim nihil potuerint, cum nulla rei bene gerendæ spes supersit, avertuntur ac retro discedunt ; deinde profecti ac procul positi, nequitiæ suæ pignora accipient : quare post hæc dicitur : *Ferant confestim confusionem suam qui dicunt mihi : Euge, Euge.* Pro quo Aquila : *Aa, aa,* ipsa Hebraica voce, sic habente, usus. Estque ipsa vox planctus eorum qui jam superati sunt, ac retro cesserunt confusionemque retulerunt. Secundum Septuaginta Interpretes et Symmachum sic dicitur : *Qui dicunt de me : Euge, Euge.* Et fortasse justi inimici qui multas adversus eum insidias struxerant, sperantes se superaturos, ad singulas dicebant : *Euge, Euge.* Sed cum hæc plerumque dixerint, per tuam, inquit, gratiam jam discedant, suam ferentes turpitudinem.

Τὰ δὲ λοιπὰ τοῖς προειρημένοις ἀκολούθως· *Εὐδόκησον, Κύριε, τοῦ ῥύσασθαί με· Κύριε, εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι πρόσχες. Καταισχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν ἅμα οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου τοῦ ἐξᾶραι αὐτήν. Ἀποστραφείησαν εἰς τὰ ὀπίσω καὶ καταισχυνθείησαν οἱ θέλοντές μοι κακά. Κομισάσθωσαν παραχρῆμα αἰσχύνην αὐτῶν οἱ λέγοντές μοι· Εὖγε, εὖγε.* Ἔτι καὶ νῦν αἴσθεται πολλῶν περὶ αὐτὸν ἐχθρῶν ἐπικειμένων τῇ αὐτοῦ ψυχῇ, καὶ περὶ τούτων τὴν προκειμένην εὐχὴν ἀναπέμπει. Οὐ γὰρ παύονται διαφθονούμενοι καὶ τοῖς ἤδη τελείοις καὶ βεβηκόσιν ἐπὶ τὴν πέτραν. Διὸ ῥυσθῆναι ἀπὸ τῶν εἰρημένων ἀξιοῖ, κἀκείνους μὲν καταισχυνθῆναι καὶ ἐντραπῆναι τοὺς ἐκζητοῦντας αὐτοῦ τὴν ψυχὴν τοῦ ἐξᾶραι αὐτήν· αὐτὸν δὲ περιφράττεσθαι ὑπὸ τῆς αὐτοῦ δεξιᾶς. Ἐντρέπονται δὲ καὶ ἀσχημονοῦσιν (οὕτως γὰρ ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος) οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ δικαίου, ἐπειδὴν, πᾶσαν κατ' αὐτοῦ μηχανὴν ἐπινοήσαντες, ἄπρακτοι γένωνται· εἶθ' ὡς μηδὲν δεδυνημένοι ἀπογνόντες ἀπαλλάττονται, αἰσχύνην καταχεάμενοι. Διὸ μετὰ τὸ ἀσχημονῆσαι αὐτοὺς, καταισχυνθῆναί τε καὶ ἐντραπῆναι ἐπιλέγει· *Ἀποστραφείησαν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἐντραπείησαν οἱ θέλοντες τὰ κακά μοι.* Μηδὲν γὰρ δεδυνημένοι, καὶ μὴ κατελπίσαντες περιγενήσεσθαι, ἀποστρέφονται καὶ ἀπαλλάττονται εἰς τὰ ὀπίσω· εἶτ' ἀπαλλαγέντες καὶ μακρὰν γενόμενοι, ταπίχειρα τῆς αὐτῶν ἀπολήψονται κακίας· διὸ μετὰ ταῦτα λέλεκται· *Κομισάσθωσαν παραχρῆμα αἰσχύνην αὐτῶν οἱ λέγοντές μοι· Εὖγε, εὖγε.* Ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν· *Ἀά, ἀά,* αὐτῇ συγχρησάμενος οὕτως ἐχούσῃ τῇ Ἑβραϊκῇ φωνῇ. Ἔστι δὲ αὕτη σχετλιαστικὴ τῶν ἤδη νενικημένων καὶ εἰς τὰ ὀπίσω κεχωρηκότων, καὶ τὴν ἑαυτῶν αἰσχύνην ἀπειληφότων. Κατὰ δὲ τοὺς Ἑβδομήκοντα καὶ τὸν Σύμμαχον φήσαντα· *Οἱ λέγοντες περὶ ἐμοῦ· Εὖγε, εὖγε,* τάχα ποτὲ οἱ ἐχθροὶ τοῦ δικαίου πολλὰς

(1) Ἀνεπόλει.

ἐπιβουλὰς ἐπινοοῦντες κατ' αὐτοῦ, ἐφ' ἑκάστῃ προσδοκῶντες περιγενήσεσθαι, ἔλεγον. Εὖγε, εὖγε. Ἀλλὰ πολλάκις τοῦτο, φησὶν, εἰρηκότες, διὰ τὴν σὴν χάριν ἀπαλλαττέσθωσαν ἤδη ποτὲ, τὴν ἑαυτῶν κομισάμενοι αἰσχύνην.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ Μ'. A

1. IN FINEM, PSALMUS XL.

Μακάριος ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα· ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ Κύριος. Κύριος διαφυλάξαι αὐτὸν καὶ ζωώσαι αὐτὸν, καὶ μακαρίσαι αὐτὸν ἐν τῇ γῇ, καὶ μὴ παραδῷ αὐτὸν εἰς ψυχὴν ἐχθρῶν αὐτοῦ. Κύριος βοηθήσαι αὐτῷ ἐπὶ κλίνης ὀδύνης αὐτοῦ, ὅλην τὴν κοίτην αὐτοῦ ἔστρεψας ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ αὐτοῦ. Προιὼν ἐξῆς ὁ λόγος ἐπιφέρει· *Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν.* Ταῦτα δὲ ἀναγέγραπται ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ ὡς ἐξ οἰκείου προσώπου εἰρηκὼς ἐν τῇ πρὸς τοὺς μαθητὰς ὁμιλίᾳ· δι' ὧν ἔφασκεν· *Ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω ὑμῖν· Οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ, οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ* B *πέμψαντος αὐτόν. Εἰ ταῦτα οἴδατε, μακάριοί ἐστε ὅταν ποιεῖτε* (1) *αὐτά. Οὐ περὶ πάντων ὑμῖν λέγω· ἐγὼ οἶδα οὓς ἐξελεξάμην· ἀλλ' ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ· Ὁ τρώγων μου τὸν ἄρτον ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ πτέρναν αὐτοῦ.* Ἄλλη δὲ Γραφὴ τοῦτο φήσασα οὐχ εὑρίσκεται, μόνη δὲ ἡ παροῦσα, δι' ἧς εἴρηται· *Ὁ ἐσθίων ἄρτον μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν.* Ὥρα τοιγαροῦν εἰς τὸ αὐτοῦ πρόσωπον τὰ ἐμφερόμενα τῷ ψαλμῷ ὡς ἂν προφητικῶς εἰρημένα ἐκλαβεῖν. Διὸ καὶ *εἰς τὸ τέλος* ἐπιγέγραπται, ἀναπέμποντα ἡμᾶς ἤτοι ἐπὶ τὴν συντέλειαν τοῦ αἰῶνος καθ' ἣν ἐπληροῦτο τὰ ἀναγεγραμμένα, ἢ ἐπὶ τὰ τελευταῖα τῶν διὰ τοῦ ψαλμοῦ δηλουμένων. Εἰ μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἀναφέρωτο τὰ προκείμενα, εἴποις ἂν μακαρίζεσθαι τὸν δυνάμενον συνιέναι δι' ἣν αἰτίαν C ἀνείληφε δι' ἡμᾶς πτωχείαν. *Ἔτι γὰρ πλούσιος ὤν, δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν· Ἐν μορφῇ τε θεοῦ ὑπάρχων ἐκένωσεν ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβών*, σαφῶς ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Καὶ ἄλλος δ' ἄν τις συνήσει ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα, ἀκούων αὐτοῦ λέγοντος ἐν Εὐαγγελίοις· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ περιεβάλετέ με· ἠσθένουν, καὶ ἐπεσκέψασθε· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός μέ·* D *λίς ἐπιλέγει· Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων τῶν ἀδελφῶν μου, ἐμοὶ ἐποιήσατε.* Καὶ οὕτως οὖν μακάριος ἀληθῶς ὁ συνιὼν ἐπὶ τὸν οὕτως ἀποδοθέντα πτωχὸν καὶ πένητα. Εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τὸν Δαυὶδ ἀναφέροιτο τὰ λελεγμένα, εἴποις ἂν ἀκολούθως τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ ταῦτα συνῆφθαι. Ἐπεὶ γὰρ πρὸς τοῖς τελευταίοις τοῦ λθ' ἐλέγετο ἐκ προσώπου τοῦ Δαυίδ· *Ἐγὼ δὲ πένης εἰμὶ καὶ πτωχός·* ταῦτα δ' ἔλεγεν ὁ τοσοῦτος βασιλεὺς, ὁ τὸν ἄφατον πλοῦτον συναγηοχὼς εἰς τὴν παρασκευὴν τοῦ μετὰ ταῦτα ἐγηγερμένου διὰ Σολομῶνος ναοῦ, σμικρύνων

VERS. 2-4. *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem : in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conservet eum et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus. Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus, universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.* Sub hæc autem ita sermo procedit : *Etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem.* Hæc porro dixisse scribitur Salvator et Dominus noster in Evangelio secundum Joannem, quasi ex propria persona sic discipulos allocutus : *Amen, amen, dico vobis : Non est servus major domino suo, neque apostolus major est eo qui misit illum. Si* B *hæc scitis, beati eritis cum feceritis ea. Non de omnibus vobis dico : ego scio quos elegerim ; sed ut adimpleatur Scriptura : Qui manducat mecum panem, levavit contra me calcaneum suum* [16]. Nulla porro alia Scriptura quæ hoc dicat reperitur, præter hanc unam qua dictum est, *qui edebat panem meum, magnificavit super me supplantationem.* Par est igitur ad ejus personam, quæ in hoc psalmo feruntur, ut prophetice dicta accipere. Quamobrem *in finem* inscribitur, quod hæc nos remittant ad consummationem sæculi, quo tempore ea quæ scripta sunt implebuntur; sive etiam ad postrema psalmi dicta. Quod si hæc ad Salvatorem referantur, jure dixeris beatum prædicari eum, qui intelligere possit qua de C causa propter nos egestatem susceperit. *Insuper, cum esset dives, propter nos egenus factus est, ut nos ejus inopia divites essemus* [17]; et : *Cum in forma Dei esset, semetipsum exinanivit forma servi accepta* [18], ut clare nos docuit divinus Apostolus. Alio quoque modo quis intelligere possit super egenum et pauperem, audiens Christum in Evangeliis dicentem : *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare ; sitivi, et dedistis mihi bibere ; hospes eram, et collegistis me ; nudus, et cooperuistis me ; infirmus, et visitastis me ; in carcere eram, et venistis ad me* [19]; quibus subjungit : *Quantum fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis* [20]. Atque ita vere beatus est D qui intelligit super egenum et pauperem sic acceptum. Quod si ad Davidem supra dicta referantur, dicas hæc apposite præcedenti psalmo subnexa esse, siquidem sub finem psalmi XXXIX, ex persona Davidis dicebatur, *ego autem mendicus sum et pauper.* Hæc porro tantus rex dicebat, qui inæstimabiles divitias ad apparatum templi, sub hæc a Salomone structi, collegerat ; qui sese parvum et humilem, moderatique animi, ac affecta vere panperem exhibebat. Ideo subjunctus est præsens psalmus, beatum prædicans eum qui super hujusmodi pauperem

[16] Joan. XIII, 16. [17] II Cor. VIII, 9. [18] Philipp. II, 7. [19] Matth. XXV, 34, 35. [20] ibid. 40.

(1) *Ὅταν ποιεῖτε.* Vulg. ἐὰν ποιῆτε ; et mox pro μου. Vulg. μετ' ἐμοῦ, ut et interpres vertit. EDIT.

intelligit. Illud porro, *pauperem*, neque in Hebraico exemplari, neque apud reliquos interpretes fertur. Secundum quartum sensum dici possit, sermonem esse sententiosum et qui ad benignitatem et pauperum amorem cohortetur. Nam erga eos quoque qui vulgariori sensu pauperes dicuntur, misericordes esse decet, eisque erogare libenter, intelligentes scilicet Deum esse qui illos mendicare decrevit, et ad eam conditionem deduxit; atque una ipsos per pauperiem exercet, et eos qui rerum copia pollent, bonos propositi sui fructus per largitionem egenis factam præbere desiderat. Tentatur itaque per pauperem dives, num scilicet durus et immisericors, an humanus et misericors. Quamobrem inter divina præcepta, multa de pauperibus et egenis feruntur. Secundum quintam autem explicationem, alium pauperum ordinem reperias, qui a Salvatore beatus prædicatur, secundum illud : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum* [24]. Quibus verbis eos qui secundum Deum philosophantur, et propter divinam exercitationem pauperes agunt, qui erant ejus discipuli et apostoli, Salvator beatos prædicavit. *Beatus* igitur *qui intelligit super egenum*, super eum qui illo modo egenus et pauper est; nam bonæ illius ac felicissimæ intelligentiæ fructum accipiet, qui deinceps indicatur : *In die* enim *mala liberabit eum Dominus;* sive, secundum Symmachum, *in die afflictionis*. Nam si qua tentatio contingat, et in calamitatem ærumnamque incidat, quemadmodum ipse intellexit super egenum et pauperem, sic opportune res ejus intelliget Dominus, pari mensura illum metiens, qua ille mensus erat.

Dominus conservet eum et vivificet eum. Sed etiam custodiet eum et vivere faciet eum; aut, secundum Symmachum, *custodiet eum, et conservabit eum*. Tertium quoque ipsi conferet, *beatum faciet eum in terra;* aut, secundum Symmachum, *beatus prædicandus erit in terra*. Nam dum adhuc in hac terra versatur, beatitudinem a Deo consequetur, manentibus tamen eum cœlestibus bonis, secundum hæc promissis. His subjungit : *Et non tradat eum in manus inimicorum ejus*. Pro quo Symmachus ait : *Et non tradet eum in animas inimicorum*.

Sciendum autem est, illud, *Ego dixi : Domine, miserere mei*, a quibusdam ex Davidis persona dictum æstimari : nam sive in medio insertum putant, sive ad hunc usque versum quæ dicta a Davide sunt circumscribunt.

Vers. 10-14. *Etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem*. Secundum vero Symmachum, *Sed et homo qui mecum pacem habebat, cui confisus eram, qui una mecum panem meum edebat, extulit se me sequens;* aut secundum Aquilam, *mag-*

[24] Matth. v, 3.

A ἑαυτὸν καὶ ταπεινῶν, καὶ τῇ ψυχῇ μετριοφρονῶν, καὶ ἀληθῶς τῇ διαθέσει πτωχεύων· τούτου χάριν ἐπισυνῆπται ὁ παρὼν ψαλμὸς, μακαρίζων τοῦ συνιέντος ἐπὶ τὸν οὕτω πτωχόν. Τὸ δὲ, *πένητα*, οὔτε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, οὔτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς ἐμφέρεται. Καὶ κατὰ τετάρτην διάνοιαν εἴποι τις ἂν γνωμονικὸν εἶναι τὸν λόγον καὶ παραινετικὸν φιλανθρωπίας καὶ φιλοπτωχίας. Προσήκει γὰρ ἐπὶ τῶν κοινότερον λεγομένων πτωχῶν συμπαθητικοὺς εἶναι καὶ μεταδοτικοὺς, συνιέντας, ὡς ὁ κρίνων αὐτοὺς πτωχεύειν Θεὸς εἰς ταύτην αὐτοὺς ἤγαγε τὴν κατάστασιν· ὁμοῦ μὲν καὶ αὐτοὺς γυμνάζων διὰ τῆς πτωχείας, ὁμοῦ δὲ καὶ τοὺς ἐν περιουσίᾳ βίου καρποὺς τῆς ἑαυτῶν προαιρέσεως παρέχειν διὰ τῆς εἰς τοὺς ἐνδεεῖς κοινωνίας βεβουλημένος. Πειράζεται γοῦν ὁ πλούσιος
B διὰ τοῦ πένητος, εἴτε τις ἀνηλεὴς καὶ ἀσυμπάθητος, καὶ ἄσπλαγχνος εἴη, εἴτε φιλάνθρωπος καὶ ἐλεημονικός. Διὸ πολὺς ὁ περὶ τῶν πενήτων καὶ πτωχῶν λόγος ἐν τοῖς θείοις παραγγέλμασι. Καὶ κατὰ πέμπτην δὲ διάνοιαν ἄλλο τάγμα πτωχῶν εὕροις ἂν, τὸ ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος μακαριζόμενον κατὰ τό· *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*· ἐν οἷς τοὺς κατὰ Θεὸν φιλοσοφοῦντας, καὶ τὴν ἔνθεον ἄσκησιν πτωχεύοντας ὁ Σωτὴρ ἐμακάριζεν· οἳ ἦσαν οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι. *Μακάριος* οὖν *ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν*, ἐπὶ τὸν οὕτω πτωχὸν καὶ πένητα· τῆς ἀγαθῆς ταύτης καὶ τρισμακαρίας συνέσεως καρπὸν λήψεται τὸν ἐξῆς
C εἰρημένον· *Ἐν ἡμέρᾳ γὰρ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ Κύριος*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Ἐν ἡμέρᾳ κακώσεως*. Εἰ γὰρ γένοιτό τις πειρασμὸς, ἢ περιπέσοι ποτὲ συμφορᾷ καὶ περιστάσει, ὥσπερ αὐτὸς συνῆκεν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα, οὕτω καὶ αὐτοῦ εὐκαίρως συνήσει ὁ Κύριος, μετρῶν αὐτῷ τὸ ἴσον μέτρον ᾧ ἐμέτρησεν.

Κύριος φυλάξαι αὐτὸν καὶ ζήσαι αὐτόν. Ἀλλὰ καὶ φυλάξει αὐτὸν καὶ ζῆσαι ποιήσει αὐτόν· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Φυλάξει αὐτὸν, καὶ περισώσει αὐτόν*. Καὶ τρίτον δὲ αὐτῷ παρέξει, *μακαρίσει αὐτὸν ἐν τῇ γῇ*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Μακαριστὸς ἔσται ἐν τῇ γῇ*. Ὡς ἔτι γὰρ ἐν τῇ γῇ ταύτῃ τυγχάνει, τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ μακαριότητος τεύξεται, μενόντων αὐτὸν τῶν μετὰ ταῦτα ἐπηγγελμένων οὐρανίων ἀγαθῶν. Τούτοις ἐπιλέγει· *Καὶ μὴ παραδῷ αὐτὸν εἰς*
D *χεῖρας ἐχθρῶν αὐτοῦ*· ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχός φησι· *Καὶ οὐκ ἐκδώσει αὐτὸν εἰς ψυχὰς ἐχθρῶν*.

Ἰστέον δὲ, ὡς τὸ· *Ἐγὼ εἶπα, Κύριε, ἐλέησόν με*, τινὲς ἐκ προσώπου τοῦ Δαυὶδ εἰρῆσθαί φασιν· ἢ παρεμβεβλημένον ἐν τῷ μέσῳ, ἢ ἕως ἐκεῖ περιγράφοντες τὰ λεγόμενα ὑπ' αὐτοῦ.

Καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος τῆς εἰρήνης μου, ἐφ' ὃν ἤλπισα, ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερισμόν. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος ὃς εἰρήνευέ μοι*, φησὶν, *ᾧ ἐπεποίθειν, συνεσθίων μοι ἄρτον ἐμὸν, κατεμεγαλύνθη μου ἀκολουθῶν*· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· *Κατεμεγα-*

λύσθη μου πτέρνα. Τῆς δὲ τοῦ Σωτῆρος εἰρήνης ἦν ἄνθρωπος ὁ Ἰούδας, ἀκούσας καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν λοιπῶν μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος λέγοντος· *Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν.* Ἀλλὰ καί· *Ἐφ' ὃν ἤλπισα*, φησί· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *ἐπεποίθησα*, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *ἐπεποίθειν*· ἐπειδήπερ καὶ αὐτῷ ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις τῶν ἴσων μετεδίδου χαρισμάτων. Ἐπεποίθει δὲ ἐπ' αὐτῷ ὁ Σωτήρ, καὶ ἀγαθὰς εἶχεν ἐλπίδας ἐπ' αὐτῷ, διὰ τὸ καὶ ἐπ' αὐτῷ αὐτεξούσιον. Οὐ γὰρ ἦν φύσεως ἀδυνάτου σώζεσθαι ὁ Ἰούδας· ἀλλ' οἷός τε ἦν, θελήσας, ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις μαθητευθῆναι τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ καλὸς καὶ ἀγαθὸς μαθητὴς ἀποτελεῖσθαι· συνέστιος δὲ ὢν τῷ Διδασκάλῳ, οὐ τὸν κοινὸν ἄρτον αὐτῷ μόνον συνήσθιεν, ἀλλὰ καὶ τοῦ τῆς ψυχῆς θρεπτικοῦ μεταλαμβάνειν ἠξιοῦτο· περὶ οὗ ἔλεγεν ὁ Σωτήρ· *Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, καὶ ζωὴν διδοὺς τοῖς ἀνθρώποις.* Οὗτος οὖν ὁ τοσούτων ἠξιωμένος τὴν πτέρναν αὐτοῦ ὥσπερ λὰξ ἐντείνων κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπῆρε· διὸ λέλεκται· *Ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *πτερνισμόν*, παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα εἰρημένον, ἡ Ἑβραϊκὴ ἀνάγνωσις *πτέρναν* περιέχει. Οὕτως οὖν δουλεύσας τῷ Ἑβραϊκῷ ὁ Ἀκύλας ἐξέδωκεν. Ὅθεν καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, ὡς ἂν Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, τὸν Σωτῆρα, οὐ *πτερνισμόν*, ἀλλὰ καὶ *πτέρναν* ὠνομακέναι ἐμνημόνευσεν.

nificatus est contra me calcaneo. Erat porro Judas homo pacis Salvatoris, qui cum aliis discipulis hæc dicentem Salvatorem audierat: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*[22]. Sed, *in quo speravi*, ait; vel, secundum Aquilam, *confisus sum*; aut, ut Symmachus, *confisus eram*; quandoquidem ipsum paribus atque cæteros apostolos donis affecerat. Confidebat autem ei Salvator, et bonam de ipso spem habebat, quia in eo liberum arbitrium esset. Neque enim Judas ex hujusmodi natura erat quæ non posset salutem consequi; sed poterat, si quidem voluisset, ut et cæteri apostoli, a Filio Dei erudiri, ac bonus probusque discipulus effici. Nam cum Magistro contubernalis esset, non communem modo cum eo panem comedebat, sed illius etiam qui animam nutrit particeps erat: de quo dicebat Salvator: *Ego sum panis qui de cælo descendit, et qui dat vitam hominibus*[23]. Hic itaque tot ornatus beneficiis, calcaneum suum quasi calcitrando contra Salvatorem extulit; quare dictum est: *Magnificavit super me supplantationem.* Pro voce autem illa, *supplantationem*, a LXX Viris usurpata, Hebraica lectio, *calcaneum*, præfert. Eo itaque modo Aquila Hebraicæ litteræ serviens edidit. Quare Joannes evangelista, utpote Hebræus ex Hebræis ortus, Salvatorem, non *supplantationem*, sed *calcaneum* dixisse memorat.

Εἰς τό· *Ἐμοῦ διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου*· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ Σύμμαχον, *διὰ τὴν ἁπλότητα*· ἐπειδήπερ *ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγων τὸ στόμα*· καὶ, *Λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει· πάσχων οὐκ ἠπείλει*· τὴν ἄκραν δὲ ἀνεξικακίαν ἐνδεικνύμενος ἐν τῷ κατηγορεῖσθαι ἐσιώπα, ψευδομαρτυρούμενός τε οὐδὲν ἀπεκρίνατο· ἀλλὰ καὶ τὸν νῶτον αὐτοῦ δέδωκεν εἰς μάστιγας καὶ τὰς σιαγόνας εἰς ῥαπίσματα· τὸ δὲ πρόσωπον οὐκ ἀπέστρεψεν ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. Διό φησιν· *Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου, καὶ ἐβεβαίωσάς με ἐνώπιόν σου εἰς αἰῶνα.* Τούτοις πᾶσιν ἐπὶ τέλει τὸ προφητικὸν πνεῦμα εὐχαριστήριον φωνὴν ἀναπέμπει τῷ Θεῷ λέγον· *Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ εἰς τὸν αἰῶνα· γένοιτο, γένοιτο*· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *πεπιστωμένως, πεπιστωμένως*· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ἀμήν, ἀμήν*· ἔνθεν ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ διαλόγοις εἰς πίστωσιν τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων παραλαμβάνειν εἴωθε τό· *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν*· οὗ τὴν διάνοιαν σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Ἀκύλας εἰπών, *πεπιστωμένως, πεπιστωμένως.*

In illud vero: *Me propter innocentiam suscepisti*; sive, secundum Aquilam et Symmachum, *propter simplicitatem*, [hæc dicenda] quoniam, *sicut ovis ad jugulationem ductus est, et sicut agnus coram tondente sine voce, sic non aperuit os suum*[24], et: *Cum malediceretur, non remaledicebat; cum pateretur, non comminabatur*[25]: sed summa instructus patientia, cum accusaretur, tacebat, cum falsis testimoniis impeteretur, nihil respondit; sed etiam dorsum suum flagellis obtulit, et malas suas alapis, faciem vero suam non avertit a probro sputorum. Quapropter ait, *Me autem propter innocentiam suscepisti, et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.* In fine tandem eorum spiritus propheticus gratiarum actiones Deo emittit his verbis: *Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo et usque in sæculum, fiat, fiat;* aut, secundum Aquilam, *fideliter, fideliter;* sive, secundum Symmachum, *amen, amen.* Unde Servator in colloquiis, ad sermonis sui confirmationem id usurpare solebat: *Amen dico vobis.* Cujus sententiam apertius explicavit Aquila dicens, *fideliter, fideliter.*

Ἀλλὰ γὰρ διῃρημένης τῆς ὅλης βίβλου τῶν ψαλμῶν εἰς πέντε μέρη, τὸ πρῶτον μέρος ἐνταῦθα περιγράφεται, ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ τοῦ α' ψαλμοῦ, τελευτῶν δὲ εἰς τὸν μετὰ χεῖρας. Ὥρα δὴ οὖν μεταβῆναι ἐπὶ τὸ δεύτερον· ὅπερ ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ μα' ψαλμοῦ, συμπεραιοῦται δὲ εἰς τὸν οα'.

Universo quidem psalmorum libro in quinque partes diviso, prima pars huc desinit, quæ incipit a primo psalmo, et in præsenti terminatur. Restat ut secundam aggrediamur, quæ a quadragesimo primo incipit, et in septuagesimum primum desinit.

[22] Joan. XIV, 27. [23] Joan. VI, 51. [24] Isa. LIII, 7. [25] I Petr. II, 23.

1. IN FINEM, AD INTELLECTUM FILIIS CORE XLI.

Prima pars libri psalmorum quadraginta psalmos, qui omnes Davidis sunt, complectitur; hæc vero quam inimus, triginta et unum: quorum octo quidem filiorum Core, unus Asaph, Salomonis unus, reliqui Davidis. Eos autem qui filiorum Core sunt, utpote ordine primos, ad eorum intelligentiam jam expendemus. Nos filii Core inscriptionibus suis instigant, ut ne oscitanter horum lectione utamur. Præsens vero psalmus propheticum chorum tristem animoque de populi ex circumcisione lapsu mœrentem inducit, rogatque per Salvatoris opem erui ipsum et liberari a malis. Quod in fine sermonis his verbis assignat : *Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei et Deus meus.*

Neque psalmum, neque canticum, neque quidpiam simile inscriptio præfert, idque jure ac merito : quia ea quæ subjunguntur tristioribus dictis plena sunt, ideo *in finem* simpliciter inscriptio est. Nam cum res nondum exsisterent, sed futuræ essent, prædictiones tantum complectitur. Siquidem filii Core tempore Moysis in deserto fuerunt. Deinde vero cum pater eorum Core in Moysem seditionem concitasset, atque in familia sua periisset, contigit ut filii ejus non una cum patre interirent : et quia paternæ impietatis participes non fuerant, sed pœnitentiam et maximam erga Deum pietatem exhibebant, tanta apud Deum approbatione digni fuerunt, ut etiam prophetiæ gratia ornarentur. Ex eorum porro successione tempore Davidis alius Core exortus est, priori cognominis; et huic filii nati alii. Sive igitur hi postremi, sive priores alii, captivitatem populi quæ longo postea tempore accidit, ac Judæorum populi in omnes gentes dispersionem, hoc in psalmo vaticinantur. In sequentibus igitur aiunt : *Et qui oderunt nos diripuerunt eos. Dedisti nos tanquam oves escarum, et in gentibus dispersisti nos. Vendidisti populum tuum sine pretio, et posuisti nos opprobrium vicinis nostris* [16]. Non enim hæc ut tempore Davidis gesta historia narrat : ideo inscriptio *in finem* habet. Atque quia ex divina intelligentia hæc in futuro tempore gesta putare convenit, necessario dictum est, *ad intellectum*. Pro illo autem, *filiis Core*, Aquila pariter et Symmachus, *filiorum Core* interpretati sunt, docentes eorum esse prophetias, qui se Deum ipsum sitire, atque amore, desiderio et concupiscentia illius fontibus teneri fatebantur, de quo dictum est [17] : *Quoniam apud te est fons vitæ, in lumine tuo videbimus lumen.* Quapropter dicebant :

VERS. 2, 3. *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.* Cornutum animal est cervus, sed etiam pu-

[16] Psal. XLIII, 11-14. [17] Psal. XXXV, 10.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΕΙΣ ΣΥΝΕΣΙΝ ΤΟΙΣ ΥΙΟΙΣ ΚΟΡΕ ΜΑ'.

Τὸ μὲν πρῶτον μέρος τῆς τῶν ψαλμῶν βίβλου μ' ψαλμοὺς, καὶ πάντας τοῦ Δαυΐδ, περιεῖχε· τὸ δὲ μετὰ χεῖρας λα'· ὧν ὀκτὼ μέν εἰσι τῶν υἱῶν Κορὲ, εἷς δὲ τοῦ Ἀσάφ, καὶ Σολομῶνος εἷς· οἱ δὲ λοιποὶ τοῦ Δαυΐδ. Πρώτους δὲ τούτων ὄντας, τοὺς τῶν υἱῶν Κορὲ, διασκεψώμεθα, ἐπὶ τὸ συνιέναι τὰ λεγόμενα. Παρορμῶσιν ἡμᾶς οἱ υἱοὶ Κορὲ διὰ τῶν προγραφῶν πρὸς τὸ μὴ παρέργως χρήσασθαι τῇ τῶν λεγομένων ἐντεύξει. Εἰσάγει δὲ ὁ παρὼν ψαλμὸς τὸν προφητικὸν χορὸν περίλυπον καὶ σκυθρωπὸν τὴν ψυχὴν ἐπὶ τῇ τοῦ λαοῦ τοῦ ἐκ περιτομῆς ἐκπτώσει· καὶ ἐξαιτεῖ τε λύτρωσιν καὶ κακῶν ἐλευθερίαν διὰ τῆς σωτηρίου βοηθείας. Ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τέλει τοῦ λόγου ἐπισφραγίζεται B εἰπών· *Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ· σωτήριον τοῦ προσώπου μου καὶ ὁ Θεός μου.*

Οὔτε ψαλμὸν, οὔτε ᾠδὴν, οὔτε τι τῶν τοιούτων ἡ προσγραφὴ περιέχει· καὶ εἰκότως. Ἐπειδήπερ σκυθρωποτέρων λόγων πεπλήρωται τὰ ἐξῆς ἐπιλεγόμενα, διὰ ταῦτα ἁπλῶς *εἰς τὸ τέλος* ἐπιγέγραπται. Μὴ γὰρ ὑφεστώτων πραγμάτων, μελλόντων δέ ποτε ἔσεσθαι, προρρήσεις περιέχει. Γεγόνασι μὲν γὰρ οἱ υἱοὶ Κορὲ ἐπὶ τῆς ἐρήμου κατὰ τοὺς χρόνους Μωϋσέως. Εἶτα τοῦ πατρὸς αὐτῶν τοῦ Κορὲ καταστασιάσαντος Μωϋσέως, καὶ ἀπολομένου τῇ αὐτοῦ φρατρίᾳ, τοὺς τούτου παῖδας συνέβη μὴ συναπολέσαι τῷ πατρί· διὰ τὸ μὴ κεκοινωκέναι αὐτοὺς τῇ τοῦ πατρὸς δυσσεβείᾳ, μετάνοιαν δὲ ἐνδειξαμένους καὶ πλείστην περὶ C τὸν Θεὸν εὐλάβειαν, τοσαύτης ἀποδοχῆς ἠξιωκέναι παρὰ τῷ Θεῷ, ὡς καὶ προφητικοῦ χαρίσματος μετασχεῖν. Ἐκ δὲ τῆς τούτων διαδοχῆς κατὰ τοὺς χρόνους Δαυΐδ γίνεται ἕτερος Κορὲ, ὁμώνυμος τῷ προτέρῳ, καὶ τούτου ἕτεροι παῖδες. Εἴτ' οὖν οὗτοι, εἴτε οἱ πρότεροι, τὴν μακρὰν ὕστερον γενομένην αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ καὶ τὴν εἰς πάντα τὰ ἔθνη τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους διασπορὰν θεσπίζουσι διὰ τὸν μετὰ χεῖρας. Προϊόντες γοῦν φασι· *Καὶ οἱ μισοῦντες ἡμᾶς διήρπαζον αὐτούς. Ἔδωκας ἡμᾶς ὡς πρόβατα βρώσεως, καὶ ἐν τοῖς ἔθνεσι διέσπειρας ἡμᾶς. Ἀπέδου τὸν λαόν σου ἄνευ τιμῆς· καὶ ἔθου ἡμᾶς ὄνειδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν.* Οὐ γὰρ ἐπὶ τοῦ Δαυΐδ ταῦτα ἡ ἱστορία γεγενῆσθαι περιέχει· διὰ τοῦτο προ- D γέγραπται *εἰς τὸ τέλος*. Καὶ ἐπὶ θείᾳ δὴ συνέσεως τῷ μέλλοντι ταῦτα νοεῖν ἀναγκαίως εἴρηται, *εἰς σύνεσιν*. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *τοῖς υἱοῖς Κορὲ*, συμφώνως ὁ Ἀκύλας καὶ ὁ Σύμμαχος, *τῶν υἱῶν Κορὲ*, ἡρμήνευσαν, διδάσκοντες αὐτῶν εἶναι τὰς προφητείας· οἳ διψῇν ὡμολόγουν αὐτὸν τὸν Θεὸν, πόθον τε καὶ ἵμερον, καὶ ἐπιθυμίαν ἔχειν τῆς παρ' αὐτῷ πηγῆς, περὶ ἧς εἴρηται· *Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς.* Διὸ ἔλεγον·

Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ, ὁ Θεός. Κερασφόρον ζῶον ἡ ἔλαφος· ἀλλὰ

καὶ καθαρὸν κατὰ τὸν νόμον, ἤδη δὲ καὶ ὀφιοκτόνον, καὶ πάντων ἑρπετῶν ἀναιρετικὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν τὰς ἐρήμους μεταδιωκόντων. Τοιοῦτος δὲ ἦν ὁ προφητικὸς χορὸς, φιλέρημος καὶ ἀνακεχωρηκώς. Ἐν ἐρημίαις γοῦν καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις πεποιῆσθαι λέγονται τὰς διατριβάς· ἀλλὰ καὶ πάσης ἐτύγχανον ἀντικειμένης δυνάμεως, καὶ παντὸς τοῦ κατὰ διάνοιαν ἑρπετοῦ ἀναιρετικοὶ, ὡς ἂν ἔχοντες καὶ αὐτοὶ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Κερασφόροι δὲ ὑπῆρχον, ὡς λέγειν δύνασθαι· *Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν.* Ἀλλὰ καὶ καθαροὶ τὴν ψυχὴν ἐτύγχανον, εἰ καί τινες ἄλλοι· διὸ ἐλάφῳ παρεβάλλοντο. Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ νυμφίος ἐν Ἄσματι ᾀσμάτων νεβρῷ ἐλάφῳ ἀφωμοίωτο, καὶ ἐν τῷ Ἰὼβ δὲ εἴρηται· *Ἐφύλαξας δὲ μῆνας ἐλάφων ὠδῖνάς τε· αὐτοὺς ἐξαποστελεῖς.* Τοιαύτας δὲ λογικὰς ἐλάφους ὁ Κύριος καταρτίζεσθαι λέγεται ἐν κη' ψαλμῷ, φάσκοντι· *Φωνὴ Κυρίου καταρτιζομένη ἐλάφους.*

Αὗται τοίνυν αἱ ἔλαφοι, τῆς πηγῆς διαλειπούσης αὐτὰς διὰ τὰς ἀνομίας τοῦ λαοῦ, καὶ ἀποστραφέντος τοῦ Θεοῦ, καθ' ἑαυτὰς ἀπεκλαίοντο, καὶ τοῖς ἑαυτῶν δάκρυσιν ἐχρῶντο τροφῇ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας τὴν ἀπώλειαν τοῦ λαοῦ ἀποθρηνοῦσαι· ὡμολόγουν τε διψῆν οὐ τοῖς σώμασι καὶ ταῖς σαρξὶ τὰς τούτῳ φίλας ἡδονὰς, ἀλλ' αὐτὴ ἡ ψυχὴ ποθεῖν καὶ ἱμείρεσθαι κατὰ τὸν Σύμμαχον τῆς *πρὸς τὸν Θεὸν πορείας.* Διὸ ἔλεγον· *Οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ, ὁ Θεός·* καὶ πάλιν· *Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα.* Ζῆν γὰρ τὸν Κύριον κατὰ τὸ εἰρημένον, *Ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν·* καὶ μόνον ζωὴν ἔχειν παρ' ἑαυτῷ, κατὰ τό· *Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς, ἤδεσαν.* Καὶ τοῦτό γε τὸ ζῶν ὕδωρ, ὕστερόν ποτε ἐπιστᾶσα (1) κατὰ τὰς τῶν προφητῶν εὐχὰς ἡ πηγὴ, αὐτὸς ὁ Σωτὴρ παρέχειν ἀνθρώποις ἐδίδασκεν, ὧδέ πη λέγων· *Ὃς ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ζῶντος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.* Καὶ πάλιν· *Εἴ τις διψᾷ ἐρχέσθω πρὸς μὲ, καὶ πινέτω. Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ Γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος.* Τούτου δὴ οὖν τοῦ πόματος ὁ προφητικὸς χορὸς διψῶν ἔλεγεν· *Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα,* καὶ, *Πότε ἥξω, καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ;* Ὁρῶντες γὰρ ἑαυτοὺς μακρὰν ὑπάρχοντας τῆς πρόσωπον πρὸς πρόσωπον θέας τοῦ Θεοῦ, ταῦτα ἔλεγον. Ἀλλὰ καὶ συναισθόμενοι, ὡς ἀπέστραπτο τὸν λαὸν τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον, οὐκέτ' αὐτοὺς ἐπισκοπεῖ ἡ πάντοτε πρόνοιαν αὐτῶν ποιουμένη δύναμις, ἀπεθρήνουν μὲν τὴν ἐπὶ γῆς διατριβὴν, εὐχὴν δ' ἐτίθεντο παραστῆναί ποτε τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ· διὸ ἔλεγον· *Πότε ἥξω, καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ;* Πολλῆς δὲ γέμοντες παῤῥησίας καὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς τοιαύταις ἐχρῶντο φωναῖς. Ὡς γὰρ ὅλοι διόλου τὰς ψυχὰς ὑγιεῖς καὶ παντὸς-μώ-

rum secundum legem, serpentibus mortiferum, omnique reptili exitiosum, atque ex eorum genere quæ solitudines frequentare solent. Talis erat propheticus chorus, amans solitudinis ac secessus. In desertis itaque, montibus et specubus versati esse feruntur; imo etiam omni adversariæ potestati, omnique spirituali reptili exitiosi erant, utpote qui potestatem et ipsi haberent calcandi serpentes et scorpiones, et omnem virtutem inimici: cornuti quoque erant, ut dicere possent: *In te inimicos nostros ventilabimus cornu* [28]. Imo etiam puri animo quantum quipiam alii; quamobrem cervo comparabantur. Siquidem et ipse sponsus in Cantico canticorum hinnulo cervo comparatur [29]. In libro Job quoque dicitur: *Observasti menses cervorum, et partus: ipsos dimittes* [30]. Hujusmodi rationabiles cervos præparare Dominus dicitur in vicesimo octavo psalmo, sic ferente: *Vox Domini præparans cervos* [31].

Hi itaque cervi, fonte propter iniquitates populi et aversionem Dei deficiente, apud seipsos flebant, et lacrymis suis pro cibo usi, nocte dieque perniciem populi lugebant, ac confitebantur se sitire, non corpore quidem et carne, voluptates ipsis congruentes; sed ipsa anima secundum Symmachum, *progressus ad Deum* desiderio ac cupidine teneri dicitur. Quare dicebant, *ita desiderat anima mea ad te, Deus;* ac rursum: *Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum.* Vivere quippe Dominum noverant secundum illud: *Solus habens immortalitatem* [32]; ac solum penes se vitam habere secundum illud: *Quoniam apud te est fons vitæ* [33]. Atque hæc est aqua viva. Postmodum autem fons ille pro votis ac precibus prophetarum emanavit: ipse namque Servator hominibus se præbiturum esse docuit his verbis. *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ vivæ salientis in vitam æternam* [34]; et rursum: *Si quis sitit, veniat ad me et bibat. Qui credit in me, sicut dixit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ* [35]. Propheticus itaque chorus hoc potionis genus sitiens dicebat, *sitivit anima mea ad Deum fortem vivum;* et, *quando veniam et apparebo ante faciem Dei?* Cum se namque a contemplatione illa Dei facie ad faciem procul positos cernerent, hæc proferebant. Sed etiam advertentes aversum esse Dei vultum a populo, neque ulterius illam providentiæ vim ipsi prospicere, lugebant sane de sua in terris commoratione, precesque fundebant ut aliquando vultui Dei sisterentur: quamobrem dicebant: *Quando veniam et apparebo ante faciem Dei?* Cum autem fiducia et conscientia bona pleni essent, hujusmodi vocibus utebantur. Nam utpote anima prorsus sana præditi, atque omni culpa, labe ac fœditate purgati, vultui Dei sisti rogabant. Peccator vero talem vultum refugit,

[28] Psal. XLVII 6. [29] Cant. II, 9, 17. [30] Iob XXXIX, 1. [31] Psal. XXVIII, 9. [32] I Tim. VI, 16. [33] Psal. XXXV, 10. [34] Joan. IV, 13, 14. [35] Joan. VII, 37, 38.

(1) Forte ἐπιστάξασα.

ac oratione et supplicatione sua abnuit dicens : *Averte faciem tuam a peccatis meis* [36].

γει τὸ πρόσωπον, καὶ παραιτεῖται δι' εὐχῆς καὶ ἱκετηρίας λέγων· *Ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου.*

Cum terrena omnia aversaretur, ab humanisque omnibus voluptatibus abhorreret, solo pane pro necessitate, eoque lacrymis admisto utens, ita fatur :

Vers. 4-8. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte.* Propheticus autem chorus, cum vultum Dei cerneret ab universo populo aversum, multorumque perniciem, suam esse calamitatem ratus, luctum pro omnibus suscipiebat : atque illi homines Dei in tantum afflictionis cumulum devenerunt, ut propriis lacrymis alerentur, ac die noctuque, vel ipsum panem sumere abnuentes, uni fletui vacarent. Hæc porro tum maxime agebant, hæcque patiebantur, cum populum, ac præsertim impios cum illo versantes, hæc dicentes audirent : *Ubi est Deus tuus?* Neque enim inimici et adversarii erant qui hæc quotidie dicerent, sed ut verisimile est, infideles e populo, qui prophetas quasi frustra Deum colentes et incassum laborantes coarguebant ac dicebant eis : *Ubi est Deus tuus?* Quæ cum ipsi a fratribus, consanguineis et familiaribus audirent, luctum augebant suum : quare aiunt : *Hæc recordatus sum, et effudi in me animam meam.* Neque enim perturbationem meam extrinsecus protuli ; sed intus in anima mea dolorem occultabam in meipso confusus. Simile quid passus Apostolus dicebat : *Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus* [37]. Sic itaque nunc etiam *effudi in me animam meam*, inquiunt. Perfecti autem viri est talia effari posse.

Cum ii exprobrantes mihi dicerent : *Ubi est Deus tuus?* dolore pungebar animoque mœstus eram, perculsus impiorum verbis. Attamen in memetipso cogitationes continebam meas, ut ne effunderer exterius, neu mea in Deo reposita spe exciderem. Memoriam quippe paratum mihi finem repetebam, qua non ignorabam illud [38] : *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Quocirca cum probe nossem, *quoniam* post hanc tristitiam *transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei, in voce exsultationis et confessionis soni epulantis ; hæc recordatus sum :* neque spe mea excidit, sed intra meipsum *effudi animam meam.* Et quia talem sibi spem ascripserat, jure ac merito ipse sibi medelam admovet his verbis : *Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei et Deus meus :* nam ad fiduciam, præsentiumque ærumnarum tolerantiam sese cohortatur. Cum porro Symmachus ait : *Quoniam egrediar ad tabernaculum, bajulabor usque ad domum Dei, cum voce benedictionis et confessionis multitudinis concurrentium ad celebrita-*

μου καὶ σπίλου, καὶ μολυσμοῦ κεκαθαρμένοι, ὀφθῆναι ἠξίουν τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ ἁμαρτάνων φεύ-

Πάντα τὰ ἐπὶ γῆς ἀποστρεφόμενος, καὶ πᾶσαν τρυφὴν τὴν ἐν ἀνθρώποις βδελυττόμενος, μόνῳ δὲ ἄρτῳ ἐπάναγκες χρώμενος, καὶ τούτῳ μετὰ δακρύων, ἐρεῖ·

Ἐγενήθη τὰ δάκρυά μου ἄρτος μοι ἡμέρας καὶ νυκτός. Ὁ δὲ τῶν προφητῶν χορὸς, ἐπεὶ εὐρα τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ ἀποστραφὲν πάντα τὸν λαὸν, τὴν τῶν πολλῶν ἀπώλειαν ἑαυτοῦ εἶναι ζημίαν ἡγούμενος, τοὺς ὑπὲρ ἁπάντων ἀνεδέχετο θρήνους· εἰς τοσοῦτον δὲ ἐπέτεινον τὴν κακοπάθειαν οἱ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι, ὡς τοῖς δάκρυσιν ἑαυτῶν τρέφεσθαι καὶ διὰ πάσης ἡμέρας καὶ νυκτὸς παραιτεῖσθαι μὲν καὶ αὐτὸν τὸν ἄρτον, μόνῳ δὲ τῷ κλαυθμῷ σχολάζειν. Μάλιστα δὲ ταῦτ' ἔπραττον καὶ ταῦτ' ἔπασχον, ἀκούοντες αὐτοῦ τοῦ λαοῦ, μᾶλλον δὲ τῶν ἀσεβῶν τῶν ἐν αὐτῷ λεγόντων· *Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου;* Οὐ γὰρ δήπου οἱ ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ταῦτα αὐτοῖς ἔλεγον· ἀλλ' εἰκὸς τοὺς ἐν τῷ ἔθνει ἀπίστους ὡς μάτην θεοσεβοῦντας καὶ εἰκῇ μοχθοῦντας τοὺς προφήτας καταμέμφεσθαι καὶ λέγειν αὐτοῖς· *Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου;* Ἃ δὴ παρὰ τῶν ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν, καὶ γνωρίμων ἀκούοντες, τὰ τοῦ πένθους ἐπέτεινον· διό φασι· *Ταῦτα ἐμνήσθην, καὶ ἐξέχεα ἐπ' ἐμὲ τὴν ψυχήν μου.* Οὐ γὰρ ἔξω τὴν ἐμαυτοῦ ταραχὴν ἐνέφαινον, ἀλλ' ἔνδον ἐν τῇ ἐμαυτοῦ ψυχῇ κρύπτων τὴν ἐμὴν ἀλγηδόνα καὶ παρ' ἐμαυτῷ συγχεόμενος. Τοιοῦτον δέ τι πεπονθὼς ὁ Ἀπόστολος ἔλεγεν· *Ἀλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν.* Οὕτως οὖν καὶ νῦν, *Ἐξέχεα ἐπ' ἐμὲ τὴν ψυχήν μου*, φασί. Τελείου δ' ἐστὶ τὸ δύνασθαι τοῦτο λέγειν.

Λεγόντων μοι, φησὶ, τῶν ὀνειδιζόντων με· *Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου;* ἐδακνόμην μὲν τῇ λύπῃ καὶ ὑπερήλγουν τὴν ψυχὴν πληττόμενος ὑπὸ τῶν λόγων τῶν ἀσεβῶν. Ὅμως δ' οὖν ἐν ἐμαυτῷ συνεῖχον τοὺς ἐμαυτοῦ λογισμοὺς, πρὸς τὸ μὴ προχυθῆναι καὶ τῆς προκειμένης μοι τοῦ Θεοῦ ἐκπεσεῖν ἐλπίδος. Ἀνέφερον γὰρ τῇ μνήμῃ τὸ περιμένον με τέλος· ἐπεὶ μὴ ἠγνόουν, ὅτι *Μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι παρακληθήσονται.* Διὸ δὴ ἀκριβῶς ἐπιστάμενος, *ὅτι* μετὰ τὰ σκυθρωπὰ *διελεύσομαι ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως ἦχου ἑορτάζοντος, ταῦτα ἐμνήσθην·* καὶ οὐκ ἐξέπιπτον τῆς ἐλπίδος, ἀλλ' εἴσωπερ ἐμαυτῷ *ἐξέχεα τὴν ψυχήν μου.* Καὶ ἐπειδὴ τοιαύτας ὑπέγραφεν ἑαυτῷ ἐλπίδας, εἰκότως αὐτὸς ἑαυτὸν θεραπεύει καὶ λέγει· *Ἵνα τί περίλυπος εἶ, ἡ ψυχή μου, καὶ ἵνα τί συνταράσσεις με; Ἔλπισον ἐπὶ Θεὸν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ σωτήριον τοῦ προσώπου μου καὶ ὁ Θεός μου·* θαρσεῖ γὰρ ἑαυτῷ καὶ τὰ παρόντα λυπηρὰ γενναίως φέρειν παρεκελεύετο. Λέγων δὲ ὁ Σύμμαχος, *Ὅτι ἐξελεύσομαι εἰς τὴν σκηνὴν, διαβαστα-*

[36] Psal. L, 11. [37] II Cor. I, 9. [38] Matth. V, 4.

χθήσομαι ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, μετὰ φωνῆς εὐφημίας καὶ ἐξομολογήσεως πλήθους πανηγυριζόντων· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, Αἰνέσεως καὶ εὐχαριστίας ὄχλου ἑορτάζοντος· παρίστη ὁποῖον ἔσται τὸ τέλος τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ πᾶν τὸ ἐπιὸν γενναίως ὑπομενόντων. Διαδέξεται γὰρ τούτους τὸ τρισμακάριον τέλος, ἡ θαυμαστὴ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ ἐνδοτάτω αὐτῆς οἶκος αὐτοῦ, ἐν ᾧ οἱ ἄξιοι διαβασταζόμενοι, καὶ μετέωροι ὑπὸ ἀγγελικῶν δυνάμεων αἰρόμενοι εἰσαχθήσονται. Ἃ δὴ καὶ ὁ Ἀπόστολος εἰδὼς ἔλεγεν· Ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα.

tem; vel secundum Aquilam : *Laudis et gratiarum actionis turbæ festum celebrantis;* declarat qui finis eorum futurus sit, qui in hac vita casus omnes strenue sustinuerint. Hos enim excipiet felicissimus finis, videlicet tabernaculum illud Dei admirandum, et quæ in intimis ejus partibus posita est domus Dei, in quam sancti homines deferentur, ac sublimes ab angelicis virtutibus elati intromittentur. Quorum gnarus Apostolus ita loquebatur : *Rapiemur in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Domino erimus* [39].

Σκηνὴν δὲ θαυμαστὴν τοῦ Θεοῦ ὀνομάζει πρὸς ἀντιδιαστολὴν ἑτέρας οὐ θαυμαστῆς, ὁποία ἦν ἡ ἐπὶ Μωϋσέως ἐπὶ γῆς κατεσκευασμένη. Θαυμαστὴν δὲ ἀληθῶς σκηνὴν νοήσεις, ἣν οἱ μακάριοι τοῦ Θεοῦ ἐν ἐλπίσιν ἐτίθεντο. Αὕτη δὲ ἦν ἡ ἐπουράνιος, ἧς τύπους κατεσκεύαζε Μωϋσῆς ἐπὶ τῆς ἐρήμου. Περὶ ἧς θαυμαστῆς σκηνῆς καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος διδάσκων ἔλεγεν· Τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλοσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τῶν ἁγίων λειτουργὸς καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, οὐκ ἄνθρωπος· οἷς ἐπιλέγει ἑξῆς· Οἵτινες ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων, καθὼς κεχρημάτισται Μωϋσῆς μέλλων ἐπιτελεῖν τὴν σκηνήν. Ὅρα, γάρ φησι, ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰκόνες ἦσαν καὶ σύμβολα τῶν ἐπουρανίων· Χριστὸς δέ, παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ χειροποιήτου, τουτέστιν οὐ ταύτης τῆς κτίσεως, οὐδὲ δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος. Εἰ δὲ χαρὰ γίνεται ἐν τοῖς οὐρανοῖς τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, εἰκότως, θεοφιλοῦς ψυχῆς μετὰ τὸν αὐτάρκη καὶ τὸν παρόντα βίον διὰ γυμνασίαν καταξιουμένης τῆς εἰς τὰ ἅγια τὰ ἐπουράνια εἰσόδου, φωνὴ γίνεται εὐφημίας πλήθους πανηγυριζόντων καὶ εὐχαριστούντων ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τοῦ σωζομένου. Ἃ δὴ πεπεισμένος εἶναι ἀληθῆ ὁ τούτοις μαθητευθείς, εἰκότως πρὸς ἑαυτὸν φάσκει· Ἵνα τί περίλυπος εἶ, ἡ ψυχή μου, καὶ ἵνα τί συνταράσσεις με; Ἡ κατὰ τὸν Σύμμαχον· Τί καταθάμπτῃ, ἡ ψυχή μου, καὶ τί θορυβῇ κατ' ἐμοῦ; Ἀνάμεινον τὸν Θεόν, ὅτι διηνεκῶς ἐξομολογήσομαι αὐτῷ τὰς σωτηρίας τοῦ προσώπου αὐτοῦ· ἢ, ταῖς σωτηρίαις τοῦ προσώπου αὐτοῦ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν. Γενόμενος γὰρ ὅσον οὐδέπω ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὑπὸ ἀγγέλων ἁγίων διαβασταχθεὶς διὰ τὸ ὕψος καὶ τὸ ἔπαρμα αὐτῆς τὸ ἐπουράνιον, παραστήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ τεύξομαι τῆς θέας τοῦ σωτηρίου αὐτοῦ· τούτων ἀξιωθείς, κατὰ καιρὸν ἀναπέμψω τὴν ἐξομολόγησιν καὶ τὴν ὀφειλομένην εὐχαριστίαν αὐτῷ.

Tabernaculum autem Dei mirabile vocat, ad differentiam alterius quod sane mirabile non est : quale erat illud tempore Moysis in terra constructum. Mirabile autem revera tabernaculum intelligas, quod beati Dei in spem sibi constituerunt. Hoc autem cœleste illud erat, cujus figuram Moyses in deserto adornavit. De quo admirabili tabernaculo hæc tradidit divinus Apostolus : *Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera throni magnitudinis in cœlis, sanctorum minister et tabernaculi veri quod fixit Dominus, et non homo* [40]; quibus deinde subjungit : *Qui exemplari et umbræ deserviunt cœlestium, sicut responsum est Moysi cum consummare vellet tabernaculum : Vide*, inquit, *omnia facito secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte* [41]. Sed hæc quidem imagines erant et symbola cœlestium. *Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum, id est non hujus creationis; neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa* [42]. Quod si *gaudium est in cœlis* angelis Dei, *de uno peccatore pœnitentiam agente* [43], merito sane cum religiosa anima, post peractum hujus vitæ cursum, ingressu in sancta illa cœlestia exercitationis suæ causa donatur, vox benedictionis datur a multitudine celebritatem et gratiarum actionem agente pro parta ipsi salute. Quæ cum vera esse persuasum habeat qui talibus institutus disciplinis est, jure semetipsum ita alloquitur : *Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me?* Sive, secundum Symmachum : *Quare defatigaris, anima mea, et quare turbas excitas contra me? Exspecta Deum, quoniam assidue confitebor ei, salutes vultus ejus;* aut, *salutibus vultus ejus*, ut habet Aquila. Nam cum jam pene ad tabernaculum Dei pervenerim, atque ob celsitudinem et sublimitatem ejus cœlestem a sanctis angelis hajulatus sim, vultui Dei sistar, et contemplatione salutaris ejus, his dignatus, perfruar, quo tempore confessionem debitamque gratiarum actionem emittam.

[39] I Thess. IV, 16. [40] Hebr. VIII, 1, 2. [41] ibid. 5. [42] Hebr. IX, 11, 12. [43] Luc XV, 7

Hæc quidem jam memorata in spe mihi reposita sunt. Sed hactenus multis me conturbantibus, non sic tamen commotus sum ut exciderem, et manifesta res conturbantibus evaderet. At, quemadmodum superius, *effudi in me animam meam*; secundum vero Symmachum, *in me*, inquit, *anima mea liquefit, quando recordor tui, a terra Jordanis, et ab Hermoniim, monte minimo. Abyssus abysso occurrit a sonitu scaturiginum tuarum.* Isthæc porro hoc mihi videntur sensu accipienda: Post Moysis mortem cum Jesus populum in terram promissionis introduxisset, sacerdotes arcam humeris gestantes in Jordanem ingressi sunt. Jordanis autem, ut ait Scriptura [a], *replebatur omnino in ripa sua, quasi in diebus messis frumenti. Et steterunt sursum aquæ descendentes concretione una. Quæ autem inferius fluebat, descendit in mare salsum. Et omnes filii Israel transierunt per siccum in medio Jordanis*, inferiore alveo in mare salsum defluente; superiore autem mirabiliter divinaque virtute cohibito atque retro fluente. Et vero fluxus illi Jordanis superiores ex parte fontium, cum exitum non haberent, attollebantur, et cumulo uno erigebantur aquæ affatim confluentes, quod exitus esset interclusus. Tunc utique abyssus abysso occurrebat, repressis et in fastigium evectis aquis. Hujus itaque providentiæ gratiam tunc populo collatam memoria repetens, merito inpræsentiarum animo liquefio, quod nulla hujusmodi Dei providentia nobis concedatur. Illi namque mirabiliter Jordanem transierunt, et montem ipsi vicinum Hermoniim nuncupatum, qui minimus exsistit. Mihi vero, qui hæc loquor, nihil hujusmodi concessum est, *sed omnia excelsa tua et fluctus tui super me transierunt*; aut secundum Symmachum, *omnes procellæ tuæ et fluctus tui super me transierunt*. Jure ergo *ad meipsum anima mea conturbata est*; aut, *in me anima mea liquefit, cum recordor tui de terra Jordanis*, secundum Symmachum, *et ab Hermoniim monte minimo*. In his quippe locis olim *abyssus abysso occurrebat a sonitu scaturiginum tuarum*, et aqua cohibita est, ne iis qui Jordanem transibant molestiam afferret. Atqui tunc quidem hæc acciderunt per providentiam ipsos curantem; at nunc *omnes procellæ tuæ et fluctus tui super me transierunt*, obruentes ac demergentes me, nemine cohibente. Cæterum hæc jure dicit chorus filiorum Core, prophetice postremam Judæorum abjectionem lugens, cujus calamitates in se recipiebat.

A Τὰ μὲν ἐν ἐλπίσιν ἀποκείμενά μοι ταῦτ' ἐστι τὰ λελεγμένα. Τέως δ' ἐπὶ τοῦ παρόντος πολλῶν με ταραττόντων, αὐτὸς οὐχ οὕτως ἐταραττόμην, ὡς ἐκπεσεῖν καὶ φανερῶς γενέσθαι τοῖς ταράττουσιν· ἀλλ' ὥσπερ ἀνωτέρω, *ἐξέχεα ἐπ' ἐμὲ τὴν ψυχήν μου*, οὕτω *καὶ ἐνταῦθα πρὸς ἐμαυτὸν ἡ ψυχή μου ἐταράχθη*. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Ἐπ' ἐμὲ*, φησὶν, *ἡ ψυχή μου κατατήκεται, ὅταν ἀναμιμνήσκωμαί σου ἀπὸ γῆς Ἰορδάνου καὶ ἀπὸ Ἑρμωνιείμ, ὄρους μικροτάτου. Ἄβυσσος ἀβύσσῳ ἀπαντᾷ ἀπὸ ἤχου τῶν κρουνῶν σου.* Δοκεῖ δέ μοι ἡ τῶν εἰρημένων διάνοια τοῦτον ἔχειν τὸν νοῦν· Μετὰ τὴν Μωϋσέως τελευτὴν, Ἰησοῦ τὸν λαὸν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσαγαγόντος, ὡς οἱ ἱερεῖς ἐπέβησαν τῷ Ἰορδάνῃ τὴν κιβωτὸν ἐπ' ὤμων φέροντες. Ὁ δὲ Ἰορδάνης, ὥς φησιν ἡ B Γραφὴ, *ἐπληροῦτο καθόλου τὴν κρηπῖδα αὐτοῦ, ὡσεὶ ἡμέραι θερισμοῦ πυρῶν. Καὶ ἔστη τὰ ὕδατα καταβαίνοντα ἄνωθεν πῆγμα ἕν. Τὸ δὲ καταβαῖνον κατέβη εἰς τὴν θάλασσαν τῶν ἁλῶν. Καὶ πάντες οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ διέβησαν διὰ ξηρᾶς ἐν μέσῳ τοῦ Ἰορδάνου*, τοῦ μὲν κάτω φερομένου ῥεύματος χωροῦντος εἰς τὴν θάλασσαν τὴν ἁλυκήν· τοῦ δὲ ἄνωθεν κατιόντος παραδόξως Θεοῦ δυνάμει ἀναστελλομένου καὶ εἰς τοὐπίσω χωροῦντος. Καὶ δὴ τὰ ἀπὸ τῶν πηγῶν ἄνωθεν προχεόμενα τοῦ Ἰορδάνου ῥεύματα, μὴ ἔχοντα διέξοδον, ἐκυρτοῦτο, καὶ σωρὸς εἷς ἐγένετο ἐπαιρομένων κατ' ἀλλήλων τῶν ὑδάτων, διὰ τὸ ἀποκεκλεῖσθαι αὐτοῖς τὴν διέξοδον. Τότε δὴ ἄβυσσος ἀβύσσῳ ἀπήντα, ἀναστελλομένων τῶν ὑδάτων καὶ C κορυφουμένων. Ἀναπολῶν οὖν τῇ μνήμῃ τῆς τότε γενομένης τῷ λαῷ ἐπισκοπῆς τὴν χάριν, εἰκότως ἐπὶ τοῦ παρόντος τὴν ψυχὴν κατατήκομαι, μηδεμιᾶς τοιαύτης καὶ ἐφ' ἡμῶν γιγνομένης Θεοῦ προνοίας. Οἱ μὲν γὰρ παραδόξως τὸν Ἰορδάνην διῆλθον καὶ τὸ ὄρος τὸ πρὸς αὐτὸ, Ἑρμωνιείμ ὀνομαζόμενον, μικρότατον τυγχάνον· ἐπ' ἐμοῦ δὲ τοῦ ταῦτα λέγοντος τοιοῦτον μὲν οὐδὲν πέπρακται· *Πάντες δὲ οἱ μετεωρισμοί σου καὶ τὰ κύματά σου ἐπ' ἐμὲ διῆλθον*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Πᾶσαι αἱ καταιγίδες σου καὶ τὰ κύματά σου ἐπάνω μου παρῆλθον.* Εἰκότως οὖν *πρὸς ἐμαυτὸν ἡ ψυχή μου ἐταράχθη*· ἢ, *Ἐπ' ἐμὲ ἡ ψυχή μου κατατήκεται, ὅταν ἀναμιμνήσκωμαί σου ἀπὸ γῆς Ἰορδάνου*, κατὰ τὸν Σύμμαχον, *καὶ* D *ἀπὸ Ἑρμωνιείμ, ὄρους μικροτάτου.* Ἐν γὰρ τούτοις τοῖς χωρίοις πάλαι ποτὲ *ἄβυσσος ἀβύσσῳ ἀπήντα ἀπὸ ἤχου τῶν κρουνῶν σου*, ἀναστελλομένου τοῦ ὕδατος εἰς τὸ μὴ διοχλῆσαι τοὺς τὸν Ἰορδάνην παριόντας. Ἀλλὰ τότε μὲν ταῦτα διὰ τὴν ἐπισκοποῦσαν τοὺς τότε πρόνοιαν· νυνὶ δὲ *πᾶσαι αἱ καταιγίδες σου καὶ τὰ κύματά σου ἐπάνω μου παρῆλθον*, κατακλύζοντά με καὶ καταποντοῦντα, μηδενὸς ἀναστέλλοντος. Λέγει δὲ ταῦτα εἰκότως ὁ χορὸς τῶν υἱῶν Κορὲ, προφητικῶς ἀποκλαιόμενοι τὴν ἐσχάτην ἀποβολὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους οὗ, πάθη εἰς ἑαυτὸν ἀνελάμβανεν.

Vers. 9, 10. *In die mandabit Dominus misericordiam suam, et nocte canticum ejus.* Etiamsi, inquit, omnes procellæ tuæ et fluctus tui super me transierint; at bene novi et persuasum plane habeo, nullum tempus esse quo non misereatis: nam

Ἡμέρας ἐντελεῖται Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ νυκτὸς τὴν ᾠδὴν αὐτοῦ. Εἰ καὶ πᾶσαι, φησὶν, αἱ καταιγίδες σου καὶ τὰ κύματά σου ἐπάνω μου παρῆλθον, ἀλλ' εὖ οἶδα καὶ πέπεισμαι ἀκριβῶς, ὅτι οὐκ ἔστι καιρὸς ἐν ᾧ οὐκ ἐλεεῖς· *Θεὸς* γὰρ *ἐλεήμων*

[a] Josue [illegible], 16.

εἶ, καὶ ἐλεήμων καὶ μακρόθυμος. Διὸ ἐμαυτὸν θεραπεύων ἀγαθαῖς ἐλπίσιν, εἰδὼς, ὅτι *καθημέραν τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐντελεῖται* ὁ Θεὸς, τὰς νύκτας τῇ ᾠδῇ αὐτοῦ σχολάζων διατελῶ. Μεθ' ἡμέραν μὲν γὰρ τὰς τῶν ἀνθρώπων ὁρῶν πράξεις καὶ τὰς κυκλούσας ἡμᾶς συμφορὰς, τούς τε μετεωρισμούς σου καὶ τὰ κύματά σου, πρὸς ἐμαυτὸν ἀποδύρομαι· τῶν δὲ δι' ἡμέρας με θορυβούντων σχολάσας διὰ τῆς νυκτὸς, ἀναπεμπάζομαι τὰ ἐλέη τοῦ Κυρίου· ἀναμιμνησκόμενός τε ὅπως καθ' ἡμέραν τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐντέλλεται, ᾄσματα αὐτῷ καὶ ᾠδὰς ἀναπέμπω σχολὴν ἄγων τὰς νύκτας. Διὸ δὴ καὶ λέλεκται· *Καὶ νυκτὸς ᾠδὴ αὐτοῦ παρ' ἐμοί*· κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν· *Καὶ ἐν νυκτὶ ᾄσμα αὐτοῦ μετ' ἐμοῦ*. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ *προσευχὴ τῷ Θεῷ τῆς ζωῆς μου*. Ἀδω μὲν γὰρ ὕμνον εὐχαριστήριον, δεδειγμένος ἐν παντὶ εὐχαριστεῖν, ταῖς μελλούσαις ἐλπίσιν χρησταῖς ἐμαυτὸν ἀνακτώμενος. Διὰ δὲ τὰ τέως ἐν τῷ παρόντι συνέχοντά με λυπηρὰ προσευχὴν ἀναπέμπω τῷ Θεῷ τῆς ζωῆς μου· οἶδα γὰρ, ὅτι αὐτὸν ἔχω τῆς ἐμαυτοῦ ζωῆς αἴτιον. Προσευχόμενος δὲ αὐτῷ φημι· *Ἀντιλήπτωρ μου*· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ Σύμμαχον, *πέτρα μου*· ἐφ' ἣν ἐστὼς οὐ διατραπήσομαι· *διὰ τί μου ἐπελάθου;* Ἐγὼ μὲν γάρ σου οὐκ ἐπιλέλησμαι· ἀλλ' οἶδά σου τὰ ἐλέη καὶ τοὺς οἰκτιρμούς· οἶδα δὲ καὶ τὰς ἀποκειμένας μοι ἐλπίδας· διὸ καὶ τὴν ᾠδήν σου παρ' ἐμαυτῷ ἀδιαλείπτως φυλάττω· σὺ δέ μου ἐπελάθου· διὰ τί; Τὴν αἰτίαν μαθεῖν βούλομαι, δι' ἣν πάντες οἱ μετεωρισμοί σου καὶ τὰ κύματά σου, οἱ πειρασμοὶ δηλαδὴ καὶ τοσαῦται περιστάσεις ἐπ' ἐμὲ διῆλθον, σοῦ συγχωροῦντος. Μέγα γάρ τι ὀφείλει τυγχάνειν τὸ αἴτιον τῆς περὶ ἐμοῦ λήθης.

Deus, misericors es, ac etiam miserator et longanimis [46]. Quare me bona spe fulciens, gnarus illius, *in die mandabit Deus misericordiam suam*, nocte canticis ejus assidue incumbo. Siquidem cum per diem hominum opera, et calamitates nos circumvenientes, excelsa tua et fluctus tuos cernam, in memetipso lugeo; noctu vero dum induciæ sunt a conturbantibus, misericordias Domini mecum reputo; ac recordatus quo pacto in die mandet misericordiam suam, per noctis otium cantica ipsi laudesque profero. Quamobrem dictum est, *et nocte canticum ejus apud me*; secundum Aquilam autem, *et nocte canticum ejus mecum*. Neque id solum, sed etiam *oratio Deo vitæ meæ*. Nam hymnum in gratiarum actionem cano, sic institutus ut in omnibus gratias agam, quandoquidem me bona futurorum spe reficio. Ac propter eas quibus jam intercipior ærumnas, orationem Deo vitæ meæ persolvo: novi enim ipsum esse vitæ meæ auctorem. Precando autem sic eum compello, *susceptor meus*; sive secundum Aquilam et Symmachum, *petra mea*; in qua consistens nunquam subvertar. *Quare oblitus es mei?* At enim ego tui non oblitus sum, verum misericordias et miserationes tuas novi, itemque spem mihi repositam non ignoro: quare canticum semper tuum in memetipso custodio. Tu vero mei oblitus es: quare? Causam ediscere pervelim cur omnia excelsa tua et fluctus tui, videlicet tentationes et tantæ calamitates, te permittente, super me transierint. Magna profecto, quod oblitus sis mei, causa fuerit oportet.

Λέγων δὲ ταῦτα ὁ χορὸς (1) προφητικὸς, ἰδιοποιεῖται, ὡς ἔφην, τὴν τοῦ λαοῦ κατάστασιν· τὴν γὰρ ἐσχάτην ἀποβολὴν καὶ τὴν ἀπόπτωσιν τοῦ παντὸς ἔθνους τὴν γενομένην μετὰ τὴν εἰς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν ἀπιστίαν αὐτῶν ἐμφαίνειν μοι διὰ τούτων δοκεῖ. Εἶπε δ' ἂν αὐτῷ ἐρωτήσαντι καὶ φάντι· *Διὰ τί μου ἐπελάθου;* τὸ ἐν Εὐαγγελίῳ λεχθέν· *Ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις ὑποσυνάγει τὰ νοσσία ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε;* Ἐπεὶ τοίνυν διὰ τὴν αὐτῶν κακίαν ἐπελήσθησαν, εἰκότως ὁ χορὸς ὁ προφητικὸς, ἐπεὶ φυσικοῖς λόγοις *πάσχοντος ἑνὸς μέλους, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη*, ὡς ὑπὲρ οἰκείου σώματος ἀλγῶν ἐπιλέγει κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Ἵνα τί σκυθρωπὸς περιπατῶ, θλίβοντος ἐχθροῦ; καὶ ὡς σφαγὴν τῶν ὀστῶν μου ὠνείδιζον οἱ ἐναντίοι μου*· ἢ, *Ἐν τῷ καταθλᾶσθαι τὰ ὀστᾶ μου ὠνείδιζόν με οἱ θλίβοντές με*. Τῶν γὰρ ὀστέων τῶν προφητικῶν διὰ τοῦ κλαυθμοῦ καὶ τῶν ὀδυρμῶν καταθλωμένων, τουτέστι τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, οἱ ἐν τῷ λαῷ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς μηδενὸς ἐπαμύνοντος, ἐπανέβαινον ὀνειδίζοντες καὶ λέγοντες· *Ποῦ ἐστιν ὁ Θεός σου;*

Cum porro id ait propheticus chorus, populi statum, uti dixi, quasi proprium sibi ascribit, hisque postremam abjectionem, ac ruinam totius gentis, quæ post eorum erga Salvatorem et Dominum nostrum incredulitatem accidit, indicare mihi videtur. Illi vero modo interroganti ac compellanti, *Quare oblitus es mei?* fortasse illud evangelicum dictum reponat: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluistis* [46]? Quandoquidem igitur malitiæ suæ causa in oblivionem venerunt, jure chorus propheticus, quia ex naturali ratione *patiente uno membro, compatiuntur omnia membra* [47], quasi pro corpore proprio lugens subjungit, secundum Symmachum: *Quare tristis incedo, affligente inimico; et quasi occisionem per ossa mea exprobrabant mihi adversarii mei;* sive: *Dum confringuntur ossa mea exprobrabant me qui tribulant me.* Nam propheticis ossibus, id est animæ facultatibus, per fletus et lacrymas confractis, qui in populo inimici Dei erant, quasi opitulante nemine, insurgebant exprobrantes ac dicentes, *Ubi est Deus tuus?*

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΜΒ'.

1. PSALMUS DAVIDIS XLII.

Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις ὁ ψαλμός· διὸ οὐδὲ

Psalmus hic apud Hebræos inscriptione caret;

[46] Exod. xxxiv, 6. [46] Matth. xxiii, 37. [47] I Cor. xii, 26.

(1) Desideratur ὁ, ut sit ὁ προφ., ut paulo infra. Edit.

quare neque apud reliquos interpretes titulum habet. Sed quia præcedentis pars videtur esse, quod utique cum ex similibus utrinque verbis, tum ex affini sententia commonstratur; dico sane etiam inpræsentiarum chorum propheticum hæc enarrare circa populum, utpote abjectum traditumque gentibus hominibusque improbis, rogantem ac cum precibus postulantem ut ultio sumatur, et ipse e manibus inimicorum eruatur. Quemadmodum autem, afflicto populo, justi quoque viri una patiuntur ac dolore ob communem calamitatem afficiuntur; ita religiosorum hominum probitas multitudini quoque recte factorum communionem fructumque parit. Quamobrem illi ærumnas populi in se recipientes, preces pro multitudine fundebant, communemque supplicationem Deo emittebant. Jure itaque ceu uno ore has proferebant voces.

παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς ἐπιγραφὴν ἔχει. Ἀλλὰ καὶ ὅτι μέρος ἔοικεν εἶναι τοῦ πρὸ αὐτοῦ, δεδήλωται ἔκ τε τῶν ὁμοίων ἐν ἀμφοτέροις λόγων καὶ ἐκ τῆς ἐμφερούσης διανοίας. Φημὶ τοίνυν καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος τὸν χορὸν τὸν προφητικὸν τὰ προκείμενα διεξιέναι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, ὡς ἀπωσμένου καὶ παραδοθέντος ἔθνεσι καὶ ἀνθρώποις πονηροῖς, δεομένου δὲ καὶ ἀντιβολοῦντος ἐκδικίας τυχεῖν, καὶ ῥυσθῆναι τῶν χειρῶν τῶν πολεμίων. Ὥσπερ δὲ διὰ τὴν τοῦ λαοῦ κάκωσιν συνέβαινε τοῖς δικαιοπραγοῦσι συμπάσχειν καὶ συναλγεῖν, καὶ συνδιατίθεσθαι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ τῶν θεοφιλῶν ἀνδρῶν δικαιοπραγία κοινωνίαν καὶ μετάδοσιν ἀγαθῶν παρέχει. Διὸ δὴ, τὰ πάθη τοῦ λαοῦ εἰς ἑαυτοὺς ἀναλαμβάνοντες, εὐχὰς ὑπὲρ τοῦ πλήθους ἐποιοῦντο, κοινήν τε ἱκετηρίαν τῷ Θεῷ ἀνέπεμπον. Εἰκότως οὖν ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος ταύτας ἠφίεσαν τὰς φωνάς.

Verse 2. *Judica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo et doloso erue me. Quia tu es Deus fortitudo mea, quare me repulisti? Quare tristis incedo dum affligit me inimicus?* Dixerit quispiam hæc proferre unum alterumve qui in universo populo Judaico justus repertus est. Ipse igitur sive unus sive perrarus homo, qualis erat Jeremias aut quilibet ipsi similis, ita fleat et hujusmodi voces emittat, rogans a gente non sancta liberari, quibus indicari videntur qui ex circumcisione erant; et a viro iniquo et doloso, ut nunquam ipse aut iniquus aut dolosus evadat. Roget autem Deum his verbis: Tu es Deus fortitudo mea, quare me repulisti, me in medio talis populi relinquens? Hæc porro Heliæ prophetæ congruunt, qui Domino supplicans contra populum ita fatur: *Domine, prophetas tuos interfecerunt, altaria tua subverterunt: et ego relictus solus, quæruntque ipsam animam tollere* [48]. Perspicue autem docet Jeremias defecisse omnem justum de populo, dicens: *Circuite in bivils Jerusalem et in plateis ejus, et videte si est qui intelligat, et propitius ero eis* [49]. Deinde quia multitudo improborum hominum justum ipsum premebat, se hac de causa tristem esse dicebat: *Quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?* Et alioquin cum gentes et inimici calamitatem inferrent, atque populo Judaico superiores evasissent, vir ille Deo addictus animo dolebat, zelo plenus ob prosperas atheorum et impiorum hominum res. Quare supplicationem emittebat, ut Deus, qui de causa sua judicaverat, ac congruentem de se sententiam tulerat, mercedem recte factis suis debitam, universæ populi multitudini largiretur, et sui causa omnes eriperet de manu inimicorum; ut quemadmodum ipse delictorum populi particeps fuerat, ita populus bonorum operum ipsius consors esset. Sicut autem justi homines qui ad tribunalia litem habent, judices obsecrant ut justam causam suam audiant, atque ex æquo et bono sententiam sibi ferant; eodem modo

Κρῖνόν με, ὁ Θεὸς, καὶ δίκασον τὴν δίκην μου ἐξ ἔθνους οὐχ ὁσίου· ἀπὸ ἀνθρώπου δολίου καὶ ἀδίκου ῥῦσαί με. Ὅτι σὺ ὁ Θεὸς κραταίωμά μου, ἵνα τί ἀπώσω με; ἵνα τί σκυθρωπάζων πορεύομαι ἐν τῷ ἐκθλίψαι ἐχθρόν; Εἴποι δ' ἂν τις ταῦτα λέγειν ἕνα που καὶ δεύτερον ἐν ὅλῳ τῷ ἔθνει τῶν Ἰουδαίων, εὑρημένον δίκαιον. Αὐτὸς οὖν ὁ εἷς καὶ σπάνιος, οἷον Ἱερεμίας ἢ τις ἕτερος ὅμοιος αὐτῷ, ἀποκλαιέσθω, καὶ ταύτας ἀναπεμπέτω τὰς φωνὰς, ἱκετεύων ῥυσθῆναι ἐξ ἀνοσίου ἔθνους· δηλούτω δὲ αὐτοὺς τοὺς ἐκ περιτομῆς, καὶ ἀπὸ ἀνθρώπου ἀδίκου καὶ δολίου, ὡς ἂν μήποτε καὶ αὐτὸς γένοιτο ἄδικος καὶ δόλιος. Παρακαλείτω δὲ τὸν Θεὸν λέγων· Σὺ εἶ ὁ Θεὸς κραταίωμά μου· ἵνα τί με ἀπώσω, καταλιπὼν με ἐν μέσῳ τοιούτου λαοῦ; Ἥρμοζε δὲ τὰ προκείμενα καὶ τῷ προφήτῃ Ἠλίᾳ, ὃς ἔλεγεν κατεντυγχάνων τοῦ λαοῦ· *Κύριε, τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, καὶ τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν, κἀγὼ ὑπελείφθην μόνος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν λαβεῖν αὐτήν.* Σαφῶς δὲ διδάσκει Ἱερεμίας ἐκλελοιπέναι πάντα δίκαιον ἐκ τοῦ λαοῦ, λέγων· *Περιδράμετε ἐν ταῖς ἀμφόδοις Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς, καὶ ἴδετε εἰ ἔστι συνιὼν, καὶ ἵλεως ἔσομαι αὐτοῖς.* Εἶτ' ἐπειδὴ τὸ πλῆθος τῶν κακῶν ἀνδρῶν θλίψιν παρεῖχε τῷ δικαίῳ, σκυθρωπάζειν ἐπὶ τούτῳ ἔλεγεν· *Ἵνα τί σκυθρωπάζων πορεύομαι ἐν τῷ ἐκθλίψαι ἐχθρόν;* Καὶ ἄλλως δὲ, τῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων θλιβόντων καὶ ἐπικρατεστέρων γενομένων τοῦ ἔθνους, ὁ τῷ Θεῷ ἀνακείμενος ἐδάκνετο τὴν ψυχὴν, ζήλου πληρούμενος ἐπὶ τῇ τῶν ἀθέων καὶ ἀσεβῶν ἀνδρῶν εὐπραγίᾳ. Διὸ καὶ ἱκετηρίαν ἀνέπεμπεν, ὡς ἂν, κρίνας ὁ Θεὸς καὶ δικάσας αὐτῷ, καὶ τὴν πρέπουσαν περὶ αὐτοῦ δίκην ἐξενεγκάμενος, τὴν αὐτοῦ προσοφειλομένην ἀμοιβὴν τῶν αὐτοῦ κατορθωμάτων τῷ παντὶ πλήθει χαρίσοιτο, καὶ δι' αὐτοῦ ῥύσαιτο τοὺς πάντας ἐκ χειρὸς τῶν πολεμίων· ἵν', ὥσπερ κοινωνὸς αὐτὸς γέγονε τῆς τοῦ λαοῦ κακοπραγίας, οὕτω καὶ ὁ λαὸς μετάσχοι τῆς αὐτοῦ δικαιοπραγίας. Ὥσπερ δὲ οἱ δίκαιοι ἔχοντες ἐν τοῖς δικαστηρίοις, τοὺς δικαστὰς ἱκετεύουσιν ἐπακοῦσαι

[48] III Reg. XIX, 14. [49] Jerem. V, 1.

τῶν δικαίων αὐτῶν, δικάσαι τε καὶ κρίνειν αὐτοὺς ὀρθῶς· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ θεοφιλὴς διὰ τῶν προκειμένων τῷ Θεῷ φησι· *Κρῖνόν μοι, ὁ Θεός, οὐχὶ, κρῖνόν με*· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *κρῖνόν μοι*. Σὺ γὰρ αὐτὸς γενοῦ μοι κριτὴς, καὶ τὴν κρίσιν μου ταύτην κρῖνον, καὶ ὑπερδίκησον τῆς δίκης μου, ἵνα, τυχὼν ἐκδικίας, συμβάλωμαι τῇ σωτηρίᾳ τοῦ παντὸς πλήθους τὰ ἐμαυτοῦ κατορθώματα.

Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου· αὐτά με ὡδήγησαν καὶ ἤγαγόν με εἰς ὄρος ἅγιόν σου, καὶ εἰς τὰ σκηνώματά σου. Νοήσεις καὶ οὕτως· Τοῦ παρὰ σοὶ φωτὸς καὶ τῆς παρὰ σοὶ ἀληθείας τυχὼν ὁδηγηθήσομαι, ὑπὸ μὲν τοῦ φωτὸς φωτιζόμενος, ὑπὸ δὲ τῆς σῆς ἀληθείας χειραγωγούμενος ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν σου τὸ ἐπουράνιον καὶ ἐπὶ τὰ αὐτόθι σκηνώματά σου, περὶ ὧν καὶ ἐν τῷ πρὸ τούτου ἔλεγον· *Ὅτι διελεύσομαι ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως ἤχου ἑορτάζοντος*· ὡς ἂν δέ σοι τῷ Θεῷ ἱερωμένος, ἐπὶ τὰ ἐνδοτάτω καὶ μέχρι τοῦ θυσιαστηρίου ἥξω, καὶ πρὸς σὲ τὸν Θεὸν ἐλεύσομαι τὸν εὐφραίνοντα τὴν νεότητά μου τὴν πνευματικήν. *Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν κιθάρᾳ, ὁ Θεός.* Κιθάραν δὲ τὸ σῶμά φησι, δι' οὗ ἀνακρούεσθαι πέφυκεν ὁ νοῦς, καὶ διὰ τῶν αἰσθητηρίων ὥσπερ διὰ χορδῶν τὴν τῷ Θεῷ πρέπουσαν μελῳδίαν ἀναπέμπειν εἴωθε. Σαφῶς δὲ διὰ τούτων ὁ χορὸς ὁ προφητικὸς παρακαλεῖ τὸ φῶς ἀποσταλῆναι τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ, ὡς μηδέπω τότε φαῖνον ἐπὶ τῆς γῆς, μηδὲ τῆς ἀληθείας ὑπαρχούσης πως σὺν ἀνθρώποις, ὅτε ταύτας ἠφίει τὰς φωνάς. Φῶς δὲ ἀποστελλόμενον ἕτερον ἂν εἴη τοῦ ἀποστέλλοντος, περὶ οὗ εἴρηται· *Ἦν τὸ φῶς τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον*. Διδάσκει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ αὐτοπροσώπως λέγων· *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή. Ἵνα τί περίλυπος εἶ, ἡ ψυχή μου, καὶ ἵνα τί συνταράσσεις με; Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεόν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ, σωτήριον τοῦ προσώπου μου καὶ ὁ Θεός μου.* Σύμμαχος δέ· *Τί καταῤῥέεις, ψυχή μου, καὶ τί θορυβεῖς ἐπ' ἐμέ; Ἀνάμεινον τὸν Θεόν· εἰσαεὶ γὰρ ἐξομολογήσομαι αὐτῷ, τῇ σωτηρίᾳ τοῦ προσώπου μου καὶ τῷ Θεῷ μου.* Ἀνάμεινον, φησὶν, ἵνα καὶ αὐτὴ δυνηθῇς ποτε εἰπεῖν· *Ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν Κύριον, καὶ προσέσχε μοι. Ἀλλὰ καὶ ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεόν· ἡ γὰρ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. Τί γὰρ ἂν χρὴ ταράττεσθαι; τί δὲ περίλυπον γίνεσθαι, τοσούτων προσδοκωμένων ἀγαθῶν; Ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ*, καὶ τὸ φῶς ἀποσταλήσεται, καὶ ἡ ἀλήθεια παραγενήσεται, καὶ τὰ προφητευθέντα τέλους τεύξεται· καὶ τέλος παντὸς λόγου τὸ σωτήριόν ἐστι τοῦ προσώπου, αὐτὸς ὁ Θεός μου. Ἐπειδὰν γὰρ καταξιωθῶ, παραστὰς τῷ Θεῷ, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ἐποπτεῦσαι τὸ σωτήριον, περὶ οὗ πολὺς ὁ λόγος διὰ πασῶν τῶν Γραφῶν· τότε δὴ αὐτῷ ἐξομολογήσομαι ὡς ἂν Θεῷ

A vir religiosus his verbis Deum alloquitur, *judica mihi Deus*, non vero, *judica me*: nam, secundum Symmachum, *judica mihi*, dicitur. Tu ipse mihi judex esto, et hanc causam meam judicato, ut ultionem nactus, recte facta mea totius multitudinis saluti conferam.

VERS. 3-6. *Emitte lucem tuam et veritatem tuam, ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum et in tabernacula tua.* Hoc item modo intelligas, luce ac veritate tua donatus, recte ducar, luce quidem illustratus, veritate autem tua quasi manu ductus in montem sanctum tuum cœlestem, et in tabernacula tua ibidem posita, de B quibus in præcedenti psalmo dicebam : *Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei. In voce exsultationis et confessionis soni festum agentis*[80]; quasi tibi Deo sacra celebrans, ad intima et usque ad altare ibo, et ad te Deum veniam qui lætificas juventutem meam spiritualem. *Confitebor tibi in cithara Deus.* Citharam corpus dicit, quo pulsari mens solet, atque sensibus quasi chordis congruentem Deo concentum emittere. His aperte rogat chorus propheticus emitti lucem Dei et veritatem ejus, eo quod nullatenus tunc luceret in terra, et veritas nusquam, quo tempore hæc proferebat, cum hominibus exsisteret. Lux autem missa, alia sane fuerit ab ea quæ mittit, de qua dicitur . *Erat lux quæ illuminat omC nem hominem venientem in mundum*[81]. Et Salvator ipse ex persona sua docet his verbis : *Ego sum lux et veritas et vita*[82]. *Quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deo quoniam confitebor illi, salutare vultus mei et Deus meus.* Symmachus vero, *Quare effluis, anima mea, et quare conturbas me? Exspecta Deum, semper enim confitebor ei, saluti vultus mei et Deo meo.* Exspecta, inquit, ut et ipsa aliquando dicere valeas : *Exspectans exspectavi Dominum, et intendit mihi*[83]. Sed spera in Deo, nam *spes non confundit*[84]. Quid conturbatione opus? quæ tristitiæ causa, cum tot exspecten tur bona? Nam *adhuc modicum aliquantulum, et qui venturus est veniet, et non tardabit*[85], et lux mittetur, veritas adveniet, et quæ prænuntiata sunt D finem habebunt. Finis porro omnis sermonis est salutare vultus, ipse Deus meus. Cum enim dignus habitus ero qui coram Deo facie ad faciem consistam, ac videam salutare illud, de quo multa in omnibus Scripturis circumferuntur, tunc ipsi confitebor ut Deo meo et salutari meo. Pulchre autem veritati lumen adjunxit : nam quod lux sensum movens oculis corporeis est, idipsum veritas est animæ oculis, naturam rerum inspectantibus, neque ultra deceptis, sed per rerum perceptionem illustratis, et veritatis notitiam percipientibus. Ipsum itaque verbum lucis spiritualis vim, qua ve-

[80] Psal. XLI, 5. [81] Joan. I, 9. [82] Joan. XIV, 6. [83] Psal. XXXIX, 1. [84] Rom. V, 5. [85] Hebr. X, 37.

ritas declaratur, interpretatus est. Jure itaque Salvator hæc discipulis suis tradens ita docuit, *Ego sum lux, et veritas et vita* [56]. Unicuique porro cæterarum editionum hunc consequenter aptabis finem, sive eorum qui in Babylone ita loquebantur, sive gentium quæ nondum credebant.

μου καὶ Σωτῆρί μου· καλῶς δὲ συνῆψε τὸ φῶς τῇ ἀληθείᾳ· ὅπερ γὰρ φῶς αἰσθητὸν ὀφθαλμοῖς σώματος, τοῦτο ἀλήθεια τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς ἐνατενίζουσι τῇ φύσει τῶν πραγμάτων, καὶ μηκέτι ἀπατωμένοις, δι' αὐτῆς δὲ τῆς τῶν ὄντων καταλήψεως φωτιζομένοις, καὶ γνῶσιν τῆς ἀληθείας ἀναλαμβάνουσιν. Ἡρμήνευσε τοίνυν αὐτὸς ὁ λόγος τοῦ νοητοῦ φωτὸς τὴν ἐνέργειαν, ἀληθείας οὖσαν παραστατικήν. Εἰκότως οὖν ὁ Σωτὴρ ταῦτα παραδιδοὺς τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς ἐδίδασκε λέγων· *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή.* Καὶ ἑκάστῃ δὲ τῶν λοιπῶν ἐκδόσεων ἁρμόσεις ἀκολούθως τὸ τέλος, εἴτε τοῖς ἐν Βαβυλῶνι ταῦτα λέγουσιν, εἴτε τοῖς ἐξ ἐθνῶν μήπω πεπιστευκόσιν.

1. IN FINEM, FILIIS CORE AD INTELLECTUM XLIII.

Propositi sermones neque psalmum in titulo præferunt, neque canticum, neque hymnum, neque quid simile, quia sententia verborum nihil eorum respicit, sed supplicationes sunt prioribus similes, ac ejusdem argumenti; nimirum de ruina Judaici populi, ex prophetarum persona a filiis Core prolatæ. In præsenti porro apertius sententiam declarant, qua in superioribus sese fletibus dederant. Ærumnas itaque populo immissas narrant. Quare nos ad intellectum excitant, atque in titulo nos ad finem remittunt, quia hæc in fine eventura, licet ut jam impleta filii Core prophetice vaticinarentur. In superioribus itaque lacrymabantur, doloremque suum Deo renuntiabant; in præsenti vero ipsas calamitates enarrant.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΤΟΙΣ ΥΙΟΙΣ ΚΟΡΕ ΕΙΣ ΣΥΝΕΣΙΝ (1) ΜΓ'.

Ἀλλ' οὐδὲ οἱ προκείμενοι λόγοι ψαλμὸν κατὰ τὴν προγραφὴν περιέχουσιν, οὐδὲ ᾠδήν, οὐδὲ ὕμνον, οὐδέ τι τῶν τοιούτων· ἐπεὶ μηδὲ τὰ τῆς διανοίας τῶν ἐν αὐτοῖς φερομένων τοιαύτης ἔχεται θεωρίας· ἱκετηρίαι δέ εἰσιν ὅμοιαι ταῖς ἔμπροσθεν, καὶ περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως· λέγω δὲ περὶ τῆς ἀποπτώσεως τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐκ προσώπου τῶν προφητῶν προσπεφωνημέναι διὰ τῶν υἱῶν Κορέ. Διασαφοῦσι δ' ἐπὶ τοῦ παρόντος λευκότερον ἐκφαίνοντες τὴν διάνοιαν, δι' ἣν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀπεκλαύσαντο. Διεξέρχονται γοῦν τὰ συμβεβηκότα πάθη τῷ λαῷ. Ὅθεν διεγείρουσιν ἡμᾶς εἰς σύνεσιν, καὶ εἰς τὸ τέλος ἀναπέμπουσι διὰ τῆς προγραφῆς, διὰ τὸ μέλλειν ἐπὶ τέλει ταῦτα συμβαίνειν, εἰ καὶ ὡς ἤδη συμβεβηκότα αὐτὰ οἱ υἱοὶ Κορὲ προφητικῶς ἐθέσπιζον. Διὰ μὲν οὖν τῶν ἔμπροσθεν ἀπεκλαύσαντο, καὶ τὰς ἑαυτῶν καὶ αὐτὰ τὰ πάθη ἐξέρχονται. ἐξηγγειλαν τῷ Θεῷ λύπας· ἐν δὲ τοῖς προκειμένοις

Verbs. 2-9. *Deus, auribus nostris audivimus*, etc. Pro illo, *Qui mandas salutes Jacob*, Symmachus, *Tu es rex meus, Deus, manda de salute Jacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu.* Qui in populo probe se gerunt, et qui apud ipsum prophetæ, hæc dixerint, confitentes non propria virtute, non arcu, non gladio salutem sibi parari, sed virtute cornu sui. Cornua porro Danielis Scriptura regna vocat: sanctorum vero cornu dicitur ipse Dominus; quare ait: *In te inimicos nostros ventilabimus cornu;* alibi quoque dicitur: *Protector meus et cornu salutis meæ* [57]. Igitur ipse cornu est: ac quæras velim quo pacto alio in loco dictum sit, *Confessio ejus super cœlum et terram, et exaltabit cornu populi sui* [58], quasi alius sit qui memoratum cornu erigit. Animadverte, quæso, num Dei Verbum, ipse Dominus, cornu populi perspicue sit, ac qui erigit illud, Pater qui genuit eum. Quia enim *humiliavit semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis, ideo Deus exaltavit illum* [59], secundum Apostolum. In hoc itaque cornu et in rege suo fidentes, confitentur se non arcu, non gladio, non propria virtute, sed regis sui potentia, de inimicis victoriam reportaturos. Deinde quia ipsum Dominum pro rege et cornu obtinuerunt, jure se non inimicis subditos fore, sed superaturos dicunt.

Ὁ Θεὸς, *τοῖς ὠσὶν ἡμῶν ἠκούσαμεν.* Ἀντὶ τοῦ· Ὁ ἐντελλόμενος τὰς σωτηρίας Ἰακώβ, ὁ Σύμμαχος· *Σὺ εἶ ὁ βασιλεύς μου· ὁ Θεὸς, ἔντειλαι περὶ τῆς σωτηρίας Ἰακώβ. Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν.* Οἱ μὲν ἐν τῷ λαῷ κατορθοῦντες, οἵ τε ἐν αὐτῷ προφῆται, ταῦτα ἂν εἴποιεν ὁμολογοῦντες μὴ οἰκείᾳ δυνάμει, μηδὲ τόξῳ καὶ ῥομφαίᾳ ἑαυτοῖς τὰ σωτηρίας περιποιεῖσθαι, τῇ δὲ τοῦ κέρως αὐτῶν δυνάμει. Κέρατα δὲ ἡ τοῦ Δανιὴλ Γραφὴ τὰς βασιλείας ὀνομάζει· τῶν δὲ ἁγίων κέρας λέλεκται αὐτὸς ὁ Κύριος· διό φησι· *Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν.* Καὶ ἐν ἑτέροις λέλεκται· *Ὑπερασπιστής μου καὶ κέρας σωτηρίας μου εἶ.* Τοίνυν αὐτός ἐστι τὸ κέρας· ζήτει ὅπως λέλεκται ἀλλαχοῦ· *Ἡ ἐξομολόγησις αὐτοῦ ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ, καὶ ὑψώσει κέρας λαοῦ αὐτοῦ·* ὡς ἑτέρου ὄντος τοῦ ὑψοῦντος τὸ προδεδηλωμένον κέρας. Ὅρα οὖν εἰ μὴ σαφῶς ὁ Θεοῦ Λόγος, αὐτὸς ὁ Κύριος, εἴη ἂν τὸ κέρας τοῦ λαοῦ, ὁ δὲ ὑψῶν αὐτὸν ὁ γεννήσας αὐτὸν Πατήρ. Ἐπειδὴ γὰρ *ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε,* κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Τούτῳ οὖν τῷ κέρατι ἑαυτῶν καὶ τῷ βασιλεῖ θαῤῥοῦντες, ὁμολογοῦσι μὴ τόξῳ, μηδὲ ῥομφαίᾳ, μηδὲ οἰκείᾳ ἀρετῇ τῶν ἐχθρῶν περιγενήσεσθαι, ἀλλὰ τῇ τοῦ βασιλέως αὐτῶν δυνάμει. Εἶτ' ἐπειδὴ βασιλέα καὶ κέρας

[56] Joan. VIII, 12; XIV, 6. [57] Psal. XVII, 3. [58] Psal. CXLVIII, 14. [59] Philipp. II, 8.

(1) In Græcis exemplaribus additur ψαλμός, quæ vox nec in Hebraico nec in Vulgata legitur, neque in Eusebii exemplari, ut ipse memorat, ferebatur.

ἐκτήσαντες αὐτὸν τὸν Κύριον, εἰκότως τοῖς ἐχθροῖς μὴ ὑποχείριοι γενήσεσθαί φασι· κρείττους δὲ τῶν πολεμίων ὑπάρξαι. Τοῦτο γοῦν δηλοῦσι λέγοντες· *Ἔσωσας ἡμᾶς ἐκ τῶν θλιβόντων ἡμᾶς, καὶ τοὺς μισοῦντας ἡμᾶς κατῃσχυνας.* Καὶ ἐπειδήπερ οἱ μὲν ἐχθροὶ αἰσχύνην κατεχέαντο, αὐτοὶ δὲ οὐκ οἰκείᾳ δυνάμει, τῇ δὲ τοῦ κέρως αὐτῶν ἐσώθησαν· εἰκότως ἐπισυνάπτουσι λέγοντες· *Ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινεθησόμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν·* ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *Ἐν τῷ Θεῷ καυχησόμεθα·* ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Τὸν Θεὸν ὑμνοῦμεν ὅλην τὴν ἡμέραν, καὶ τῷ ὀνόματί σου ἐξομολογησόμεθα εἰς τὸν αἰῶνα.* Τὴν δὲ ἐξομολόγησιν ἀντὶ εὐχαριστίας παραλαμβάνειν εἰώθασιν αἱ Γραφαί· ὥστε εἰκότως καὶ καυχᾶσθαι καὶ ὑμνεῖν, καὶ ἐπαινεῖν καὶ ἐπαινεῖσθαι, εὐχαριστεῖν τε καὶ ἐξομολογεῖσθαι οἱ σεσωσμένοι τῇ τοῦ βασιλέως αὐτῶν ἀρετῇ φασιν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ προσώπου τοῦ χοροῦ τῶν προφητῶν εἴρηται· τὰ δ' ἑξῆς ἐπιφερόμενα πάλιν οἱ αὐτοί, ἰδιοποιούμενοι τὰ τῷ πλήθει συμβεβηκότα, διεξέρχονται.

Vers. 14. *Redde mihi lætitiam salutaris tui.* Quod discrimen apud Hebræos sit inter illud, *salutis tuæ*, quod frequenter occurrit, et illud, *salutaris tui*, declaratur. Nam illud, *salutare tuum*, apud illos scribitur, *Jesuach*, quod manifeste Salvatoris nostri Jesu nomen exprimit, sic enim omnes interpretantur ; illud vero, *salutis tuæ Isuach.*

D

Ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου. Ἡλείστης δὲ παρ' Ἑβραίοις τῆς κοινότερον *σωτηρίας σου* λεγομένης καὶ *τοῦ σωτηρίου σου* δηλοῦται διαφορά. Γράφεται γὰρ *τὸ μὲν σωτήριόν σου* παρ' αὐτοῖς, *Ἰησουάχ*, σαφῶς δηλοῦν τοὔνομα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ· συμφώνως γὰρ οὕτως ἑρμηνεύουσιν ἅπαντες· τὸ δὲ, *σωτηρία σου, Οἰσουάθ* (1).

Vers. 19. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus : cor contritum et humiliatum, Deus non despiciet.* Alius dixit : Sanis quidem convenit sacrificium laudis, ægris vero, sacrificium cordis contriti et

Θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει. Ἄλλος εἶπεν· Ὑγιέσι μὲν ἁρμόττει τῆς αἰνέσεως ἡ θυσία· νοσοῦσι δὲ ἡ διὰ τῆς τεταπει-

[51] Psal. cxxvi, 1. [52] Job iii, 3. [53] Jer. xx, 14. [54] Sap. ii, 24. [55] Psal. xxvi, 9.

(1) Lege Ἰσουάχ. Hebr. ישוע, quæ tamen vox indiscriminatim, contra quam dicit Eusebius, vel σωτήριον, *salutare*, vel σωτηρία, *salus*, explicatur.

νωμένης καὶ συντετριμμένης καρδίας. Καὶ ἐπειδὴ κατεαγυῖα γέγονεν ἡ καρδία μου, κατὰ Σύμμαχον, εἰκότως εὐξάμην καρδίαν καθαρὰν ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς ἀντὶ τῆς κατεαγυίας· καὶ ἀντὶ τοῦ συντετριμμένου πνεύματος, κατὰ Σύμμαχον, ἔλεγον· *Καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου.* Συντετριμμένον δὲ πνεῦμα τὸ δι' ἐξομολογήσεως ἑαυτὸ συντρίβον τυγχάνει· τοιαύτη καὶ ἡ διὰ τῆς μετανοίας ἑαυτὴν ταπεινοῦσα καρδία. Τοιαύτην γὰρ αὐτὴν γενομένην μετὰ τὸ τῆς ἁμαρτίας οἴδημα ἀντὶ θυσίας προσδέξεται ὁ Θεός.

A humiliati. Quia vero secundum Symmachum, *confractum fuit cor meum*, merito precatus sum, ut pro confracto, mundum cor habeam; et pro contrito spiritu, secundum Symmachum dixi, *et spiritum rectum innova in visceribus meis.* Contritus autem spiritus est, qui sese per confessionem conterit; simileque est cor, quod per pœnitentiam seso humiliat. Illud enim, post peccati tumorem ita affectum pro sacrificio Deus admittet.

Τότε εὐδοκήσεις θυσίαν δικαιοσύνης, ἀναφορὰν καὶ ὁλοκαυτώματα. Ἀλλὰ πρὸς ταῦτα φήσειεν ἄν τις, πῶς ἀρτίως εἶπών, *Ὅτι, εἰ ἠθέλησας θυσίαν, ἔδωκα ἄν*, νῦν ὡς μέλλοντος θυσίαν δέχεσθαι τοῦ Θεοῦ μετὰ τὸ τὴν πόλιν ἀνακτισθῆναι, φησὶ, *Τότε εὐδοκήσεις θυσίαν*; Ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς ἔφη *θυσίαν*, ἀλλὰ *δικαιοσύνης*. Ὅτε γὰρ εὐδοκήσεις τὴν Σιὼν καὶ οἰκοδομηθῇ τὰ τείχη Ἱερουσαλὴμ, τοιαύτη σοι θυσία προσενεχθήσεται. Τὸ γὰρ θεοσεβὲς πολίτευμα εἰκόνα φέροι ἂν τῆς ἐπουρανίου πόλεως τοῦ Θεοῦ· διὸ καὶ ταύτης ὁμώνυμος ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, ἧς τείχη λέγει τοὺς περιφράττοντας ταύτην ἀγγέλους ἢ καὶ τοὺς ἱερωμένους καὶ προμαχοῦντας αὐτῆς, *Προσδέξῃ* δὲ, εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, *εὐδοκήσεις*, ὁ Σύμμαχος. Καὶ τὴν ἀναφορὰν δὲ, καὶ τὰ ὁλοκαυτώματα, *δικαιοσύνης* νοητέον, καὶ προσέτι τοὺς μόσχους. Πάντα γὰρ *δικαιοσύνης* ἐκτελεῖται, κατὰ τὰς ἀναίμους καὶ πνευματικὰς θυσίας, τὰς ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης προσφερομένας. Καὶ ἐν ἄλλῳ γὰρ εἴρηται πρὸς Ἰουδαίους προφήτῃ· *Οὐκ ἔστι μου θέλημα ἐν ὑμῖν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ θυσίας οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν. Διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν δεδόξασται τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι· καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά.* Αὐτὴ νῦν λέγεται θυσία *δικαιοσύνης*· ἔστι δὲ καὶ αἰνέσεως, καθὰ πρόσθεν ἔλεγε· *Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως.*

Vers. 21. *Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationem et holocausta.* Sed ad hæc dixerit quispiam, quare postquam modo dixit, *Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique*; jam quasi Deo B sacrificium accepturo post civitatis restaurationem, ait, *Tunc acceptabis sacrificium?* At non dixit simpliciter *sacrificium*; sed addidit, *justitiæ*. Quando acceptaveris Sion, et ædificati fuerint muri Jerusalem, tale tibi offeretur sacrificium. Namque religiosum institutum, imaginem sane referat cœlestis Dei civitatis; quare Ecclesia Dei eodem nomine donatur, cujus muros dicit esse angelos ipsam circumsistentes, sive sacros illos propugnatores ejus. Symmachus autem dixit, *accipies*, loco illius, *acceptabis*. Oblationem vero et holocausta, *justitiæ* scilicet suppleas, atque insuper vitulos. Omnia quippe quæ persolvuntur, *justitiæ* sunt, pro ratione incruentorum et spiritualium sacrificiorum, quæ in C Ecclesia Dei per universum orbem offeruntur. In alio quoque propheta ad Judæos dictum est: *Non est voluntas mea in vobis, dicit Dominus omnipotens, et hostias non accipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum glorificatum est nomen meum in gentibus: et in omni loco thymiama offertur nomini meo, et sacrificium mundum*[86]. Ipsum nunc dicitur *sacrificium justitiæ*: est etiam laudis, ut supra dicebat: *Immola Deo sacrificium laudis*[87].

(1) ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΣΥΡΕΣΕΩΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΝΑ'.

Ἐν τῷ ἐλθεῖν Δωὴκ τὸν Ἰδουμαῖον, καὶ ἀναγγεῖλαι τῷ Σαοὺλ, καὶ εἰπεῖν αὐτῷ· Ἦλθε Δαυὶδ εἰς τὸν οἶκον Ἀχιμέλεχ.

1. IN FINEM, INTELLECTUS DAVID LI.

2. *Cum venit Doec Idumæus, et nuntiavit Sauli ac dixit ei: Venit David in domum Achimelech.*

Ὁ μὲν λγ' ψαλμὸς εἴρηται τῷ Δαυὶδ, *ὁπότε ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐναντίον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν, καὶ ἀπῆλθεν.* Οὗτος δὲ ἐκείνῳ ἀκόλουθος ἂν εἴη κατὰ τὴν ἱστορίαν. Λέγει γὰρ ἡ Γραφὴ τῶν Βασιλειῶν, *Καὶ ἐκεῖ ἦν ἐν τῶν παιδαρίων τοῦ Σαοὺλ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.* Ἐπισημαίνεται δὲ τὸν καιρὸν ἐν ᾧ ἦλθε Δαυὶδ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἀβιμέλεχ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγε λαβὼν παρὰ τοῦ ἀρχιερέως. Κατ' αὐτὸ γὰρ ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ φθάσας Δωὴκ ὁ Σύρος, ὁ νέμων τὰς ἡμιόνους Σαοὺλ, καὶ ἐλθὼν πρὸς Σαοὺλ εἶπεν· *Ἑώρακα τὸν υἱὸν Ἰεσσαὶ παραγενόμενον εἰς Νοβὲ πρὸς Ἀβιμέλεχ τὸν υἱὸν Ἀχιτὼβ τὸν ἱερέα, καὶ πάντας τοὺς υἱοὺς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ*

Psalmus trigesimus tertius a Davide pronuntiatus est, *quando immutavit vultum suum coram Abimelech, et dimisit eum, et abiit*[88]. Hic vero secundum historiam illum subsequitur. Ait enim scriptura Regnorum: *Et ibi erat unus ex pueris Saul in die illa*[89]. Significatque quo tempore venit David in domum Abimelech, et acceptos a principe sacerdotum panes propositionis comedit. Eo enim ipso tempore profectus Doec Syrus, qui pascebat mulas Saulis, ipsum Saulem adiit ac dixit ei: *Vidi filium Jessæ advenientem Nobam ad Abimelech, filium Achitob sacerdotem, et omnes filios patris ejus: qui consuluit pro eo Dominum, et cibaria dedit ei. Et misit rex vocatum Abimelech sacerdotem, et*

[86] Malach. I, 10, 11. [87] Psal. XLIX, 14. [88] I Reg. XXI, 7-13. [89] ibid. 7.

(1) Hic incipit codex Eminentissimi card. de Coislin. de quo pluribus in præfatione.

omnes filios patris ejus sacerdotes in Noba, qui universi venerunt ad regem [60]. Tuncque, jubente Saule, ipse Doec occidit sacerdotes Domini *trecentos et quinque viros ferentes ephod, et Nobam civitatem sacerdotum percussit in ore gladii a viro usque ad mulierem, a puero usque ad lactantem, et vitulum et asinum et ovem* [61]. Hæc cum audisset David tali modo gesta esse, hos profert sermones, qui neque canticum, neque hymnus, neque quid simile inscribuntur. Qui enim potuit, in tot sacerdotum calamitate, cantica aut psalmos pro iis canere? Quare nullus hujusmodi titulus præmissus est, sed solum *in finem* dicitur, et *intellectus*, quia quæ sub finem habentur bona renuntiant, ubi dicitur: *Ego autem sicut oliva fructifera*, et cætera. Intellectu autem ex Deo eget præsentium sermonum sententia. Cum itaque apud Abimelech sacerdotalem gustavit cibum, mutato gustu suo, sive more suo, secundum reliquorum interpretationem, benedictiones et gratiarum actiones Deo emisit dicens: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo*, et cætera [62]. Nunc autem, cognito calumniatoris Doec facinore, quo pacto scilicet, diabolico usus scelere, tot sacerdotes occidisset; præsentes sermones ad ipsum dirigit dicens:

A ἠρώτα αὐτῷ διὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπισιτισμὸν ἔδωκεν αὐτῷ. Καὶ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς καλέσαι τὸν Ἀβιμέλεχ τὸν ἱερέα, καὶ πάντας τοὺς υἱοὺς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοὺς ἱερεῖς τοῦ Κυρίου τοὺς ἐν Νοβάν, καὶ παρεγένοντο πάντες πρὸς τὸν βασιλέα· Ὅτε κελεύσαντος τοῦ Σαοὺλ, αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ Δωὴκ, ἐθανάτωσε τοὺς ἱερεῖς τοῦ Κυρίου τ' καὶ ε ἄνδρας φέροντας ἐφοὺδ, καὶ τὴν Νοβὰν πόλιν τῶν ἱερέων ἐπάταξεν ἐν στόματι ῥομφαίας ἀπὸ ἀνδρὸς ἕως γυναικὸς, ἀπὸ νηπίου ἕως θηλάζοντος, καὶ μόσχου καὶ ὄνου καὶ προβάτου. Ταῦτ' οὖν μαθὼν Δαυὶδ τοῦτον πεπραγμένα τὸν τρόπον, τοὺς προκειμένους προσφέρεται λόγους, οὔτε ᾠδὴν περιέχοντας, οὔτε ὕμνον, οὔτε ἄλλο τοιοῦτον. Πῶς γὰρ καὶ οἷόν τε ἦν ἐπὶ συμφορᾷ τοσούτων ἱερέων, ᾠδὰς B αὐτῶν καὶ ψαλμοὺς ᾄδειν; διὸ οὐδὲν τοιοῦτον ἐπιγέγραπται· μόνον δὲ *εἰς τὸ τέλος* εἴρηται καὶ *συνέσεως*· ἐπειδὴ τὰ τελευταῖα τῶν λόγων ἀγαθῶν ἐστιν ἀπαγγελτικὰ ἐν οἷς φησιν· *Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος*, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ συνέσεως δὲ τῆς ἐκ Θεοῦ δεῖται ἡ τῶν ἐμφερομένων λόγων διάνοια. Ὅτε μὲν οὖν παρὰ τῷ Ἀβιμέλεχ γενόμενος, τῆς ἱερατικῆς ἀπεγεύσατο τροφῆς, ἀλλοιώσας τὴν γεῦσιν αὐτοῦ ἢ τὸν τρόπον αὐτοῦ κατὰ τὴν τῶν λοιπῶν ἑρμηνείαν· εὐλογίας καὶ εὐχαριστίας ἀνέπεμπεν τῷ Θεῷ λέγων· *Εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, διαπαντὸς ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου*, καὶ τὰ ἑξῆς. Νυνὶ δὲ, ὅτε τοῦ διαβόλου Δωὴκ τὴν πρᾶξιν ἔγνω, καὶ ὡς τοσούτους ἀνεῖλεν ἱερεῖς, ἔργῳ διαβολικῷ χρησάμενος, ὡς πρὸς αὐτὸν συντάττει τοὺς προκειμένους λόγους φάσκων·

Vers. 3. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es? iniquitatem tota die et injustitiam cogitavit lingua* C *tua.* Et hæc quidem multo ante dicta sunt, quam historia quinquagesimi psalmi contingeret. Nam adhuc superstite Saule et prius quam David regnaret, et res gesta, et psalmus dictus est. Ac diuturnis postea temporibus, post Saulis obitum, postremisque regni sui annis, confessionem in quinquagesimo psalmo expressam David protulit, quam tamen huic psalmo præmisit, propter ejus cum quadragesimo nono psalmo affinitatem, uti jam commonstratum est. Psalmi vero a LI ad LXX, viginti numero, Davidis inscripti, ab alio principio argumentum mutuati sunt, videturque vivente adhuc Saule pronuntiati fuisse, antequam David regnaret. Nam is, quem jam tractamus, vivente Saule dictus est, *Cum venit Doec Idumæus* D *et nuntiavit Sauli, ac dixit ei: Venit David in domum Abimelech* [63]. Sed etiam LIII, tunc pronuntiatus est, *Cum venissent Ziphæi, et dixissent ad Saul: Nonne David absconditus est apud nos* [64]? Quinquagesimus vero quintus sic inscriptus est: *Cum tenuerunt illum Allophyli in Geth:* quo tempore nondum regnabat David, Saule superstite. Quinquagesimus autem sextus sic titulum habet, *David, cum fugeret a facie Saul in speluncam.* Similiter et LVIII, *Quando misit Saul*, ait, *et custodivit domum ejus, ut eum interficeret.* Quinquagesimus vero nonus, etiamsi post mortem Saulis pronuntiatus fuerit,

Τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ, ὁ δυνατός; ἀνομίαν ὅλην τὴν ἡμέραν, καὶ ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσά σου. Καὶ λέλεκται μὲν τὰ μετὰ χεῖρας πολὺ πρότερον τοῖς χρόνοις τῆς ἱστορίας τοῦ ν' ψαλμοῦ. Ἔτι γὰρ ζῶντος τοῦ Σαοὺλ, καὶ πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι τὸν Δαυὶδ, καὶ πέπρακτο καὶ εἴρητο. Μακροῖς δὲ ὕστερον χρόνοις, μετὰ τὸν θάνατον Σαοὺλ, καὶ πρὸς τοῖς τελευταίοις τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ὁ Δαυὶδ τὴν ἐν τῷ ν' ποιεῖται ἐξομολόγησιν, ἣν προὔταξε διὰ τὴν πρὸς τὸν μθ' ψαλμὸν ἀκολουθίαν, ὥσπερ οὖν καὶ ἀποδέδεικται. Οἱ δ' ἀπὸ τοῦ α' καὶ ν' τὸν ἀριθμὸν εἴκοσι, τοῦ Δαυὶδ ἐπιγεγραμμένοι, μέχρι τοῦ σ' ἐξ ἑτέρας ἀρχῆς τὴν ὑπόθεσιν εἰλήφασιν· ἐοίκασι γοῦν ἔτι ζῶντος Σαοὺλ εἰρῆσθαι, πρὶν ἢ βασιλεῦσαι τὸν Δαυίδ. Ὅ τε γὰρ μετὰ χεῖρας ἔτι ζῶντος Σαοὺλ ἐλέχθη, *Ἐν τῷ ἐλθεῖν Δωὴκ τὸν Ἰδουμαῖον καὶ ἀναγγεῖλαι τῷ Σαοὺλ, ὅτι ἦλθε Δαυὶδ εἰς τὸν οἶκον Ἀβιμέλεχ.* Ἀλλὰ καὶ ὁ νγ'· *Ἐν τῷ ἐλθεῖν τοὺς Ζιφαίους, καὶ εἰπεῖν τῷ Σαούλ· Οὐχὶ ἰδοὺ Δαυὶδ κέκρυπται παρ' ἡμῖν;* εἴρητο. Καὶ ὁ ε' δὲ καὶ ν'· *Ὅτε ἐκράτησαν αὐτὸν οἱ Ἀλλόφυλοι ἐν Γέθ*, ἐπιγέγραπται· ἦν δὲ καὶ οὗτος ὁ χρόνος ὁ πρὸ τῆς βασιλείας τοῦ Δαυὶδ, ἔτι τοῦ Σαοὺλ περιόντος τῷ βίῳ, καὶ ὁ νζ' ἐπιγράφει· *Τῷ Δαυὶδ, ἐν τῷ αὐτὸν ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον.* Ὡσαύτως καὶ ὁ νη'· *Ὁπότε*, φησὶν, *ἀπέστειλε Σαοὺλ, καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ, τοῦ θανατῶσαι αὐτόν.* Ὅ γε μὴν νθ', εἰ καὶ μετὰ τὸν θάνατον Σαοὺλ εἴρητο,

[60] I Reg. XXII, 9-11. [61] ibid. 18, 19. [62] Psal. XXXIII, 2. [63] I Reg. XXI, 1. [64] ibid. 11.

ἤδη βασιλευοντος τοῦ Δαυΐδ, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς πρὸ τῆς κατὰ τὸν Οὐρίαν πράξεως· ὃ δὴ σημαίνεται ἀπὸ τῆς προγραφῆς, ἥτις δηλοῖ τὸν χρόνον φάσκουσα· *Ὁπότε ἐπέβρισε τὴν Μεσοποταμίαν Συρίας, καὶ τὴν Συρίαν Σωβᾶ, καὶ ἀπέστρεψεν Ἰωὰβ καὶ ἐπάταξε τὴν φάραγγα τῶν Ἁλῶν, δώδεκα χιλιάδας.* Ταῦτα δὲ τοῖς χρόνοις προάγει τὴν ἐν τῷ ν' ψαλμῷ ἐξομολόγησιν. Ἔτι μὴν καὶ ὁ ξδ' ψαλμὸς ἐλέχθη τῷ Δαυΐδ *ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰδουμαίας*, ζῶντος ἔτι τοῦ Σαούλ. Καὶ θέα ὅπως σχεδὸν οἱ πλεῖστοι τοῦ δευτέρου μέρους τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν τοῦ Δαυΐδ, παρεκτὸς τοῦ ν', τοὺς πρόπαλαι εἰρημένους αὐτῷ πρὸ τῶν χρόνων τῆς κατὰ τὸν Οὐρίαν πράξεως περιειλήφασι. Τό γε μὴν πρῶτον μέρος τῆς αὐτῆς βίβλου τὸ ἀπὸ πρώτου καὶ μέχρι μ' τὴν ἐναντίαν εἶχε τάξιν· τοὺς γὰρ μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν τοῦ ν' ἐκεῖνο περιεῖχε τὸ μέρος. Ὁ γοῦν τρίτος ψαλμὸς λέλεκτο τῷ Δαυΐδ, *ὁπότε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλὼμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.* Ἔφευγε δὲ τὸν υἱὸν μετὰ τὴν ἱστορίαν τοῦ Οὐρίου. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ς' τῆς αὐτῆς ἕνεκα πράξεως ἀπεκλάετο(1) λέγων· *Ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου, λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω.* Καὶ ὁ ζ' δέ· *Ὑπὲρ τῶν λόγων Χουσὶ υἱοῦ Ἰεμινεὶ* λελεγμένος, τῶν αὐτῶν εἴη ἂν χρόνων. Χουσὶ γὰρ ἀρχιεταῖρος γεγονὼς τοῦ Δαυΐδ, τῷ Ἀβεσσαλὼμ συνεγένετο. Ἔτι μὴν καὶ ὁ ιζ' ἀποδέδεικται περὶ τὰ τελευταῖα τῆς ζωῆς Δαυΐδ λελεγμένος. Ἀλλὰ καὶ ὁ λζ', ἐπιγεγραμμένος *εἰς ἀνάμνησιν*, τὴν αὐτὴν ἔχων διάνοιαν τῷ ς', ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῶν αὐτῶν ῥημάτων λέγων· *Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.* Προῶν δὲ τὴν αὐτὴν ἐξομολόγησιν τῇ ἐν τῷ ν' φερομένῃ ποιεῖται ἔν τε τοῖς ἄλλοις καὶ δι' ὧν φησιν· *Ὅτι αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆσαν τὴν κεφαλήν μου. Προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου.* Καὶ σὺ δ' ἂν κατὰ σαυτὸν συναγαγὼν εὕροις ἂν τὰ πλεῖστα τῶν ἐν τῷ πρώτῳ μέρει τῶν ψαλμῶν μετὰ τοὺς χρόνους τῆς κατὰ τὸν Οὐρίαν ἱστορίας εἰρημένα, τὰ δὲ μετὰ τὸν ν' τοῖς χρόνοις προάγοντα τὴν κατὰ τὸν Οὐρίαν πρᾶξιν. Τί δήποτε οὖν οὐ κατὰ τὴν τῶν χρόνων ἀκολουθίαν οἱ πρῶτοι τοῖς χρόνοις πρῶτοι κατετάγησαν· ἀλλ' οἱ τὴν πρῶτοι λελεγμένοι ἔτι ζῶντος Σαοὺλ ἐν τῷ δευτέρῳ μέρει τῶν ψαλμῶν· ἐν δὲ τῷ πρώτῳ οἱ τοῖς χρόνοις ὕστατοι; ἡγοῦμαι δὲ ταύτην εἰληφέναι τὴν τάξιν, ὡς ἂν μὴ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω φέροιτο ὁ λόγος· τὸ γὰρ, *εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς*, καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ψαλμῶν τάξεως πεφυλάχθαι ἔοικεν. Διὸ καὶ τὰ σκυθρωπότερα πρῶτα τέθειται· ἵνα δεύτερα τὰ χρηστότερα φυλαχθῇ, καλυπτομένων καὶ ἐξαφανιζομένων τῶν χειρόνων, διὰ τῶν ἐν τοῖς δευτέροις κρειττόνων. Εἰκὸς δὲ τὸν Δαυΐδ τὸ πλημμεληθὲν αὐτῷ ὕστερον διὰ τῶν προτέρων αὐτοῦ κατορθωμάτων ἐθέλειν καλύπτειν. Εἴποι δ' ἄν τις, ὅτι

jam regnante Davide ; at ipse quoque ante admissum in Uriam facinus editus est: quod ex inscriptione significatur, temporis notam ferente his verbis: *Cum succendit Mesopotamiam Syriæ, et Syriam Soba : et conversus Joab percussit vallem Salinarum, duodecim millia.* Hæc porro tempore prævertunt confessionem in L psalmo factam. In super LXII a Davide dictus est, *cum esset in deserto Idumææ*, vivente adhuc Saule. Ac mihi perpendas velim, quo pacto plerique in secunda parte libri psalmorum Davidis positi psalmi, excepto quinquagesimo, eos qui ab ipso diu ante tempus gesti in Uriam facinoris pronuntiati fuerant, præoccupaverint. Prima sane pars ejusdem libri a primo ad quadragesimum, contrarium habet ordinem: namque pars illa eos, qui post confessionem quinquagesimi psalmi dicti sunt, complectitur. Tertius itaque psalmus a Davide pronuntiatus est, *eum fugeret a facie Absalonis filii sui.* Fugit autem a filio post historiam Uriæ. Imo etiam in sexto pro eodem facinore flebat dicens: *Laboravi in gemitu meo: lavabo per singulas noctes lectum meum; lacrymis meis stratum meum rigabo* [65]. Septimus item, *pro verbis Chusi filii Jemini* dictus, ejusdem temporis fuerit. Chusi enim qui princeps amicorum David fuerat, cum Absalone junctus est. Et jam quidem commonstratum est decimum septimum circa finem vitæ David dictum fuisse. Similiterque tricesimus septimus, inscriptus *in rememorationem*, eamdem præferens quam sextus sententiam, iisdem verbis incipit dicens: *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* In sequentibus vero eamdem, quam in psalmo quinquagesimo, confessionem edit, sive in aliis, sive in hoc dicto: *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum. Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ* [66]. Ac si eadem per te colligas, multa in prima parte libri psalmorum deprehendas, quæ post tempus historiæ de Uria prolata sunt, atque ea quæ post quinquagesimum posita sunt, gestum in Uriam facinus tempore prævertere comperies. Quid igitur causæ est, quod non secundum temporum seriem, qui primi tempore sunt, primi positi sint, sed qui primi, superstite Saule dicti sunt, in secunda psalmorum parte sint constituti; et in prima, qui tempore posteriores erant? Ego vero arbitror ideo hunc ordinem sumptum esse, ut ne a præstantioribus ad pejora sermo declinaret. Illud enim: *In finem ne disperdas*, etiam pro psalmorum ordine observatum videtur. Quare tristiora primo posita sunt, ut mitiora pro secundis servarentur, occultatis et oblitteratis pejoribus per meliora illa secundo loco posita. Verisimile autem est Davidem ab se patratum postea facinus per priora illa bona opera tegere vo-

[65] Psal. VI, 7. [66] Psal. XXXVII, 5, 6.

(1) Ita frequenter in hoc commentario ἀποκλάομαι, pro ἀποκλαίομαι legitur, et quidem in omnibus manuscriptis.

luisse. Potest etiam dici, ex sublimi pietate Davidem confessiones suas primas statuisse, quia *justus in principio sermonis accusator est sui*[67]. Cum tanta porro de ordine psalmorum a nobis exquisita fuerint, jam tempus est ad propositas LI psalmi voces accedere.

Hæc itaque scribit, cum edidicisset quæ Doec Syrus, structis contra se calumniis, gesserat. Quamobrem ceu ipsum alloquens ait : *Quid gloriaris in malitia, qui potens es?* sive etiam diabolum compellat, qui in ipso operabatur. Non nesciebat enim illum sibi semper adversarium esse, et assidue se impugnare, modo per Saulem, modo per Doecum, ac plerumque aliorum ministerio. Qui ergo in malitia infirmus, invalidus ac debilis est, cum meliores in ipso mores prævaleant, utpote qui in malitia infirmior sit, dum peccat sese occultabit, et pungente conscientia fortasse resipiscet, atque malitiæ suæ remedium per confessionem ac sinceram pœnitentiam excogitabit. Sed qui potens est in iniquitate, in ipsa superbit et gloriatur, et quasi magno edito facinore sese ostentat. Ac videtur mihi, in præsenti sermone contrarium describi morem, ei qui in psalmo L de confitente designatur. In illo namque qui semel in malitiam lapsus erat, aliquando resipiscebat, ac sese macerabat in confessione, suaque mala deflebat. At ei de quo nunc sermo, in malitia degenti dicitur :

VERS. 7-9. *Et eradet te de tabernaculo tuo, et eradicabit te de terra viventium in æternum;* ut videntes justi semper timeant, ipsumque derideant, ac dicant : *Ecce homo, qui non posuit Deum virtutem suam, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, et prævaluit in calamitate sua.* Hæc porro quasi de Doec dicta sunt, qui genere quidem Syrus erat, sed in medio Israelis versabatur; imo fortasse piam religionem simulans, una cum multitudine in tabernaculum Dei concesserat. Et sane dicta sunt isthæc ad quemque in malitia potentem, qui lingua pro gladio utatur ad animarum perniciem, quem ceu quamdam amaram et exitiosam radicem, animarum agricola evellet, etiamsi videatur ad breve tempus in tabernaculo Dei et in Ecclesia ipsius plantatus fuisse. Evulsus autem talis homo ac procul tabernaculo sanctorum ejectus, in miserabile spectaculum ponetur ad utilitatem et castigationem videntium : qui terribile Dei adversus hujusmodi hominem judicium oculis percipientes, id curabunt, id cavebunt, ut ne in paria incidant. Deinde pristinam potentis in malitia arrogantiam, sublimitatem et superbiam memoria repetentes, atque advertentes eam, quæ postea ipsum invasit, abjectionem ac perniciem, risu dignum æstimabunt, considerantes ex qualibus in qualia deciderit; judicium Dei probabunt, justumque esse fatebuntur. Sub hæc calamitatum impii causas expendent, rectum esse judicium Dei prædicantes. Oportuerat

[67] Prov. XVIII, 17.

καθ' ὑπερβολὴν εὐλαβείας πρώτας ἔταττε τὰς ἐξομολογήσεις ἑαυτοῦ· *Ἐπειδὴ δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ.* Ἀλλὰ τοσούτων ἡμῖν εἰς τὴν ἀποδοθεῖσαν τάξιν γεγυμνασμένων, καιρὸς ἤδη καὶ ἐπὶ τὰς προκειμένας φωνὰς τοῦ να' παρελθεῖν.

Γράφει τοίνυν τοὺς προκειμένους λόγους, μαθὼν ὁπόσα διεπράξατο Δωὴκ ὁ Σύρος ἐν ταῖς κατ' αὐτοῦ διαβολαῖς. Διὸ ὡς πρὸς αὐτὸν ἀποτείνεται λέγων· *Τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ, ὁ δυνατός;* ἢ ὡς πρὸς τὸν ἐνεργήσαντα ἐν αὐτῷ διάβολον. Οὐ γὰρ ἠγνόει τὸν πάντοτε αὐτῷ ἀντικείμενον, καὶ διὰ παντὸς αὐτὸν πολεμοῦντα, ποτὲ μὲν διὰ τοῦ Σαοὺλ, νυνὶ δὲ διὰ τοῦ Δωὴκ, καὶ ἄλλοτε ἄλλως δι' ἑτέρων. Ὁ μὲν οὖν ἀδύνατος καὶ ἄτονος καὶ ὀλίγος ἐν κακίᾳ, πλεονάζοντος ἐν αὐτῷ τοῦ κρείττονος τρόπου, ὡς ἂν ἀσθενέστερος ἐν κακίᾳ, ἐγκαλύψεται ἁμαρτάνων, καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως κεντούμενος, μετανοήσειεν ἄν, καὶ τῆς ἑαυτοῦ κακίας περινοήσειεν ἑαυτῷ φάρμακον δι' ἐξομολογήσεως καὶ εἰλικρινοῦς μετανοίας· ὁ δὲ δυνατὸς ἐν κακίᾳ τυφοῦται ἐπ' αὐτῇ, καὶ ἐγκαυχᾶται, ὡς ἐπὶ μεγάλῳ κατορθώματι σεμνυνόμενος. Καί μοι δοκεῖ τὸν ἐναντίον τρόπον διαγράφειν ὁ παρὼν λόγος τῷ προεξομολογησαμένῳ ἐν τῷ ν' ψαλμῷ. Ἐν ἐκείνῳ μὲν γὰρ ὀλισθήσας ἐν κακίᾳ ἅπαξ, ποτὲ μετεγίνωσκε καὶ ἑαυτὸν ἔκοπτεν ἐξομολογούμενος, καὶ τὰ ἑαυτοῦ κακὰ ἀποκλαόμενος (*sic*)· ὁ δὲ παρὼν ἐν κακίᾳ ὧν φησι·

Καὶ ἀποξύσει σε ἀπὸ τῆς σκηνῆς, καὶ ἐκ ριζώσει σε ἐκ γῆς ζώντων εἰσαεί· ἵνα δίκαιοι βλέποντες ἀεὶ φοβῶνται, καὶ καταγελῶσιν αὐτοῦ λέγοντες· *Ἰδοὺ ἄνθρωπος, ὃς οὐ προέθετο τὸν Θεὸν ἰσχὺν αὐτοῦ· ἀλλ' ἐπεποίθησε τῷ πλήθει τοῦ πλούτου αὐτοῦ, καὶ ἐνισχυρύσατο τῇ συμφορᾷ ἑαυτοῦ.* Λέλεκται δὲ ταῦτα ὡς πρὸς τὸν Δωὴκ, ὄντα μὲν Σύρον τὸ γένος, ἀναστρεφόμενον δὲ ἐν μέσῳ τοῦ Ἰσραήλ· καί που τάχα καὶ παραβάλλοντα μετὰ τοῦ πλήθους εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ Θεοῦ, θεοσεβεῖν τε προσποιούμενον. Λέλεκται δὲ καὶ πρὸς πάντα τὸν ἐν κακίᾳ δυνατὸν, τῇ γλώσσῃ χρώμενον ἀντὶ ξίφους ἐπὶ ψυχῶν ἀπωλείᾳ, ὥσπερ τινὰ πικρὰν καὶ λυμαντικὴν ῥίζαν, ὁ τῶν ψυχῶν γεωργὸς ἐκτῖλαι, κἂν δοκῇ πρὸς βραχύν τινα χρόνον ἐν τῷ σκηνώματι τοῦ Θεοῦ καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ πεφυτεῦσθαι. Ἐκταλεὶς (*sic*) δὲ ὁ τοιοῦτος καὶ μακρὰν ἀπορριφεὶς τοῦ τῶν ἁγίων σκηνώματος, θέαμα κείσεται οἰκτρὸν ἐπ' ὠφελείᾳ καὶ σωφρονισμῷ τῶν ὁρώντων, οἳ, τὴν ἀπότομον τοῦ Θεοῦ κατὰ τοῦ τοιούτου κρίσιν ὀφθαλμοῖς παραλαβόντες, ἀγωνιάσουσι καὶ φυλάξονται μὴ τοῖς ὁμοίοις περιπεσεῖν. Εἶτα ἀναφέροντες τῇ μνήμῃ τὴν προτέραν τοῦ δυνατοῦ ἐν κακίᾳ μεγαλαυχίαν, τό τε ὕψος καὶ τὴν ὑπερηφανίαν αὐτοῦ, ὁρῶντες δὲ καὶ τὴν μετὰ ταῦτα μετελθοῦσαν αὐτὸν ταπείνωσίν τε καὶ ἀπώλειαν, καταγέλαστον αὐτὸν ἡγήσονται, ἐξ οἵων εἰς οἷα μεταπέπτωκε θεωμενοι· ἀποδέξονται δὲ τοῦ Θεοῦ τὴν κρίσιν, δικαίαν αὐτὴν εἶναι ὁμολογοῦντες. Εἶτ' ὦ καὶ τὰς αἰτίας διελεύσονται, δι' ἃς ταῦτα πέπονθε·

ὁ ἀσεβὴς, δικαιοῦντες τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν. Δέον γὰρ μὴ ἐπὶ πλούτῳ μέγα φρονεῖν, μηδ' ἐπὶ τῇ ματαιότητι τοῦ παρόντος βίου ἐπαίρεσθαι, μόνον δὲ τὸν Θεὸν ἐλπίδα καὶ βοηθὸν αὐτοῦ τίθεσθαι, καὶ ἐπὶ ταύτῃ μὴ σαλεύειν τῇ ἐλπίδι· ὁ δὲ τὴν μὲν ἀγαθὴν ἄγκυραν τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς καταλέλοιπεν, ἐπὶ ματαίῳ δὲ πλούτῳ τὰς ἐλπίδας ἀναρτήσας, ἑαυτὸν ἔπαιξε, πλέον οὐδὲν ἢ γέλωτα ὀφλήσας ἐπὶ τῇ αὐτοῦ ματαίᾳ καὶ ἄφρονι μεγαλαυχίᾳ.

A enim non tam efferri de divitiis, nec de vanitate vitæ præsentis extolli; sed unum Deum in spem et auxilium sibi ponere, atque in tali spe non fluctuare. Ille vero bona animæ suæ anchora dimissa, atque in divitiis inanibus spe reposita, sibi ipsi illusit; nihilque aliud de vana illa et insana arrogantia retulit, quam quod se ridiculum præberet.

Ἐγὼ δὲ, ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, ἤλπισα ἐπὶ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ὁ μὲν ἐν κακίᾳ δυνατὸς ὁποίου τέλους τεύξεται, διὰ τῶν εἰρημένων μεμαθήκαμεν. Ἐγὼ δὲ, φησὶν ὁ Δαυὶδ, ταῦτα παιδευθεὶς πρὸς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὔτε ἐπὶ πλήθει πλούτου προσκαίρου ἐπαρθείην ποτὲ, B οὔτε ἐπὶ ματαιότητι τοῦ θνητοῦ βίου· *Ματαιότης γὰρ ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης.* Ἀλλὰ καὶ φεύγων τὴν ὁδὸν τοῦ δυνατοῦ ἐν κακίᾳ, τὴν ἐμαυτοῦ γλῶτταν καὶ τὰ ῥήματα οὐκ εἰς ἀπώλειαν ἑτέρων ἀκονήσαιμι, ἀλλ' ἐπ' ὠφελείᾳ ψυχῶν, καὶ εἰς διακονίαν σωτηρίων λόγων. Καὶ ταῖς λοιπαῖς δὲ πράξεσιν οὕτως ἂν γενοίμην εὐθαλὴς καὶ εὔκαρπος, ὡς παραβάλλεσθαί μου τὴν ψυχὴν ἀειθαλεῖ καὶ πολυκάρπῳ φυτῷ ἐν οἴκῳ Θεοῦ πεφυτευμένῳ. Διό φημι· *Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ·* ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία εὐθαλὴς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ.* Οὐδὲ γὰρ ἀπένευον τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ἔνδον ἐν αὐτῷ ὥσπερ ἐν γεωργίῳ Θεοῦ πεφυτευμένος, καὶ τῶν ναμάτων τῆς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ πηγῆς ἀπολαύων, C πολύκαρπος ἐγινόμην καὶ ἀειθαλὴς, κατὰ τὸ παράδειγμα τοῦ τῆς ἐλαίας φυτοῦ, ὅπερ ἐν τοῖς ἀειθαλέσι παρείληπται. Τήρει δὲ, ὅτι ταῦτα λέγων ὁ Δαυὶδ, οὔτε ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐτύγχανεν, ἣν ἐνόμιζον εἶναι Ἰουδαίων παῖδες οἶκον τοῦ Θεοῦ· οὔτε γὰρ ᾠκοδόμητο· ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῇ σκηνῇ τῇ ὑπὸ Μωϋσέως κατεσκευασμένῃ, εἰσέτι τότε παρὰ Ἰουδαίοις οὔσῃ. Φεύγων γὰρ τὸν Σαοὺλ παρ' ἑτέροις τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο· ὅμως δ' οὖν οὐκ ἠγνόει ἑαυτὸν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ πεφυτευμένον· οἶκον Θεοῦ νοῶν τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα. Καὶ ἐπειδήπερ κατάκαρπος, οὐδὲ πικροὺς φέρων καρποὺς, γλυκεῖς δὲ καὶ πολλῆς γέμοντας φιλανθρωπίας, εἰκότως ἐλαίας φυτῷ κατακάρπῳ παρεβάλλετο, τὸν εἰς τοὺς πέλας ἔλεον σημαίνοντος, καὶ τὴν εἰς ἅπαντας φιλανθρωπίαν τοῦ παραδείγματος. Ὡς οὖν τοσούτοις βρίθων ἀγαθοῖς, ἀκολούθως ἐπιλέγει· *Ἤλπισα ἐπὶ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.*

VERS. 10. *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei in æternum et in sæculum sæculi.* Qui finis futurus sit ejus qui potens est in iniquitate, ex jam dictis edidicimus. Ego autem, ait David, his eruditus a Spiritu sancto, neque de multitudine temporanearum divitiarum, B neque de vanitate mortalis vitæ unquam extollar : nam *vanitas vanitatum, omnia vanitas* [46]. Imo vero viam potentis in iniquitate fugiens, linguam et verba mea non in perniciem aliorum exacuam; sed ad utilitatem animarum et ad ministerium salutaris sermonis. Et in reliquis operibus sic virens, sic fructifer evadam, ut anima mea arbori semper virenti ac fructiferæ in domo Dei plantatæ comparetur. Quamobrem dico : *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei;* sive, secundum Symmachum, *Ego autem sicut oliva virens in domo Dei.* Neque enim domum Dei abnuebam; sed intus in ipsa quasi in agro Dei plantatus, et rivis fontis in domo Dei scaturientis fruens, fructifer ac semper virens evasi, exemplo arboris olivæ, quæ inter semper virentes annumeratur. Observes velim Davidem hæc dicentem non fuisse in Jerusalem, quam domum Dei esse arbitrabantur Judæi; nondum enim ædificata fuerat; sed neque in tabernaculo a Moyse structo, quod adhuc penes Judæos erat. Cum enim fugeret a Saule, apud alios morabatur : et tamen non ignorabat se in domo Dei plantatum esse; intelligens domum Dei religiosum esse institutum. Et quoniam fructifer erat, neque amaros, sed dulces et humanitate plenos fructus ferebat, jure fructuosæ arbori olivæ comparabatur, exemplo misericordiam in proximos, et humanitatem in omnes significante. Utpote igitur qui tot bonis instructus esset, consequenter infert : *Speravi in misericordia Dei in æternum et in sæculum sæculi.*

Τοῦ μὲν γὰρ ἐν κακίᾳ δυνατοῦ τὸ τέλος ἐκρίζωσιν αὐτῷ καὶ ἀφανισμὸν ἐδήλου. Ἐχρῆν γὰρ τὴν τῶν πικρῶν οἱστικὴν ῥίζαν καρπῶν πρὸς τοῦ τῶν ὅλων σοφοῦ γεωργοῦ ἀποκταλῆναι (1). Ὁ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, ἤλπισεν ἐπὶ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ἀθανασίαν καὶ ζωὴν αἰώνιον ποριζόμενος ἀπὸ τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος, ἧς οὔποτε ἐκπεσεῖται· *Ἡ γὰρ ἐλπὶς, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, οὐ καταισχύνει.* Εἶθ' ὡς ἐπ' ἀγαθοῖς καρποῖς, ἀγαθὰς ἐλπίδας ἑαυτῷ ὑπο-

D Nam illius quidem, qui potens est in iniquitate, finem significabat esse eradicationem et destructionem; radicem enim amarorum fructuum feracem, a sapiente omnium agricola eradicari oportebat. Qui vero sicut oliva fructifera in domo Dei, speravit in misericordia Dei in æternum et in sæculum sæculi, immortalitatem et vitam æternam refert ob bonam spem, qua nunquam excidet; nam, secundum Apostolum, *spes non confundit* [47]; deinde, utpote de bonis fructibus, bonam sibi spem con-

[46] Eccle. I, 2. [47] Rom. V, 5.

(1) Ἀποκταλῆναι. Anne ἀποκταθῆναι? EDIT.

signans, horum causam bonorum omnium submi- A nistratori ascribit dicens : *Confitebor tibi in sæculum, quia fecisti.* Neque enim ego, inquit, me sicut olivam fructiferam composui, sed tu fecisti : abs te enim gratia ; quare nunquam finem faciam tibi gratias habendi ac confitendi : sed postquam semel speravi in misericordia Dei, *exspectabo nomen ejus.* Nam cum bona spes subsit, patientia nobis opus. Quapropter *exspectabo nomen tuum*, ait, *quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum ;* sive secundum Symmachum, *Quoniam bonum est nomen tuum in conspectu sanctorum tuorum.* Gnarus itaque ipsum bonum esse et bonorum auctorem, non potentibus in malitia, non abjectis hominibus, sed sanctis ; jure *exspectabo nomen tuum*, bona spe fruens me nunquam lapsurum a misericordia tua. B Sic itaque in ipso speravi in æternum et in sæculum sæculi.

1. IN FINEM, PRO MAHELETH, INTELLIGENTIÆ DAVID LII.

VERS. 2-6. *Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus. Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitatibus, non est qui faciat bonum.* Quinquagesimus psalmus confessionis modum ejus, quem admissi peccati pœnitet, complectitur ; sequens vero in malitia potentis et impii moris insaniam describit ; ac qualis, cum istum, tum priorem, finis exceperit. Nam ei qui in malis suis gloriabatur dictum est : *Propterea Deus destruet te in finem, evellet te, et emigrabit te de tabernaculo*[70] ; ex persona autem confitentis subjungitur, *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei, speravi in misericordia ejus in sæculum*[71]. Hic vero qui psalmus non est, neque enim ita inscribitur ; sed neque canticum, neque quid simile, salutaris Dei adventus prophetiam continet, quem multi prophetæ et justi voluerunt videre. Præsens itaque, quasi in omnium hominum ruina, et quasi in communi naufragio hæc precatur : *Quis dabit ex Sion Salutare Israel ? cum converterit Dominus captivitatem plebis suæ, exsultabit Jacob et lætabitur Israel :* quando confitens declaransque peccata sua, per salutarem Dei adventum purgationem consecuturus erat ; quando impii et in malitia potentes hominum mores, non per alium quam per unum Salvatorem, qui insanabilibus animæ morbis mederi valet, curari poterant. Et D hæc de serie dicta sint.

Observa porro hanc prophetiam bis in libro Psalmorum ferri, in prima parte, psalmo tertio decimo ; in secunda, eo quem jam tractamus. Nam a principio ad finem, iisdem fere verbis jacet decimus tertius ac præsens psalmus ; his verbis incipiens, *Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus ;* his vero desinens, *Quis dabit ex Sion Salutare Israel ? cum converterit Dominus captivitatem plebis suæ, ex-*

[70] Psal. LI, 7. [71] ibid. 10.

τυπωσάμενος, τὴν αἰτίαν ἐξάπτει τῷ πάντων τῶν ἀγαθῶν χορηγῷ λέγων· *Ἐξομολογήσομαί σοι εἰς τὸν αἰῶνα, ὅτι ἐποίησας.* Οὐ γὰρ ἐγὼ, φησὶν, ἐποίησα ἐμαυτὸν ὡσεὶ ἐλαίαν κατάκαρπον, ἀλλὰ σὺ ἐποίησας· παρὰ σοῦ γὰρ ἡ χάρις· διὸ οὐδέποτε παύσομαί σοι τὴν χάριν εἰδὼς, καί σοι ἐξομολογούμενος· ἅπαξ δὲ ἐλπίσας ἐπὶ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ, *ὑπομενῶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ.* Τῆς γὰρ ἀγαθῆς ἐλπίδος ὑποκειμένης, ὑπομονῆς ἡμῖν χρεία. Διὸ *ὑπομενῶ τὸ ὄνομά σου,* φησὶν, *ὅτι χρηστόν ἐστιν ἐναντίον τῶν ὁσίων σου·* ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Ὅτι ἀγαθὸν τὸ ὄνομά σου ἐνώπιον τῶν ὁσίων σου.* Εἰδὼς οὖν, ὅτι ἀγαθόν ἐστι, καὶ ἀγαθῶν ποιητικὸν, οὐ τοῖς δυνατοῖς ἐν κακίᾳ, οὐδὲ τοῖς ἀποβλήτοις τῶν ζώντων, ἀλλὰ τοῖς ὁσίοις, εἰκότως *ὑπομενῶ τὸ ὄνομά σου,* εὔελπις ὢν μήποτε ἐκπεσεῖν τοῦ σοῦ ἐλέους. Οὕτω γοῦν ἤλπισα ἐπ' αὐτῷ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΥΠΕΡ ΜΑΕΛΕΘ. ΣΥΝΕΣΕΩΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΝΒ'

Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός. Διεφθάρησαν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἀνομίαις, οὐκ ἔστι ποιῶν ἀγαθόν. Ὁ μὲν ν' ἐξομολόγησιν τρόπου μεταγινώσκοντος ἐφ' οἷς ἥμαρτεν, περιεῖχεν· ὁ δὲ ἑξῆς αὐτῷ, ἀπόνοιαν τοῦ ἐν κακίᾳ δυνατοῦ καὶ ἀθέου τρόπου· ὁποῖόν τε τοῦτον διεδέχετο τὸ τέλος, καὶ ὁποῖον τὸν πρότερον. Τῷ μὲν γὰρ καυχησαμένῳ ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ κακοῖς ἐλέγετο· *Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς καθελεῖ σε εἰς τέλος, ἐκτῖλαί σε καὶ μεταναστεῦσαί σε ἀπὸ σκηνώματος·* ἐκ προσώπου δὲ τοῦ ἐξομολογησαμένου ἐπήγετο ἑξῆς τὸ, *Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, ἤλπισα ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα.* Ὁ δὲ παρὼν οὐκ ὢν ψαλμὸς, οὐ γὰρ οὕτως ἐπιγέγραπται, ἀλλ' οὐδὲ ᾠδὴ, οὐδέ τι τῶν τοιούτων, προφητείαν περιέχει τῆς σωτηρίου θεοφανείας, ἣν πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν. Ὥσπερ οὖν καὶ ὁ μετὰ χεῖρας ἐπὶ τῇ πάντων ἀνθρώπων διαπτώσει, καὶ ὥσπερ ἐπὶ κοινῷ ναυαγίῳ εὐχόμενος καὶ λέγων· *Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ Σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ ; ἐν τῷ ἐπιστρέψαι Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ·* ὅτε γὰρ, ἐξομολογούμενος καὶ ἐξαγορεύων τὰ ἑαυτοῦ ἁμαρτήματα διὰ τῆς σωτηρίου θεοφανείας, καθάρσεως ἔμελλε τεύξεσθαι· ὅτε ἄθεος ἐν ἀνθρώποις καὶ ἐν κακίᾳ δυνατὸς τρόπος οὐδ' ἄλλως οἷός τε ἦν ἢ διὰ μόνου τοῦ Σωτῆρος θεραπείας τυχεῖν, τοῦ καὶ τὰ ἀνίατα τῆς ψυχῆς πάθη ἰάσασθαι δυναμένου. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τὴν ἀκολουθίαν εἰρήσθω.

Σημειώσῃ δὲ, ὅτι δεύτερον ἤδη ἡ προκειμένη προφητεία ἔγκειται τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν· ἐν μὲν τῷ πρώτῳ μέρει κατὰ τὸν ιγ', ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ κατὰ τὰ προκείμενα. Σχεδὸν γὰρ αὐτοῖς ῥήμασιν ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους καὶ ὁ ιγ' ὁμοίως ἔχει τῷ παρόντι· ἀρχόμενος μὲν ἀπὸ τοῦ· *Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός·* τελευτῶν δὲ εἰς τό· *Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ Σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ ; ἐν τῷ*

ἐπιστρέψαι Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται Ἰακώβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ. Βραχεῖαι δὲ λέξεις τὴν ἐν ἀμφοτέροις διαφορὰν ἐργάζονται. Ἐν μὲν γὰρ τῇ προγραφῇ ὁ μὲν ιγ' εἰς τὸ τέλος τῷ Δαυὶδ ἐλέγετο· ὁ δὲ παρὼν ἔχει μὲν τὴν αὐτὴν ῥῆσιν, πλεονάζει δὲ ἐν τῷ λέγειν, ὑπὲρ Μαελὲθ, συνέσεως. Ὁ μὲν Ἀκύλας, ἐπὶ χορείᾳ, ἡρμήνευσεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, διὰ χοροῦ· ὁ δὲ Θεοδοτίων, ὑπὲρ τῆς χορείας, καὶ ἡ πεμπτὴ ἔκδοσις ὡσαύτως. Ἀναγκαίως δὲ πρόκειται τὸ, συνέσεως· ἐπειδήπερ συνέσεως ἡμῖν δεῖ πρὸς τὸ νοῆσαι τίς ἐστιν ἡ χορεία ἡ διὰ τῆς προγραφῆς δηλουμένη, καὶ τίς ὁ λόγος, καθ' ὃν ἅπαξ προλεχθείσης τῆς προφητείας κατὰ τὸν ιγ' δεύτερον ἐνταῦθα παρείληπται. Τὸ δὲ, εἰς τέλος, ἐν ἀμφοτέροις κείμενον, σημαντικὸν ἂν εἴη τοῦ χρόνου καθ' ὃν ἤμελλεν ἀποτελεῖσθαι τὰ προφητευόμενα. Ἐπειδὴ γὰρ κατὰ τὴν συντέλειαν τοῦ αἰῶνος, τὸ Σωτήριον τοῦ Θεοῦ, ἐπιφανὲν τοῖς ἐπὶ γῆς ἀνθρώποις, χορείαν συνεστήσατο τὴν ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ συγκροτουμένην, εἰς ὕμνους καὶ δοξολογίας τοῦ αὐτοῦ Πατρός· εἰκότως ἐπὶ σύνεσιν ἡμᾶς ταύτης τῆς χορείας ὁ λόγος παρορμᾷ. Καὶ ὅρα τὸ παράδοξον· προγράφει μὲν γὰρ ὑπὲρ τῆς χορείας, ἢ ὑπὲρ τοῦ χοροῦ, εἰσάγει δὲ οὐδένα ἐπὶ γῆς ἄνθρωπον ἀγαθὸν, οὐδὲ ποιοῦντα χρηστότητα ἕως ἑνός, λέγων ἐξῆς· *Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τοῦ ἰδεῖν εἰ ἔστι συνιὼν καὶ ἐκζητῶν τὸν Θεόν. Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἔστι ποιῶν ἀγαθὸν, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός.*

Εἰ δὲ οὖν τοιαῦτα ἦν τὰ ἐν ἀνθρώποις, ὡς μηδένα ἀγαθὸν εὑρίσκεσθαι ἐν τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, πῶς ὑπὲρ τῆς χορείας τὰ τῆς προγραφῆς λέγεσθαι σημαίνει; Ἀλλ' ἐρεῖς, ὅτι, ἐπειδὴ πάντες ἐξέκλιναν ἕως ἑνὸς, διεφθάρησάν τε οἱ ἐπὶ γῆς καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἀνομίαις, εἰκότως ὁ προφήτης ἐπηύξατο ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα εἰπών· *Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ Σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ; ἐν τῷ ἐπιστρέψαι Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ.* Συνεῖδε γὰρ τῇ προγνώσει τοῦ πνεύματος τοῦ προφητικοῦ, ὡς ἄρα διὰ τοῦ Σωτηρίου ἤμελλεν ἡ αἰχμαλωσία τοῦ λαοῦ ἐπιστρέφειν καὶ ἐλευθεροῦσθαι τῆς τῶν πολεμίων δυναστείας· ὧν ἐπιτελουμένων, ἡ τοῦ Θεοῦ χορεία συνίστατο ἐξ αὐτῶν ἐκείνων τῶν ἐλευθερουμένων τῆς αἰχμαλωσίας. Εἰκότως οὖν εἰς τὸ τέλος ἀναπέμπεται τὰ λεγόμενα, καὶ *ὑπὲρ Μαελὲθ*, τουτέστιν *ὑπὲρ τῆς χορείας*, λέλεκται· ὡσεὶ σαφέστερον ἡρμήνευτο, ὑπὲρ τῶν ἐλευθερωθησομένων τῆς αἰχμαλωσίας· διόπερ καὶ εἰς σύνεσιν ἡμᾶς ἀναπέμπει. Εἴρηται δὲ, τῷ *Δαυὶδ*, ἡ προφητεία, ὑπ' αὐτοῦ λεχθεῖσα. Διὸ παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς, τοῦ *Δαυὶδ*, ἐπιγέγραπται. Καὶ ἔστιν εἰπεῖν ὡς ἄρα αὐτὸς ὁ Δαυὶδ, προφήσας τό· *Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, ἤλπισα ἐπὶ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ*, οὐκ ἄλλως τεύξεσθαι τοῦ ἐλέους ἠπίστατο ἢ διὰ τοῦ προφητευομένου σωτηρίου. Διὸ ἐν μὲν τῷ ν' Ἔλεγεν· *Ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν*

sultabit Jacob et lætabitur Israel. Modicis autem verbis ambo differunt. Nam in titulo decimus tertius *in finem David* habet, hic vero eamdem quidem sententiam præfert; sed hæc insuper addit, *pro Maheleth, intelligentiæ.* Aquila, *super chorea*, interpretatus est; Symmachus, *per chorum*; Theodotio, *pro chorea*, et quinta editio similiter. Necessario autem *intelligentiæ* dicitur; quia intelligentia nobis opus, ut capiamus quæ sit illa chorea, in titulo indicata; et qua de causa, semel prolata prophetia in psalmo decimo tertio, secundo hic repetatur. Illud autem, *in finem*, quod in utroque legitur, tempus quo impleri debent quæ in prophetia feruntur significaverit. Quia enim in consummatione sæculi, Salutare Dei quod in terra hominibus illuxit, choream constituit ex omnibus gentibus in Ecclesia ipsius congregatam, ad hymnos et gloriam Patri ipsius referendam; jure ad talis choreæ intelligentiam nos sermo concitat. Et vide mihi, quæso, rem permiram: dum enim hunc titulum edit, *pro chorea* vel *pro choro*, nullum esse in terra bonum hominem, ac ne vel unum qui faciat bonitatem enuntiat, dicens in sequentibus: *Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens aut requirens Deum. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.*

Si itaque sic se res habebant apud homines, ut nullus in filiis hominum bonus reperiretur, quare pro chorea psalmum dici inscriptio significat? Verum dicas, quia omnes declinaverant usque ad unum, ac corrupti erant qui in terra versabantur, et abominabiles facti erant in iniquitatibus; merito prophetam in sequentibus precatum his verbis esse, *Quis dabit ex Sion Salutare Israel? cum converterit Dominus captivitatem plebis suæ, exsultabit Jacob, et lætabitur Israel.* Nam prophetici spiritus afflatu noverat, per Salutare illud, captivitatem plebis reversuram et liberandam esse ex inimicorum dominatu. Quibus absolutis, Dei choream ex iisdem a captivitate liberatis constituendam esse. Jure igitur hæc dicta ad finem remittuntur, *pro Maheleth*, id est, *pro chorea* dicta sunt: ac si clarius explicaretur, pro iis qui liberandi sunt a captivitate; quare nos ad intelligentiam remittit. Dicta autem est prophetia, *Davidi*, quia ab ipso Davide prolata; quapropter apud interpretes, *Davidis*, inscripta est. Ac dici potest Davidem, qui ante dixerat, *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei*, bene novisse se non alio modo misericordiam consecuturum esse, quam per salutare illud quod in vaticinio ferebatur. Quamobrem in quinquagesimo dicebat: *Redde mihi lætitiam Salutaris tui* [73]; in hoc autem, *Quis dabit ex Sion Salutare Israel?* Rogabat quippe commune bonum sibi

[73] Psal. L, 14.

quoque erogari. Decimus tertius etiam magnam cum præcedenti, scilicet cum duodecimo, habet affinitatem. Nam postquam rogavit idem in duodecimo, ac dixit, *Usquequo, Domine, oblivisceris me in finem? usquequo avertis faciem tuam a me* [73]? quibusdam postea additis, ita claudit: *Ego autem in misericordia tua speravi. Exsultabit cor meum in Salutari tuo* [74]. Et quia in duodecimo Salutare illud memoravit, in decimo tertio consequenter ait: *Quis dabit ex Sion Salutare Israel?*

Inscriptio itaque, quæ multa eget intelligentia, pro chorea dicebatur per Salutare in hominibus constituenda, ac post Salvatoris nostri Jesu Christi adventum opere perfecta; per quem in universo orbe una constitit Deo chorea, qualis visa nunquam fuerat, scilicet catholica Ecclesia Dei, supra firmam immobilemque salutaris verbi petram fundata. Quæ autem initio prophetiæ dicuntur, omnium qui in terra sunt hominum quasi naufragium inducunt. Nam ait: *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitate: non est qui faciat bonum.* Eadem vero in XIII habentur, maxime secundum Hebraicam linguam, in qua eadem verba, eædem litteræ in ambobus psalmis feruntur; etsi in versione nostra quasdam diversas voces præferre videantur. Nam pro illo, *Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitate;* decimus tertius, *Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis* [75]: ac rursum pro illo, *Non est qui faciat bonum*, habet ille, *Non est qui faciat bonitatem* [76]: nam diversitas apud interpretes solum fertur. His porro significatur lapsas prorsus fuisse communes de Deo cogitationes; atque impiam irreligiosamque omnium hominum sententiam ante Salvatoris nostri adventum obtinuisse. Nam cum Deus in communibus cogitationibus bona cognitionis suæ semina jecerit, quemque in hominibus insipientem tanta subversio occupaverat, ut impiam sententiam in mente sua servaret, ac nullum esse, nec in universo exstitisse Deum, cogitaret. Et hic sane vere atheus et prorsus insipiens erat, qui neque providentiam omnia prospicientem, neque mentem illam universalem, neque substantiam omnia exsuperantem omniumque opificem, exsistere definiret. Reliqui vero homines multorum numinum errori per idololatriam sese tradentes, alio insipientiæ modo in nullius Dei cultum prolapsi sunt: qui etiam sparsa illa in se de Deo sana semina exstinxerunt, ac mortuorum simulacrorum abominationi se dediderunt, quæ nullius pretii et vere exsecranda erant, colentes. Quare dictum est: *Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitate.* Quod clarius interpretatus Symmachus est his verbis, *Corrupti sunt et abominationi studuerunt cum iniquitate.* Abominationi namque stu-

τοῦ Σωτηρίου σου· ἐν δὲ τῷ προκειμένῳ· *Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ Σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ;* Ηὔχετο γὰρ καὶ αὐτῷ δοθῆναι τὸ κοινὸν ἀγαθόν. Καὶ ὁ ιγ' δὲ πρὸς τὸν πρὸ αὐτοῦ, λέγω δὲ τὸν ιϐ'. πολλὴν εἶχεν ἀκολουθίαν. Εὐξάμενος γὰρ ἐν τῷ ιϐ', ὁ αὐτὸς καὶ εἰπών· *Ἕως πότε, Κύριε, ἐπιλήσῃ μου εἰς τέλος; ἕως πότε ἀποστρέφεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ;* καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς συνάψας, ἐπιλέγει· *Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τῷ ἐλέει σου ἤλπισα. Ἀγαλλιάσεται ἡ καρδία μου ἐπὶ τῷ Σωτηρίῳ σου.* Καὶ ἐπειδήπερ ἐμνημόνευσε τοῦ Σωτηρίου ἐν τῷ ιϐ', ἐν τῷ ιγ' ἀκολούθως φησί· *Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ Σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ;*

Ἡ μὲν οὖν προγραφὴ, πολλῆς συνέσεως δεομένη, ὑπὲρ τῆς χορείας ἐλέγετο, τῆς μελλούσης διὰ τοῦ Σωτηρίου συνίστασθαι ἐν ἀνθρώποις· ἥτις ἔργῳ ἐπετελέσθη μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· δι' οὗ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης μία συνέστη τῷ Θεῷ χορεία, οἵα οὐδεπώποτε, ἡ καθολικὴ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία ἐπὶ τὴν ἀῤῥαγῆ καὶ ἄσειστον πέτραν τοῦ σωτηρίου λόγου τεθεμελιωμένη. Τὰ δὲ ἐν ἀρχῇ τῆς προφητείας λεγόμενα ἁπάντων τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων ὥσπερ τι ναυάγιον εἰσάγει. Εἶπε γάρ· *Φησὶν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός. Διεφθάρησαν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἀνομίαις· οὐκ ἔστι ποιῶν ἀγαθόν.* Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἐν τῷ ιγ' ἐδηλοῦτο, μάλιστα κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν γλῶσσαν, ἐν ᾗ αἱ αὐταὶ λέξεις ἐμφέρονται καὶ τὰ αὐτὰ στοιχεῖα ἐν ἀμφοτέροις· εἰ καὶ μάλιστα τῆς παρ' ἡμῖν ἑρμηνείας, λέξεις τινὰς ἐνηλλαγμένας περιέχειν δοκεῖ. Ἀντὶ γὰρ τοῦ, *Διέφθειραν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἀνομίᾳ*, ὁ ιγ', *Διεφθάρησαν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασι·* καὶ πάλιν ἀντὶ τοῦ, *Οὐκ ἔστι ποιῶν ἀγαθὸν, Οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα*, περιέχει· παρὰ γὰρ τοὺς ἑρμηνεύσαντας ἡ ἐναλλαγὴ φέρεται. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων ὁ λόγος τὴν ἔκπτωσιν τῶν κοινῶν περὶ Θεοῦ ἐννοιῶν, καὶ τὸν δυσσεβῆ καὶ ἄθεον λογισμὸν τῆς ἀνθρωπότητος ἁπάσης πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας ἐπικρατήσαντα. Τοῦ γὰρ Θεοῦ ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις ἀγαθὰ σπέρματα τῆς περὶ αὐτοῦ γνώσεως καταβαλλομένου, τοσαύτη τις κατέσχεν διαστροφὴ πάντα τὸν ἐν ἀνθρώποις ἄφρονα, ὡς δόξαν ἄθεον ἐν τῷ ἑαυτοῦ λογισμῷ κτήσασθαι, καὶ ὅτι μηδεὶς ἐστι μηδὲ ὑφέστηκεν ἐν τῷ παντὶ ὁ Θεὸς διανοηθῆναι. Οὗτος μὲν οὖν ἀληθῶς ἄθεός τις ἦν καὶ παντελῶς ἄφρων, οὔτε πρόνοιαν τὰ πάντα ἐφορῶσαν, οὔτε νοῦν τὸν καθόλου, οὔτε τὴν ἐπέκεινα τῶν ὅλων οὐσίαν τὴν ἁπάντων ποιητικὴν, ὑφεστάναι ὁριζόμενος· οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, πολυθέῳ πλάνῃ τῇ κατὰ τὴν εἰδωλολατρείαν ἑαυτοὺς ἐκδόντες, ἑτέρῳ ἀφροσύνης τρόπῳ εἰς ἀθεότητα πεπτώκασιν· οἳ καὶ αὐτοὶ διέφθειραν τὰ σπαρέντα ἐν αὐτοῖς ὑγιῆ περὶ Θεοῦ σπέρματα, καὶ τῇ τῶν νεκρῶν εἰδώλων βδελυρίᾳ ἑαυτοὺς παραδεδώκασιν, ἄτιμα καὶ ἀληθῶς βδελύγματα σεβασθέντες. Διὸ εἴρηται· *Διέφθειραν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἀνομίᾳ·* ὃ δὴ σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· *Διεφθάρησαν καὶ βδελυρίαν ἐπετήδευσαν μετὰ ἀδικίας.* Ἐπετή-

[73] Psal. XII, 1. [74] ibid. 6. [75] Psal. XIII, 1. [76] ibid. 3.

δευσαν γὰρ τὴν βδελυρίαν, τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα ἂν εἰδωλοποιήσαντες μετὰ τῆς ἀνωτάτω ἀδικίας. Τίς γὰρ ἂν γένοιτο ταύτης ἑτέρα χείρων ἀδικία, καθ' ἣν φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, *ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν*, κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον; A

Εἶτ' ἀκόλουθα δρῶντες τοῖς ἀθέοις καὶ διαστρόφοις ἑαυτῶν ἐπιτηδεύμασιν, εἰς πᾶν εἶδος βίου μοχθηρίας περιπεπτώκασι. Διὸ ἐπιλέγεται ἑξῆς· *Οὐκ ἔστι ποιῶν ἀγαθόν. Ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τοῦ ἰδεῖν εἰ ἔστι συνιὼν ἢ ἐκζητῶν τὸν Θεόν. Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα ἕως ἑνός.* Ὁ μὲν ἄφρων ἠπάτα ἑαυτὸν, λέγων ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτοῦ μὴ εἶναι Θεόν· καὶ οἱ λοιποὶ δὲ πάντες ἐβδελύχθησαν βδελυρίαν ἐπιτηδεύσαντες. Ὁ δὲ ἀληθὴς λόγος τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν καὶ Κύριον οὐχ ὑφεστάναι μόνον καὶ τὰ πάντα περιέχειν, ἀλλὰ καὶ ἐποπτεύειν καὶ ἐπισκέπτεσθαι, οὐ τὰ καθόλου μέρη τοῦ παντὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ μέρος, καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς τὰς διατριβὰς ποιουμένους υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, διδάσκει. Εἶτ' ἐπειδήπερ πρόνοιαν ποιούμενος τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, τοῦ ἰδίου μεγέθους ὑποβαίνων, καὶ ὥσπερ ἐξ ὑψηλοτάτης ἀκρωρείας τῆς ἀνωτάτω καὶ ὑπὲρ πάντα δυνάμεως ἑαυτοῦ, καθίησιν ἐπὶ τὴν διάκρισιν τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων, ἐπισκοπῶν εἴ πού τίς ἐστι τῆς αὐτοῦ προνοίας τὴν διοίκησιν συνιών, καὶ εἴ πού τις, πάντα δεύτερα θέμενος τὰ τῆς τοῦ βίου ἀπάτης, τὴν περὶ αὐτοῦ ζήτησιν ἀνείληφε. Καὶ ἐπειδὴ, ζητῶν, οὐδένα τοιοῦτον εὗρεν, τῷ πάντας ἐκκλῖναι, ὁμοῦ τε καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἀχρειωθῆναι, ὡς μὴ ποιοῦντα ἀγαθὸν ἕως ἑνὸς εὑρεῖν· εἰκότως ἐπαπειλεῖ τοῖς διαφθείρασιν αὐτοὺς, τὰ ἑξῆς λέγων· *Οὐχὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, οἱ ἐσθίοντες τὸν λαόν μου βρώσει ἄρτου; Τὸν Κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο· ἐκεῖ φοβηθήσονται φόβῳ οὗ οὐκ ἦν φόβος.* Ἐπειδὴ, διακύψας ἐκ τοῦ ἰδίου κατοικητηρίου ὁ Θεὸς, τουτέστιν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔνθα κατοικεῖν λέγεται διὰ τοὺς αὐτόθι χωροῦντας αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, πάντας εἶδε τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων ἀχρειωθέντας καὶ τῆς εὐθείας καὶ ὀρθῆς ἀποκλίναντας ὁδοῦ· εἰκότως οἷά τις παιμὴν ἀγαθὸς κηδόμενος τῆς ἐν ἀνθρώποις αὐτοῦ ἀγέλης, ἐπαπειλεῖ τοῖς αἰτίοις τῆς διαστροφῆς, λέγων· *Οὐχὶ γνώσονται οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, οἱ ἐσθίοντες τὸν λαόν μου βρώσει ἄρτου;* Καί μοι δοκεῖ ταῦτα περὶ δυνάμεων ἀντικειμένων λέγεσθαι τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν καὶ πολεμίων τοῦ γένους τοῦ ἀνθρωπείου. Οὗτοι γὰρ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος κατάβρωμα ἑαυτοῖς ἐποιήσαντο, οἷα δεινοὶ θῆρες τὰς ψυχὰς αὐτῶν κατεσθίοντες, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν προφητείαις· *Οἱ κατεσθίοντες τὸν λαόν μου ἄλφ τῷ στόματι.* B C D

duerunt, iis quæ non erant, ac si exsisterent, simulacra erigentes cum suprema omnium iniquitate. Ecqua enim illa deterior iniquitas, qua dicentes se sapientes esse, *stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corrupti hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium*, secundum sanctum Apostolum [17]?

Deinde consequenter agentes ad impia et perversa studia sua, in omnem improbitatis speciem lapsi sunt. Quare dehinc subjungitur : *Non est qui faciat bonum. Deus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens Deum. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonitatem usque ad unum.* Insipiens sane sese decepit, dicens in corde suo non esse Deum : ac reliqui omnes abominabiles facti sunt, abominationi studentes. At sermo verus docet eum, qui supra omnia est, Deum ac Dominum, non exsistere modo et omnia complecti ; sed etiam prospicere et considerare, non solum præcipuas universi partes, sed singula quoque, et filios hominum in terra versantes. Deinde quia filiis hominum prospiciens, ex propria magnitudine descendens, quasi ex altissimo cacumine virtutis suæ omnibus præeminente, descendit ad eos, qui in terra erant, homines internoscendos, explorans num quis esset qui providentiæ suæ administrationem intelligeret, et num quis, postpositis omnibus hujus vitæ fallaciis, ad se perquirendum attenderet. Cumque hujusmodi neminem lustrando invenisset, quod omnes declinassent et simul inutiles facti fuissent, ita ut ne vel unum qui faceret bonum reperiret ; jure comminatur iis qui sese corruperant, quæ sequuntur proferens : *Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam comestione panis? Dominum non invocaverunt : illic trepidaverunt timore ubi non erat timor.* Quia ex proprio domicilio prospiciens Deus, id est, ex cœlo, ubi habitare dicitur propter eos qui ibi regnum ejus possident, omnes filios hominum vidit inutiles factos, a recta via declinasse ; jure ceu quidam pastor bonus gregem suum in hominibus exsistentem curans, perversionis auctoribus comminatur dicens : *Nonne cognoscent qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam comestione panis?* Et hæc videntur mihi de adversariis potestatibus invisibilium inimicorum et hostium generis humani dicta esse. Hi enim hominum genus cibum sibi fecerunt, ceu immanes feræ animas eorum devorantes, ut in prophetiis dictum est : *Qui devorant populum meum tote ore* [18].

Οὗτοι οὖν αὐτοὶ νῦν μὲν, φησὶν, ὡς οὐκ ἂν τὸν Θεὸν πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενοι, ταῦτα κατὰ τοῦ λαοῦ καὶ κατὰ τῆς ἐμῆς ἐν ἀνθρώποις λογικῆς ἀγέλης διε-

Hi igitur, inquit, utpote qui Deum ob oculos non ponant, jam contra populum et contra meum in hominibus rationabilem gregem hæc egerunt. Num

[17] Rom. I, 22. [18] Isa. IX, 12.

ergo semper sic agentes perseverabunt? Esto jam Deum non invocaverunt, Deo contraria et inimica operati, annon quodam tempore cognoscent ultionem ipsis inferendam? Sane tempus erit in quo trepidabunt timore. Quodnam illud, nisi quando illucescente Salutari, nullus ultra metus pecoribus meis aderit, illas autem immanes feras, occultos et invisibiles dæmones timor corripiet, ubi non erit timendi locus? Tunc enim iis quidem qui bonis erunt digni nullus erit metus; iis vero, qui jam contra populum meum eriguntur, ingruet timor iræ ipsos invasuræ, quæ instans, *dissipabit ossa eorum qui hominibus placent;* qua confundentur; quia tunc omnium judex ipsos nihili faciet. Pro illo autem, *Quoniam Deus dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent*, Symmachus ita interpretatus est: *Nam Deus dissipabit ossa eorum qui castrametantur circa te: confunderis quia Deus reprobavit eos.* Aquila autem eidem sententiæ hæret dicens: *Quoniam Deus dissipavit ossa eorum qui castrametati sunt circa te: confusus es, quoniam Deus abjecit eos.* Sermonis autem sententia declarat, prædictorum populi insidiatorum, videlicet invisibilium inimicorum et occultorum hostium, virtutes delendas esse. Nam ossa inimicorum dissipata, malitiæ eorum virtutes fuerint, quas notato tempore Deum dissipaturum comminatur. Tunc porro etiam confundentur, cum Deus eos reprobaverit, ac despexerit, nihil eos esse comprobans. Hæc merito interminatus est hominum curator Dei verbum; quoniam prospiciens de cœlo super filios hominum, ac perlustrans num quis esset inter eos intelligens aut requirens Deum, nullum invenit; sed deprehendit omnes insidiis inimicorum declinasse ac inutiles factos esse, ut ne vel unus residuus esset bonis operibus deditus. Priora itaque tertius decimus etiam complectitur: quæ sequuntur vero inter se differunt. Nam in decimo tertio his subjungitur illud: *Quoniam Deus in generatione justa est, consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes ejus est*[79]; hic vero, *Quoniam Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt quoniam Deus sprevit eos.* Sed quæ tertium decimum spectant suis locis propria interpretatione donata sunt. Quæ vero jam tractantur, qua ratione explicaverimus, cuique legenti palam est.

A

B

C

D

Vers. 7. *Quis dabit ex Sion Salutare Israel? cum converterit Deus captivitatem plebis suæ, exsultabit Jacob et lætabitur Israel.* Cum Propheta ex revelatione Spiritus sancti magna concepisset animo de pernicie inimicorum humani generis, deinde addidit illud, *Quis dabit ex Sion Salutare?* ac si diceret, quis dabit hæc jam opere compleri? Non enim alia ratione liberatio a malis rata erit filiis hominum, nisi per solum adventum Salutaris Dei,

[79] Psal. XIII, 6.

επράξαντο. Μήτι οὖν καὶ εἰς τὸ παντελὲς ταῦτα πράττοντες διατελέσουσιν; Ἔστω δὲ νῦν, τὸν Θεὸν οὐκ ἐπεκαλέσαντο, τἀναντία τῷ Θεῷ καὶ τὰ ἐχθρὰ αὐτῷ ἐνεργοῦντες, μὴ οὐχὶ γνώσονται καιρῷ τινι τὴν ἐπελευσομένην αὐτοῖς δίκην; Καὶ μὴν ἔσται καιρὸς, ἐν ᾧ φοβηθήσονται φόβον. Ποῖος δ' ἂν εἴη οὗτος ἢ ἐκεῖνος καθ' ὃν ἐπιλάμψαντος τοῦ Σωτηρίου, οὐκέτι τοῖς ἐμοῖς θρέμμασι φόβος ἐπιστήσεται· αὐτοὺς δὲ τοὺς δεινοὺς θῆρας καὶ τοὺς ἀφανεῖς καὶ ἀοράτους δαίμονας φόβος λήψεται ἐκεῖ οὗ οὐκ ἔσται φόβος; Τότε γὰρ τοῖς μὲν τῶν ἀγαθῶν ἀξίοις οὐκ ἔσται φόβος, τοῖς δὲ νῦν ἐπαιρομένοις κατὰ τοῦ λαοῦ μου ἐπιπεσεῖται φόβος ὁ τῆς μετελευσομένης αὐτοὺς ὀργῆς, ἥτις ἐπιστᾶσα *διασκορπίσει ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων*· ἐν ᾗ καὶ καταισχυνθήσονται, ἐπειδὴ τότε αὐτοὺς ὁ τῶν ἁπάντων ἐξουδενώσει κριτής. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ὅτι ὁ Θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων*, ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· *Ὁ γὰρ Θεὸς διασκορπίσει ὀστᾶ τῶν παρεμβαλλόντων περὶ σέ· καταισχυνθήσῃ, ὅτι ὁ Θεὸς ἀπεδοκίμασεν αὐτούς.* Καὶ ὁ Ἀκύλας δὲ τῆς αὐτῆς ἔχεται διανοίας λέγων· *Ὅτι ὁ Θεὸς ἐσκόρπισεν ὀστᾶ παρεμβεβληκότων σου· ᾐσχυνας, ὅτι ὁ Θεὸς ἀπέῤῥιψεν αὐτούς.* Ἡ δὲ τοῦ λόγου διάνοια παρίστησι τῶν προλεχθέντων ἐπιβούλων τοῦ λαοῦ, δηλαδὴ τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν καὶ τῶν ἀφανῶν πολεμίων, τὰς δυνάμεις καθαιρεθήσεσθαι. Ὀστᾶ γὰρ διασκορπιζόμενα τῶν ἐχθρῶν εἶεν ἂν αἱ τῆς κακίας αὐτῶν δυνάμεις, ἃς διασκορπίζειν κατὰ τὸν σημαινόμενον καιρὸν ὁ λόγος ἀπειλεῖ. Τότε δὲ καὶ καταισχυνθήσονται, ἐπειδὰν ἀποδοκιμάσῃ αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἢ ἐξουθενήσῃ, τὸ μηθὲν αὐτοὺς εἶναι ἀποδείξας. Ταῦτα εἰκότως ἠπείλησεν ὁ τῶν ἀνθρώπων κηδεμὼν τοῦ Θεοῦ λόγος· ἐπειδὴ διακύψας ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ζητήσας τε ἐν αὐτοῖς εἰ ἔστι συνιὼν ἢ ζητῶν τὸν Θεὸν, οὐδένα εὗρε· κατέλαβε δὲ τοὺς πάντας ἐξ ἐπιβουλῆς ἐχθρῶν ἐκκλίνοντας καὶ ἀχρειωθέντας, ὡς μηδὲ ἕως ἑνὸς περιλείπεσθαι ἀγαθῶν ἔργων ποιητήν. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα ὁμοίως καὶ ὁ ιγ' περιέχει· παρῄλλακται δὲ τὰ ἑξῆς. Ἐν μὲν γὰρ τῷ ιγ' συνῆπται τούτοις τὸ, *Ὅτι ὁ Θεὸς ἐν γενεᾷ δικαίᾳ, βουλὴν πτωχοῦ κατῃσχύνατε, ὅτι Κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ ἐστιν*· ἐνταῦθα δὲ, *Ὅτι ὁ Θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων, κατῃσχύνθησαν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐξουδένωσεν αὐτούς.* Ἀλλὰ μὲν εἰς τὸν ιγ' οἰκείας ἔτυχεν ἑρμηνείας κατὰ τοὺς οἰκείους τόπους· τὰ δὲ προκείμενα, ὅπως ἡμῖν παρέστη, πρόκειται τοῖς ἐντυγχάνουσιν.

Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ Σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ; ἐν τῷ ἐπιστρέψαι τὸν Θεὸν τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ. Μεγάλα φαντασθεὶς ὁ Προφήτης ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀποκαλύψεως περὶ τῆς ἀπωλείας τῶν ἐχθρῶν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, ἐξῆς ἐπήγαγε τὸ, *Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ Σωτήριον;* ὡσεὶ ἔλεγε· Τίς δώσει ἤδη ποτὲ ταῦτα δι' ἔργων χωρῆσαι; Οὐ γὰρ ἄλλως σεσῶσθαι κακῶν ἐλευθερίαν τοῖς

υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων ἢ διὰ μόνης τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτηρίου τοῦ Θεοῦ, περὶ οὗ πολὺς ὁ λόγος διὰ πασῶν φέρεται τῶν Γραφῶν. Ἐπεύχεται τοίνυν λέγων· *Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ Σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ;* Πολλάκις δὲ ἡμῖν εἴρηται, ὡς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν τοῦτον ἐν ταῖς προφητείαις προαγορεύεται τὸν τρόπον· Σωτήριον γὰρ αὐτὸν καλεῖν εἰώθασιν· ὃ καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι γνωσθήσεσθαι προεκήρυττον ἔν τε τοῖς ἄλλοις καὶ ἐν οἷς εἴρηται· *Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ᾄσατε τῷ Κυρίῳ, πᾶσα ἡ γῆ. Ἄσατε τῷ Κυρίῳ, εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Εὐαγγελίσασθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ Σωτήριον αὐτοῦ. Ἀναγγείλατε τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ·* καὶ πάλιν· *Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν, ὅτι θαυμαστὰ ἐποίησεν. Ἐγνώρισε Κύριος τὸ Σωτήριον αὐτοῦ, ἐναντίον τῶν ἐθνῶν ἀπεκάλυψε τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ·* καὶ ὁ Ἡσαΐας, *Ἀποκαλύψει*, φησὶ, *Κύριος τὸν βραχίονα τὸν ἅγιον αὐτοῦ ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἤδη δὲ πολλάκις παρατεθείμεθα τῶν λόγων τὸ ἀποτέλεσμα, μαρτυρούμενον ὑπὸ τοῦ Συμεών, ὃς, τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἔτι νήπιον ὄντα, ταῖς ἀγκάλαις λαβὼν, ἀνεφώνησε λέγων· *Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥημά σου ἐν εἰρήνῃ· ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ Σωτήριον, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν ἐθνῶν.*

A de quo multa feruntur in omnibus Scripturis. Precatur itaque dicens: *Quis dabit ex Sion Salutare Israel?* Plerumque autem diximus, Christum Dei, Salvatorem et Dominum nostrum hoc in prophetiis modo appellari; nam illum Salutare vocare solent: quod ab omnibus gentibus cognitum iri prænuntiabant sive in aliis, sive in hoc dicto: *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino, omnis terra. Cantate Domino, benedicite nomini ejus, annuntiate de die in diem Salutare ejus. Annuntiate in gentibus gloriam ejus* [80]: ac rursum, *Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit. Notum fecit Dominus Salutare suum, in conspectu gentium revelavit justitiam suam* [81]; et Isaias: *Revelabit*, inquit, *Dominus brachium sanctum suum in conB spectu omnium* [82], et cætera. Et jam sæpe verborum eventum exposuimus, testimonio Simeonis fultum, qui Salvatorem et Dominum nostrum Jesum Christum adhuc infantem, in ulnis accipiens, sic vociferatus est, *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei Salutare, quod parasti ante faciem omnium populorum* [83].

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν Εὐαγγελίοις ἐπληροῦτο. Οἵ γε μὴν παλαιοὶ προφῆται, τὸ μέλλον τῷ Πνεύματι προθεωροῦντες, καὶ τῶν ἀγαθῶν εἰς ἔρωτα καὶ πόθον ἐρχόμενοι, ἐπεβόων ἐν εὐχαῖς, τοτὲ μὲν φάσκοντες· *Δεῖξον ἡμῖν, Κύριε, τὸ ἔλεός σου, καὶ τὸ Σωτήριόν σου δῴης ἡμῖν·* τοτὲ δὲ ἐν εὐχῇ λέγοντες· *Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ Σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ;* Τί γὰρ καὶ ἔμελλε γίγνεσθαι ἐπιφανέντος τοῦ Σωτῆρος, ἑξῆς ὁ λόγος παρίστησι φάσκων· *Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι τὸν Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ.* Ὁρᾷς, ὡς, ἐπιφανέντος τοῦ Σωτῆρος, ἐπιστροφὴν γενήσεσθαι τῆς αἰχμαλωσίας θεσπίζει κατὰ τὴν σωτήριον φωνὴν τὴν ἐμφερομένην ἐν τῷ λέγοντι ἐξ αὐτοῦ προσώπου προφήτῃ· *Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρῦξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, τυφλοῖς ἀνάβλεψιν;* ἣν μετὰ χεῖρας αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐπὶ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων λαβὼν, καὶ τὸν τόπον διελθὼν ἐπεσφραγίσατο φήσας· *Σήμερον ἡ Γραφὴ αὕτη πεπλήρωται ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν.* Τῆς οὖν αἰχμαλωσίας ἀνεθείσης, χορεῖαι λοιπὸν ἐξ αὐτῆς συνίστανται, τοὺς ὕμνους ἀναπέμπουσαι τῷ ἐλευθερωτῇ βασιλεῖ. *Τότε δὲ καὶ ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ.* Τότε δὲ, πότε, ἢ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς δηλουμένης ἐλευθερίας τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ, ὡς νοεῖν σε ἕτερον μὲν εἶναι τὸν ἐλευθερούμενον λαὸν, καὶ ἑτέρους τοὺς ἐπὶ τῇ αὐτοῦ σωτηρίᾳ εὐφραινομένους; Τοῦτο γὰρ ἡ διάνοια ὑποβάλλει φάσκοντος τοῦ λόγου· *Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι τὸν Θεὸν τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ,* καὶ τὰ ἑξῆς.

Sed hæc quidem in Evangeliis impleta sunt. Antiqui vero prophetæ Spiritu quod futurum erat prævidentes, et bonorum desiderio amoreque capti, clamabant in orationibus, modo quidem illud proC ferentes, *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et Salutare tuum da nobis* [84]; modo autem in oratione dicentes: *Quis dabit ex Sion Salutare Israel?* Quid enim post Salutaris adventum evasurum esset, in sequentibus sermo declarat dicens: *Cum converterit Dominus captivitatem plebis suæ, exsultabit Jacob et lætabitur Israel.* Viden' quo pacto post Salutaris adventum, conversionem captivitatis futuram esse vaticinatur, secundum illam Salvatoris vocem, quæ in propheta ex ejus persona loquente fertur: *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis dimissionem, cæcis visus restitutionem* [85]? Quam prophetiam Salvator in synagoga Judæorum, manibus accipiens, postquam locum D legisset, obsignavit dicens: *Hodie hæc Scriptura impleta est in auribus vestris* [86]. Remissa itaque captivitate, ex ea postea choreæ constituuntur, quæ hymnos liberatori Regi emittunt. *Tunc exsultabit Jacob, et lætabitur Israel.* Tunc, quandonam, nisi tempore memoratæ illius libertatis populi Dei, ita ut intelligas alium esse liberatum populum, alios eos qui de ipsius salute lætantur? Hæc enim sententia subindicatur cum dicitur: *Cum converterit Deus captivitatem plebis suæ*, et cætera. Hi namque lætabuntur cum converterit Dominus captivitatem plebis suæ. His itaque duos ordines decla-

[80] Psal. XCV, 1-3. [81] Psal. XCVII, 1, 2. [82] Isa. LII, 10. [83] Luc. II, 29. [84] Psal. LXXXIV, 8. [85] Isa. LXI, 1; Luc. IV, 18, 19. [86] Luc. IV, 21.

rat, alium eorum qui in captivitatem abducti non sunt; alium eorum qui abducti quidem sunt, sed per Salutare libertatem sunt consecuti. Dicas igitur illos olim prophetas, justos, patriarchas, et quotquot ab errore idololatriæ puri fuerunt, ipsos esse qui in captivitatem a spiritualibus inimicis abducti non sunt : eos vero ex gentibus qui in nullius Dei cultum sese verterunt; eos item qui multorum numinum errori se subdidere; sive etiam qui ex circumcisione peccatis suis venditi sunt; atque in summa omnes, de quibus superius dictum est, *Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus; corrupti sunt et abominabiles facti sunt in iniquitate*, eos, inquam, esse qui captivitatem passi sunt. Quibus per salutarem adventum liberatis, chorus propheticus qui jam olim in Deo requievit, quippe proprie Jacob et Israel, ob res per nomina hujusmodi significatas, appellatur, exsultabit et lætabitur, ut propriis membris gratulatus iis qui per Salutare libertatem nacti sunt.

Οὗτοι γὰρ εὐφρανθήσονται ἐν τῷ ἐπιστρέφειν Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Δύο τοίνυν διὰ τούτων παρίσταται τάγματα, τὸ μὲν τῶν μὴ ὑποπεπτωκότων τῇ αἰχμαλωσίᾳ, τὸ δὲ τῶν ὑποπεπτωκότων, μὲν, ἐλευθερίας δὲ τετυχηκότων διὰ τοῦ Σωτηρίου. Ἐρεῖς οὖν τοὺς μὲν πάλαι προφήτας καὶ δικαίους, καὶ πατριάρχας, καὶ πάντας τοὺς καθαροὺς τῆς εἰδωλολάτρου πλάνης γενομένους, αὐτοὺς εἶναι τοὺς μὴ ὑποπεπτωκότας τῇ τῶν νοητῶν πολεμίων ἁλώσει· τοὺς δὲ ἐξ ἐθνῶν εἰς ἀθεότητα περιτραπέντας, τούς τε τῇ πολυθέῳ πλάνῃ καταδουλωθέντας, ἢ καὶ τοὺς ἐκ περιτομῆς τοὺς ταῖς ἑαυτῶν ἁμαρτίαις πραθέντας, καὶ ἁπαξαπλῶς ἅπαντας, περὶ ὧν ἀνωτέρω ἐλέγετο· *Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεὸς, διέφθειραν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἀνομίᾳ*, τούτους τυγχάνειν τοὺς τὴν αἰχμαλωσίαν πεπονθότας. Ὧν ἐλευθερουμένων διὰ τῆς τοῦ Σωτηρίου ἐπιλάμψεως, ὁ πάλαι παρὰ Θεῷ ἤδη ἀναπεπαυμένος προφητικὸς χορὸς, Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ κυρίως ὀνομαζόμενος διὰ τὰ ἐκ τῶν ὀνομάτων σημαινόμενα πράγματα, ἀγαλλιάσεται καὶ εὐφρανθήσεται, συγχαίρων ὡς οἰκείοις μέλεσι τοῖς διὰ τοῦ Σωτηρίου ἐλευθερουμένοις.

1. IN FINEM IN HYMNIS, INTELLECTUS DAVIDI. 2. CUM VENISSENT ZIPHÆI, ET DIXISSENT AD SAUL : NONNE DAVID ABSCONDITUS EST APUD NOS? LIII.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΕΝ ΥΜΝΟΙΣ, ΣΥΝΕΣΕΩΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ, ΕΝ ΤΩ ΕΛΘΕΙΝ ΤΟΥΣ ΖΙΦΑΙΟΥΣ ΚΑΙ ΕΙΠΕΙΝ ΤΩ ΣΑΟΥΛ· ΟΥΚ ΙΔΟΥ ΔΑΥΙΔ ΚΕΚΡΥΠΤΑΙ ΠΑΡ' ΗΜΙΝ; ΝΓ'.

VERS. 3, 4. *Deus in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua judica me.* Sicuti psalmos qui in prima parte libri sunt, post lapsum in uxorem Uriæ pronuntiatos fuisse ex singulorum titulo demonstratum est; ita nunc quoque singulorum psalmorum inscriptiones, notam temporis quo recitati sunt, præferunt. Præsens itaque psalmus nos statim remittit ad primum Regnorum librum, ut inde discamus, quibus de rebus hunc hymnum David emiserit. Historia porro sic habet : *Et sedes habebat David in deserto Masedec in angustis : et morabatur in monte, in deserto Ziph* [87]. Deinde ut *venit Jonathan filius Saul ad ipsum, et dixit illi : Ne timeas; neque enim te inveniet manus Saul patris mei : et tu regnabis super Israel, et ego ero tibi secundus, et Saul pater meus scit hoc* [88]. *Et percusserunt ambo fœdus coram Domino, mansitque David, et Jonathan abiit in domum suam.* Quibus deinde subjungit : *Et ascenderunt Ziphæi ex arido loco ad Saul in collem dicentes : Nonne ecce David latitat apud nos in Mesara in angustis, in nova* [89]? Quod cum didicisset Saul, ad Davidem insequendum versus est. Jamque proximum erat ut eum caperet; scriptum enim est : *Quod cum audisset Saul, persecutus est David in deserto Maon. Et ibant Saul et viri ejus ex parte montis hujus : et erat David obtectus, ut abiret a facie Saul; et Saul et viri ejus castrametabantur contra David et viros ejus, ut caperent eos. Et nuntius venit ad Saul dicens : Festina et veni, quia irruperunt allophyli in terram! Et reversus est Saul, desistens persequi David : et perrexit in occursum allophylorum* [90]. Hæc sunt quæ historiam

Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ὀνόματί σου σῶσόν με, καὶ ἐν τῇ δυναστείᾳ σου κρῖνόν με. Ὥσπερ ἀπεδείκνυντο οἱ κατὰ τὸ πρῶτον μέρος τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν μετὰ τὸ πταῖσμα τὸ εἰς τὴν τοῦ Οὐρίου γεγονὸς λελεγμένοι ἐκ τῆς ἐφ' ἑκάστῳ κειμένης προγραφῆς· οὕτω καὶ νῦν αἱ καθ' ἕκαστον ψαλμὸν προγραφαὶ δηλωτικαὶ τυγχάνουσι τοῦ χρόνου καθ' ὃν ἐλέχθησαν. Αὐτίκα γοῦν καὶ ὁ προκείμενος ἀνέπεμψεν ἐπὶ τὴν πρώτην βίβλον τῶν Βασιλειῶν· ὡς ἂν ἐκεῖθεν μάθοιμεν, ἐφ' οἷοις πράγμασι τὸν προκείμενον ὕμνον ὁ Δαυὶδ ἀνέπεμψεν. Ἔχει δὲ ἡ ἱστορία τοῦτον τὸν τρόπον· *Καὶ ἐκάθισε Δαυὶδ ἐν τῇ ἐρήμῳ Μασεδὲκ ἐν τοῖς στενοῖς· καὶ ἐκάθητο ἐν τῷ ὄρει ἐν τῇ ἐρήμῳ Ζείφ. Εἶθ' ὡς ἦλθεν Ἰωνάθαν ὁ υἱὸς Σαοὺλ πρὸς αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Μὴ φοβοῦ, ὅτι οὐ μὴ εὕρῃ σε ἡ χεὶρ Σαοὺλ τοῦ πατρός μου, καὶ σὺ βασιλεύσεις ἐπὶ Ἰσραὴλ, καὶ ἐγὼ ἔσομαι σοι εἰς δεύτερον, καὶ Σαοὺλ ὁ πατήρ μου οἶδεν οὕτως. Καὶ συνέθεντο ἀμφότεροι διαθήκην ἐνώπιον Κυρίου, καὶ Δαυὶδ ἐκάθητο, καὶ Ἰωνάθαν ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ·* οἷς ἑξῆς ἐπιλέγει· *Καὶ ἀνέβησαν οἱ Ζιφαῖοι ἐκ τῆς αὐχμώδους πρὸς Σαοὺλ ἐπὶ τὸν βουνὸν, λέγοντες· Οὐκ ἰδοὺ Δαυὶδ κέκρυπται παρ' ἡμῖν ἐν Μεσαρᾶ ἐν τοῖς στενοῖς, ἐν τῇ καινῇ;* Ὁ δὴ μαθὼν Σαοὺλ ἐπὶ δίωξιν ἐτράπη τοῦ Δαυίδ. Ἤδη τε λοιπὸν ἐγγὺς ἦν τοῦ λαβεῖν αὐτὸν ὑποχείριον· γέγραπται γάρ· *Καὶ ἤκουσε Σαοὺλ καὶ κατεδίωξεν ὀπίσω Δαυὶδ εἰς τὴν ἔρημον Μαών. Καὶ πορεύονται Σαοὺλ καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοῦ ἐκ μέρους τοῦ ὄρους τούτου· καὶ ἐγένετο Δαυὶδ σκεπαζόμενος πορεύεσθαι ἀπὸ προσώπου Σαούλ· καὶ Σαοὺλ καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοῦ παρενέβαλλον ἐπὶ Δαυὶδ καὶ*

[87] I Reg. XXIII, 14. [88] ibid. 16-18. [89] ibid. 19. [90] ibid. 25-28.

τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ, συλλαβεῖν αὐτούς. Καὶ ἄγγελος ἦλθε πρὸς Σαοὺλ λέγων· Σπεῦδε καὶ δεῦρο, ὅτι ἐπέθεντο ἀλλόφυλοι ἐπὶ τὴν γῆν. Καὶ ἀνέστρεψε Σαοὺλ μὴ καταδιώκειν ὀπίσω Δαυΐδ, καὶ ἐπορεύθη εἰς συνάντησιν τῶν ἀλλοφύλων. Ταῦτα μὲν τὰ ἀπὸ τῆς ἱστορίας. Ἐφ' οἷς τὸν προκείμενον ὕμνον διασωθεὶς ἐκ χειρὸς Σαοὺλ ὁ Δαυΐδ γραφῇ παραδίδωσιν, ἐπισημηνάμενος τὸν καιρὸν καὶ τὸ πρᾶγμα δηλώσας διὰ τῆς προγραφῆς. Διὸ καὶ ἐπὶ σύνεσιν ἡμᾶς παρορμᾷ τῶν ἐμφερομένων, λέγων· *Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις συνέσεως τῷ Δαυΐδ.* Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν· *Τῷ νικοποιῷ ἐν ψαλμοῖς ἐπιστήμονος τοῦ Δαυΐδ·* κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ἐπινίκιον διὰ ψαλτηρίων περὶ συνέσεως τοῦ Δαυΐδ.* Ἐπειδὴ καὶ φεύγων καὶ τὴν ἔρημον μεταδιώκων, ἀντὶ φυλακτηρίου ἐπήγετο τὸ τοῦ ψαλτηρίου ὄργανον, αὐτῷ χρώμενος καὶ τοῖς δι' αὐτοῦ εἰς Θεὸν ἀναπεμπομένοις ὕμνοις· καὶ ᾠδαῖς μὲν καὶ ψαλμοῖς πνευματικοῖς ἀντὶ θυσίας χρώμενος, ἀντὶ δὲ εὐώδους θυμιάματος δι' εὐχῶν τὴν πνευματικὴν ἀποτελῶν λειτουργίαν.

A spectant. Quibus de causis ereptus David ex manu Saulis hunc hymnum scripto tradidit, notans per inscriptionem tempus ac rem ipsam. Quare ad intellectum rei quæ narratur nos provocat, dicens : *In finem, in hymnis, intellectus Davidi.* Secundum Aquilam vero, *Victoriæ auctori, in psalmis, scientis Davidis;* secundum Symmachum autem, *Triumphale, per psalteria, de intelligentia Davidis.* Quia fugiens, et desertum transcurrens, pro præsidio psalterii instrumentum secum agebat, ipso usus, atque hymnos per illud Deo emittens : cantica et psalmos spirituales pro sacrificio persolvens; pro thymiamate autem boni odoris, per orationes spirituale ministerium obiens.

Ἐν τῷ ἐλθεῖν τοίνυν τοὺς Ζιφαίους καὶ εἰπεῖν τῷ Σαούλ· Οὐκ ἰδοὺ Δαυΐδ κέκρυπται παρ' ἡμῖν; Τοῦτο μαθὼν ὁ Δαυΐδ ἤτοι ἐξ ἀποκαλύψεως τοῦ πνεύματος τοῦ προφητικοῦ ἢ ἔκ τινος τῶν τὰς τοιαύτας διαγγελίας διακονεῖν εἰωθότων, τὸ ψαλτήριον μετὰ χεῖρας παραχρῆμα λαβών, δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ τὴν λογικὴν ἀναφέρει θυσίαν λέγων τὰ προκείμενα, δι' ὧν ἀξιοῖ σωθῆναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἄλλως ἢ διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ· διό φησιν· *Ὁ Θεός, ἐν τῷ ὀνόματί σου σῶσόν με·* ᾔδει γὰρ εἶναί τι ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. Ὥσπερ γάρ ἐστί τινα ἐν ταῖς ἐπῳδαῖς κατὰ τῶν ἰοβόλων ἑρπετῶν ῥήματα καὶ ὀνόματα, τοσαύτην ἐμφαίνοντα δυνάμεως ἰσχύν, ὡς κατακοιμίζειν ἢ καὶ νεκροῦν τὰ φοβερώτατα τῶν ἑρπετῶν· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα ἠπίστατο σωτήριον μὲν τυγχάνειν τῶν σωτηρίας ἀξίων, τῶν δὲ ἐχθρῶν καὶ ἐναντίων δυνάμεων ἀπελατικόν. Ἐβούλετο τοίνυν σωθῆναι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἀκρίτως τε ἐβούλετο· ἀλλ' εἰ ἄξιος εὑρίσκοιτο τῆς σωτηρίας. Διὸ ἐπιλέγει· *Καὶ ἐν τῇ δυναστείᾳ σου κρινεῖς μοι·* ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτάς, *δικάσεις μοι.* Πρότερον γὰρ ἀξιοῖ κρίνεσθαι καὶ δικάζεσθαι πρὸς τοὺς ἐλαύνοντας ἢ καὶ διαβεβληκότας αὐτόν· εἶθ' οὕτως εἰ φάνειε ἀδικούμενος ἐκδικήσεως τυχεῖν τῆς παρὰ τοῦ κριτοῦ, μετερχομένου τοὺς ἀδικοῦντας. Ταῦτ' εἰπὼν, προστίθησι λέγων· *Ὁ Θεός, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, ἐνώτισαι τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου·* ὥσπερ δικαιολογίαν ποιούμενος ἐνώπιον τοῦ κρίνοντος αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἀδικοῦσιν αὐτόν. Καὶ ἵνα γε τὰ τῆς δικαιολογίας παραδεχθῇ, τὴν εὐχὴν ἀναπέμπει, ἣν καὶ εἰσακουσθῆναι ἀξιοῖ λέγων· *Ὁ Θεός, εἰσάκουσον,* καὶ τὰ ἑξῆς. Τί δ' ἂν ἐβούλετο ἡ προσευχὴ, καὶ ποίαν δικαιολογίαν εἶχε, ἑξῆς παρίστησι λέγων·

B *Cum venissent ergo Ziphæi, ac dixissent ad Saul : Nonne ecce David absconditus est apud nos?* Hæc cum David, sive ex revelatione spiritus prophetici, sive ex quopiam talia nuntiare solito edidicisset, accepto statim præ manibus psalterio, per illud Deo rationabile sacrificium offert, hæc loquens, quibus a Deo salutem obtinere, non per aliud quodpiam, quam per nomen ejus postulat, quare ait : *Deus, in nomine tuo salvum me fac;* gnarus scilicet esse quoddam nomen, quod est super omne nomen. Quemadmodum enim in incantationibus contra reptilia venenosa, quædam assignata vocabula et nomina sunt, tanta vi potestatis instructa, ut reptilium terribilissima vel sopiant vel exstinguant; sic et ille probe sciebat nomen illud super omne C nomen, salutare quidem iis esse qui salute digni sunt, inimicos vero et adversarias potestates fugare. Volebat itaque salutem in nomine Dei consequi, idque non sine examine; sed si dignus salute deprehenderetur. Quamobrem addit, *Et in virtute tua judicabis mihi;* sive secundum reliquos interpretes : *jus dices mihi.* Nam prius rogat judicari se et jus dici sibi adversus impulsores et calumniatores : ac deinde si injuria affectus videretur, a judice vindicari, qui injuria se afficientes adoriretur. His dictis adjicit : *Deus, exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei;* quasi disceptans pro causa sua in conspectu sui et inimicorum suorum judicis. Ut autem defensio sua admittatur, orationem, quam exaudiri rogat, emittit di- D cens : *Deus, exaudi,* etc. Quid porro sibi vellet oratio, et quam defensionem institueret, sub hæc explicat his verbis :

Ὅτι ἀλλότριοι ἐπανέστησαν ἐπ' ἐμὲ, καὶ κραταιοὶ ἐζήτησαν τὴν ψυχήν μου, καὶ οὐ προέθεντο τὸν Θεὸν ἐνώπιον αὐτῶν. Ταῦτ' ἦν τὰ τῆς δικαιολογίας. Καὶ ὅρα πῶς οὐ διὰ μακρῶν ἐκτείνει τοὺς λόγους, ἀλλ' ἅτε Θεῷ τῷ πάντα εἰδότι διαλεγόμενος, αὐτῷ μόνον ὑπόμνησιν ποιεῖται, τὴν μακρὰν τῶν πραγμάτων ἀποσιωπῶν διήγησιν. Μήποτε δὲ τοὺς μὲν ἀλλοτρίους ἠνίσσετο τοὺς Ζιφαίους τοὺς ποὸς

Vers. 5-7. *Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quæsierunt animam meam, et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.* Hæc erat disceptatio. Ac vide mihi quo pacto non longum proferat sermonem; sed utpote Deum omniscium alloquens, rem ipsi solum commemorat, longamque negotii explicationem silentio premit. Num vero per alienos subindicat Ziphæos, qui

ipsum apud Saulem incusaverant? Ac per sortes illos animam ipsius quærentes, Saulem et comites ejus, qui Deum non proponentes ante conspectum suum, insequebantur eum qui nihil sibi injuriæ intulisset; ac eo sese fallebant, quod putarent se posse præter Dei voluntatem aliquid illi mali infligere? Id sane erat hominum qui non proposuerant Deum ante conspectum suum.

Hæc porro scripta sunt, inquit Apostolus, *in admonitionem nostram* [91], ut imitatores sanctorum efficiamur, si quando in similia inciderimus. Non est sane tempus, quo qui volunt pie vivere non persecutionem patiantur, et non odio injuste habeantur ab iis, qui contrariam vitæ rationem instituerunt. Et vero necessaria hæc nobis sunt ad disciplinam, ut scilicet nos quoque hac ceu incantatione utamur; hujusmodi voces Deo emittentes, cum in manus inimicorum delapsi, eorum insidiis et calumniis cum periculo impetimur; persuasi non inutilia fore orationis verba, sed auxilio nobis magno futura, utpote qui primi orationi nos dederimus. Hæc precatus itaque David, continuo propitium habuit Deum, et ejus ope dignatus est. Nam cum proximum esset ut caperetur et Saulis manibus traderetur, insperato servatur a Deo, nuntio Saulem ad alia negotia abducente, secundum historiam jam enarratam. Quamobrem ait postea: *Ecce enim Deus adjuvat me, Dominus susceptor est animæ meæ. Avertet mala inimicis meis, et in veritate tua disperde illos. Diapsalma.* Diapsalma mutationem sententiæ induxit. Illa enim ceu orando Deo emiserat; hæc vero quasi prophetice subjungit, quæ salutem precanti prænuntiant, inimicis vero, e quorum manibus eripi rogavit, perniciem. Hæc igitur Spiritus sancti afflatu vaticinatur; his ea significans quæ se spectarent: *Ecce enim Deus adjuvat me, Dominus susceptor est animæ meæ.* Quæ vero ad inimicos suos pertinent, scilicet ad Ziphæos, qui ipsum apud Saulem calumniati sunt; sive ad spirituales quosdam et occultos hostes, qui ejus secundum Deum profectui invidebant, atque ideo conspirationem adversus eum conflabant, his verbis effert: *Avertet mala inimicis meis, et in veritate tua disperde illos.* Secundum vero Symmachum: *Retribuet*, inquit, *mala iis qui mihi muros auferunt; in veritate tua silere fac eos.* Et vide, num hæc cum historia quadrent. Nam Ziphæi ipsum apud se latitare volentem, quasi denudantes et muros ipsi auferentes, ipsum calumniis et verbis diabolicis impetebant apud Saulem: quare illos jure subindicavit his verbis: *Retribuet mala iis qui mihi muros auferunt, et in veritate tua silere fac eos.* Bonum ipsis silentium est, ut ne talibus adversum me calumniis utantur. Admodum autem congruenter Deum susceptorem, sive *fulcrum* animæ suæ, secundum Symmachum vocavit. Quia enim superius fortes quærebant animam ejus; ne-

[91] I Cor. x, 11

A τὸν Σαοὺλ ἐνδιαβάλλοντας αὐτόν; τοὺς δὲ κραταιοὺς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ζητοῦντας αὐτὸν τὸν Σαοὺλ καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, οἳ, μὴ προθέμενοι τὸν Θεὸν ἐνώπιον αὐτῶν, ἤλαυνον τὸν μηδὲν αὐτοὺς ἠδικηκότα, ἑαυτοὺς ἀπατῶντες τῷ νομίζειν, ὅτι καὶ παρὰ τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ δυνήσονταί τι κατ' αὐτοῦ; Τοῦτο δ' ἦν ἀνδρῶν μὴ προθεμένων τὸν Θεὸν ἐνώπιον αὐτῶν.

Ἐγράφη δὲ ταῦτα, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, *εἰς νουθεσίαν ἡμῶν*, ὡς ἂν μιμηταὶ γιγνοίμεθα τῶν ἁγίων, εἴποτε τοῖς ὁμοίοις περιπίπτοιμεν. Οὐκ ἔστι γὰρ ὅτε πάντες οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν οὐχὶ διώκονται, καὶ μὴ μισοῦνται μῖσος ἄδικον ὑπὸ τῶν τὸν ἐναντίον αἱρουμένων βίον. Καὶ ἀναγκαῖά γε ἡμῖν τὰ προκείμενα εἰς διδασκαλίαν· ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ δίκην ἐπῳδῆς ἑαυτοῖς ἐπᾴδοιμεν τάς τοιαύτας φωνὰς ἀναπέμποντες τῷ Θεῷ, ἐπειδὰν ἐχθροῖς περιπεσόντες ἐπιβουλευοίμεθα ὑπ' αὐτῶν, καὶ διαβαλλοίμεθα, καὶ κινδυνεύοιμεν· πεπεισμένοι οὐκ ἀργὰ ἔσεσθαι τὰ ῥήματα τῆς προσευχῆς, τὰ μεγάλα δὲ συμβαλοῦνται ἡμῖν, ὥσπερ οὖν καὶ αὐτοῖς τοῖς πρώτοις εὐξαμένοις. Αὐτίκα γοῦν εὐξάμενος ταῦτα ὁ Δαυὶδ, παραχρῆμα ἐπηκόου ἔτυχε τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀξιοῦται τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας. Ἤδη γὰρ μέλλων ἁλίσκεσθαι καὶ ταῖς τοῦ Σαοὺλ χερσὶ παραδίδοσθαι, παραδόξως ἐκ Θεοῦ σώζεται, ἀγγελίας τὸν Σαοὺλ ἀπαγαγούσης ἐφ' ἑτέρας ἀσχολίας κατὰ τὴν παρατεθεῖσαν ἱστορίαν. Διὸ ἑξῆς φησιν· *Ἰδοὺ γὰρ ὁ Θεὸς βοηθεῖ μοι, Κύριος ἀντιλήπτωρ τῆς ψυχῆς μου. Ἀποστρέψει τὰ κακὰ τοῖς ἐχθροῖς μου, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου ἐξολόθρευσον αὐτούς. Διάψαλμα.* Τὸ διάψαλμα μεταβολὴν εἰργάσατο τῆς διανοίας. Τὰ μὲν γὰρ ὡς ἐν προσευχῇ ἀνεπέμπετο τῷ Θεῷ· τὰ δὲ προφητικῶς ἐπιλέγει, τὰ θεσπίζοντα σωτηρίαν μὲν τῷ εὐξαμένῳ, πτῶσιν δὲ τοῖς ἐχθροῖς, ἀφ' ὧν ῥυσθῆναι ηὔξατο. Ταῦτ' οὖν ἐξ ἁγίου Πνεύματος προφητεύει, τὰ μὲν περὶ αὐτὸν σημαίνων ἐν τούτοις· *Ἰδοὺ γὰρ ὁ Θεὸς βοηθεῖ μοι, Κύριος ἀντιλήπτωρ τῆς ψυχῆς μου*· τὰ δὲ περὶ τῶν ἐναντίων αὐτῷ, ἤτοι περὶ τῶν Ζιφαίων τῶν διαβεβληκότων αὐτὸν πρὸς τὸν Σαοὺλ, ἢ καὶ νοητῶν τινων ἢ καὶ ἀφανῶν ἐχθρῶν τῶν διαφθονουμένων αὐτῷ τῇ κατὰ Θεὸν προκοπῇ, καὶ διὰ τοῦτο συσκευαζομένων αὐτόν, ἐν τῷ, *Ἀποστρέψει τὰ κακὰ τοῖς ἐχθροῖς μου, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου ἐξολόθρευσον αὐτούς.* Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ἀνταποδώσει*, φησὶ, *κακὰ τοῖς ἀποσειχίζουσί με, ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου ἀποσιώπησον αὐτούς.* Καὶ ὅρα εἰ μὴ συμφωνεῖ ταῦτα τῇ ἱστορίᾳ. Ἐπειδήπερ οἱ Ζιφαῖοι βουλόμενον αὐτὸν κρύπτεσθαι παρ' αὐτοῖς, ὥσπερ ἀπογυμνοῦντες καὶ ἀποτειχίζοντες, διέβαλλον πρὸς τὸν Σαοὺλ, λόγοις διαβολικοῖς κατ' αὐτοῦ χρώμενοι· διόπερ αὐτοὺς, ὡς εἰκὸς, αἰνιττόμενος ἔλεγεν· *Ἀνταποδώσει κακὰ τοῖς ἀποτειχίζουσί με, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου ἀποσιώπησον αὐτούς.* Καλὴ γὰρ αὐτοῖς ἡ σιωπὴ, ἵνα μὴ τοιαύταις χρῶνται κατ' ἐμοῦ διαβολαῖς. Σφόδρα δὲ κατηλλήλως τὸν Θεὸν ἀντιλήπτορα, ἢ *ὑπέρεισμα*, κατὰ τὸν Σύμμαχον, ὠνόμασε τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς. Ἐπειδὴ

γὰρ ἀνωτέρω οἱ κραταιοὶ ἐζήτουν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, οὐχ οὕτως ἐπιβουλεῦσαι αὐτοῦ τῷ σώματι προῃρημένοι, ὡς τῇ ψυχῇ· εἰκότως καὶ αὐτὸς τὸν Κύριον ἀντιλήπτορα τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ὠνόμαζεν. Ἔμελε γὰρ αὐτῷ οὐδὲν τοῦ σώματος, οὐδὲ τῶν ἐκτὸς ὑπαρχόντων, οὐδὲ τῆς προσκαίρου ταύτης ζωῆς, μόνης δὲ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς.

A que ita corpori insidias struere cogitabant, ut animæ; merito ipse Dominum susceptorem animæ suæ nuncupavit. Nihil quippe de corpore neque de rebus extra positis sollicitus erat, neque de temporanea hac vita: sed de anima tantum.

Ἑκουσίως θύσω σοι, ἐξομολογήσομαι τῷ ὀνόματί σου, Κύριε, ὅτι ἀγαθόν. Διὰ τῶν πρώτων δέησιν καὶ ἱκετηρίαν ἀναπέμψας τῷ Θεῷ, καὶ τὴν δικαιολογίαν αὐτοῦ ἐκθέμενος, ἐν τοῖς δευτέροις, πληρωθεὶς τοῦ πνεύματος, θεσπίζει τά τε περὶ αὐτὸν μέλλοντα ἔσεσθαι, τά τε τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ συμβησόμενα· εἶθ' ἑξῆς καὶ ἀκολούθως ἐν τῷ τρίτῳ μέρει θυσίας καὶ εὐχαριστίας ἀνύσειν ἐπαγγέλλεται τῷ Θεῷ ἐφ' οἷς εὖ πέπονθεν. Ὡς γὰρ δὴ διασωθεὶς καὶ τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλῆς ἠλευθερωμένος, οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ὄλεθρον τῶν ἐχθρῶν ἐπιδὼν, θύειν καὶ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ὑπισχνεῖται· καὶ ταῦτα προλέγει θεσπίζων πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως. Ὅτε γὰρ οἱ Ζιφαῖοι ἐλθόντες πρὸς τὸν Σαοὺλ εἶπον· *Ἰδοὺ Δαυὶδ κέκρυπται παρ' ἡμῖν·* ἀρχὴν ἔτ' ἐχούσης τῆς κατ' αὐτῶν ἱστορίας καὶ τῶν Ζιφαίων ἄρτι διαβεβληκότων αὐτὸν, τότε δὴ τὰ τέλη τῶν πραγμάτων αὐτὸς θεσπίζει, τὰ ὕστερόν ποτε γενησόμενα προλαμβάνων ὡς ἤδη γεγονότα. Διό φησιν· *Ὅτι ἐκ πάσης θλίψεως ἐῤῥύσω με, καὶ ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμός μου.* Ταῦτα γὰρ ὕστερον μέν ποτε γέγονεν· ὅμως δὲ προγνώσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὡς ἤδη αὐτὰ γεγονότα ἀπαγγέλλει, καὶ ἐπ' αὐτοῖς εὐχαριστεῖ, καὶ θύσειν ἐπαγγέλλεται, καὶ ἐξομολογήσεσθαι τῷ Κυρίῳ, λέγων· *Ἑκουσίως θύσω σοι.* Ὁ δὲ Ἀκύλας, *Ἐν ἑκουσιασμῷ*, φησὶ, *θυσιάσω σοι.* Ἐπειδὴ γὰρ ἄοικος καὶ ἄπολις καὶ ἀνέστιος ὢν, ἐν ταῖς ἐρήμοις ἐποιεῖτο τὰς διατριβὰς, καινὸν ἐξεῦρε τρόπον θυσίας. Τίς δ' ἦν οὗτος; *Ἐν ἑκουσιασμῷ*, φησὶ, *θυσιάσω σοι.* Ἀρκεῖ γὰρ ἡ ἑκουσιότης καὶ ἡ προαίρεσις, δι' ἧς ἀναπέμψω σοι τὴν θυσίαν. Οὐ γὰρ ἠγνόει τὸν Θεὸν παραιτούμενον μὲν τὰς δι' αἱμάτων καὶ ζώων σφαγῆς θυσίας, λογικὴν δὲ θυσίαν τὴν δι' αἰνέσεως ἀσπαζόμενον, ἅτε προμεμαθηκὼς τὸ, *Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ Κυρίῳ τὰς εὐχάς σου.* Ταύτην οὖν, φησὶν, ἑκουσίως θύσω σοι τὴν θυσίαν, αὐτὸ τὸ ἐπ' ἐμοὶ ἑκούσιον καὶ τὸ θέλημά μου καὶ τὴν ἐμὴν προαίρεσιν ἀνατιθείς σοι, τήν τε εὐχαριστίαν αὐτὴν ἀντὶ θυσίας σοι προσφέρων. Διὸ συνάπτει ἑξῆς λέγων· *Ἐξομολογήσομαι τῷ ὀνόματί σου, Κύριε, ὅτι ἀγαθόν·* σαφέστατα ἐπὶ τοῦ παρόντος τῆς ἐξομολογήσεως ἀντὶ εὐχαριστίας παραλαμβανομένης. Ἐφ' οἷς γὰρ ἐκ πάσης θλίψεως ἐῤῥύσθη, καὶ ἐν τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμὸς αὐτοῦ, ἐπὶ τούτοις εὐχαριστίας ἀναπέμπει, καὶ τὰς τοῦ ἑκουσιασμοῦ θυσίας ἐπαγγέλλεται ἀποδώσειν τῷ Θεῷ.

Vers. 8, 9. *Voluntarie sacrificabo tibi, confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.* Cum prioribus verbis obsecrationem et supplicationem Deo emisisset, ac disceptationem suam exposuisset; secundis, quæ sibi, quæ inimicis suis eventura erant spiritu plenus vaticinatur: deinde consequenter tertio loco hostias et gratiarum actiones se Deo pro beneficiis persoluturum pollicetur. Nam ut ereptus et ab inimicorum insidiis liberatus; neque ob id solum, sed quia inimicorum exitium prospiciebat, se immolaturum et confessionem nomini Domini editurum promittit: atque hæc vaticinans ante rerum eventum prædicit. Nam cum Ziphæi ad Saulem accedentes dixerunt: *Ecce David absconditus est apud nos;* cum res in historia enarrata inciperent, et dum adhuc Ziphæi ipsum calumniarentur, tunc ipse rerum exitum vaticinatur; quæ postea eventura erant quasi jam facta prævertens Quare ait: *Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, et super inimicos meos despexit oculus meus.* Hæc quippe post hæc gesta sunt; sed tamen Spiritus sancti præscientia, ut jam edita nuntiat, de iisque gratias agit, ac sacrificaturum confessionemque Deo emissurum pollicetur, dicens: *Voluntarie sacrificabo tibi;* Aquila vero ait: *Sponte sacrificabo tibi.* Quia enim sine domo, sine urbe, sine lare, in desertis agebat, novum sacrificii modum excogitavit. Quisnam ille erat? *Sponte*, inquit, *sacrificabo tibi.* Sufficit quippe voluntas et propositum, quo tibi sacrificium offeram. Non ignorabat siquidem, Deum cruentas et animalium nece oblatas hostias abnuere, rationale vero sacrificium laudis approbare; utpote qui jam edidicisset illud: *Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua* [99]. Hanc, inquit, voluntarie tibi hostiam sacrificabo, ipsam voluntatem, propositum et consilium meum tibi apponens; ac gratiarum actionem pro hostia tibi offerens. Quare deinde subdit: *Confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.* Apertissime autem in præsenti confessio pro gratiarum actione accipitur. Quia enim ex omni tribulatione ereptus est, et super inimicos suos despexit oculus ipsius, gratiarum actiones emittit, et voluntaria sacrificia se redditurum Deo pollicetur.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΕΝ ΥΜΝΟΙΣ, ΣΥΝΕΣΕΩΣ, ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΝΔ'.

1. IN FINEM, IN HYMNIS, INTELLECTUS DAVIDI LIV.

Ἐνώτισαι, ὁ Θεὸς, τὴν προσευχήν μου, καὶ μὴ ὑπερίδῃς τὴν δέησίν μου. Ὡς μὲν πρὸς τὴν ἱστο-

Vers. 2-6. *Exaudi, Deus, orationem meam, et ne despexeris deprecationem meam.* Secundum hi-

[99] Psal. xlix, 14.

storiæ rationem hæc videntur a Davide dicta fuisse quo tempore fugiens a facie Saulis in deserto sedes habebat. In sequentibus itaque ait : *Ecce elongavi fugiens, et mansi in solitudine.* Quoniam vero Saul usque ad mortem ipsi insidiatus est cum administris suis, dixisse videtur ex persona propria : *Contristatus sum in exercitatione mea, et conturbatus sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris. Quoniam declinaverunt in me iniquitatem, et in ira molesti erant mihi.* Hæc sane quidem Davidis personæ coaptare, non abs re esset; at non ea quæ post subjungit : *Quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate die ac nocte : circumdabit eam super muros ejus, et iniquitas et labor in medio ejus. Et non defecit de plateis ejus usura et dolus. Quoniam si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem utique,* et cætera. Quam civitatem significare velit, in qua hæc visa sint, quæ vidisse se commemorat, non potest quis ex historia expiscari. Quis vero ille quem sic alloquitur, *Tu vero homo unanimis, dux meus et notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos?* Si enim, inquit, hæc, inimico inferente, mala perpessus essem; aut si quis odio me habere professus designasset, nil mirum esset. Nunc autem neque infensus neque inimicus mihi, sed consors et amicus, imo vero unanimis, et dux a me constitutus, communi mensa dignatus, et fortasse, qui una mecum ingressus in domum Dei et orationis consors erat, taliane adversum me aggredi ausus es? Hæc autem propria persona dicere Davidem, non video qua ratione constare possit. Neque enim Saul unanimis ipsi aut amicus erat; sive secundum Symmachum, *unius moris.* Quænam morum similitudo fuerit inter duorum vitam, qui tantum inter se differunt? Sed neque unanimis Davidi unquam fuit Saul, neque legitur uspiam in historia, ipsos cum consensu in domo Dei ambulasse. Sed liquet Saulem semper Davidi aperte inimicum fuisse; jure ergo fugiebat et abscondebat se ab illo, quasi a manifesto inimico cavens sibi. Sed etiam quæ de memorata urbe feruntur, nequaquam Davidis historiæ conveniant. In qua enim civitate illam, quam dicit, iniquitatem vidit et contradictionem, non die solum, sed etiam nocte; laborem item et dolorem, iniquitatem et usuram ex plateis ejus non deficientem? Nam urbs quidem Saulis, Rama dicebatur esse; domicilium ejus, Gabee, cum nondum Jerusalem Israeli subdita esset, sed ad allophylos pertineret.

Quod autem videatur David diras imprecari dicens : *Veniat mors super illos, et descendant in infernum viventes,* quam affinitatem habeat cum præclara illa ejus celebrataque virtute, qua dixisse scribitur : *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam ab inimicis meis inanis?* Nam tales imprecationes in hostes edere, non injuriarum immemoris Davidis fuerit. Qui, ut in historia narratur, semper Saulem in honore et pretio habuit, ut ne auderet quidem ipsi manus inferre, etiam cum illum in pote-

A ρίαν, δόξειεν ἂν τὰ προκείμενα εἰρῆσθαι τῷ Δαυῒδ καθ' οὓς ἀπεδίδρασκε χρόνους, φεύγων ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ, ἐν ταῖς ἐρήμοις τὰς διατριβὰς ποιούμενος. Λέγει δ' οὖν ἑξῆς προϊών· *Ἰδοὺ ἐμάκρυνα φυγαδεύων, καὶ ηὐλίσθην ἐν τῇ ἐρήμῳ.* Καὶ ἐπειδὴ μέχρι θανάτου ἐπεβούλευεν αὐτῷ Σαοὺλ καὶ οἱ συμπράττοντες αὐτῷ, εἶπεν ἂν ἐξ οἰκείου προσώπου καὶ τὸ, *Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, καὶ ἐταράχθην ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ. Ὅτι ἐξέκλιναν ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν, καὶ ἐν ὀργῇ ἐνεκότουν μοι.* Ταῦτα μὲν οὖν ἁρμόσαι τῷ τοῦ Δαυῒδ προσώπῳ οὐ δυσχερές· οὐ μὴν καὶ τὰ ἑξῆς, ἐν οἷς ἐπιλέγει· *Ὅτι εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει ἡμέρας καὶ νυκτός· κυκλώσει αὐτὴν ἐπὶ τὰ τείχη αὐτῆς, καὶ ἀνομία καὶ κόπος ἐν μέσῳ* B *αὐτῆς. Καὶ οὐκ ἐξέλιπεν ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς τόκος καὶ δόλος. Ὅτι, εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν,* καὶ τὰ ἑξῆς. Ποίαν γὰρ πόλιν βούλεται σημαίνειν, ἐφ' ἧς ταῦτα τεθέαται, ἅ φησιν ἑωρακέναι, οὐκ ἂν ἔχοι τις ἀπὸ τῆς ἱστορίας εἰπεῖν. Τίς δὲ οὗτος ἦν ᾧ προσεφώνει λέγων· *Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ἡγεμών μου καὶ γνωστέ μου, ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανάς μοι ἐδέσματα;* Εἰ μὲν γὰρ ὑπ' ἐχθροῦ ταῦτ' ἔπασχον, φησὶν, ἢ εἰ μῖσος ὁμολογῶν τις ἔχειν πρός με ταῦτ' ἐποίει, οὐδὲν ἦν θαυμαστόν· νυνὶ δὲ οὔτε μισῶν οὔτε ἐχθρὸς, συνήθης δὲ ὢν καὶ φίλος, ἰσόψυχός τε καὶ ἡγεμὼν ὑπ' ἐμοῦ καθεσταμένος, κοινῆς τε τραπέζης ἀξίωμα ἔχων, ἴσον μιᾶς τε καὶ τῆς αὐτῆς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ εἰσόδου μοι καὶ C εὐχῆς κεκοινωνηκὼς, τοιαῦτα εἰς ἐμὲ τετόλμηκας; Ταῦτα δὲ τὸν Δαυῒδ λέγειν ἐξ οἰκείου προσώπου, οὐκ οἶδ' εἴ τινα ἔχοι λόγον. Οὔτε γὰρ Σαοὺλ ἰσόψυχος αὐτοῦ ἢ φίλος, ἢ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, *ὁμότροπος* ἦν. Ποία γὰρ ὁμοιοτροπία γένοιτ' ἂν ἐν τοῖς ἑκατέρων βίοις πάμπολυ διαλλάττουσιν; Ἀλλ' οὐδὲ ἰσόψυχος πώποτε γέγονε τῷ Δαυῒδ ὁ Σαοὺλ, οὐδὲ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἱστοροῦνται πώποτε πεπορευμένοι ἐν ὁμονοίᾳ. Προφανῶς δ' ἐχθρὸς ὁ Σαοὺλ τοῦ Δαυῒδ πάντοτε φαίνεται γεγονώς· ἔφευγε δ' οὖν αὐτὸν εἰκότως, καὶ ἐκρύπτετο, ὡς φανερὸν ἐχθρὸν φυλαττόμενος. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ περὶ τῆς εἰρημένης πόλεως ἐφαρμόσαι ἄν τις τῇ κατὰ τὸν Δαυῒδ ἱστορίᾳ. Ἐν ποίᾳ γὰρ εἶδε πόλει ἥν φησιν ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν, οὐ μόνον ἡμέρας, ἀλλὰ καὶ νυκτὸς, κόπον τε καὶ πόνον, ἀδικίαν τε καὶ D τόκον ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς μὴ ἐκλείποντα; Ἡ μὲν γὰρ πόλις τοῦ Σαοὺλ ἐλέγετο εἶναι ἡ Ῥαμὰ, τὸ δ' οἰκητήριον αὐτοῦ ἡ Γαβεὲ, οὔπω τῆς Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ τῷ Ἰσραὴλ γενομένης, ἀλλ' ἔτι ἀλλοφύλων οὔσης.

Τὸ δ' ἐπαρᾶσθαι δοκεῖν τὸν Δαυῒδ, καὶ λέγειν· *Ἐλθέτω θάνατος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ καταβήτωσαν εἰς ᾅδου ζῶντες,* ποίαν ἔχοι συμφωνίαν πρὸς τὸ σεμνολόγημα τῆς ὑμνουμένης αὐτοῦ ἀρετῆς, ἐφ' ἧς λέγων ἀναγέγραπται· *Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακὰ, ἀποπέσοιην ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός;* τὸ γὰρ τοιαύτας ἀρὰς κατεύχεσθαι τῶν ἐχθρῶν, οὐκ ἂν εἴη τοῦ ἀνεξικάκου Δαυῒδ, ὃς πάντοτε τιμῶν καὶ σέβας ἔχων τοῦ Σαοὺλ, ὡς μηδὲ τολμᾷν ἐπιβάλλειν αὐτῷ χεῖρας, ὅτε καί ποτε ὑποχείριον αὐ-

τὸν εἴληφεν, ἐξ αὐτῆς δείκνυται τῆς ἱστορίας. Καὶ προϊὼν δὲ ἐπιλέγει· *Ἠπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτοῦ ὑπὲρ ἔλαιον, καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες.* Τίνα οὖν ἄν τις ἔχοι δεῖξαι τὸν ταῦτα τῷ Δαυὶδ πεποιηκότα; Ἐξ ὧν ἁπάντων ἡγοῦμαι μὴ χώραν ἔχειν ἀναφέρεσθαι τὰ προκείμενα ἐπὶ τὸ τοῦ Δαυὶδ πρόσωπον· προφητικῇ δὲ οἶμαι δυνάμει λελέχθαι αὐτὰ, καὶ ἐπὶ μόνον τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν συνίστασθαι πεπληρωμένα, ὅτε, κατὰ τὸ αὐτὸ συναχθέντες οἱ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἄρχοντες ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, συνέδριον ἐποιήσαντο καὶ σκέψιν, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν· ἐν ᾧ οἱ μὲν θάνατον αὐτοῦ κατεψηφίσαντο· ἕτεροι δὲ ἐντέλεγον, ὡς ὁ Νικόδημος λέγων· *Μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κατακρίνει τὸν ἄνθρωπον, εἰ μή τι ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ;* Ταῦτ' οὖν προφητικῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀποθεσπίζει διὰ τῶν προκειμένων λέγον· *Ὅτι εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει ἡμέρας καὶ νυκτός.* Σαφῶς δὲ καὶ ἡ τοῦ Εὐαγγελίου γραφὴ μαρτυρεῖ τῇ προφητείᾳ, ἐπὶ τὸν προδότην Ἰούδαν ἐκλαβοῦσα τὸ, *Εἰ ὁ ἐχθρός μου ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν· καὶ εἰ ὁ μισῶν με, ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλορρημόνησεν, ἐκρύβην ἂν ἀπ' αὐτοῦ. Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε,* καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ ἡ σύμφρασις τῶν λόγων οὐκ ἄλλως πεπληρῶσθαι ἀποδείκνυται ἢ διὰ τῶν εἰς τὸν Σωτῆρα πεπραγμένων, ἥ τε μαρτυρία τῆς εὐαγγελικῆς παραθέσεως ἐπὶ τὸν προδότην ἀναφέρει τὸ προλεχθὲν μέρος τοῦ ἀναγνώσματος· ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ ἡμᾶς· ἐπὶ τὸν καιρὸν τοῦ Σωτηρίου πάθους τὴν παροῦσαν ἐκλαβεῖν προφητείαν, δεῖξαί τε ἕκαστα τῶν ἐν ταύτῃ φερομένων ἐν καιρῷ τῆς κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῆς τέλους τετυχηκότα. Τὰ μὲν οὖν τῆς προγραφῆς καὶ νῦν ἡμᾶς ἐπὶ σύνεσιν διεγείρει τῶν ἐμφερομένων, καὶ εἰς τὸ τέλος δὲ παραπέμπει, διὰ τὸ ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος δι' ἔργων αὐτὰ πεπληρῶσθαι. Εἴρηται δὲ καὶ *ἐν ὕμνοις*· ἢ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *ἐν ψαλμοῖς*· ἢ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, *διὰ ψαλτηρίων*· ἐπειδὴ τὸ τέλος τοῦ πάθους τοῦ Σωτηρίου ὕμνων καὶ ψαλτηρίων, καὶ ᾠδῶν μετεῖχε τῆς τε ἀναστάσεως αὐτοῦ ἕνεκα καὶ τῆς σωτηρίας τῶν δι' αὐτῆς λελυτρωμένων. Καὶ τοσαῦτα μὲν τὰ τῆς προγραφῆς.

Τὰ δὲ τῆς προφητείας παρακαλεῖ τὸν Θεὸν ἐνωτίσασθαι τοῦ λέγοντος, καὶ τοῦτ' αὐτῷ πρῶτον παρασχεῖν· εἶτα δεύτερον, γνῶναι τὴν διὰ τῆς προσευχῆς ἀναπεμπομένην δέησιν καὶ ἱκετηρίαν, μὴ ὑπεριδεῖν τε αὐτὴν· καὶ τρίτον, τὴν κατάστασιν θεάσασθαι τοῦ τὴν προσευχὴν ἀναπέμποντος, καὶ οὕτως αὐτὸν καταξιῶσαι τῆς ἑαυτοῦ ἀκοῆς· διὸ ἐπιλέγει· *Πρόσχες μοι καὶ εἰσάκουσόν μου.* Ὥσπερ γὰρ δυσωπεῖ τὸν Θεὸν ἑαυτὸν δεικνὺς ὁ τὴν προσευχὴν ἀναπέμπων, καὶ λέγων τῷ Θεῷ· *Πρόσχες μοι*· τὴν δὲ ἑαυτοῦ κατάστασιν παρίστησι καὶ ἐξῆς λέγων· *Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, καὶ ἐταράχθην ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ, καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ.* Τὴν γὰρ λύπην ἑαυτοῦ δείκνυσι τῷ Θεῷ καὶ τὴν ταραχὴν, καὶ ἣν φησιν ἀδολεσχίαν, καὶ ὡς ἄξια τῆς ἑαυτοῦ θεωρίας. Διὸ, τούτοις, φησὶν, πρόσχες, ὅπως ἐλυπήθην, ὅπως ἐταράχθην, ὅπως ἀδολεσχίας πεπλήρωμαι· ἀποδεξάμενός τε ταῦτα, ἐπάκουσόν μου. Λέγει δὲ

state habuit. Et in sequentibus addit : *Molliti sunt sermones ejus super oleum, et ipsi sunt jacula.* Quemnam proferre quis valeat qui hæc in Davidem egerit? Ex quibus omnibus æstimo non posse ad Davidis personam hæc referri; sed prophetica vi arbitror dicta esse, et in uno Salvatore et Domino nostro completa, quando Judaicæ gentis principes, Hierosolymæ in unum congregati, consessum ac consilium inierunt, quomodo eum perderent : in quo alii quidem capitis damnabant; alii obsistebant, ut Nicodemus qui dicebat : *Nunquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso*[93]? Hæc itaque prophetice Spiritus sanctus hisce verbis vaticinatur. *Quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate die ac nocte.* Aperte porro Evangelii scriptura prophetiam asserit, hæc de proditore Juda accipiens, *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique : et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo unanimis*, et cætera. Quoniam ergo verborum seriem non alio modo, quam in admissis contra Salvatorem facinoribus, impletam esse comprobatur; atque evangelicæ sententiæ testimonium memoratam lectionis partem ad proditorem refert; consentaneum sane fuerit nos quoque de tempore Salutaris passionis hanc prophetiam accipere, atque commonstrare singula ibi allata, tempore insidiarum contra Salvatorem nostrum, finem accepisse. Inscriptionis itaque verba jam ad intelligentiam dictorum nos provocant, atque ad finem remittunt, quia hæc in consummatione sæculi ipso opere perfecta sunt. Dictum vero est, *in hymnis*; sive, secundum Aquilam, *in psalmis*; sive, secundum Symmachum, *per psalteria*, quia finis passionis Salutaris, propter resurrectionem ac redemptorum salutem, hymnis, psalteriis et canticis celebratur. Et hæc quidem de inscriptione.

Quod prophetiam vero spectat, rogat Deum, uti se loquentem exaudiat, et hoc primum sibi conferat; secundo, ut attendat obsecrationi ac supplicationi ab se per orationem emissæ, nec eam despiciat; tertio, orantis affectum consideret, et ita dignetur aurem præbere, quare sic claudit, *Intende mihi et exaudi me.* Nam qui orationem effundit, quasi Deo sese conspiciendum præbens, obsecrat et ait ipsi, *Intende mihi :* statumque suum postea declarat dicens : *Contristatus sum in exercitatione mea, et conturbatus sum a voce inimici, et a tribulatione peccatoris.* Nam dolorem suum Deo exhibet necnon conturbationem, et eam quam vocat exercitationem, utpote quæ digna sint conspectibus ejus. Quare, his, inquit, intende, quomodo contristatus sim, quomodo conturbatus, et exercitatione repletus : atque his acceptatis, exaudi me. Hæc porro Spiritu divino afflatus propheta dicit, futu-

[93] Joan. VII, 51.

ros Judæorum contra Filium Dei ausus quasi jam præsentes prospiciens : quibus confusus et turbatus, dolore et angustia, quam exercitationem vocat, repletur degebat. Contristatus ergo, conturbatus, exercitatione et angustia plenus erat ob facinora, quæ mox recenset dicens : *Vidi iniquitatem et contradictionem in civitate*, et cætera, quæ postea opere completa sunt. Prævertens igitur in Spiritu sancto propheta, contristabatur, conturbabatur, exercitabatur, dolore plenus in eos qui talia aggressuri erant. Quamobrem Deum status sui inspectorem esse rogat dicens : *Exaudi, Deus, orationem meam, et ne despexeris deprecationem meam : intende mihi et exaudi me.* In hac conditione rerum positus, sic deinde precabatur : *Præcipita, Domine, et divide linguas eorum.* Queis rogat eorum contra Salvatorem concordiam dissipari, superbiam et arrogantiæ tumorem deprimi, ne ipse attereretur, et mala eorum augerentur. Cum porro rationi consentanea postularet, supplicabat ne despiceretur; sed etiam dolore, perturbatione, exercitatione replebatur, dicens, *A voce inimici et a tribulatione peccatoris*, inimici scilicet et peccatoris populi : nam spiritui prophetico molestiam inferebant qui talia audebant. Deinde subjungit : *Quoniam declinaverunt in me iniquitatem, et in ira molesti erant mihi*, quæ contra Salvatorem gesta sunt ut propria sibi ascribens. Atque ex Salvatoris persona possunt cum alia dici, tum illud : *Quoniam declinaverunt in me iniquitatem, et in ira molesti erant mihi;* sive, secundum Symmachum, *Quoniam inscripserunt contra me impietatem, et cum ira contrarii fuere mihi. Cor meum conturbatum est in me, et formido mortis cecidit super me*, et cætera. Hæc omnia passum se confitetur propheta, quod spiritu prophetico prævidisset, memoratam postea civitatem iniquitate, contradictione, labore, dolore et injustitia repletam; atque unanimem illum et notum Salvatori, pari atque inimici et hostes animo instructum. Suam enim his de rebus commiserationem Deo declarat, atque rationi consentaneam perturbationem quam patiebatur, de qua superius dicebat : *Contristatus sum in exercitatione mea, et conturbatus sum;* et jam rursum : *Cor meum conturbatum est in me;* secundum Aquilam vero ait, *Cor meum parturivit in visceribus meis;* secundum vero Symmachum, *Cor meum exagitabatur intra me.* Sed etiam formido mortis cecidit super eum, id est, Salutaris mortis, ob quam, Propheta humana cogitatione commotus, sive ob mortem animarum, quæ pro tali ausu perituræ erant, timore replebatur. Imo vero timor et tremor, ob pietatis eminentiam, cecidit super prophetam, cum videret Dilectum Dei talia ab impiis patientem. Tenebræ autem contexerunt eum, sive, secundum Aquilam, *convolutio;* aut, secundum Symmachum, *horror*, utpote qui horrenda ac tenebris digna contra Salvatorem gesta cerneret. Hæc porro dicta eorum exemplo, quæ nobis in somniis contingunt, intelligas. Nam plerumque somniantes,

A ταῦτα Πνεύματι θείῳ ὁ προφήτης, τὰ κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ μέλλοντα ὑπὸ Ἰουδαίων τολμᾶσθαι, ὡς ἤδη παρόντα βλέπων· ἐφ' οἷς συγχεόμενος καὶ ταραττόμενος, λύπης τε πληρούμενος καὶ ἀμηχανίας, ἣν ἀδολεσχίαν ὠνόμασε, διετέλει. Ἐλυπεῖτο γοῦν καὶ ἐταράττετο, καὶ ἡδολέσχει ἀμηχανῶν καὶ ἀπορῶν ἐπὶ τοῖς τολμωμένοις, ἃ μικρὸν ὕστερον διέξεισι φάσκων· *Εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἅπερ, ὕστερόν ποτε δι' ἔργων κεχωρηκότα, προλαβὼν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ὁ προφήτης, ἐλυπεῖτο καὶ ἐταράττετο καὶ ἡδολέσχει, ἀθυμίας ἐμπιπλάμενος ἐπὶ τοῖς τὰ τοιαῦτα τολμῶσι. Διὸ καὶ τὸν Θεὸν ἐπόπτην τῆς ἑαυτοῦ καταστάσεως γενέσθαι παρακαλεῖ λέγων· *Ἐπάκουσόν μου, ὁ Θεός, τῆς προσευχῆς μου, καὶ μὴ ὑπερίδῃς τὴν δέησίν μου· πρόσχες μοι καὶ εἰσάκουσόν μου.* Ἐν τοιαύτῃ δὲ γεγονὼς καταστάσει, ἠξίου λέγων ἑξῆς· *Καταπόντισον, Κύριε, καὶ καταδίελε τὰς γλώσσας αὐτῶν*· δι' ὧν ἱκέτευε τὴν συμφωνίαν αὐτῶν τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος διασκεδασθῆναι, τήν τε μεγαλαυχίαν αὐτῶν καὶ τὸ τῆς ἀλαζονείας ἔπαρμα ταπεινωθῆναι, πρὸς τὸ μὴ ἐπιτρίβεσθαι, καὶ αὔξειν αὐτῶν τὰ κακά. Εὔλογα τοίνυν αἰτῶν, διὰ τῆς δεήσεως ἠξίου μὴ ὑπεροραθῆνει· ἀλλὰ καὶ λύπης ἐπληροῦτο καὶ ταραχῆς, καὶ ἀδολεσχίας, φάσκων· *Ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ*, ἐχθροῦ δηλαδὴ καὶ ἁμαρτωλοῦ λαοῦ· θλῖψιν γὰρ παρεῖχον τῷ πνεύματι τῷ προφητικῷ οἱ τὰ τοιαῦτα τολμῶντες. Εἶτ' ἐπιλέγει ἑξῆς· *Ὅτι ἐξέκλιναν ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν, καὶ ἐν ὀργῇ ἐνεκότουν μοι*, ἰδιοποιούμενον τὰ κατὰ τοῦ Σωτῆρος B τετολμημένα. Καὶ ἐκ προσώπου δὲ τοῦ Σωτῆρος δύναται λέγεσθαι τά τε ἄλλα καὶ τό· *Ὅτι ἐξέκλιναν ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν, καὶ ἐν ὀργῇ ἐνεκότουν μοι*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Ὅτι ἐπέγραψαν κατ' ἐμοῦ ἀσέβειαν, καὶ μετ' ὀργῆς ἠντιώθησάν μοι. Ἡ καρδία μου ἐταράχθη ἐν ἐμοὶ, καὶ δειλία θανάτου ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμὲ*, καὶ τὰ λοιπά. Πάντα ταῦτα πεπονθέναι ὁ προφήτης ὁμολογεῖ, διὰ τὸ προεωρακέναι τῷ πνεύματι τῷ προφητικῷ τὴν ἑξῆς δηλουμένην πόλιν ἀνομίας πληρουμένην καὶ ἀντιλογίας, καὶ κόπου, καὶ πόνου, καὶ ἀδικίας· καὶ τὸν ἰσόψυχον καὶ γνωστὸν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὰ ἐχθρῶν αὐτὸν καὶ πολεμίων C τεθέντα. Ἐπὶ τούτοις γὰρ τὴν συμπάθειαν αὐτοῦ δείκνυσι τῷ Θεῷ, καὶ ἣν ὑπέμενεν εὔλογον ταραχήν· περὶ ἧς καὶ ἀνωτέρω ἔλεγεν· *Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, καὶ ἐταράχθην*· καὶ νῦν πάλιν· *Ἡ καρδία μου ἐταράχθη ἐν ἐμοί*· κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, *Ἡ καρδία μου*, φησὶν, *ὠδίνησεν ἐν ἐγκάτῳ μου*· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ἡ καρδία μου διεστρωφᾶτο ἔνδον μου*. Ἀλλὰ καὶ δειλία θανάτου εἰσέπεσεν ἐπ' αὐτόν· ἤτοι τοῦ Σωτηρίου θανάτου, ἐφ' ᾧ δειλίας ὁ προφήτης ἐπληροῦτο, ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ κινούμενος, ἢ τοῦ τῶν ψυχῶν θανάτου τῶν ἀπόλλυσθαι μελλόντων διὰ τὰ τοιαῦτα τολμήματα. Ἀλλὰ καὶ φόβος καὶ τρόμος δι' ὑπερβολὴν εὐλαβείας ἐπέπιπτε τῷ προφήτῃ, ὁρῶντι τὸν Ἀγαπητὸν τοῦ Θεοῦ τοιαῦτα D ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν πάσχοντα. Ἐκάλυπτέ τε αὐτὸν σκότος, ἢ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *εἱλίνδησις*· ἢ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, *φρίκη*· ὡσανεὶ φρικτὰ καὶ σκότους ἀλη-

θῶς ἄξια τὰ κατὰ τοῦ Σωτῆρος δρώμενα θεωροῦντα. Νοήσεις δὲ τὰ λεγόμενα ἐκ παραδείγματος τῶν κατὰ τοὺς ὀνείρους ἡμῖν συμβαινόντων· ἐπεὶ πολλάκις ὀνειρώττοντες, κἄπειτά τινα ὁρῶντες φοβερὰ, ἢ θῆρας δώκοντας, ἢ ἑρπετὰ, ἢ πολεμίους ἐπιόντας ἡμῖν, θορυβούμεθα τὴν ψυχὴν καὶ ἐξιστάμεθα, τρόμου καὶ ἀγωνίας, καὶ ἰδρῶτος ἐμπιπλάμενοι. Κατὰ τὸν αὐτὸν γὰρ, οἶμαι, τρόπον καὶ τὴν τοῦ προφήτου ψυχὴν τῶν μηδέπω παρόντων, μελλόντων δὲ γίγνεσθαι πραγμάτων, τὴν θεωρίαν φωτὶ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος τοῖς τῆς διανοίας ὀφθαλμοῖς ἐντυπουμένην ὁρῶντα τεταράχθαι, καὶ φόβου καὶ δειλίας, καὶ τρόμου πεπληρῶσθαι διὰ τὴν τῶν θεωρουμένων κακῶν ὑπερβολήν.

ac quædam terribilia cernentes, verbi gratia insequentes feras, vel reptilia, vel inimicos irruentes, animo turbamur et obstupescimus, terrore, concertatione ac sudore repleti. Eodem arbitror modo prophetæ animam, quæ nondum præsentium, sed futurarum rerum contemplationem expressam prophetici spiritus lumine in mentis oculis percipiebat, turbatam, atque ob malorum quæ videbat exsuperantiam, timore, metu terroreque repletam esse.

Εἶθ' ὥσπερ μέσος ἀποληφθεὶς τῶν ταῦτα δρώντων, μηδεμίαν τε ἔχων ἀποφυγὴν, μηδὲ ὅποι κλίνας ἑαυτὸν ἐκτὸς τῶν κακῶν γένοιτο, εὔχεται μετέωρος ἀρθῆναι, πτηνός τε δι' ἀέρος ἐκφυγεῖν. Διὸ ἐπιλέγει·

Deinde quasi medius interceptus ille inter talium facinorum auctores, cum nullum perfugium haberet, neque quo declinaret ab ingruentibus malis, precatur se sublimem elevari, atque volucris instar per aerem effugere. Quamobrem ait :

Καὶ εἶπα· Τίς δώσει μοι πτέρυγας ὡς περιστερᾶς, καὶ πετασθήσομαι, καὶ καταπαύσω; Περιστερᾶς γὰρ δίκην ἀκάκου πτέρυγας ἐκφεῦξαι καὶ πετασθῆναι, ὡς ἂν φύγοι τὰ κακὰ, ἠξίου. Οὐκοῦν καὶ περὶ τούτου ἀνωτέρω ἔλεγε τὸ, *Ἐνώτισαι, ὁ Θεός, τὴν προσευχήν μου*, ὡς ἂν τύχοι πτερύγων περιστερᾶς καὶ πετασθείη· μόνως γὰρ οὕτως, καὶ οὐδὲ ἄλλως, πόρρω γίνεσθαι τῆς τῶν ἀσεβῶν πόλεως οἷός τε ἦν. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Καὶ εἶπον· Τίς δώσει μοι πτέρυγας ὡς περιστερᾶς, πετασθῆναι, καὶ ἐδρασθῆναι; Πόρρω ἂν ἐποίησα τὴν ἀναχώρησίν μου, ηὐλιζόμην ἂν ἐν τῇ ἐρήμῳ.* Ἐξαίφνης ἂν ἐποίησα τὴν ἔκφευξίν μου ἀπὸ πνεύματος ἐπαίροντος· *πόρρω* C γὰρ ἂν ἐποίησα, φησὶ, τὴν ἀναχώρησίν μου, εἰ ἔτυχον πτερύγων, φεύγων τοὺς τὰ προλεχθέντα τολμῶντας, καὶ τὰς ἐρήμους μᾶλλον τῆς εἰρημένης πόλεως προεστίμων. Οὕτως τε ἐν τῇ ἐρήμῳ γεγονὼς, *προσεδεχόμην ἂν τὸν σώζοντά με ἀπὸ τῆς γενομένης μοι ὀλιγοψυχίας, καὶ ἀπὸ τῆς καταλαβούσης με ταραχίδος. Καταπόντισον, Κύριε, καὶ καταδιελε τὰς γλώσσας αὐτῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἠξίωσε πτερύγων τυχεῖν, ὡς ἂν πετασθείη καὶ φύγοι, ἐρημόν τε μᾶλλον οἰκεῖν ἐλέσθαι ἢ τὴν δηλουμένην πόλιν, διὰ τῶν προκειμένων διδάσκει λέγων· Ἐπειδὴ τάδε καὶ τάδε προγνώσει τοῦ προφητικοῦ πνεύματος ἐθεασάμην πραχθησόμενα ἐν τῇ πόλει, τούτου χάριν ἐντεῦθεν ἤδη φεύγειν διανενόημαι τὴν τῶν κακῶν πληθύν. Πρῶτον γὰρ ἀσέβημα τῶν τὴν προλεχθεῖσαν D πόλιν οἰκησάντων ὁρῶ τὸ ἐκ τῆς γλώττης αὐτῶν. Πάντες γὰρ ὤξυναν ἑαυτῶν ἐπὶ κακῷ συμφωνήσαντες τὰς γλώττας κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· διὸ, μὴ φέρων αὐτῶν τὴν μοχθηρὰν ταύτην καὶ ἀσεβῆ συμφωνίαν, εὔχομαι λέγων· *Ὦ Κύριε, καταπόντισον καὶ καταδιελε τὰς γλώσσας αὐτῶν.* Ἢ, κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Καταποντισθήτω ποίησον, Δέσποτα, καὶ ἀσύμφωνον ποίησον τὴν γλῶσσαν αὐτῶν.* Τῆς γὰρ μοχθηρᾶς συμφωνίας πολὺ κρεῖττον γένοιτ' ἂν ἡ ἀσυμφωνία, ἀτονωτέραν καὶ ἀσθενεστέραν κακίαν ἀπεργαζομένη. Τοῦτο μὲν οὖν τὸ πρῶτον ἦν αὐτῶν κακόν. Οἵ τε γὰρ τοῦ ἔθνους προεστῶτες, νομοδιδάσκαλοι καὶ ἀρχιερεῖς, καὶ λοιποὶ ἄρχοντες τοῦ λαοῦ, δολίως αὐτῷ προσιόντες, πειράζειν αὐτὸν ἐτόλ-

Vers. 7-12. *Et dixi : Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, et volabo, et requiescam?* Pennas instar columbæ innoxiæ ad fugiendum et volandum petebat, ut malis se proriperet. Ideoque superius hac de causa dicebat, *Exaudi, Deus, orationem meam*, ut alas columbæ obtineret, et volaret : hoc quippe modo tantum, et non alio, a civitate impiorum procul recedere poterat. Secundum Symmachum autem : *Et dixi : Quis dabit mihi pennas sicut columbæ ad volandum et insidendum? Longe fecissem secessionem meam, mansissem in solitudine.* Confestim effugissem elevante me spiritu; longe quippe fecissem secessionem meam, ait, si alas obtinuissem, fugiens ab iis qui jam dicta aggredi audebant, atque solitudines præfatæ civitati antetulissem. Sic in deserto constitutus *exspectabam eum, qui salvum me facit a pusillanimitate* quæ me invadebat, *et a tempestate* quæ me interceperat. *Præcipita, Domine, et divide linguas eorum*, et cætera. Causam aperit cur alas obtinere rogaverit ad volandum et effugiendum, et cur solitudinis habitationem memoratæ civitati antetulerit, his utens verbis : Quoniam hæc et illa ex prophetici spiritus præscientia in civitate gerenda esse cognovi; ideo hinc effugere et malorum multitudini me subducere cogitavi. Primam enim impietatem futurorum ejusdem civitatis incolarum, ex lingua eorum profecturam video. Omnes quippe in malo consentientes, linguam suam exacuerunt contra Filium Dei : quare impiam eorum et sceleratam concordiam non ferens, hæc precor : *O Domine, præcipita et divide linguas eorum;* sive, secundum Symmachum, *Fac demergi, Domine, et discordem pone linguam eorum.* Nam scelerata concordia multo præstantior discordia fuerit, quæ infirmiorem debilioremque malitiam reddat. Hoc primum malorum inerat ipsis. Nam magistratus gentis, legis doctores, principes sacerdotum ac reliqui populi principes ad eum cum dolo adeuntes, ipsum tentare audebant, occasionem captantes, et insidias in eum struentes. Quod alius quoque subindicabat psalmus, ex ejusdem persona talia fatus : *Circumdederunt me tauri multi, vituli pingues obsederunt*

me. Aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens et rugiens [95]. Nam ibi quoque principes populi adumbrabat : quamobrem rursus os eorum memorat, ob consilia et insidias eorum adversum se structas.

μων, λαβὲς θηρώμενοι, καὶ ἐπιβουλὰς κατ' αὐτοῦ συσκευαζόμενοι. Ὃ δὴ καὶ ἕτερος ἠνίττετο ψαλμὸς ἐξ αὐτοῦ προσώπου φήσας· *Περιεκύκλωσάν με ταῦροι πολλοί, μόσχοι πίονες περιέσχον με. Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος.* Κἀκεῖ γὰρ τοὺς ἄρχοντας ἠνίττετο τοῦ λαοῦ· διὸ πάλιν τοῦ στόματος αὐτῶν ἐμνημόνευε διὰ τὰς κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλάς τε καὶ σκέψεις.

Et sane cujusmodi voces ad Pontium Pilatum totus Judæorum populus contra eum ediderit, narrant Evangelia. Quod item in vicesimo primo psalmo declarabat dicens : *Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me* [96]. Et hæc omnia in memorata urbe gerebantur : quare in præsenti dicitur, *Præcipita, Domine, et divide linguas eorum.* Deinde subjungit : *Quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate : die ac nocte circumdabit eam*, et cætera; pro quibus Symmachus sic interpretatus est : *Quoniam vidi violentam iniquitatem et injustitiam in civitate, die ac nocte circumdantem muros ejus, dolorem et miseriam intra ipsam, improbitates intra ipsam, inseparabile a plateis ejus damnum et insultum.* Iniquitatis autem opera erant, admissa in Salvatorem scelera, et violenta vere iniquitas. Nam *pro eo ut me diligerent*, inquit, *detrahebant mihi; et posuerunt adversum me mala pro bonis, et odium pro dilectione mea* [97]. Contradictio autem et injustitia apud illos erat, multis testibus contra eum accedentibus, nihilque verum aut consentaneum dicentibus. Hæc vero non die solum, sed noctu quoque gerebantur. Sic enim noctu quoque Petrus abnegat, quando Judas cum laternis et lampadibus accessit. Nox item erat cum modo ad Annam, modo ad Caipham adducebant eum, nullis non contumeliis afficientes. *Mane autem facto, ligantes adduxerunt eum et tradiderunt Pilato* [97], et cætera quæ passionem spectant, egerunt. Quæ omnia spiritu prospiciens propheta sic vociferabatur : *Quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate, die ac nocte circumdantes ipsam*, secundum Symmachum. Et hæc quidem in civitate. Circa muros ejus autem iniquitas et labor; sive secundum Symmachum, *dolor et miseria :* significatque ea quæ extra urbem gesta sunt, cum educentes ipsum adduxerunt in locum dictum Golgotha. Et quæ foris acta sunt talia erant, plena sane dolore ac miseria : quæ vero intus, improbitate, inquit, damno et insultu repleta vidi; injustitia item in medio ejus, *et non defecit ex plateis ejus usura et dolus;* pro quo Aquila, *debitum et insultum* interpretatus est; Symmachus vero, *damnum et insultum*. Omni quippe malorum genere implebantur qui insidias in Salvatorem nostrum struxerunt.

Καὶ ὁ πᾶς δὲ τῶν Ἰουδαίων λαὸς ὁποίας ἐπὶ τοῦ Ποντίου Πιλάτου κατ' αὐτοῦ προσήκατο φωνὰς, ἱστορεῖ τὰ Εὐαγγέλια. Ὃ δὴ καὶ αὐτὸ παρίστη ἐν κα' ψαλμῷ ὁ εἰπών· *Ὅτι ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοί, συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με.* Καὶ ταῦτα πάντα ἐν τῇ δηλουμένῃ ἐπράττετο πόλει· διὸ λέλεκται ἐν τοῖς προκειμένοις· *Καταπόντισον, Κύριε, καὶ καταδιελε τὰς γλώσσας αὐτῶν.* Εἶτ' ἐπιλέγει· *Ὅτι εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει· ἡμέρας καὶ νυκτὸς κυκλώσει αὐτὴν*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀνθ' ὧν ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· *Ὅτι ἐθεώρησα βίαιον ἀδικίαν καὶ ἀδικασίαν ἐν τῇ πόλει, ἡμέρας καὶ νυκτὸς κυκλοῦντα αὐτῆς τὰ τείχη, ὀδύνην καὶ ταλαιπωρίαν ἔνδον αὐτῆς, ἐπηρείας ἔνδον αὐτῆς, ἀχώριστον ἀπὸ τῶν πλατειῶν αὐτῆς ζημίαν καὶ ἐπίθεσιν.* Ἀνομίας δὲ ἔργα ἦν τὰ κατὰ τοῦ Σωτῆρος τολμώμενα, καὶ βίαιος ὡς ἀληθῶς ἀδικία. Ἀντὶ γὰρ *τοῦ ἀγαπᾶν*, φησὶν, *ἐνδιέβαλλόν με· καὶ ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου.* Ἀντιλογία δὲ ἦν ἐν αὐτοῖς καὶ ἀδικασία, πολλῶν μαρτύρων παριόντων κατ' αὐτοῦ, καὶ μηδὲν ἀληθὲς σύμφωνον λεγόντων. Καὶ ταῦτα ἐπράττετο οὐ δι' ἡμέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ νυκτός. Οὕτω γὰρ ἐν νυκτὶ Πέτρος ἀρνεῖται, ὅτε Ἰούδας μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων ἐπῆει. Ἀλλὰ καὶ νὺξ ἦν ὅτε ἀπῆγον αὐτὸν ποτὲ μὲν πρὸς Ἄνναν, ποτὲ δὲ καὶ πρὸς Καϊάφαν, ὕβρεσι παντοίαις ἀτιμάζοντες. *Πρωΐας τε γενομένης, δήσαντες αὐτὸν ἤγαγον καὶ παρέδωκαν Πιλάτῳ*, τά τε κατὰ τὸ πάθος ἐνήργουν. Ἃ δὴ πάντα τῷ πνεύματι προϊδὼν ὁ προφήτης, ἀνεφώνει λέγων· *Ὅτι εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει ἡμέρας καὶ νυκτὸς κυκλοῦντα αὐτὴν*, κατὰ τὸν Σύμμαχον. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῇ πόλει· περὶ δὲ τὰ τείχη αὐτῆς ἀνομία καὶ κόπος, ἤ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, *ὀδύνη καὶ ταλαιπωρία*. Σημαίνει δὲ τὰ ἐκτὸς τῆς πόλεως πεπραγμένα, ὁπηνίκα κατεξαγαγόντες αὐτὸν ἦγαγον εἰς τὸν λεγόμενον τόπον Γολγοθά. Καὶ τὰ μὲν ἔξω τοιαῦτα ἦν, μεστὰ ἀληθῶς ὀδύνης καὶ ταλαιπωρίας· πάλιν δὲ τὰ ἔνδον αὐτῆς, ἐπηρείας, φησὶ καὶ ζημίας καὶ ἐπιθέσεως εἶδον μεστά· ἀδικία τε ἦν ἐν μέσῳ αὐτῆς, *καὶ οὐκ ἐξέλιπεν ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς τόκος καὶ δόλος*· ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας, *ὄφλημα καὶ ἐπίθεσιν*, ἡρμήνευσεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *ζημίαν καὶ ἐπίθεσιν*. Πάντων γὰρ πεπλήρωντο κακῶν οἱ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλὴν συσκευασάμενοι.

Vers. 13-15. *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique; et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero, homo unanimis, dux*

Ὅτι, εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν, καὶ εἰ ὁ μισῶν με ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλορρήμονησεν, ἐκρύβην ἂν ἀπ' αὐτοῦ. Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ἡγεμών μου καὶ γνωστέ μου, ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐλίπα-

[95] Psal. xxi, 13, 14. [96] ibid. 17. [96] Psal. cviii, 4, 5. [97] Matth. xxvii, 1, 2.

ναῖς μοι ἐδέγματα, ὃν τῷ εἶπῳ τοῦ Θεοῦ ἐπεγερθέντα ὑπ' ἐμοῦ. Εἰς ἑαυτοῦ πρόσωπον ἀναλαβὼν ὁ Προφήτης τὰ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τολμηθησόμενα, εἰκότως ἔφασκε τετάρχθαι καὶ ἀτιμίας θανάτου πεπλῆσθαι. Μάλιστα μὲν γὰρ καὶ πᾶσα, φησὶν, ἡ πόλις πεπλήρωτο ἀνομίας καὶ ἀντιλογίας, οὐ δὲ ἡμέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ νυκτός· τὰ δ' ἐκτὸς τῆς πόλεως ἀμφὶ τὰ τείχη αὐτῆς ἀνομίας ἔμπλεα ἦν καὶ ὀδύνης καὶ ταλαιπωρίας· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντων αὐτῶν αἱ ψυχαὶ ζημίας ἐτύγχανον καὶ ἐπιθέσεως μεσταί. Τὸ δὲ πάντων χείριστον, ὅτι καὶ τῶν ἐμῶν ἐσοφύχων εἷς, τῶν τε σφόδρα γνωρίμων καὶ γνωστῶν ἐμοὶ, τοιαῦτα κατ' ἐμοῦ παραφύνηκεν, ὡς ἀφόρητα εἶναι, καὶ οὐκ εἰστά. Τὰ μὲν γὰρ ὑπ' ἐχθρῶν καὶ ὁμολογούντων ἐναντιοῦσθαι καὶ μισεῖν ἐκ τοῦ προφανοῦς, οἰστὰ ἂν γένοιντό πως· ἐπεὶ καὶ προφυλάττεσθαι τοὺς ἐχθροὺς κρύπτεσθαί τε ἀπ' αὐτῶν δυνατὸν, καὶ μηδὲν ξένον ἡγεῖσθαι τοὺς τῶν ἐχθρῶν ἐνειδισμούς· ὅταν δὲ φίλος ἰσόψυχος, ὅταν ὁ τῆς παρ' ἐμοὶ τιμῆς τε καὶ ἐκλογῆς κατηξιωμένος, ὅταν ὁμοτράπεζος μαθητὴς, ὅταν ὁ συνεισελθὼν ἐμοὶ πολλάκις εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ οἶκον, συμπροσευξάμενός τε καὶ μυστικῆς ἀπολαύσας τροφῆς, λόγων τε ἀπορρήτων τῶν περὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν μεταιχὼν, τοιαῦτα κατ' ἐμοῦ δρῶν, οὐκέτ' ἂν γένοιτο ἀνεκτά. Ταῦτα δὲ ἀκολούθως μετὰ τὰ προλεχθέντα περὶ τῶν ἐν τῇ πόλει τετολμημένων, ἰδίως περὶ τοῦ προδότου Ἰούδα ἐθεσπίζετο. Ἃ δὴ καὶ αὐτὰ τοῦτον ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· *Οὐ γὰρ ἐχθρὸς προσεπηλάκισέ με, ἵνα βαστάξω· οὐδὲ διὰ μίσους μοι ἐπ' ἐμὲ ἐμεγάλυνε πτερνισμὸν, ἵνα κρύβωμαι αὐτόν. Ἀλλὰ σὺ, ἄνθρωπε, ὁμοιότροπός μοι, συνήθης καὶ γνώριμός μοι, οἵτινες ἐκοινολογούμεθα γλυκεῖαν ὁμιλίαν· ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἀναστρεφόμεθα συνδιαιτώμενοι.*

Ἐλθέτω θάνατος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ καταβήτωσαν εἰς ᾅδου ζῶντες· ὅτι πονηρία ἐν ταῖς παροικίαις αὐτῶν, ἐν μέσῳ αὐτῶν. Ἤδη πολλάκις ἡμῖν καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἀποδέδεικται, ὅτι τὰ προφητικὰ προστακτικῷ τρόπῳ ἔθος τῇ θείᾳ Γραφῇ προφέρεσθαι· καὶ ἐνταῦθα τοίνυν ἀντὶ τοῦ, *Ἐλεύσεται θάνατος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ καταβήσονται εἰς ᾅδου ζῶντες*, προστακτικῶς εἴρηται τὰ προκείμενα. Θεσπίζει δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὰ συμβησόμενα τοῖς τὰ προλεχθέντα τετολμηκόσιν. Ὁ γοῦν Ἀκύλας ὀρθότερον ἡρμήνευσεν εἰπών· *Ἐπάξει θάνατον ἐπ' αὐτούς.* Τίς δὲ θάνατον ἐπάξει ἐπ' αὐτοὺς ἢ τὰ ἔργα αὐτῶν; Αὐτὰ γὰρ αὐτοῖς αἴτια γεγένηται θανάτου, ἢ ὁ κρίνας αὐτοὺς θανάτου ἀξίους διὰ τὰς ἀσεβεῖς πράξεις αὐτῶν. Θάνατος δὲ τοὺς ἀσεβεῖς μετερχόμενος οὐχ ὁ κοινὸς ἂν λέγοιτο· οὗτος γὰρ καὶ τοὺς δικαίους ἅπαντας μετῆλθεν· εἰ καὶ μετὰ τὸν κοινὸν θάνατον ζῶσι παρὰ τῷ Θεῷ· ὅθεν οὖν ἐδίδαξεν ὁ Σωτὴρ εἰπών· *Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ, οὐκ ἔστι Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων· ψυχῶν δὲ θάνατος καὶ παρὰ τῷ Ἐζεκιήλ λελέξεται φάσκοντι· Ψυχὴ ἁμαρτάνουσα, αὕτη ἀποθανεῖται.* Ἐπεὶ

A mus et notus mihi : qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambularemus cum consensu. Ad sui personam referens Propheta admittendos contra Salvatorem nostrum ausus, jure ait se turbatum et formidine mortis repletum esse. Et vere tota, inquit, civitas iniquitate et contradictione plena erat, non die solum, sed etiam nocte. Quæ autem extra civitatem, circa muros ejus, iniquitate, dolore et miseria repleta erant; imo etiam eorum omnium animæ damno et insultu referta. At quod omnium pessimum erat, unus ex iis qui unanimes et admodum noti mihi erant, talibus contra me debacchatus est, quæ intolerabilia et nullatenus ferenda sint. Etenim ab inimicis et iis qui se palam adversarios et infensos esse profitentur, ferenda B forsitan essent, quia inimicos cavere ab iisque se occultare in promptu est, atque opprobria inimici non pro re aliena et inusitata habentur. At cum is qui amicus unanimis, cum is qui a me honore et electione dignatus est, cum mensæ consors discipulus, qui in domum Dei sæpe mecum ingressus est, atque una precatus, mystico cibo usus, qui arcana de regno cœlorum verba acceperat, talia contra me egerit; ea sane non ferenda. Hæc porro consequenter post ea quæ de facinoribus in civitate admissis prædicta sunt, de proditore Juda specialim vaticinabatur. Quæ Symmachus hoc pacto interpretatus est : *Non inimicus vituperavit me, ut feram; neque per odium mei magnificavit super me* C *supplantationem, ut abscondar ab eo. Sed tu homo unius moris, familiaris et notus mihi, qui dulce colloquium miscebamus : in domo Dei versamur simul viventes.*

Vers. 16. *Veniat mors super illos, et descendant in infernum viventes : quoniam nequitia in habitationibus eorum, in medio eorum.* Jam superius a nobis plerumque demonstratum est, futura imperativo modo divinam Scripturam proferre solere; hic igitur loco illius, *Veniet mors super illos, et descendent in infernum viventes*, eadem imperativo modo dicta sunt. Vaticinatur porro Spiritus sanctus quæ eventura sint iis, qui supra memorata aggredi D ausi sunt. Aquila certe rectius interpretatus est his verbis : *Inducet mortem super eos.* Quis inducet mortem super eos, nisi opera ipsorum? Hæc enim ipsis mortis causa erunt potius, quam is qui ob impia gesta morte dignos judicavit. Mors autem impios invadens, non communis æstimanda; nam ea justos quoque omnes adiit, qui etiam post communem mortem vivunt apud Deum; quemadmodum docuit Salvator dicens : *Deus Abrahum, Deus Isaac, et Deus Jacob, non est Deus mortuorum, sed vivorum* [m] : et apud Ezechielem mors animarum declaratur his verbis : *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur* [n]. Quoniam igitur ii, de quibus supra, a

[m] Matth. xxii, 32. [n] Ezech. xviii, 4.

vita seipsos segregarunt, Salvatorque noster vita erat; nam *quod factum est in ipso vita erat, et vita erat lux hominum* [1]; jure cum sese ab ipso separaverint, morti animæ traditi sunt: non quod ipsa corrumpatur aut deleatur, in nihilum redacta; sed quod vivens illa et immortali natura prædita, in prædicta morte versetur. Quare dictum est: *Et descendant in infernum viventes.* Non enim animarum destructionem his significabat: *Veniat mors super illos;* sed separationem a vita, quæ secundum Deum est, et habitationem in inferno. Num forte dicatur, alio modo viventes ipsos in inferuum descendisse, in notitia scilicet peccantes, ac scientes quidem Salvatorem esse Christum Dei, sed non esse simulantes? Quare perinde atque Dathan et Abiron [2] ipsos deglutiendos, atque in infernum viventes descensuros esse prænuntiat. Pro illo autem, *Nequitiæ in habitationibus eorum, in medio eorum;* nam conventus et concilia adversus Salvatorem improba fuere, Aquila dicit: *Quoniam nequitiæ in conversatione eorum.* Quia ergo non pro bono conveniebant, et conversationes conciliaque improba inibant, jure vaticinatur qui finis eos excepturus sit.

τοίνυν ἑαυτοὺς τῆς ζωῆς οἱ δηλούμενοι κεχωρίκασιν, ἦν δὲ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἡ ζωή· *Ὃ γέγονε γὰρ ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων·* εἰκότως, ἀποτιμηθέντες αὐτοῦ, τῷ τῆς ψυχῆς θανάτῳ παρεδόθησαν· οὐχ ὥστε φθαρῆναι αὐτὴν καὶ ἀφανισθῆναι εἰς τὸ μὴ ὂν χωρήσασαν, ἀλλ' ὥστε ζῶσαν αὐτὴν καὶ ἀθάνατον τὴν οὐσίαν κεκτημένην ἐν τῷ λεχθέντι θανάτῳ διάγειν. Διὸ λέλεκται· *Καὶ καταβήτωσαν εἰς ᾅδου ζῶντες.* Οὐ τὸν ἀφανισμὸν ψυχῶν ἐδήλου λέγων· *Ἐλθέτω θάνατος ἐπ' αὐτούς*, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ τῆς κατὰ Θεὸν ζωῆς χωρισμὸν, καὶ τὴν εἰς τὸν ᾅδην κατοίκησιν. Μήποτε δὲ καὶ ἄλλως ζῶντες εἰς ᾅδου κατῆεσαν, ἐν γνώσει ἁμαρτάνοντες, καὶ εἰδότες μὲν τὸν Σωτῆρα ὡς αὐτὸς εἶ ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, προσποιούμενοι δὲ μὴ εἶναι; Διὸ καὶ ὁμοίως τοῖς περὶ Δαθὰν καὶ Ἀβηρὼν καταποθήσεσθαι καὶ αὐτοὺς, εἰς ᾅδου τε ζῶντας καταβήσεσθαι προαγορεύει. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Πονηρίαι ἐν ταῖς παροικίαις αὐτῶν ἐν μέσῳ αὐτῶν·* τῶν γὰρ κατὰ τοῦ Σωτῆρος γενομένων αἱ συστάσεις καὶ αἱ κατὰ τὸ αὐτὸ σύνοδοι πονηραὶ γεγόνασι, διὸ καὶ ὁ Ἀκύλας φησίν· *Ὅτι πονηρίαι ἐν συστροφῇ αὐτῶν.* Ἐπεὶ τοίνυν οὐκ ἐπὶ καλῷ συνήρχοντο, συστροφάς τε καὶ συστάσεις πονηρὰς ἐποιοῦντο, εἰκότως ἐθέσπισεν ὁποῖον αὐτοὺς διαλήψεται τέλος.

Vers. 17-20. *Ego ad Deum clamavi, et Dominus salvavit me*, et cætera. Etiamsi, inquit, spiritu prophetico illustrante, futuram in memorata civitate iniquitatem prospiciens, admodum contristatus in exercitatione mea, et conturbatus sim; attamen finem exitumque rerum conspicatus, bene novi me clamantem ad Deum, non derelictum iri; sed communis Salvatoris gratia ad me usque perveniente, salutem assequar. Hæc autem Propheta secundum LXX dicit, quod futurum erat quasi præteritum explicans; quare dictum est: *Ego ad Deum clamavi, et Dominus salvavit me:* at secundum reliquos interpretes, hæc futura vaticinatur. Aquila certe ait: *Ego ad Deum vocabo, et Dominus salvabit me;* Theodotio autem: *Ego ad Deum clamabo, et Dominus salvabit me.* Cum enim talia contra Salvatorem perpetranda sint, ego qui prius dixeram, *Cor meum conturbatum est in me, et formido mortis cecidit super me: timor et tremor venerunt super me, et contexerunt me tenebræ;* hæc passus ob speculationem revelatarum rerum, ad Deum clamavi. Ille vero non despiciens, dignatus est hæc mihi conspicua ponere, ut tristiora prius declaraverat, sic lætiora jam obtulit; nempe Salvatoris resurrectionem, et ejus apud Patrem gloriam. Atque hæc videns, salutem nactus sum: quare dico, *Ego ad Deum clamavi, et Dominus salvavit me.* Salutem vero nactus, nondum tamen quiesco, neque cessare possum; sed prædico omnibusque hominibus annuntio, narrans singulis diebus et horis, atque omnibus renuntians mirabilia et stupenda, quæ in sancto et prophetico spiritu contemplatus sum. Quamobrem

Ἐγὼ πρὸς Θεὸν ἐκέκραξα, καὶ ὁ Κύριος ἔσωσέ με, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰ καὶ τὰ μάλιστα, φησὶ, τῷ πνεύματι τῷ προφητικῷ τὴν μέλλουσαν γενήσεσθαι ἀνομίαν ἐν τῇ προλεχθείσῃ πόλει θεασάμενος, ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, καὶ ἐταράχθην· ὅμως δ' οὖν, τὰ τέλη συνιδὼν τῶν πραγμάτων, εὖ οἶδ', ὅτι, βοήσας πρὸς τὸν Θεὸν, οὐ καταλειφθήσομαι, τεύξομαι δὲ σωτηρίας, τῆς τοῦ κοινοῦ Σωτῆρος χάριτος καὶ μέχρις ἐμοῦ διαθησομένης. Λέγει δὲ ταῦτα ὁ προφήτης, κατὰ μὲν τοὺς Ἑβδομήκοντα, τὸ μέλλον ἔσεσθαι ὡς παρῳχηκὸς ἑρμηνεύων· διὸ λέλεκται· *Ἐγὼ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκέκραξα, καὶ ὁ Κύριος ἔσωσέ με·* κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, μελλητικῶς προφητεύει καὶ ταῦτα. Ὁ γοῦν Ἀκύλας φησίν· *Ἐγὼ πρὸς τὸν Θεὸν καλέσω, καὶ Κύριος σώσει με·* καὶ ὁ Θεοδοτίων· *Ἐγὼ πρὸς τὸν Θεὸν κεκράξομαι, καὶ Κύριος σώσει με.* Τῶν γὰρ κατὰ τοῦ Σωτῆρος τολμηθησομένων τοιούτων ὄντων, ἐγὼ ὁ πρότερον εἰρηκὼς, *Ἡ καρδία μου ἐταράχθη ἐν ἐμοὶ, καὶ δειλία θανάτου ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμέ· φόβος καὶ τρόμος ἦλθεν ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐκάλυψέ με σκότος*, ταῦτα παθὼν διὰ τὴν τῶν ἀποκαλυφθέντων μοι θέαν, πρὸς τὸν Θεὸν ἐκέκραξα. Ὁ δὲ, μὴ παριδών με, κατηξίωσε φανερά μοι κατάστῆσαι, ὥσπερ τὰ σκυθρωπὰ πρότερον ἐδείκνυ, οὕτω καὶ τὰ φαιδρότερα· λέγω δὲ καὶ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος καὶ τὴν παρὰ τῷ Πατρὶ δόξαν. Καὶ ταῦτα δὲ ἰδὼν, ἐσώθην· διό φημι· *Ἐγὼ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκέκραξα, καὶ Κύριος ἔσωσέ με.* Σωθεὶς δὲ οὐκέτι ἠρεμῶ, οὐδὲ ἡσυχίαν ἄγειν δύναμαι· ἀλλὰ κηρύττω καὶ πάντας ἀνθρώπους εὐαγγελίζομαι, διηγούμενος ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας καὶ ὥρας, ἀπαγγέλλων τε εἰς πάντας ἅπερ ἐν ἁγίῳ πνεύματι τῷ προφητικῷ τεθέαμαι

[1] Joan. I, 3, 4. [2] Num. XXVI, 9.

θαυμαστὰ καὶ παράδοξα. Διό φημι· *Ἑσπέρας καὶ πρωὶ καὶ μεσημβρίας διηγήσομαι καὶ ἀπαγγελῶ.* Ἐμοῦ δὲ ταῦτα βοῶντος εἰς πάντας ἐξότε καὶ μέχρις ἑσπέρας, ἐν αὐτῷ τε τῷ ἀκμαιοτάτῳ φωτὶ τῆς μεσημβρινῆς ἡμέρας τὰ σωτήρια τέλη κηρύττοντος, *εἰσακούσεται τῆς φωνῆς μου* ὁ ταύτης τῆς γνώσεως καταξιώσας· καὶ οὐκέτι μὲν ταράττεσθαι ἐν ἐμοὶ ἐάσει τὴν καρδίαν μου, οὐδὲ τὴν δειλίαν τοῦ θανάτου ἐπικεῖσθαί μοι. Ταῦτα δὲ πάντα παραγαγὼν, καὶ διασκεδάσας τῆς ἐμῆς ψυχῆς, λυτρώσεται αὐτὴν ἐν εἰρήνῃ ἀπὸ τῶν θορυβεῖν αὐτὴν ἐθελόντων. Διό φημι· *Λυτρώσεται τὴν ψυχήν μου ἐν εἰρήνῃ ἀπὸ τῶν ἐγγιζόντων μοι· ὅτι ἐν πολλοῖς ἦσαν σὺν ἐμοί·* ἀνθ' οὗ ἐξέδωκεν ὁ Σύμμαχος· *Πολλοστοὶ γὰρ ἐγένοντο πρὸς ἐμέ. Οἱ γὰρ θορυβεῖν ἐθέλοντές μου τὴν ψυχήν μου βραχεῖς τινες ἦσαν, οὓς ὁ Θεὸς ὁ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχων ταπεινώσει, τῆς ἐμῆς κραυγῆς ἐπακούσας.*

Ταῦτα μὲν οὖν ὡς τοῦ Προφήτου ἐξ οἰκείου προσώπου τὰς προκειμένας φωνὰς προενηνεγμένου. Εἰ δὲ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ταῦτα λέγοιτο διὰ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος, ἐπειδήπερ ἐξ αὐτοῦ ἐλέγετο τὸ, *Εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν*, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀκολούθως καὶ ταῦτα φήσειεν ἂν ὁ Σωτήρ· Ὅτι ὁ μὲν οὐκ ἐχθρὸς, ἀλλὰ φίλος· καὶ οὐχ ὁ μισῶν, ἀλλ' ὁ μικρῷ πρόσθεν ἀγαπῶν, τοιαῦτα κατ' ἐμοῦ τετόλμηκεν. Ἐγὼ δὲ πλέον οὐδὲν ἔπραττον, ἀλλ' ἐβόων πρὸς τὸν Θεόν· εἶχόν τε αὐτὸν οἷα Πατέρα ἱκέτην. Ἀλλὰ καὶ οἱ μὲν ἐπεβούλευόν μοι, ὁ δὲ ἔσωζέ με· διὸ οὐ παύσομαι ἑσπέρας καὶ πρωὶ καὶ μεσημβρίας τὰς τοῦ Πατρὸς ἀρετὰς διηγούμενος εἰς πάντας, εἰσακουστόν τε πᾶσιν ἀνθρώποις κηρύττων τὸ σωτήριον Εὐαγγέλιον· καὶ ταύτης μου τῆς φωνῆς ἐπακούσας ὁ Πατὴρ, *λυτρώσεται ἐν εἰρήνῃ τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῶν ἐγγιζόντων μοι*, τουτέστιν ἀπὸ τῶν ἐγγύθεν καὶ οὐ πόρρωθέν με πολεμούντων· *ἦσαν γὰρ πολλοστοί·* οὓς καὶ ταπεινώσει ὁ προϋπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων Θεός. Οὐδὲ γὰρ ἡ πρὸς ἐμὲ τῶν αὐτῶν γενομένη ἐπιορκία, καθ' ἣν ἐμεγαλαύχησαν, καὶ ἐπῆραν τὴν ἑαυτῶν πῶλιν ἀνομίας καὶ ἀντιλογίας, παραμενεῖ αὐτοῖς· ὅσον δὲ οὔπω ταπεινωθήσονται, τῆς ἐκ Θεοῦ ὀργῆς μετελευσομένης αὐτοὺς καὶ τὴν πᾶσαν αὐτῶν, ὡς καὶ τὸν ἐν αὐτῇ διαβόητον καὶ ἀφανισθήναι καὶ πεσεῖν τὴν ἐν αὐτῷ ἐπιτελουμένην ἀσεβείαν πεπεῖσθαι. Οὕτως οὖν, τῆς ἐμῆς ἐπακούσας ὁ Θεὸς βοῆς, ταπεινώσει αὐτούς.

Οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἀντάλλαγμα, καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸν Θεόν. καὶ τὰ ἑξῆς. Ταπεινώσει τοὺς προϋπάρχοντας ἀπ' ἀρχῆς ὁ προϋπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων Θεός· ἔσονται τε ταπεινοὶ καὶ διαμενοῦσιν ἐπὶ μήκιστον τοιοῦτοι· ἐπεὶ μηδεὶς ἔσται ὁ ὑπὲρ αὐτῶν ἄλλοις ἀντάλλαγμα. Ἅπαξ γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ λύτρον ἑαυτὸν δοὺς καὶ ἀντάλλαγμα ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν, τοὺς μὲν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας ἐξεκάθαρε πάντων τε αὐτοὺς τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων ἀφῆκεν· τοὺς δὲ εἴασε ταπεινούς, ἐπεὶ μὴ προσῆκεν τὴν ὑπὲρ αὐτῶν δοθεῖσαν τιμὴν, μηδὲ ἐπιστευκέναι εἰς τὸ τίμιον αἷμα τοῦ πάντων ἀνθρώπων Δεσπότου καὶ Σωτῆρος. Δι' ὃν τοὺς μὲν

dico : *Vespere et mane et meridie, narrabo et annuntiabo.* Me autem talia omnibus clamante ex hac hora usque ad vesperam, atque in splendidissima luce et in meridie salutarem finem prædicante, *exaudiet vocem meam*, qui tali me notitia dignatus est · neque sinet ultra turbari in me cor meum, neque formidinem mortis instare mihi. Illa porro omnibus abductis et dissipatis ex anima mea, redimet eam in pace ab iis qui eam conturbare voluerint. Quare dico : *Redimet in pace animam meam ab iis, qui appropinquant mihi ; quoniam inter multos erant mecum.* Pro quo Symmachus edidit : *Multi enim accedebant ad me. Nam qui turbare volebant animam meam, minimi quidam erant, quos Deus, qui ante sæcula est, humiliabit, clamorem meum exaudiens.*

Hæc itaque quasi a Propheta dicta fuerint, seu ex propria persona voces propositas proferentis. Quod si ab ipso Salvatore per propheticum spiritum hæc dicta fuerint ; siquidem ex ipsius persona dicebatur illud, *Si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem utique*, et cætera ; consequantur sane hæc Salvator dixerit : Quoniam non inimicus, sed amicus ; non qui odio haberet, sed qui paulo ante diligeret, talia contra me ausus est. Ego autem nihil plus agebam, quam quod clamabam ad Deum ; eumque utpote Patrem, propitium habebam. Sed illi quidem insidiabantur mihi ; hic vero salvum faciebat me : quare vespere, mane et meridie non finem faciam Patris virtutis enarrandi omnibus ; atque salutare Evangelium ad aures universorum hominum prædicandi : eamque vocem exaudiens Pater, *redimet in pace animam meam ab iis, qui appropinquant mihi*, id est ab iis qui proxime, non procul, impugnant me ; multi sane numero, quos humiliabit qui est ante sæcula Deus. Neque eum illa ad breve tempus ipsis data opportunitas, in qua gloriati sunt, et civitatem suam iniquitate et contradictione repleverunt, diu permanebit ; sed propediem humiliabuntur, ira Dei ipsos et civitatem eorum invadente, ita ut templum illud insigne in ea posthac diruatur, et cultus ibidem persolvi solitus de medio tollatur. Sic itaque Deus me exaudiens humiliabit eos.

Vers. 21, 22. *Non enim est illis commutatio, et non timuerunt Deum*, et cætera. Humiliabit igitur humiliavit qui est ante sæcula Deus, eruntque humiles, ac tales diu permanebunt, quia nullus erit qui det pro illis commutationem. Nam cum semel Dei Filius esse debuerit in redemptionem et commutationem pro peccatoribus ; eos quidem qui in se credidissent exemit, atque a priscis delictis omnibus liberavit ; alios vero reliquit abjectos, quia pretium pro se datum non admiserunt neque credidissent in pretiosum sanguinem Redemptoris et Salvatoris omnium hominum. Quamobrem de illis dictum *Non enim est illis commutatio*. Quia enim

non sit illis commutatio, postea docet his verbis, quia *non timuerunt Deum*. Ille enim, utpote bonus, cum vellet omnes homines salvos fieri, et in cognitionem veritatis venire [3], *extendit manum suam* salutarem, ut iis bona sua retribueret. Illi vero ea a dextera Dei oblata non acceperunt; sed *contaminaverunt testamentum ejus*, novam et evangelicam legem respuentes. Quare secundum Symmachum dictum est: *Extendit manum suam ad eos qui pacem habebant secum: transgressi sunt fœdus*; secundum Aquilam vero: *Misit manum suam in pacificos suos*. Ipse namque pacificam dexteram porrexit accedentibus ad pacem ipsius accipiendam; illi vero transgressi sunt testamentum ejus, oblatam sibi pacem non accipientes. Quare, pace cum bello commutata, *divisi sunt ab ira vultus ejus*. Quia enim gratiam non admiserunt, merito iræ traditi, procul dispersi, et in omnes gentes dissipati sunt. Pro illo autem, *Et appropinquavit cor illius. Molliti sunt sermones ejus super oleum, et ipsi sunt jacula*, clarius Symmachus interpretatus est: *Dulciora butyro ora eorum: pugnat vero cor uniuscujusque ipsorum. Molliores sunt sermones ejus oleo, cum sint discindentes*. Vide mihi quo pacto hic etiam duo ordines declarentur; alius multorum confertim, de quibus in plurali dicit: *Dulciora butyro ora eorum: pugnat vero cor uniuscujusque eorum*; alius vero quasi unius tantum, de quo singulatim claudit, *Molliores sunt sermones ejus oleo, cum sint discindentes*. Et hi duo ordines erant superius indicati, scilicet eorum qui in civitate habitabant, de quibus dicebatur: *Quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate*; et proditoris, quem spectant isthæc: *Quoniam si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem utique*. Hic itaque quoniam principes Judaici populi cum simulatione adulationeque ad Salvatorem accesserunt; modo magistrum nec cum puro corde compellantes; modo dicentes ipsi: *Scimus quia verax es, et verbum Dei in veritate doces, nec est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominis* [4]; jure de iis hic dicitur, *Dulciora butyro ora eorum: pugnat vero cor uniuscujusque illorum*; peculiariter rursum de proditore, quia Rabbi ipsum et magistrum vocabat, et cum proditionem machinarentur, affectus et amicitiæ symbola dabat, merito dictum est, *Molliores sunt sermones ejus oleo, cum sint discindentes*; sive secundum LXX Interpretes, *Molliti sunt sermones ejus super oleum, et ipsi sunt jacula*.

γος· *Οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἀντάλλαγμα.* Διὰ τί δὲ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἀντάλλαγμα, ἐξῆς διδάσκει λέγων· ἐπεὶ *μὴ ἐφοβήθησαν τὸν Θεόν*. Ὁ μὲν γὰρ, ἅτε ἀγαθὸς, πάντας ἀνθρώπους θέλων σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, *ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ* τὴν σωτήριον εἰς|τὸ καὶ αὐτοὺς (1) μεταδοῦναι τῶν ἑαυτοῦ ἀγαθῶν· οἱ δὲ οὐκ ἐδέξαντο παρὰ τῆς δεξιᾶς τοῦ Θεοῦ προτεινόμενα, ἀλλ' *ἐβεβήλωσαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ*, τὸν καινὸν νόμον τὸν εὐαγγελικὸν παρακρουσάμενοι. Διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· *Ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τοὺς εἰρηνεύοντας πρὸς αὐτόν· παρέβησαν συνθήκην*· καὶ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· *Ἀπέστειλε χεῖρα αὐτοῦ ἐν εἰρηνικοῖς αὐτοῦ*. Αὐτὸς μὲν γὰρ εἰρηνικὴν δεξιὰν προὔτεινε πρὸς ἐλθόντας παραδέχεσθαι τὴν παρ' αὐτοῦ εἰρήνην· οἱ δὲ παρέβησαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ, μὴ καταδεξάμενοι τὴν προτεινομένην αὐτοῖς εἰρήνην. Διὸ, πόλεμον ἀντικαταλλαξάμενοι εἰρήνης, *διεμερίσθησαν ἀπὸ ὀργῆς τοῦ προσώπου αὐτοῦ*. Ἐπεὶ γὰρ μὴ προσεδέξαντο τὴν χάριν, εἰκότως, ὀργῇ παραδοθέντες, μακρὰν διεσκορπίσθησαν, καὶ εἰς πάντα τὰ ἔθνη διασκεδασθέντες διεσπάρησαν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Καὶ ἤγγισεν ἡ καρδία αὐτοῦ. Ἠπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτοῦ ὑπὲρ ἔλαιον, καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες*, σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· *Ἀειότερα βουτύρου τὰ στόματα αὐτῶν· πολεμεῖ δὲ ἡ καρδία ἑκάστου αὐτῶν. Ἀπαλώτεροι οἱ λόγοι αὐτοῦ ἐλαίου, ὄντες ἀνατμητικοί* (2). Ὅρα δὲ τίνα τρόπον κἀνταῦθα δύο τάγματα παρίστησινὁ λόγος· ἓν μὲν πολλῶν ἀθρόως κατὰ τὸ αὐτὸ, περὶ ὧν πληθυντικῶς φησι· *Ἀειότερα βουτύρου τὰ στόματα αὐτῶν· πολεμεῖ δὲ ἡ καρδία ἑκάστου αὐτῶν*· ἕτερον δὲ ὥσπερ ἑνὸς μεμονωμένου, περὶ οὗ ἰδίως ἐπιλέγει· *Ἀπαλώτεροι οἱ λόγοι αὐτοῦ ἐλαίου, ὄντες ἀνατμητικοί*. Καὶ ταῦτ' ἦν τὰ δύο τάγματα τὰ διὰ τῶν ἔμπροσθεν δηλούμενα, τό τε τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων, περὶ ὧν ἐλέγετο· *Ὅτι εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει*· καὶ τὸ περὶ τοῦ προδότου, περὶ οὗ ἔφασκεν ὁ λόγος· *Ὅτι, εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν*. Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν, ἐπειδὴ προσῆσαν τῷ Σωτῆρι μεθ' ὑποκρίσεως καὶ κολακείας οἱ ἄρχοντες τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ποτὲ μὲν διδάσκαλον ἀποκαλοῦντες οὐ σὺν καθαρᾷ καρδίᾳ, ποτὲ δὲ λέγοντες αὐτῷ· *Οἴδαμεν, ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ διδάσκεις· καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπου*· εἰκότως περὶ αὐτῶν φησιν ἐνταῦθα ὁ λόγος· *Ἀειότερα βουτύρου τὰ στόματα αὐτῶν· πολεμεῖ δὲ ἡ καρδία ἑκάστου αὐτῶν*. Ἰδίως δὲ πάλιν περὶ τοῦ προδότου, ἐπειδὴ καὶ Ῥαββεὶν αὐτὸν καὶ διδάσκαλον ἀποκαλεῖ, τύμβολά τε διαθέσεως καὶ φιλίας παρεῖχε, τὴν προδοσίαν ποιούμενος, εἰκότως περὶ αὐτοῦ λέλεκται· *Ἀπαλώτεροι οἱ λόγοι αὐτοῦ ἐλαίου, ὄντες ἀνατμητικοί*· ἢ κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα· *Ἠπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτοῦ ὑπὲρ ἔλαιον, καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες.*

Vers. 23, 24. *Jacta super Dominum curam tuam, et ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem justo*, et cætera. Illi quidem cum dolo et simula-

Ἐπίρριψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου, καὶ αὐτός σε διαθρέψει· οὐ δώσει εἰς τὸν αἰῶνα σάλον τῷ δικαίῳ, καὶ τὰ ἑξῆς. Οἱ μὲν σὺν ἀπάτῃ

[3] I Tim. II, 4. [4] Matth. XXII, 16.

(1) *Αὐτούς*. Et sententia et syntaxeos ratio postulat αὐτοῖς. Edit.
(2) Colb. habet ἀπονμητικοί.

καὶ ὑποκρίσει ἀπαλύνοντες ἑαυτῶν τοὺς λόγους ἐκ τοῦ φανεροῦ, ἔσωθεν δὲ αὐτοὺς ἀκοντίσαντες ὑπὲρ βολίδας, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ προδότης γεγονὼς τοῦ Σωτῆρος, ὁποίου τέλους τεύξονται δεδήλωται· σὺ δὲ ὁ τούτων ἀκροώμενος, σωφρονισθεὶς ἀπὸ τοῦ τῶν προλελεγμένων τέλους, καὶ ὁ τῷ προφητευομένῳ ὅλον σαυτὸν ἐπιδιδοὺς, θάρσει, τὴν σαυτοῦ φροντίδα ἐπιῤῥίψας ἐπ' αὐτὸν, οἷα Καινῇ Διαθήκῃ μαθητευθεὶς, δι' ἧς αὐτὸς ὁ Σωτὴρ παιδεύει λέγων· *Μὴ μεριμνήσητε τί φάγητε, μηδὲ τί πίητε*· καὶ, *Μὴ κτήσησθε χρυσὸν μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν*. Ταῦτ' οὖν φυλάξας, *ἐπίῤῥιψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου, καὶ αὐτός σε διαθρέψει*, τὸν ἄρτον σοι διδοὺς τὸν ἐπιούσιον, καὶ τὴν λογικὴν καὶ ἐπουράνιον τροφήν· ἐπαρκῶν δὲ καὶ τὰ πρὸς τὸν βίον χρειώδη. Τούτῳ (1) γὰρ ἐπήγγελται φήσας· *Οἶδε γὰρ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ὧν χρείαν ἔχετε πρὸ τοῦ τι αὐτὸν αἰτῆσαι ὑμᾶς. Αὐτός σε δὲ διαθρέψει*, ὡς καὶ πάντα δίκαιον· οὐδένα γὰρ πώποτε τῶν δικαίων καταλέλοιπεν, ὡς ὑπομεῖναι αὐτὸν σάλον πρὸς τὸ σαλευθῆναι καὶ ἐκπεσεῖν. Διὸ λέλεκται ἐξῆς· *Οὐ δώσει εἰς τὸν αἰῶνα σάλον τῷ δικαίῳ*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Οὐκ ἐκδώσει εἰς αἰῶνα κλεισθῆναι δίκαιον*. Διὸ λέλεκται ἐν ἑτέροις· *Νεώτερος ἐγερόμην, καὶ γὰρ ἐγήρασα, καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον, οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους*. Ταῦτ' εἰπὼν, ἐξῆς ἐπάγει περὶ τῶν ἐπιβούλων τοῦ Σωτῆρος τὸ, *Σὺ δὲ ὁ Θεὸς κατάξεις αὐτοὺς εἰς φρέαρ διαφθορᾶς*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Σὺ δὲ ὁ Θεὸς κατενέγκεις αὐτοὺς εἰς λάκκον διαφθορᾶς*· περὶ οὗ λάκκου μυρία διὰ τῶν ἔμπροσθεν εἴρηται· ὥσπερ ἐν τῷ· *Ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν Κύριον, καὶ προσέσχε μοι, καὶ ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας, καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος*· καὶ πάλιν· *Μήποτε παρασωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον*· καὶ αὖθις· *Κύριε, ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου, ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον*. Ἀλλ' ὁ μὲν δίκαιος διασώζεται πρὸς τὸ μὴ κατενεχθῆναι εἰς τὸν δηλούμενον λάκκον· οἱ δὲ ἀσεβεῖς κάτω φέρονται εἰς αὐτὸν, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καταρασσόμενοι, ὡς εἰς κατάλληλον αὐτοῖς χωρίον. Λάκκον δὲ ταλαιπωρίας καὶ πηλὸν ἰλύος, καὶ φρέαρ διαφθορᾶς τὸν τοῦ θανάτου τόπον καλεῖν εἴωθεν ὁ λόγος· εἰς ὃν καταβάλλονται δίκην τῶν ἄνωθεν καταφερομένων ἐν τοῖς λάκκοις ὑδάτων αἱ τῶν ἀσεβῶν ψυχαί. Καὶ ἐπειδήπερ διὰ τῶν ἔμπροσθεν τοὺς φονευτὰς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐδήλου, ἀκολούθως καὶ νῦν περὶ τῶν αὐτῶν φησιν· *Ἄνδρες αἱμάτων καὶ δολιότητος· οὐ μὴ ἡμισεύσωσι τὰς ἡμέρας αὐτῶν*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Μιαιφόνοι καὶ δόλιοι οὐχ ἡμισεύσωσι τὰς ἡμέρας αὐτῶν*· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· *Ἄνδρες αἱμάτων καὶ ἐπιθέσεως οὐχ ἡμισεύσωσιν ἡμέρας αὐτῶν*. Νοήσεις δὲ ὅπως ἐπληροῦντο καὶ ταῦτα ἐπιστήσας, ὡς παραχρῆμα καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον τῆς κατὰ

tione mollientes palam sermones suos, dum intus exacuerent plus quam tela, imo etiam ipse Salvatoris proditor, quem finem nacturi sint jam declaratum est; tu vero qui hæc auscultas, eorum quos narravimus exitu prudens effectus, et quisquis ei qui in vaticinio fertur te totum dedisti, confide, edoctus a Novo Testamento curam tuam super illum jactare, ubi ipse Salvator hanc doctrinam tradit: *Nolite solliciti esse quid manducetis, aut quid bibatis* [5]; et: *Nolite possidere aurum, nec argentum, neque æs in zonis vestris* [6]. Hæc itaque cum servaveris, *jacta super Dominum curam tuam, et ipse te enutriet*, dans tibi panem supersubstantialem, et rationalem cœlestemque cibum; subministrans quoque ea quæ sunt ad vitam necessaria: id enim pollicitus his verbis est: *Scit enim Pater vester cœlestis quorum opus habetis, antequam quid vos petatis ab ipso* [7]. *Ipse te enutriet*, ut et quemlibet justum; neminem enim justorum unquam ita reliquit, ut fluctuationem pateretur, ac vacillaret et caderet. Quare sub hæc dictum est: *Non dabit in æternum fluctuationem justo;* sive ut Symmachus: *Non dabit in æternum claudi justum.* Ideo alibi dicitur: *Junior fui, etenim senui, et non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panes* [8]. His prolatis, de insidiatoribus Salvatoris hoc adjicit: *Tu vero, Deus, deduces eos in puteum interitus;* sive, secundum Symmachum, *Tu vero, Deus, dejicies eos in lacum interitus* [9]: de quo lacu sexcenta superius dicta sunt, exempli gratia: *Exspectans exspectavi Dominum, et intendit mihi, et eduxit me de lacu miseriæ et de luto fœcis* [10]; ac rursum: *Nequando taceas a me, et assimilabor descendentibus in lacum* [11]; iterumque: *Domine, eduxisti ab inferno animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum.* Sed justus quidem eruitur, ut ne in memoratum lacum deferatur; impii vero in ipsum dejiciuntur, a Deo præcipitati quasi in congruentem sibi locum. Lacum autem miseriæ, lutum fœcis et puteum interitus, mortis locum vocare solet Scriptura, in quem dejiciuntur animæ impiorum, instar eorum qui ab alto loco in lacum aquarum præcipitantur. Quia vero superius Salvatoris nostri interfectores memoravit, consequenter jam de iisdem ait: *Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos;* sive, secundum Symmachum, *Sanguinarii et dolosi non dimidiabunt dies suos;* vel secundum Aquilam, *Viri sanguinum et insultus non dimidiabunt dies suos.* Hæc ut impleta fuerint, intelliges, si perpendas, statim, nec elapso multo tempore ab insidiis contra Salvatorem nostrum, totum genus memoratorum hominum perniciei funditus traditum esse, invadente eos ira in obsidione Romanis bellum inferentibus facta. Imo etiam in præsenti tempore mortalis hujusce vitæ, cum ne dimidium quidem dierum exegissent, hujusmodi perniciei viri illi sanguinum et dolosi

[5] Matth. VI 25. [6] Matth. X, 9. [7] Luc. XII, 30. [8] Psal. XXXIV, 1. [9] Psal. XXIX, 4. [10] Psal. XXXVI, 25. [11] Psal. LXXXVII, 7.

(1) *Τούτῳ.* Interpres legisse videtur τοῦτο. Edit.

traditi sunt. Post mortem vero quænam ipsos maneant, ante declaratum est his verbis: *Tu vero, Deus, deduces eos in puteum interitus.* Hæc quidem illi patientur: *Ego autem sperabo in te;* sive is qui vaticinatur Propheta, sive is qui in vaticinio fertur.

αὐτῇ παρεδόθησαν ἀπωλείᾳ οἱ ἄνδρες αἱμάτων καὶ δολιότητος· μετὰ δὲ τὴν ἐνταῦθα τελευτὴν, ὅποῖα αὐτοὺς διαδέξεται, προδεδήλωται διὰ τοῦ, *Σὺ δὲ ὁ Θεὸς κατάξεις αὐτοὺς εἰς φρέαρ διαφθορᾶς.* Ταῦτα μὲν οὖν ἐκεῖνοι πείσονται· *Ἐγὼ δὲ ἐλπιῶ ἐπὶ σέ·* ἤτοι ὁ ταῦτα θεσπίζων προφήτης, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ προφητευόμενος.

4. IN FINEM, PRO POPULO, QUI A SANCTIS LONGE FACTUS EST, DAVID IN TITULI INSCRIPTIONEM, CUM TENUERUNT EUM ALLOPHYLI IN GETH. LV.

VERS. 2-4. *Miserere mei, Deus, quoniam conculcavit me homo, tota die impugnans tribulavit me.* Populus qui a sanctis longe factus est, quantum ad historiam, videtur is esse qui cum Davide fugiebat a facie Saulis; erant autem viri numero sexcenti, ut testatur Regnorum scriptura. Quoniam vero bis apud Gethæos allophylos fuit; primo, cum solus deprehensus intra portas, insaniam simulavit, quando ceu tympano pulsabat in portis urbis, et defluebant salivæ ejus in barbam [12]; alias vero quando cum sexcentis viris ad regem Geth confugit [13], qui assignavit illi in habitaculum Sicela. Videtur præsens inscriptio hæc Davidi ascribere, quando cum sexcentis viris secum fugientibus apud Gethæos peregrinabatur, qui ipsum exceperunt et apud se ut amicum detinuerunt, quo tempore a rege Geth in pretio habitus est. Quare inscriptio sic habet: *In finem, pro populo, qui a sanctis longe factus est, Davidi in tituli inscriptionem, cum tenuerunt eum allophyli in Geth.* Secundum Aquilam vero dicitur: *Victoriæ auctori pro columba muta, peregrinationum Davidis humilis perfecti, cum tenuerunt eum Phylistæi in Geth;* secundum Symmachum vero: *Triumphale pro columba, pro gente repulsa Davidis, humilis et inculpati: quando detinuerunt eum Phylistæi in Geth.* Quinta autem editio: *Victoriæ auctori pro columba impeditæ linguæ, absconditorum Davidi, in tituli inscriptionem, quando tenuerunt eum allophyli in Geth;* Theodotio loco illius, *Pro populo, qui a sanctis longe factus est*, pariter cum aliis, *pro columba* interpretatus est. Fortasse vero qui columbam mutam, aut linguæ impeditæ ediderunt, ipsum Davidem apud allophylos versantem subindicant; ubi consueto more non poterat in Spiritu sancto prophetias neque confidenter hymnos proferre. Quare columbam linguæ impeditæ sive mutam quoque vocabant ipsum. In præcedenti sane psalmo dictum est: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? Et volabo et requiescam. Longe fecissem secessionem meam, habitassem in deserto* [14], secundum Symmachum. Quoniam igitur Spiritus sanctus, qui in Propheta operabatur, quique in columbæ specie in Servatorem descendisse narratur, cum delicatus in-

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΛΑΟΥ, ΤΟΥ ΑΠΟ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΕΜΑΚΡΥΜΜΕΝΟΥ, ΤΟΥ ΔΑΥΙΔ ΕΙΣ ΣΤΗΛΟΓΡΑΦΙΑΝ, ΟΠΟΤΕ ΕΚΡΑΤΗΣΑΝ ΑΥΤΟΝ ΟΙ ΑΛΛΟΦΥΛΟΙ ΕΝ ΓΕΘ. ΝΕ'.

Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι κατεπάτησέ με ἄνθρωπος, ὅλην τὴν ἡμέραν πολεμῶν ἐθλιψέ με. Λαὸς ἀπὸ τῶν ἁγίων μεμακρυμμένος, ὅσον ἐπὶ τῆς ἱστορίας, ἔοικεν εἶναι ὁ σὺν τῷ Δαυὶδ φεύγων ἀπὸ προσώπου Σαούλ· ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες ἑξακόσιοι, ὡς ἡ Γραφὴ μαρτυρεῖ τῶν Βασιλειῶν. Ἐπεὶ δὲ δὶς γέγονεν παρὰ τοῖς ἐν Γὲθ ἀλλοφύλοις· ἅπαξ, ὅτε μόνος ἀποληφθεὶς εἴσω πυλῶν, μανίαν προσεποιήθη, ὅτε καὶ ἐτυμπάνιζεν ἐν ταῖς πύλαις τῆς πόλεως, καὶ κατέῤῥει τὰ σίελα αὐτοῦ ἐπὶ τὸν πώγωνα αὐτοῦ· ἄλλοτε δὲ, ὅτε σὺν ἀνδράσιν χ' προσέφυγε τῷ βασιλεῖ τῆς Γὲθ, ἀφώρισέ τε αὐτῷ οἰκητήριον τὴν Σίκελα. Ταῦτ' ἔοικεν ἡ προκειμένη στηλογραφία εἰρῆσθαι τῷ Δαυὶδ, καθ' ὃν καιρὸν ἅμα τοῖς χ' τοῖς σὺν αὐτῷ φεύγουσιν ἐπεδήμει τοῖς ἐν Γέθ· ὑπεδέξαντό τε αὐτὸν καὶ κατέσχον παρ' ἑαυτοῖς ὡς φίλον, ὅτε καὶ τιμῆς ἀξιοῦται παρὰ τῷ βασιλεῖ Γέθ. Διὸ τὰ τῆς προγραφῆς περιέχει· *Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, τοῦ ἀπὸ τῶν ἁγίων μεμακρυμμένου, τῷ Δαυὶδ, στηλογραφία, ὅτε ἐκράτησαν αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι ἐν Γέθ.* Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται· *Τῷ νικοποιῷ ὑπὲρ περιστερᾶς ἀλάλου, μακρυσμῶν τοῦ Δαυὶδ ταπεινοῦ, τελείου, ἐν τῷ κρατῆσαι αὐτὸν Φυλισταίους ἐν Γέθ·* κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ἐπινίκιον ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς, ὑπὲρ τοῦ φύλου ἀπωσμένου τοῦ Δαυὶδ, τοῦ ταπεινόφρονος καὶ ἀμώμου, ὅτε κατέσχον αὐτὸν οἱ Φυλισταῖοι ἐν Γέθ·* ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις· *Τῷ νικοποιῷ ὑπὲρ τῆς πεπιστερᾶς τῆς μογιλάλου, κεκρυμμένων τῷ Δαυὶδ, εἰς στηλογραφίαν, ὁπότε ἐκράτησαν αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι ἐν Γέθ·* καὶ ὁ Θεοδοτίων δὲ ἀντὶ τοῦ, *Ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἀπὸ τῶν ἁγίων μεμακρυμμένου, ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς*, ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἐξέδωκε. Τάχα δέ που αἰνίττονται οἱ περιστερὰν ἄλαλον ἢ μογιλάλον εἰρηκότες αὐτὸν τὸν Δαυὶδ παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις ὄντα, καὶ μὴ δυνάμενον λαλεῖν συνήθως τὰς ἐν ἁγίῳ Πνεύματι προφητείας, μηδὲ σὺν παῤῥησίᾳ τοὺς ὕμνους προσφέρεσθαι (1). Διὸ μογιλάλον περιστερὰν ἢ καὶ ἄλαλον αὐτὸν ὠνόμαζον. Καὶ ἐν τῷ πρὸ τούτου δὲ ψαλμῷ λέλεκτο· *Τίς δώσει μοι πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς; Καὶ πετασθήσομαι ἢ καὶ ἐδρασθήσομαι. Πόῤῥω ἂν ἐποίησα τὴν ἀναχώρησίν μου, ηὐλιζόμην ἂν ἐν τῇ ἐρήμῳ, κατὰ τὸν Σύμμα-*

[12] I Reg. XXI, 13. [13] I Reg. XXVII, 2. [14] Psal. LIV, 7, 8.

(1) *Προσφέρεσθαι.* Forte προφέρεσθαι, ut et interpres legisse videtur. EDIT.

χον. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐν τῷ Προφήτῃ ἐνεργοῦν, ὃ καὶ ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπὶ τὸν Σωτῆρα κατελήλυθέναι μαρτυρεῖται, τρυφερὸν ὂν καὶ ἄκακον, ἠλαύνετο ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκομένου τοῦ Δαυΐδ, ἐλαυνόμενόν τε οὐκ ἠμύνετο, ἀλλ' ἐῴκει περιστερᾷ ἀλάλῳ μακρυνομένῃ καὶ ἀπωθουμένῃ ὑπὸ τῶν διωκόντων· τούτου χάριν κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, *ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς*, εἴρηται. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *εἰς στηλογραφίαν*, ὁ μὲν Ἀκύλας, *ταπειτοῦ τελείου*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *τοῦ ταπεινόφρονος καὶ ἀμώμου*, ἡρμήνευσεν, τὸν τρόπον δηλοῦντες δι' ὃν ὥσπερ στήλης καὶ αἰωνίας μνήμης ἠξιοῦτο παρὰ τῷ Θεῷ ἡ τοῦ Προφήτου ἀρετή. Τὸ γὰρ μέγιστον τοῦ Δαυΐδ κατόρθωμα ἡ ταπεινότης ἦν καὶ ἡ ταπεινοφροσύνη, καθ' ἣν τελείαν ἐπεδείκνυτο ἀρετὴν, οὐδένα μῶμον ἐπαγομένην. Διὸ τοὺς προκειμένους λόγους, ὑπερβαλλούσης καὶ τελείας ταπεινοφροσύνης δείγματα περιέχοντας, ἀνέπεμπε τῷ Θεῷ λέγων·

A nocensque sit, a Saule Davidem insequente pellebatur, pulsusque non obsistebat, sed similis erat columbæ mutæ procul abactæ, et ab insequentibus depulsæ; ideo a reliquis interpretibus *pro columba* dictum est. Pro illo autem, *in tituli inscriptionem*, Aquila, *humilis perfecti*; Symmachus vero, *humilis et inculpati*, interpretati sunt; significantes qua ratione Prophetæ virtus, quasi cippo, ad æternam memoriam apud Deum donata sit. Enimvero præcipua Davidis perfectio erat humilitas et abjectio, qua absolutam virtutem nulli reprehensioni obnoxiam exhibebat. Quare hos sermones, eminentis ac perfectæ humilitatis rationem complectentes, Deo emittit.

Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι κατεπάτησέ με ἄνθρωπος, ὡς πρὸς τὴν λέξιν τὸν Σαοὺλ σημαίνων, ἐπαναβάντα αὐτῷ, καὶ οὐ μίαν ἡμέραν, ἀλλὰ καὶ πολλὰς ἐπιθέμενον τῷ κατ' αὐτοῦ πολέμῳ· διὸ ἐπιλέγει· *Ὅλην τὴν ἡμέραν πολεμῶν ἔθλιψέ με.* Εἶτ' ἐπειδήπερ τῷ θείῳ Πνεύματι συνεώρα οὐχ οὕτως τὸν Σαοὺλ αἴτιον ὄντα τῆς τοσαύτης κατ' αὐτοῦ σπουδῆς, ὅσον ἀφανεῖς τινας καὶ νοητοὺς ἐχθροὺς ἀοράτους, δηλαδὴ δυνάμεις καὶ πνεύματα πονηρὰ, τὸν Σαοὺλ ἐνεργοῦντα καὶ διεγείροντα ἐπὶ τὸν κατ' αὐτοῦ πόλεμον, εἰκότως ἐπιλέγει· *Κατεπάτησάν με οἱ ἐχθροί μου ὅλην τὴν ἡμέραν*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Ἐπέτριβον οἱ θλίβοντές με κατὰ πᾶσαν ἡμέραν.* Τίνες δὲ οἱ ἐχθροὶ καὶ οἱ θλίβοντες αὐτὸν, οἱ τὸν Σαοὺλ ἐνεργοῦντες, διασαφεῖ ἑξῆς λέγων· *Ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντές με ἀπὸ ὕψους.* Οὐ γὰρ ἠγνόει, ὡς οὐκ ἦν αὐτῷ ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ὑφ' ὧν ὁ Σαοὺλ ἀκονώμενος, τὸν μηδὲν αὐτῷ λελυπηκότα πώποτε μάτην ἤλαυνε καὶ ἐπολέμει. Εἶθ' ἑξῆς φησιν· *Ἡμέρας φοβηθήσομαι, ἐγὼ δὲ ἐλπιῶ ἐπὶ σέ.* Ὃ δὴ διεσάφησεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· *Ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φοβηθῶ, σοὶ πέποιθα.* Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα δοκεῖ ἄνθρωπός με καταπεπατηκέναι, πολὺς γενόμενος κατ' ἐμοῦ ὁ Σαοὺλ, ἀλλ' οἱ ἐχθροί μου καὶ οἱ πολεμοῦντές με ἄνωθεν, ἀπὸ ὕψους τὰ ἑαυτῶν βέλη κατὰ τῆς ἐμῆς βάλλοντες ψυχῆς πλεῖστοι τυγχάνουσι. Τούτων δὲ πάντων καταφρονεῖν μεμάθηκα διὰ σὲ τὸν ἐμὸν προμαχον καὶ ὑπερασπιστήν. Σοὶ γὰρ πεποιθὼς, εἴποτε ἐμπέσοι φόβος τῇ ἐμῇ ψυχῇ, διακρούομαι τοῦτον, σοὶ τῷ ὑπερασπιστῇ μου θαῤῥῶν.

B *Miserere mei, Deus, quoniam conculcavit me homo* diserte quasi Saulem indicans, qui in se impetum faciebat, neque uno tantum, sed multis diebus ad bellum sibi inferendum incumbebat; quare subjungit, dicens: *Tota die impugnans tribulavit me.* Deinde quia Spiritu sancto monstrante videbat, non tam Saulem tanti adversum se moliminis auctorem esse, quam occultos quosdam et spirituales invisibilesque inimicos, videlicet potestates ac spiritus malignos Saulem exagitantes et excitantes ad bellum sibi movendum, jure sic pergit: *Conculcaverunt me inimici mei tota die*; sive, secundum Symmachum, *Atterebant me qui tribulabant me per omnem diem.* Quinam vero inimici essent tribulantes ipsum, qui Saulem excitabant, deinceps C declarat, dicens: *Quoniam multi bellantes adversum me ab altitudine.* Non enim ignorabat non esse sibi luctam adversus carnem et sanguinem; sed adversus principatus et potestates, rectores mundi tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, a quibus Saul concitatus, eum qui sibi nihil damni intulisset, sine causa pellebat et impugnabat. Deinde ait: *Die timebo, ego vero in te sperabo.* Quod clarius Symmachus explicavit his verbis: *In quacunque die timebo, in te speravi.* Etiamsi enim homo me impugnare, Saulque multa contra me moliri videatur; sed inimici mei, et qui ab alto me impugnant, tela sua adversus animam meam immittentes, multi numero sunt. Hos porro omnes pro- D pter te propugnatorem et protectorem meum despicere didici. Nam in te confisus, si quando metus in animam incidat meam, hunc depello, tibi propugnatori meo innixus.

Ἐν τῷ Κυρίῳ ἐπαινέσω τοὺς λόγους μου, ἐπὶ τῷ Θεῷ ἤλπισα· οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι σὰρξ. Ἀντὶ τοῦ, *ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω τοὺς λόγους μου*, ὁ μὲν Σύμμαχος, *διὰ τοῦ Θεοῦ ὑμνήσω τὸν λόγον αὐτοῦ*· ὁ δὲ Ἀκύλας· *ἐν τῷ Θεῷ ὑμνήσω ῥήματα αὐτοῦ*· καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις· *ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω τὸν λόγον μου*, ἐκδεδώκασιν. Εἴ ποτε, φησὶ, φόβος ἐκ τῆς τῶν πολεμούντων με ταραχῆς ἐνέπιπτέ μοι, διεκρουόμην αὐτὸν ἐλπίζων ἐπὶ σέ· καὶ ἀντὶ ἐπῳδῆς καὶ φυλακτηρίων,

VERS. 5, 6. *In Domino laudabo sermones meos, in Deo speravi, non timebo quid faciat mihi caro.* Pro illo, *in Deo laudabo sermones meos*; Symmachus, *per Deum celebrabo sermonem ejus*; Aquila vero, *in Deo celebrabo verba ejus*; quinta editio, *in Deo laudabo sermonem meum*; ediderunt. Si quando, inquit, ex inimicorum meorum perturbatione metus instaret mihi, ipsum in te sperando propulsabam, ac pro incantatione et amuletis, hymnos persolvebam; nam cum celebrarem ser-

monem tuum, juvabar ut a persequentium nemine averterem me. Ita sperans in Deo, et sermones ejus in ore meo ferens, omnes hominum insidias despiciebam, non timens *quid faciat mihi caro*. Quid enim possit caro et sanguis contra Deum opitulantem? Nam *si Deus pro nobis, quis contra nos*[14]? inquit Apostolus. Caro autem erat Saul, qui ea quæ carnis sunt sapiebat: quod sane declarat Apostolus ad Corinthios scribens: *Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis*[15]? Hic vero Saulem quoque zelo et contentione plenum, qui ideo Davidem pellebat, carnem vocavit, dicens: *Non timebo quid faciat mihi caro*. Deinde ait: *Tota die verba mea exsecrabantur, adversum me omnes cogitationes eorum in malum*. Quod sane clarius interpretatus est Symmachus, dicens: *Per omnem diem sermones de me curabant: contra me omnis cogitatio eorum in malum*. Ac si enim nihil aliud ipsis agendum suppeteret, neque de aliis sermo movendus esset; otium suum totum in loquendo et cogitando de me insumebant, nihil boni in me molientes; sed in malum et pro malo totam curam impendebant suam.

A ὕμνους διεξῇειν· ὑμνῶν γὰρ τὸν λόγον σου ἐβοηθούμην, ὡς μηδένα τῶν διωκόντων ἐπιστρέφεσθαι. Οὕτως ἐπὶ τῷ Θεῷ ἐλπίζων, καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ φέρων ἐν τῷ στόματί μου, πάσης τῆς ἐξ ἀνθρώπων ἐπιβουλῆς κατεφρόνουν, οὐ φοβούμενος *τί ποιήσει μοι σάρξ*. Τί γὰρ ἂν καὶ δύναιτο σὰρξ καὶ αἷμα πρὸς Θεὸν βοηθόν; *Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν;* φησὶν ὁ Ἀπόστολος. Σὰρξ δὲ ἦν ὁ Σαοὺλ, τὰ τῆς σαρκὸς φρονῶν· ὃ δὴ παρίστησιν ὁ Ἀπόστολος γράφων Κορινθίοις· *Ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρις, οὐχὶ σάρκινοί ἐστε, καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε;* Ὁ δὲ καὶ τὸν Σαοὺλ ζήλου πεπληρωμένον καὶ ἔριδος, καὶ διὰ ταῦτα τὸν Δαυὶδ ἐλαύνοντα, σάρκα ὠνόμασεν εἰπών· *Οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι σάρξ*. Εἶτά φησιν· *Ὅλην τὴν ἡμέραν τοὺς λόγους μου ἐδδελύσσοντο, κατ' ἐμοῦ πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν εἰς κακόν*· ὃ δὴ σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· *Διὰ πάσης ἡμέρας λόγους περὶ ἐμοῦ ἐφρόντιζον· κατ' ἐμοῦ πᾶς διαλογισμὸς αὐτῶν εἰς κακόν*. Ὡς γὰρ μηδὲν ἔχοντες ἕτερον πράττειν, μηδὲ περὶ ἑτέρων λόγους κινεῖν, τὴν πᾶσαν ἑαυτῶν σχολὴν τοῖς περὶ ἐμοῦ λόγοις καὶ τοῖς κατ' ἐμοῦ λογισμοῖς ἀνετίθεσαν, οὐδὲν ἀγαθὸν περὶ ἐμοῦ βουλευόμενοι. Ἀλλ' εἰς κακὸν καὶ ἐπὶ κακῷ τὴν ἑαυτῶν ἀναλίσκοντες σπουδήν.

B

Vers. 7, 8. *Inhabitabunt et abscondent, ipsi calcaneum meum observabunt. Sicut sustinuerunt animam meam pro nihilo salvos facies illos; in ira populos confringes, Deus.* Hæc obscure apud Septuaginta Interpretes dicta, apertius interpretatus est Symmachus his verbis: *Conveniebant clam, et vestigia mea observabant, exspectantes animam meam propter iniquitatem. Libera ab illis, in ira populos deprime, Deus.* Ita enim, inquit, tota die mihi [observando] vacabant, sermones de me moventes, et tota cogitatio eorum contra me erat; ut studerent una simul adversum me conspirationem conflare: neque eo sisterent gradum; sed etiam calcaneum sive vitæ gressum observarent, num supplantando dejicere me possent. Vestigia quoque mea, et quo pergerem, observabant, ut quoquo modo me comprehenderent. Hæc illi qui me sine causa persequebantur contra me designabant. Tu autem, Domine, spes mea, me ab injusta eorum conspiratione liberes; ipsos autem ira tua invadens, ex ea arrogantia et superbia dejice: id enim ipsis utile erit. Siquidem elati ac tumentes, id in suam perniciem agebant: etenim *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*[16]: quare rogo omnes insurgentes in me deprimas; sive, secundum Aquilam, *dejicias*; ut modestius atque humilius sentientes, magnam utilitatem percipiant.

Παροικήσουσι καὶ κατακρύψουσιν, αὐτοὶ τὴν πτέρναν μου φυλάξουσι. Καθάπερ ὑπέμειναν τὴν ψυχήν μου, ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς σώσεις αὐτούς· ἐν ὀργῇ λαοὺς κατάξεις, ὁ Θεός. Καὶ ταῦτα ἀσαφῶς εἰρημένα παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα, λευκότερον διηρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος, εἰπών· *Συνήγοντο λάθρα, καὶ τὰ ἴχνη μου παρετήρουν προσδοκῶντες τὴν ψυχήν μου διὰ τὴν ἀδικίαν. Ῥῦσαι ἀπ' αὐτῶν, ἐν ὀργῇ λαοὺς κατάγαγε, ὁ Θεός.* Οὕτως γὰρ, φησὶ, διὰ πάσης ἡμέρας ἐμοὶ ἐσχόλαζον, τοὺς περὶ ἐμοῦ λόγους κινοῦντες, καὶ πᾶς διαλογισμὸς αὐτῶν κατ' ἐμοῦ ἐγίγνετο· ὡς σπουδάζειν συνάγεσθαι αὐτοὺς ὁμοῦ συσκευάς· καὶ μὴ μέχρι τούτου χωρεῖν, ἀλλὰ καὶ περιεργάζεσθαί μου τὴν πτέρναν, τουτέστι τὴν τοῦ βίου πορείαν, εἴ πως σκελίσαντες δυνηθεῖεν καταβαλεῖν με. Καὶ τὰ ἴχνη δέ μου παρετήρουν, ὅποι ἂν βαδίζοιμι, καὶ ἵν' ὅπως ἐπιλάβοιντό μου. Ταῦτα μὲν οὖν οἱ μάτην διώκοντες κατ' ἐμοῦ ἔπραττον. Σὺ δὲ, Κύριε, ἡ ἐμὴ ἐλπὶς, ἐμὲ μὲν τῆς ἀδίκου αὐτῶν συσκευῆς ῥῦσαι, αὐτοὺς δὲ μετελθὼν τῇ σεαυτοῦ ὀργῇ, κατάβαλε τῆς μεγαλαυχίας καὶ τῆς ὑψηλοφροσύνης· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς συνοίσει. Ὑψούμενοι γὰρ καὶ ἐπαιρόμενοι, ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ ἑαυτῶν ταῦτ' ἔπραττον· *ὁ γὰρ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν*· διὸ, ἱκετεύω, πάντας τοὺς ἐπανισταμένους μοι κατάγαγε· ἢ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *καταβίβασον*· ὡς ἂν, μέτριον φρόνημα λαβόντες καὶ ταπεινὰ φρονοῦντες, τὰ μεγάλα ὠφεληθεῖεν.

C

D

Vers. 9, 10. *Vitam meam annuntiavi tibi, posuisti lacrymas meas in conspectu tuo; sicut et in promissione tua, convertentur inimici mei retrorsum, in quacunque die invocavero te.* Hæc clarius Symma-

Τὴν ζωήν μου ἐξήγγειλά σοι, ἔθου τὰ δάκρυά μου ἐνώπιόν σου· ὡς καὶ ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ σου, ἐπιστρέψουσιν οἱ ἐχθροί μου εἰς τὰ ὀπίσω, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε. Καὶ ταῦτα ὁ Σύμμαχος

[14] Rom. VIII, 31. [15] I Cor. III, 3. [16] I Petr. V, 5.

σαφέστερον ἡρμήνευσεν, οὕτως εἰπών· *Τὰ ἔνδον μου ἐξηρίθμησας· σὺ ἔθου τὰ δάκρυά μου ἐνώπιόν σου. Μὴ οὐχὶ ὅταν ἐξαριθμῇς, τότε ἀποστραφήσονται οἱ ἐχθροί μου ὀπίσω, ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε;* Οἱ μὲν ἐχθροί μου, φησὶ, διὰ πάσης ἡμέρας λόγους περὶ ἐμοῦ ἀνεκίνουν, καὶ κατ' ἐμοῦ πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν ἦσαν· ἐγὼ δὲ ὁποίους ἐν ἐμαυτῷ συνῆγον λογισμοὺς καὶ ὁποίας ἐνθυμήσεις εἶχον, σὺ αὐτὸς, ὡς καρδιογνώστης Θεὸς, οἶδας. Τὰ γὰρ ἔνδον μου ἐξηρίθμησας πάντα, καὶ τὰ κρύφιά μου καὶ τὰς ἐνθυμήσεις τῆς ψυχῆς μου γινώσκεις· διόπερ ἔθου τὰ δάκρυά μου ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ ἀπεστράφης αὐτά· ἀλλ' *ὥσπερ* ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ σου ὑπισχνοῦ λέγων· *Ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι*, οὕτως ἀκόλουθα πράττων ταῖς σαῖς ἐπαγγελίαις, *ἔθου τὰ δάκρυά μου ἐνώπιόν σου.* Καὶ κατὰ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα δὲ ἑρμηνείαν, *Τὴν ζωήν μου*, φησὶν, *ἐξήγγειλά σοι*, ὡς ἂν παῤῥησίαν ἄγων καὶ μὴ ἐπαισχυνόμενος ἐπὶ τῇ ἐμαυτοῦ ζωῇ. Σύ τε ἀποδεχόμενός μου τὴν ζωὴν, τὰ δάκρυά μου οὐκ ἀπεσείσω, ἀλλὰ πρὸ τῶν σῶν ὀφθαλμῶν ἔθου αὐτὰ, πιστούμενος τὰς σὰς ἐπαγγελίας. Διὸ συνέβαινεν, ἐμοῦ εἰσακουομένου, τοὺς ἐχθρούς μου εἰς τὰ ὀπίσω χωρεῖν· ὅθεν φημί· *Ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε, ἐπιστρέψουσιν οἱ ἐχθροί μου εἰς τὰ ὀπίσω·* κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Μὴ οὐχὶ ὅταν*, φησὶν, *ἐξαριθμῇς, τότε ἀποστραφήσονται οἱ ἐχθροί μου ὀπίσω;* Ἐπειδὰν φυλοκρινῶν διακαθάρῃς ἀφορίζων τοὺς σεαυτοῦ ἀξίους, καὶ ἐξαριθμησιν ποιούμενος τῶν μελλόντων εἰς τὰ δεξιὰ ἵστασθαι, καὶ τῶν εἰς ἀριστερὰ χωρούντων, *τότε*, ἐν τῷ σὲ τὴν ἐξαρίθμησιν ταύτην ποιεῖσθαι, *ἀποστραφήσονται οἱ ἐχθροί μου εἰς τὰ ὀπίσω.*

chus interpretatus est his verbis : *Interiora mea enumerasti : tu posuisti lacrymas meas coram te· Annon cum enumeraveris, tunc convertentur inimici mei retrorsum, in quacunque die invocavero te?* Inimici quidem mei, inquit, tota die sermones de me movebant, et contra me cogitationes eorum erant ; ego vero qualia in me ratiocinia collegerim, et quales cogitationes habuerim, tu, utpote cordium cognitor Deus, nosti. Nam quæ intra me sunt enumerasti omnia, et occulta mea cogitationesque animæ meæ cognoscis : quamobrem posuisti lacrymas meas in conspectu tuo, nec aversatus eas es ; sed *sicut* et in promissione tua professus es, dicens : *Adhuc te loquente dicam : Ecce adsum* [17] ; sic consequenter ad promissa tua, *posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.* Ac secundum interpretationem LXX, *Vitam meam*, inquit, *annuntiavi tibi*, utpote qui cum fiducia agerem, nec de vita mea erubescerem. Tu vero cum vitam approbares meam, lacrymas meas non repulisti, sed ob oculos posuisti tuos, sic promissis tuis fidem concilians. Quare contigit, cum exauditus essem, inimicos meos retro cedere ; ideo dico : *In quacunque die invocavero te, convertentur inimici mei retrorsum ;* secundum Symmachum vero : *Annon cum enumeraveris*, inquit, *convertentur inimici mei retrorsum ?* Cum per singulas tribus secernens, eos qui te digni sunt selegeris, et enumeraveris eos qui ad dexteram statuendi, et eos qui ad sinistram recessuri sunt, *tunc*, cum talem enumerationem facies, *convertentur inimici mei retrorsum.*

Ἰδοὺ ἔγνων, ὅτι Θεός μοί ἐστιν. Ἐπὶ τῷ Θεῷ αἰνέσω ῥῆμα, ἐπὶ τῷ Κυρίῳ αἰνέσω λόγον· ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἤλπισα, οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον τοῦτό φησιν· *Οἶδα, ὅτι ἔστι Θεός μοι. Τὸν Θεὸν ὑμνολογήσω, διὰ τοῦ Θεοῦ ὑμνοποιήσομαι λόγον· τῷ Θεῷ πέποιθα, οὐ φοβηθήσομαί τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος.* Αὐτοῖς ἔργοις, φησὶ, παρείληφα, καὶ ἔγνων ἀληθῶς, ὅτι οὐκ ἐπὶ ματαίῳ ἤλπισα· ἀλλὰ Θεὸν βοηθὸν ἐκτησάμην. Τούτου δὲ ἔλεγχος, ἐπεὶ *ἔθου τὰ δάκρυά μου ἐνώπιόν σου.* Εἶτα ἐμοῦ μὲν ἐπήκοος ἐγίγνου, οἱ δὲ ἐχθροί μου ἐχώρουν εἰς τὰ ὀπίσω· διὸ *ἐπὶ τῷ Θεῷ αἰνέσω ῥῆμα·* ἢ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν· *Ἐν Θεῷ καυχήσομαι ῥῆμα·* κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Τὸν Θεὸν ὑμνολογήσω·* ἀλλὰ καὶ *ἐπὶ τὸν Κύριον αἰνέσω λόγον·* ἢ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *ἐν Κυρίῳ ὑμνήσω λόγον·* ἢ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, *διὰ τοῦ Κυρίου ὑμνοποιήσομαι λόγον·* καὶ πάλιν, ὡς ἀνωτέρω μοι εἴρηται· *Ἐπὶ τῷ Θεῷ ἤλπισα, οὐ φοβηθήσομαί τί ποιήσει μοι σάρξ·* καὶ νῦν φημι, *Ἐπὶ τῷ Θεῷ ἤλπισα, οὐ φοβηθήσομαί τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος.* Σὰρξ γὰρ καὶ ἄνθρωπος ἓν καὶ ταυτόν ἐστιν, ἐπειδὴ λέλεκται· *Ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε·* καὶ, *Ὅταν γὰρ ᾖ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρις,*

Vers. 11. *Ecce cognovi quoniam Deus mihi est. In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem : in Domino speravi, non timebo quid faciat mihi homo.* Secundum Symmachum autem sic ait : *Novi quod sit Deus mihi. Deum celebrabo, per Deum sermonem in hymnum convertam ; in Deo speravi, non timebo quid faciet mihi homo.* Ipsis operibus, inquit, accepi et vere novi me non frustra sperasse, sed Deum adjutorem obtinuisse. Cujus rei argumentum est, quod *posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.* Deinde mihi quidem propitius fuisti ; inimici vero mei retro cesserunt : quare *in Deo laudabo verbum ;* sive, secundum Aquilam : *In Deo glorificabo verbum ;* secundum Symmachum autem : *Deum celebrabo :* sed etiam *in Domino laudabo sermonem ;* aut, secundum Aquilam, *in Domino celebrabo sermonem,* sive, secundum Symmachum, *per Dominum sermonem in hymnum convertam :* ac rursum, ut superius dixi : *In Deo speravi, non timebo quid faciat mihi caro :* sic jam dico : *In Deo speravi, non timebo quid faciet mihi homo.* Caro enim et homo idipsum sunt, quandoquidem dictum est : *Vos autem sicut homines moriemini* [17] ; et, *Cum enim sit zelus et*

[17] Isai. LVIII, 9. [17] Psal. LXXXI, 7.

contentio inter vos, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis[18] ?

VERS. 12, 13. *In me sunt, Deus, vota quæ reddam, laudationes tibi. Quoniam eripuisti animam meam de morte, et pedes meos de lapsu, ut placeam coram Deo in lumine viventium.* Pro illo : *In me sunt Deus vota, quæ reddam laudationis tibi*, apertius Symmachus interpretatus est, dicens : *Recipio, Deus, quæ precatus sum : reddam laudationes tibi.* Non enim oblitus, ait, eorum quæ precatus sum ; sed in me sunt, et omnia in memoria retineo quæcunque precando promisi : quæ ceu quoddam debitum, hostias laudis offerendo persolvam, secundum eloquium illud : *Immola Deo sacrificium laudis, et redde Domino vota tua*[19]. Offeram itaque tibi hostiam laudis, utpote conscius me multa pro salute mea debere. Ipsam certe animam meam a morte liberasti. Nam inimici mei pro viribus ipsam pellebant, et magna vi curabant eam in mortem dejicere. Siquidem dum me pellerent, cogerentque ad habitandum in medio allophylorum et alienigenarum, quantum in ipsis erat animam enecabant meam ; proximum quippe erat ut ad allophylorum idololatriam accederem, in medio eorum habitans : quo tempore apud Achus in Geth et apud allophylos degebam, jam pridem ab ea, quæ penes te est, vita lapsus, anima mortuus essem : sed gratia et misericordia tua id contingere non permisit ; quandoquidem me, etiam apud allophylos versantem, protegebas, ut nihil mihi detrimenti ex eorum consortio accederet. Quapropter dico : *Eruisti animam meam de morte ;* quin etiam eruisti *pedes meos de lapsu.* Quis enim non perversus esset, ceu in lutum delapsus, et lubrica in loca dejectus, medius relictus inter tot atheos et idololatras viros ? Verum in hac rerum conditione aderat misericordia et gratia tua, eruens pedes meos de lapsu ; neque enim virtuti hæc ascribo meæ ; quia non ita fortis animo eram, ut immutabilis manerem, cum in medium tot hominum devolutus essem, nisi tu auxilio fuisses. Quare confitens gratias ago, quoniam eripuisti pedes meos de lapsu. Hæcque mihi misericordia tua concessit, *ut placeam coram te in lumine viventium ;* sive, secundum Symmachum, *ut incedam in conspectu Dei per lumen vitæ.* Moras igitur faciens apud allophylos, a recta et regia via non declinat ; sed, ait : Tibi placito more incedebam ductus abs te et illustratus ; non luce solum illa communi fruens, omnibus præsente, rationabilibus et brutis, feris et reptilibus, mortuis et inanimatis ; sed illa etiam quæ tantum iis, qui apud te vivunt, destinata est. Lumen porro illud viventium, quo David et omnes Deo accepti prophetæ et justi illustrati sunt intelliges, si attendas evangelistæ dicenti : *Quod factum est in ipso*[20], scilicet Dei Verbo quod in principio apud Deum erat, *vita erat, et vita erat lux hominum*[21] ; ac rursum : *Erat lux vera quæ illuminat*

A *οὐχὶ σαρκικοί ἐστε, καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε ;*

Ἐν ἐμοί, ὁ Θεός, αἱ εὐχαί, ἃς ἀποδώσω αἰνέσεώς σοι. Ὅτι ἐῤῥύσω τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου, καὶ τοὺς πόδας μου ἐξ ὀλισθήματος, τοῦ εὐαρεστῆσαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν φωτὶ ζώντων. Ἀντὶ τοῦ, *Ἐν ἐμοί, ὁ Θεός, αἱ εὐχαί, ἃς ἀποδώσω αἰνέσεώς σοι,* σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· *Ἀναδέχομαι, Θεέ, ἃ ηὐξάμην· ἀποδώσω αἰνέσεις σοι.* Οὐ γὰρ ἐπιλέλησμαι, φησὶ, ὧν ηὐξάμην· ἀλλ' ἐν ἐμοί εἰσι, καὶ κατέχω τῇ μνήμῃ πάντα ὅσα ἐπηγγειλάμην εὐξάμενος· ἃ καὶ ὥσπερ τι χρέος ἀποδώσω, θυσίας ἀναφέρων τὰς δι' αἰνέσεως, καὶ κατὰ τὸ φάσκον λόγιον· *Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ Κυρίῳ τὰς εὐχάς σου.* Ἀπο-
B δώσω τοίνυν αἰνέσεώς σοι· ἐπειδὴ πολλὰ σύνοιδα ἐμαυτῷ ὀφείλοντι ὑπὲρ τῆς ἐμαυτοῦ σωτηρίας. Αὐτὴν γοῦν τὴν ψυχήν μου ἐῤῥύσω ἐκ θανάτου. Οἱ μὲν γὰρ ἐχθροί μου τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς ἤλαυνον αὐτὴν, καὶ ἐξεβιάζοντο εἰς θάνατον ἐκπεσεῖν. Ἐλαύνοντές με γὰρ, καὶ μέσον ἀλλοφύλων καὶ ἀλλογενῶν ἐθνῶν οἰκεῖν καταναγκάζοντες, τὸ ἐπ' αὐτοῖς τὴν ψυχήν μου ἐθανάτουν· ἦγουν ἤμελλον συνάπτεσθαι τῇ τῶν ἀλλοφύλων εἰδωλολατρείᾳ, μέσος αὐτῶν οἰκῶν, καθ' οὓς χρόνους παρὰ τῷ Ἀχοῦς (*sic*) καὶ ἐν τῇ Γὲθ παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις ἐποιούμην τὰς διατριβάς, πάλαι ἂν τὴν ψυχήν μου τεθνήκειν, τῆς παρὰ σοὶ ζωῆς ἐκπεσών· ἀλλ' ἡ σὴ χάρις καὶ τὸ σὸν ἔλεος οὐ συνεχώρησε τοῦτο γενέσθαι· ἐπεὶ καὶ παρὰ τοῖς ἀλλοφύ-
C λοις με ὄντα περιέφραττες, ὡς μηδὲν καταβλάπτεσθαι ἐκ τῆς τούτων συνουσίας. Διό φημι· *Ἐῤῥύσω τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου· ἀλλὰ καὶ τοὺς πόδας μου ἐῤῥύσω ἐξ ὀλισθήματος.* Τίς γὰρ οὐκ ἂν διετράπη, ὥσπερ εἰς πηλὸν ἐμβάς, καὶ ὀλισθηροῖς περιπεσὼν χωρίοις, μέσος τοσούτων ἀπολειφθεὶς ἀθέων καὶ εἰδωλολατρῶν ἀνδρῶν ; Ἀλλ' ἦν ἄρα καὶ ἐν τούτῳ τὸ σὸν ἔλεος, καὶ ἡ σὴ χάρις ῥυομένη μου τοὺς πόδας ἐξ ὀλισθήματος· οὐ γὰρ ἐμαυτοῦ δυνάμει ἐπιγράφω ταῦτα· ἐπεὶ μηδ' οὕτως ἦμην στερρὸς τὴν ψυχὴν ὡς ἀδιάτρεπτος μένειν, ἐν τῷ μεταξὺ τοσούτων εἱλῆσθαι, εἰ μὴ σὺ ἦσθα βοηθός. Διὸ ἐξομολογούμενος εὐχαριστῶ, ὅτι ἐῤῥύσω τοὺς πόδας μου ἐξ ὀλισθήματος. Καὶ ταῦτά μοι τὸ σὸν ἔλεος ἐδωρεῖτο,
D *ὑπὲρ τοῦ εὐαρεστῆσαι ἐνώπιόν σου ἐν φωτὶ ζώντων·* ἤ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, *ὡς τὸ ὁδεύειν ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ διὰ φωτὸς τῆς ζωῆς.* Διατρίβων γοῦν καὶ παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις, τῆς ὀρθῆς καὶ βασιλικῆς ὁδοῦ οὐ παρέξεισιν· ἀλλὰ σοὶ εὐαρέστως ὧδευον ὑπὸ σοῦ ποδηγούμενος καὶ φωτιζόμενος, φωτός τε μεταλαγχάνων οὐ τοῦ κοινοῦ καὶ πᾶσιν ἐγκειμένου, λογικοῖς τε καὶ ἀλόγοις, θηρίοις τε καὶ ἑρπετοῖς, νεκροῖς τε καὶ ἀψύχοις, ἀλλὰ τοῦ μόνοις τοῖς παρὰ σοῦ ζῶσιν ἀφωρισμένου. Νοήσεις δὲ τὸ φῶς τῶν ζώντων, ἐν ᾧ καὶ Δαυὶδ καὶ πάντες οἱ θεοφιλεῖς προφῆται καὶ δίκαιοι ἐφωτίσθησαν, ἐπιστήσας τῷ εὐαγγελιστῇ λέγοντι· *Ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ,* δηλαδὴ τῷ Λόγῳ τοῦ Θεοῦ τῷ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν ὄντι, *ζωὴ ἦν, καὶ ἡ*

[18] I Cor. III, 3. [19] Psal. XLIX, 14. [20] Joan. I, 3, 4. [21] ibid.

ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων· καὶ πάλιν· Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. Οὐκοῦν ἦν ἐν τῷ κόσμῳ κἀκείνῳ τῷ φωτὶ οἱ τῆς παρὰ τῷ Θεῷ ζωῆς καταξιούμενοι ἐφωτίζοντο. Ὕστερον δὲ καὶ εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν· ὅσοι τε ἐδέξαντο αὐτὸν ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. Τοσαύτη δύναμις παρῆν τῷ φωτὶ τῶν ζώντων, ὡς τέκνα Θεοῦ ἀπεργάζεσθαι τοὺς καταδεχομένους αὐτό· ὅπερ εἰδὼς ὁ Δαυὶδ δι' εὐχῆς εἶχε τοῦ εὐαρεστῆσαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν φωτὶ ζώντων.

A *omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit* [22]. Erat igitur in mundo : et hoc lumine, qui vita illa apud Deum donati erant, illuminabantur. Deinde *in propria venit ; et quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Tanta virtus lumini viventium inerat, ut eos qui se reciperent filios Dei efficeret : quod cum sciret David, in voto habuit, ut placeret *coram Deo in lumine viventium.*

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΜΗ ΔΙΑΦΘΕΙΡΗΣ, ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΕΙΣ ΣΤΗΛΟΓΡΑΦΙΑΝ ΕΝ ΤΩ ΑΥΤΟΝ ΑΠΟΔΙΔΡΑΣΚΕΙΝ ΑΠΟ ΠΡΟΣΩΠΟΥ ΣΑΟΥΛ ΕΙΣ ΤΟ ΣΠΗΛΑΙΟΝ. ΝΗ'.

1. IN FINEM, NE DISPERDAS, DAVID IN TITULI INSCRIPTIONEM, CUM FUGERET A FACIE SAUL IN SPELUNCAM. LVI.

Ἐλέησόν με, ὁ Θεός, ἐλέησόν με, ὅτι ἐπὶ σοὶ πέποιθεν ἡ ψυχή μου. Ὥσπερ ἀπὸ τῆς ἱστορίας ἐδείκνυτο δεύτερον γινόμενος ὁ Δαυὶδ παρὰ τοῖς ἐν Γὲθ ἀλλοφύλοις, παρ' οἷς διατρίβων τὸν νε' ἀναγέγραπται ψαλμὸν εἰρηκώς· οὕτω δὶς φαίνεται ἐν τῷ σπηλαίῳ ἐληλυθώς· ἅπαξ μέν, ὅτε, μανίαν προσποιηθείς, τὰς χεῖρας τοῦ Ἀγχοῦς (*sic*) καὶ τῶν ἐν Γὲθ ἀλλοφύλων διαφεύγει· κἀκεῖθεν διασώζεται εἰς τὸ σπήλαιον τὸ Ὀδολλάμ, ἔνθα πάντες οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ πᾶς ὁ οἶκος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καταβαίνουσι πρὸς αὐτόν. Συνήγοντό τε παρ' αὐτῷ πᾶς ἐν ἀνάγκῃ ὤν, καὶ πᾶς ὑπόχρεως, καὶ πᾶσα κατώδυνος ψυχή· καὶ ἦν ἐπ' αὐτῶν ἡγούμενος. Ἦσαν δὲ ὡς τετρακόσιοι ἄνδρες· δεύτερον δὲ, ὅτε ἀνέστρεψεν ὁ Σαοὺλ ἀπὸ ὄπισθεν τῶν ἀλλοφύλων, καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ, ὅτι Ἰδοὺ Δαυὶδ ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ Ἰαδδί· καὶ ἔλαβε μεθ' ἑαυτοῦ τρεῖς χιλιάδας ἀνδρῶν ἐκλεκτῶν ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἐπορεύθη ζητῶν τὸν Δαυὶδ καὶ τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ ἐπὶ πρόσωπον Ἀλλείν. Καὶ ἦλθεν εἰς τὰς ἀγέλας τῶν προβάτων τὰς ἐπὶ τῆς ὁδοῦ. Καὶ ἦν ἐκεῖ σπήλαιον, καὶ εἰσῆλθε Σαοὺλ παρασκευάσασθαι· καὶ Δαυὶδ καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοῦ ἐσώτεροι τοῦ σπηλαίου ἐκάθηντο. Καὶ εἶπαν οἱ ἄνδρες Δαυὶδ πρὸς αὐτόν· Ἰδοὺ ἡ ἡμέρα αὕτη, ἣν εἶπε Κύριος πρὸς σὲ, παραδοῦναι τὸν ἐχθρόν σου εἰς τὰς χεῖράς σου, καὶ ποιήσεις αὐτῷ ὡς ἀγαθὸν ἐν ὀφθαλμοῖς σου. Καὶ ἀνέστη Δαυὶδ καὶ ἀφεῖλε τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος Σαοὺλ λαθραίως. Καὶ ἐγενήθη μετὰ ταῦτα, καὶ ἐπάταξε καρδία Δαυὶδ αὐτόν, ὅτι ἀφεῖλε τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος αὐτοῦ. Καὶ εἶπε Δαυὶδ πρὸς τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ· Μηδαμῶς μοι παρὰ Κυρίου, εἰ ποιήσω τὸ ῥῆμα τοῦτο τῷ κυρίῳ μου τῷ χριστῷ Κυρίου, ἐπενεγκεῖν χεῖρά μου ἐπ' αὐτόν· ὅτι Χριστὸς Κυρίου ἐστὶν οὗτος. Καὶ ἔπεισε Δαυὶδ τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ ἐν λόγοις, καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτοὺς ἀναστάντας θανατῶσαι τὸν Σαούλ. Ζητητέον οὖν κατὰ ποίους χρόνους τὴν προκειμένην στηλογραφίαν ὁ Δαυὶδ ἀνέγραψε, καὶ ἐν ποίῳ σπηλαίῳ διατρίβων· πότερον ἐν

B Vers. 2. *Miserere mei, Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea.* Sicut ex historia commonstratur Davidem bis apud allophylos in Geth fuisse, ibique degentem psalmum LV recitasse scriptum est : sic bis in speluncam venisse videtur ; primo cum, insania simulata, manus Anchus et Gethæorum allophylorum effugit, atque inde in speluncam Odollam se subduxit, ubi *omnes fratres ejus et universa domus patris ejus eum advenerunt. Et convenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti, et oppressi ære alieno, et amaro animo : et erat eorum dux. Erant autem quasi quadringenti viri* [23]. Secundo autem, *cum reversus est Saul fugatis allophylis, et nuntiatum est ei : Ecce David in deserto Gaddi ; et assumpsit secum tria*

C *millia electorum ex Israel, perrexitque ad quærendum David et viros ejus, ad faciem Ælin. Et venit ad greges ovilium, quæ erant in terra viæ. Eratque ibi spelunca, et ingressus est Saul ad se apparandum* (1), *et David et viri ejus in interiore parte speluncæ sedebant. Et dixerunt viri David ad eum : Ecce dies, de qua locutus Dominus ad te, quod tradat inimicum tuum in manus tuas, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo David et præcidit oram diploidis Saulis clam. Et factum est postea et percussit Davidem cor ejus, quia abstulerat oram diploidis ipsius. Dixitque David ad viros suos : Absit mihi a Domino, si faciam hanc rem domino meo, christo Domini, ut inferam manum meam in eum ;*

D *quia Christus Domini est hic. Et persuasit David viris suis sermonibus, et non permisit ut insurgerent in Saul ad occidendum eum* [24]. Quærendum igitur quo tempore, et in qua spelunca degens, hanc tituli inscriptionem David scripserit ; an in spelunca Odollam, an in spelunca Engaddi. Verum quia duo psalmi ab eo in spelunca dicti sunt ; hic scilicet qui tituli inscriptio est, et CXLI, inscriptus : *Intellectus Davidi in spelunca, oratio ;* consentaneum est disquirere, an ii eodem tempore pronuntiati fuerint, et num in spelunca versans utrumque composuerit.

[22] ibid. 9,10. [23] I Reg. XXII, 1,2. [24] I Reg. XXIV, 2-8.

(1) Id est, *ad alvum exonerandam.*

Videtur ergo mihi, moventibus utriusque psalmi verbis, hanc tituli inscriptionem in spelunca Odollam dictam fuisse; orationem vero in CXLI psalmo positam, in spelunca Engaddi, cum, Saule sese apparante, in spelunca latens deprehensus est. Sicque mihi persuasum est ex dictis utriusque psalmi. Et quidem CXLI videtur mihi tunc prolatus, cum David in angustia magna et concertatione degeret; sic enim ibi loquitur : *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Dominum deprecatus sum. Effundo in conspectu ejus orationem meam : tribulationem meam ante ipsum pronuntiabo. In deficiendo ex me spiritum meum, et tu cognovisti semitas meas. In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi* [15]. His quippe angustiam qua premebatur declarat; maxime autem in sequentibus hisce verbis : *Periit fuga a me.* Obsidente namque Saule speluncæ ostium, intus latens ipse, effugere se posse desperabat. Cæterum cum de fuga desperaret, ad salutarem portum confugit; quare subjungit : *Clamavi ad te, Domine, dixi : Tu es spes mea;* et hæc adjicit : *Educ de custodia animam meam.* Viden' quomodo suam in spelunca conclusionem indicat? Jure itaque hæc dicta orationem inscribit, tempus inscriptione illa declarans. Ait igitur : *Intellectus Davidi, cum esset in spelunca, oratio.* Et hæc quidem notato tempore precatus est, magno in periculo constitutus. Hæc vero tituli inscriptio ab eo recitata est, ut æstimo, cum esset in spelunca Odollam, ac recepisset omnes fratres suos, cognatos item ac reliquos fugitivos; qui fortasse sui causa insidiis Saulis appetebantur; quinetiam quivis afflictus animo et injuriam passus, fugæ Davidis consors erat. Nam eum virum justum, a Deo honoratum, injuria a Saule pulsum videntibus, ea ipsis consolatio in malis erat. Tum ipsi quoque qui a lædentibus se fugiebant, Davidi studebant, ejusque partes amplectebantur; malebantque pelli cum ipso, quam insequenti hærere. Cum ergo otium ageret in spelunca Odollam, præsentem tituli inscriptionem exaravit. Quod sane declarant tum alia quæ adjicit, tum isthæc : *Misit de cælo, et liberavit me :* ac rursum : *Misit Deus misericordiam suam et veritatem suam, et eripuit animam meam de medio catulorum leonum.* Vides eum, cum Gethæos allophylos effugisset, utpote in tuto positum, ac otium agentem, hujusmodi voces emisisse, ac maxime omnium eas quæ sequuntur, et sic habent : *Paratum cor meum, Deus, cantabo et psalmum dicam. Exsurge, gloria mea, exsurge, psalterium et cithara, exsurgam diluculo. Confitebor in populis, Domine, psalmum dicam tibi in gentibus.* Hæc enim multum otium, imo etiam animi voluptatem, significant. Ait igitur sacer apostolus : *Contristatur quis in vobis? oret. Æquo animo est? psallat:* [16] Sed neque poterat hæc dicere, cum in spelunca Engaddi detineretur a Saule ante ostium sedente. Quæ enim

A τῷ σπηλαίῳ τῷ Ὀδολλάμ, ἢ ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ Ἐνγαδδί. Ἀλλὰ καὶ ἐπειδὴ δύο εἴρηνται ψαλμοὶ αὐτῷ ἐν τῷ σπηλαίῳ, ὁ μὲν προκείμενος στηλογραφίᾳ τυγχάνων, ὁ δὲ ρμα' ἐπιγεγραμμένος, *Συνέσεως τῷ Δαυὶδ ἐν τῷ σπηλαίῳ προσευχή·* ζητήσαι ἄν τις εὐλόγως εἰ κατὰ τὸν αὐτὸν εἴρηνται χρόνον, καὶ εἰ ἐν τῷ σπηλαίῳ τυγχάνων ἀμφοτέρους συνέταξεν. Δοκεῖ τοίνυν ἐμοὶ, κινουμένῳ ἐκ τῶν ἐν ἑκατέρῳ φερομένων λόγων, ἡ μὲν μετὰ χεῖρας στηλογραφία ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ Ὀδολλὰμ εἰρῆσθαι, ἡ δὲ ἐν τῷ ρμα', προσευχὴ, ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ Ἐνγαδδὶ, ὅτε, τοῦ Σαοὺλ παρασκευαζομένου, ἐν τῷ σπηλαίῳ ἔνδον κρυπτόμενος εὕρηται. Οὕτω δέ μοι παρέστη κινηθέντι ἐκ τῶν παρ' ἑκατέρῳ φερομένων λόγων. Ὁ μὲν ρμα' φαίνεται εἰρημένος ἐν πολλῇ συνοχῇ καὶ ἀγῶνι τυγχάνοντι τῷ Δαυὶδ· φησὶ γοῦν ἐν αὐτῷ· *Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα· φωνῇ μου πρὸς τὸν Θεὸν ἐδεήθην. Ἐκχεῶ ἐνώπιον αὐτοῦ τὴν δέησίν μου· τὴν θλῖψιν μου ἐνώπιον αὐτοῦ ἀπαγγελῶ. Ἐν τῷ ἐκλείπειν ἐξ ἐμοῦ τὸ πνεῦμά μου, καὶ σὺ ἐγίνωσκες τὰς τρίβους μου. Ἐν ὁδῷ ταύτῃ, ᾗ ἐπορευόμην, ἔκρυψαν παγίδα μοι.* Διὰ τούτων γὰρ τὴν συνοχὴν ἐν ᾗ ἐξητάζετο παρίστησι· καὶ ἔτι μᾶλλον δι' ὧν ἐπάγει λέγων ἐξῆς· *Ἀπώλετο φυγὴ ἀπ' ἐμοῦ· πρὸ τῶν θυρῶν γὰρ τοῦ σπηλαίου καθεζομένου τοῦ Σαοὺλ, ἔνδον κρυπτόμενος, ἀπεγνώκει τὴν ἑαυτοῦ φυγήν. Πλὴν τὴν φυγὴν ἀπογνοὺς, ἐπὶ τὸν σωτήριον λιμένα καταφεύγει· διὸ ἐπιλέγει· Ἐκέκραξα πρὸς σὲ, Κύριε, εἶπα· Σὺ εἶ ἐλπίς μου·* καὶ προστίθησι λέγων· *Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὴν ψυχήν μου.* Ὁρᾷς ὅπως τὸν εἴσω τοῦ σπηλαίου ἀποκλεισμὸν σημαίνει; Εἰκότως οὖν καὶ προσευχὴν ἐπιγράφει τοὺς λόγους, δηλῶν διὰ τῆς προγραφῆς τὸν καιρόν. Λέγει γοῦν· *Συνέσεως τῷ Δαυὶδ, ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ, προσευχή.* Ἀλλὰ ταῦτα μὲν προσηύξατο ἐν μεγάλῳ περιστάσει ἀγῶνι κατὰ τὸν δηλωθέντα χρόνον· ἡ δὲ μετὰ χεῖρας στηλογραφία λέλεκτο αὐτῷ, ὡς οἶμαι, ὄντι ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ Ὀδολλὰμ, πάντας τε ὑποδεχομένῳ τοὺς τε ἀδελφοὺς αὐτοῦ καὶ τοὺς συγγενεῖς καὶ τοὺς λοιποὺς φυγάδας, τάχα που δι' αὐτὸν ἐπιβουλευομένους ὑπὸ τοῦ Σαούλ· ἀλλὰ καὶ πᾶς κατώδυνος ψυχὴ καὶ πᾶς ἀδικούμενος κοινωνὸς ἐγίγνετο τῆς τοῦ Δαυὶδ φυγῆς. Δίκαιον γὰρ ἄνδρα καὶ παρὰ τῷ Θεῷ τετιμημένον, ἐλαυνόμενον ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ ἀδίκως ὁρῶντες, τὰ ἑαυτῶν παρεμυθοῦντο κακά. Εἶτα καὶ αὐτοὶ τοὺς ἀδικοῦντας αὐτοὺς φεύγοντές τε, τὸν Δαυὶδ ἐζήλουν, ἠσπάζοντό τε τὴν σὺν αὐτῷ μερίδα, μᾶλλον ἀγαπῶντες ἐλαύνεσθαι σὺν αὐτῷ, ἢ τῷ ἐλαύνοντι συνεῖναι. Ἐπὶ σχολῆς τοίνυν διάγων ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ Ὀδολλὰμ τὴν παροῦσαν ἔγραφε στηλογραφίαν. Παρίστησι δὲ τοῦτο τὰ ἐπιλεγόμενα, τά τε ἄλλα καὶ δι' ὧν φησιν· *Ἐξαπέστειλεν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔσωσέ με·* καὶ πάλιν· *Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ ἔλεος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ, καὶ ἐρρύσατο τὴν ψυχήν μου ἐκ μέσου σκύμνων.* Ὁρᾷς, ὡς τοὺς ἐν Γὲθ ἀλλοφύλους διαφυγὼν, ὅτε δὴ ἐν ἀσφαλείᾳ

[15] Psal. CXLI, 2-4. [16] Jac. v, 13.

τυγχάνων, καὶ ἐν ἀνέσει ὤν, τοιαύτας ἠφίει φωνάς, καὶ ἔτι μᾶλλον τὰς ἐξῆς ἐπιφερομένας δι' ὧν εἴρηται· *Ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ὁ Θεός, ᾄσομαι καὶ ψαλῶ. Ἐξεγέρθητι ἡ δόξα μου, ἐξεγέρθητι ψαλτήριον καὶ κιθάρα, ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου. Ἐξομολογήσομαι ἐν λαοῖς, Κύριε, ψαλῶ σοι ἐν ἔθνεσι.* Ταῦτα γὰρ πολλῆς σχολῆς ἐμφατικὰ τυγχάνει, ἀλλὰ καὶ θυμηδίας. Λέγει γοῦν ὁ ἱερὸς ἀπόστολος· *Κακοπαθεῖ τις ἐν ὑμῖν; προσευχέσθω· εὐθυμεῖ τις; ψαλάτω.* Ἀλλ' οὐδὲ οἷός τε ἦν ταῦτα λέγειν ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ Ἐνγαδδὶ συνεχόμενος ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ πρὸ τῆς εἰσόδου καθεζομένου. Ποία γὰρ ἦν εὐκαιρία τότε, ὡς ψαλτήριον ἀναλαμβάνειν καὶ κιθάραν, κρυπταζόμενον ἐνδοτάτω τοῦ σπηλαίου; ὡς αὖ πάλιν οὐκ εἶχε λόγον, ἐν σχολῇ καὶ ἀνέσει διάγοντα αὐτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ Ὀδολλὰμ μετὰ τετρακοσίων ἀνδρῶν τῶν συνόντων αὐτῷ, λέγειν· *Ἀπώλετο φυγὴ ἀπ' ἐμοῦ*, καὶ, *Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὴν ψυχήν μου.*

A tunc opportunitas ad psalterium accipiendum et citharam ei, qui in speluncæ intimo latebat? ut e contrario nulla ratio fuisset, in otio et tranquillitate degentem in spelunca Odollam, cum quadringentis viris, dicere : *Periit fuga a me* [27]; et : *Educ de custodia animam meam* [28].

Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω εἰς τὴν διαφορὰν τῶν προκειμένων. Ἴωμεν δὲ ἐπὶ τὴν τοῦ μετὰ χεῖρας ἐξήγησιν. *Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαυὶδ εἰς στηλογραφίαν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἤλαυνε μὲν ὁ Σαοὺλ τὸν Δαυὶδ· ὁ δ' ἔργοις ἐπιτελῶν τὸ, *Ἐὰν διώκωσιν ὑμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν*, ἀπεδίδρασκεν, ὡς ἂν μὴ παρὼν ἐρεθίζοι τὸν ἐχθρὸν, αἴτιός τε αὐτῷ γίγνοιτο μιαιφονίας. Τὸ γὰρ, *Μὴ ἔκκαιε ἄνθρακας ἁμαρτωλοῦ, πάντων* μᾶλλον Δαυὶδ ἠπίστατο· διὸ ὑπεχώρει καὶ παρεχώρει, καίπερ ἀγαπώμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ ἔθνους, πλείστους τε ἔχων τοὺς συμπάσχοντας καὶ συναλγοῦντας, δυναμένους τε αὐτὸν οἶκοι παρ' ἑαυτοῖς ὑποδέχεσθαι καὶ κρύπτειν. Ἀλλὰ ἵνα μὴ καὶ ἑτέροις αἴτιος γίγνοιτο κινδύνων, ἔφυγεν ἐπὶ τὰς ἐρήμους χώρας, καὶ τὰς ἐν τοῖς σπηλαίοις ἠσπάζετο διατριβάς. Καί μοι δοκεῖ καὶ αὐτοῦ τὴν μνήμην αἰνίττεσθαι λέγων ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος· *Ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι καὶ ὄρεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς.* Ὥσπερ δὲ ὁ προτεταγμένος τοῦ παρόντος, ψαλμὸς οὐκ ἦν, ἀλλὰ *στηλογραφία*, ὅπερ ἡρμήνευσεν ὁ Ἀκύλας, *ταπεινοῦ τελείου*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *τοῦ ταπεινόφρονος καὶ ἀμώμου*· οὕτως καὶ ὁ παρὼν λόγος, τὴν εἰς ἄκρον πραότητος καὶ ἀνεξικακίας τοῦ Δαυὶδ ἀρετὴν, ταπεινοῦ τελείου, ταπεινόφρονος καὶ ἀμώμου· εἶθ' ὥσπερ αἰωνίου μνήμης τὴν ταπεινοφροσύνην ἀξίαν ἀνατίθησι στηλογραφία. Ἐπὶ ταύτῃ δὲ τῇ ἀρετῇ καὶ Μωϋσῆς ἐμαρτυρεῖτο, καὶ ὁ Σωτὴρ δὲ καὶ Κύριος ἡμῶν ἐπὶ ταύτην παρεκάλει λέγων· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.* Ἐπεὶ δὲ ἐδεῖτο παραμονῆς καὶ τῆς ἐπὶ μήκιστον φυλακῆς ἡ τοιαύτη ἀρετὴ (*ὁ γὰρ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται*·) διὰ τοῦτο ἐπιγέγραπται, *Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς.* Πολλοὶ γὰρ, καλῶς ἀρξάμενοι, οὐ διήρκεσαν εἰς τέλος. Ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τοῦ Δαυὶδ τὴν φυγὴν καὶ τὴν ἐν ἐρημίαις διατριβὴν, τήν τε ἐν σπηλαίοις καρτερικωτάτην οἴκησιν ἀποδεχόμενον, φησὶν αὐτῷ, *Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς*, μένε δὲ δι' ὅλου τοιοῦτος, ὡς ἂν τύχοις στηλογραφίας καὶ μνήμης αἰωνίου. Ὁ δὲ ἐπὶ τούτοις, οὐ κατὰ Κυνικοὺς τῶν τὴν σοφίαν τοῦ αἰῶνος τούτου μετερχομένων τυφούμενος (*sic*), οὐδὲ μέγα φρονῶν καὶ βρενθυόμενος ἐπὶ τῇ τοῦ βίου καρτερίᾳ, οὐδ' ὅτι πλείους

Hæc porro dicta sint de discrimine propositorum. Jam præsentium vocum explicationem aggrediamur. *In finem, ne disperdas, Davidi in tituli inscriptionem*, et cætera. Pellebat Saul Davidem qui illud opere complens, *Si vos persequantur ex hac civitate, fugite in aliam* [29], aufugit, ne præsens inimicum irritaret, ipsique cædis causa esset. Illud enim, *Ne accendas carbones peccatoris* [30], melius omnibus sciebat David : quare cedebat et secedebat, etiamsi a tota gente diligeretur, et multos haberet qui in partem doloris afflictionisque ejus venirent, et possent eum domi apud se excipere, et occultare. Sed is ne et aliis periculum crearet, in deserta loca fugiebat, et in specubus habitare cooptabat. Videturque mihi memoriam ejus refricare sanctus Apostolus his verbis : *In solitudinibus errantes, et montibus, et speluncis, et foraminibus terræ* [31]. Quemadmodum vero qui hunc præcedit, non psalmus erat, sed *tituli inscriptio*, quod Aquila interpretatur, *humilis perfecti*; Symmachus vero, *humilis et inculpati*; ita hic sermo, summam Davidis mansuetudinis et tolerantiæ virtutem indicans, humilis perfecti est, et humilis et immaculati ; ac insuper, quasi æterna memoria dignam humilitatem exhibet tituli inscriptio. Hac item virtute præditum Moysen fuisse testimonio fertur, ad eamque hortabatur Salvator et Dominus noster his verbis : *Discite a me quia mitis sum et humilis corde* [32]. Quia vero perseverantia et diuturna custodia hæc virtus opus habebat (nam *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* [33]), ideo inscriptum est : *In finem, ne disperdas.* Multi namque re bene cœpta non perseverantur usque in finem ; sed Spiritus sanctus Davidis fugam, moras in desertis, diutinam illam et constantem habitationem in speluncis approbans, ait illi: *In finem, ne disperdas*, semper talis maneas, ut tituli inscriptionem et memoriam æternam obtineas. Qui autem in his versatur non Cynicorum more, qui sapientiam hujus sæculi profitentur, tumore elatus ; neque altum sapiens, superbiensque de tolerantia vitæ ; neque ob constantem sectatorum et discipulorum instituti sui multitudinem inflatus, neque iis ceu satellitibus et com-

[27] Psal. cxli, 5. [28] ibid. 8. [29] Matth. x, 23. [30] Eccli. viii, 13. [31] Hebr. xi, 38. [32] Matth. xi, 29. [33] Matth. x, 22.

militonibus confidens ; sed mansuetum se, humilem perfectum ac vere sui despicientem et immaculatum opere exhibens,ad Deum clamabat, dicens : *Miserere mei, Deus, quoniam in te confidit anima mea, et in umbra alarum tuarum sperabo.* Novi enim alas tuas et tegumentum tuum perfectis animabus destinata esse : ego vero parvus et humilis, non in alis tuis, sed *in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas ;* sive, secundum Aquilam, *donec transeant insidiæ ;* vel, secundum Symmachum, *donec transeat calumniator.* Cum autem transierit iniquitas, atque insidiæ mihi paratæ, illeque calumniator dictus ; tunc non in umbra, sed in ipsis alis tuis, utpote profectu auctus liberatusque ab omni actione iniqua et a peccato, sperabo.

A τοὺς παρ' αὐτῷ συνηγμένους μιμητὰς καὶ μαθητὰς τοῦ οἰκείου τρόπου ἐκέκτητο χαυνούμενος· οὐδὲ ὡς ἐπὶ δορυφόροις καὶ συμμάχοις θαρσῶν· τὸν δὲ πρᾶον καὶ ταπεινὸν, τέλεόν τε καὶ ὡς ἀληθῶς ταπεινόφρονα καὶ ἄμωμον ἔργῳ παριστὰς, ἐβόα πρὸς τὸν Θεὸν λέγων· *Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι ἐπὶ σοὶ πέποιθεν ἡ ψυχή μου, καὶ ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων σου ἐλπιῶ.* Οἶδα μὲν γὰρ τὰς σὰς πτέρυγας καὶ τὴν σὴν σκέπην τελείαις ψυχαῖς ἀφωρισμένας· ἐγὼ δὲ, μικρὸς ὢν καὶ ταπεινὸς, οὐκ ἐπὶ ταῖς σαῖς πτέρυξιν, ἀλλ' *ἐπὶ τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων σου ἐλπιῶ,* ἕως ἂν *παρέλθῃ ἡ ἀνομία·* ἢ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἕως ἂν *παρέλθῃ ἡ ἐπιβουλή·* κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, ἕως ἂν *παρέλθῃ ἐπηρεαστής.* Ἐπειδὰν δὲ παρέλθῃ ἡ ἀνομία, καὶ ἡ κατ' ἐμοῦ ἐπιβουλὴ, καὶ ὁ ὠνομασμένος ἐπηρεαστὴς, οὐκέτι ἐν τῇ σκιᾷ, ἀλλ' ἐν αὐταῖς

B ταῖς σαῖς πτέρυξιν, ὡς ἂν προκόψας καὶ ἠλευθερωμένος πάσης ἀνόμου πράξεώς τε καὶ ἁμαρτίας, ἐλπιῶ.

Vers. 3, 4. *Clamabo ad Deum altissimum, Deum qui benefecit mihi. Misit de cœlo et salvavit me, dedit in opprobrium conculcantes me. Diapsalma.* Clamores et vociferationes emittere Deo solent viri justi, non alta voce, sed eminenti animæ virtute. Quare etiam silentes plerumque, spiritu clamabant. Ipse namque *Spiritus gemitibus inenarrabilibus postulat Deo*[34], secundum Apostolum.Sic itaque David ad Deum clamabat. Deinde, ut qui pleraque experimenta Servatoris sui ceperit, grato animo pergit, *Deum qui benefecit mihi.* Cum dicit autem, *Misit de cœlo, et salvavit me;* missum a Deo Salvatorem quemdam indicat. Quis vero sit ille jam non

C declarat, verum in alio docet, ubi ait: *Misit verbum suum, et sanavit eos, et eripuit eos de interitionibus eorum*[35]. Verbum itaque Dei erat, quod olim mittebatur, et eorum qui erant salute ejus digni, Salvator effectum est. Quod cum probe nosset David, aiebat: *Misit de cœlo, et salvavit me.* Itaque salute dignum per Salvatorem salvum faciebat Altissimus : ipseque juste judicans, insurgentes et conculcantes justum dabat in opprobrium : utinam et meliores reddidisset, opprobriisque ipsos resipiscere fecisset !

Κεκράξομαι πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον, τὸν Θεὸν τὸν εὐεργετήσαντά με. Ἐξαπέστειλεν ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἔσωσέ με, ἔδωκεν εἰς ὄνειδος τοὺς καταπατοῦντάς με. Διάψαλμα. Κραυγὰς καὶ βοὰς εἰώθασιν οἱ δίκαιοι τῷ Θεῷ πέμπειν, οὐ γεγωνῷ τῇ φωνῇ (1), δυνάμει δὲ ψυχῆς ὑπερβαλλούσῃ. Διὸ καὶ σιωπῶντες πολλάκις τῷ πνεύματι ἐβόων· αὐτὸ γὰρ τὸ *Πνεῦμα στεναγμοῖς ἀλαλήτοις ὑπερεντυγχάνει τῷ Θεῷ,* κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Οὕτως οὖν καὶ ὁ Δαυὶδ ἐκεκράγει πρὸς τὸν Θεόν. Εἶθ' ὡσανεὶ πολλάκις πεῖραν εἰληφὼς τοῦ ἑαυτοῦ Σωτῆρος, εὐγνωμόνως ἐπάγει λέγων, *τὸν Θεὸν τὸν εὐεργετήσαντά με.* Εἰπὼν δὲ, *Ἐξαπέστειλεν ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἔσωσέ με,* ἐμφαίνει ἀπεστάλθαι τινὰ Σωτῆρα ἐκ τοῦ Θεοῦ. Τίνα δὲ τοῦτον νῦν μὲν οὐ παρέστησεν, ἐν ἑτέρῳ δὲ διδάσκει, ἔνθα φησίν· *Ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἴασατο αὐτοὺς, καὶ ἐρρύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν.* Οὐκοῦν λόγος ἦν Θεοῦ, ὁ καὶ πάλαι ἀποστελλόμενος, καὶ τῶν ἀξίων τῆς αὐτοῦ σωτηρίας Σωτὴρ γιγνόμενος, ὃν καὶ ὁ Δαυὶδ ἀκριβῶς εἰδὼς ἔλεγεν· *Ἐξαπέστειλεν ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἔσωσέ με.* Τὸν μὲν οὖν σωτηρίας ἄξιον ἔσωζε διὰ τοῦ Σωτῆρος ὁ Ὕψιστος· ὁ δὲ αὐτὸς, δίκαια κρίνων, τοὺς ἐπανισταμένους καὶ καταπατοῦντας τὸν δίκαιον ἐδίδου εἰς ὄνειδος, ὤφελον καὶ βελτίους ἀπεργαζόμενος, διὰ τοῦ ὀνειδίζειν καὶ ἐπιστρέφειν εἰς ἑαυτόν.

Vers. 5. *Misit Deus misericordiam suam et veritatem suam, et eripuit animam meam de medio catulorum leonum,* et cætera. Sententiam quæ superius deficiebat his exposuit. Cum quæreretur enim quemnam misisset de cœlo ad eripiendum Davidem hic declarat: *Misit Deus misericordiam suam et veritatem suam.* Misericordia autem et veritas missa quænam fuerint nisi Dei verbum, de quo dicebatur, *Misit verbum suum, et sanavit eos, et eripuit eos de interitionibus eorum ?* Ipsumque similiter lux missa dicitur in psalmo qui ait : *Emitte lucem tuam et veritatem tuam, ipsa me deducent*[36]. Lux autem veritas et verbum, missa ab altissimo Deo, non

D *Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ ἔλεος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ, καὶ ἐρρύσατο τὴν ψυχήν μου ἐκ μέσου σκύμνων,* καὶ τὰ ἑξῆς. Τὴν ἀνωτέρω λείπουσαν διάνοιαν διὰ τῶν προκειμένων ἀποδέδωκε. Ζητουμένου γὰρ τίνα ἐξαπέστειλεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔσωσε τὸν Δαυὶδ, παρέστησεν ἐνταῦθα εἰπών· *Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ ἔλεος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ.* Ἔλεος δὲ καὶ ἀλήθεια ἐξαποστελλομένη τίς ἂν εἴη ἢ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, περὶ οὗ ἐλέγετο, *Ἐξαπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἴασατο αὐτοὺς, καὶ ἐρρύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν ;* Ὁ δ' αὐτὸς ὁμοίως καὶ φῶς ἀποστελλόμενον εἴρηται ἐν τῷ φάσκοντι ψαλμῷ· *Ἐξαπόστειλον τὸ*

[34] Rom. VIII, 26. [35] Psal. CVI, 20. [36] Psal. XLII, 3.

(1) *Γεγωνῷ τῇ φωνῇ.* Ita correximus quod editi exhibent γεγονοτῇ φωνῇ. Edit.

σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου, αὐτά με ὁδηγήσει. Φῶς δὲ καὶ ἀλήθεια καὶ λόγος ἀποστελλόμενα παρὰ τοῦ ὑψίστου Θεοῦ, οὐκ ἀνούσια, οὐδὲ ἀνυπόστατα· οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν πρᾶγμα ἀνυπόστατον ἀποστέλλεσθαι. Ὥσπερ δὲ Λόγος νοεῖται ἰάσεως καὶ σωτηρίας ποιητικὸς, οὕτως ἐπὶ τοῦ παρόντος ὁ αὐτὸς ἔλεος ὠνόμασται, ὡς ἂν ὑπηρετικὸς ὢν τῆς τοῦ Πατρὸς φιλανθρωπίας· ὁμοίως δὲ καὶ ἀλήθεια, ὡς ἂν ἀληθῶς ὑφεστὼς καὶ κατ' ἐνέργειαν οὐσιωμένος. Ὁ γοῦν ἡμέτερος λόγος ὤν, συλλαβαῖς καὶ ῥήμασι καὶ ὀνόμασι τὴν ὑπόστασιν ἔχων, καὶ διὰ γλώττης καὶ φωνῆς ἐξηχούμενος, οὐκ ἂν λεχθείη κυρίως καὶ ἀληθῶς λόγος. Ἔχει γοῦν ἕτερον τὸν γεννῶντα αὐτὸν, ὃν καὶ κυρίως ἂν τις εἴποι ἀληθῆ λόγον· τοῦτον δ' εἶναί φασι τὸν ἐνδιάθετον. Ὥσπερ οὖν ὁ ἐν ἡμῖν ἐνδιάθετος λόγος (1), ὁ καὶ κυρίως ἂν ῥηθεὶς ἀληθῶς λόγος, ὑπόστατος τυγχάνει, κατ' οὐσίαν ὑφεστὼς, ἕτερός τε ὢν παρὰ τὸν ἀποστέλλοντα αὐτόν· διὸ ἀνωτέρω μὲν ἐλέγετο, *Ἐξαπέστειλεν ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἔσωσέ με.* Τίνα δὲ ἐξαπέστειλε, ἐπὶ τοῦ παρόντος διδάσκει φάσκων· *Ἐξαπέστειλε τὸ ἔλεος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ, καὶ ἐρρύσατο τὴν ψυχήν μου ἐκ μέσου σκύμνων* ὧν μέσος γενόμενος *ἐκοιμήθην*, φησὶ, *τεταραγμένος.* Μέσος γὰρ ἀπολειφθεὶς σκύμνων τῶν ἐν Γὲθ ἀλλοφύλων, ἢ τῶν ἄλλως πολεμούντων με ἐχθρῶν, τὸ ὅσον ἐπ' ἐμοὶ καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀσθενείᾳ, *ἐκοιμήθην τεταραγμένος.* Ὁ δὲ Ὕψιστος Θεὸς, τὸν προλεχθέντα λόγον αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸν ἔλεον ἐξαποστείλας, ἐρρύσατο τὴν ψυχήν μου, ὡς μηδὲν αὐτὴν παθεῖν ἐκ τῆς ταραχῆς τῶν σκύμνων. Κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτάς· Οὐ τεταραγμένος, φησὶν, ἐκάθευδον μέσος ἀπολειφθεὶς λεόντων, ἀλλ' ἀπτόητος ἦμην καὶ εὐθαρσής. Λέγει γοῦν ὁ Ἀκύλας· *Ἐν μέσῳ λεαινῶν κοιμηθήσομαι λάβρων·* ὁ δὲ Σύμμαχος· *Ἐν μέσῳ λεόντων εὐθαρσῶν ἐκοιμήθην.* Τίνες δὲ ἦσαν οἱ λέοντες, ἢ οἱ σκύμνοι καὶ αἱ λέαιναι, διασαφεῖ ἑξῆς λέγων· *Υἱοὶ ἀνθρώπων οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὅπλον καὶ βέλη, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν μάχαιρα ὀξεῖα.* Παντὸς γὰρ θηρὸς ἀγρίου ἰοβόλου τε ἑρπετοῦ, χείρων ἂν γένοιτο φαῦλος καὶ πονηρὸς ἄνθρωπος, μάλιστα ὁ διαβολαῖς καὶ καταλαλιαῖς σχολάζων, καὶ ταῖς τῶν θεοφιλῶν ψυχαῖς ἐπιβουλεύων, οὐχ ὅπλοις δὲ καὶ δόρασι, κεκρυμμένοις δὲ καὶ λανθάνουσι τοῖς διὰ λόγων ἀναιρετικοῖς ὀργάνοις. Κέχρηνται γοῦν οἱ τοιοῦτοι τῇ μὲν τῶν ὀδόντων περιβολῇ ὥσπερ τινὶ ὅπλῳ περιφράττοντι, καὶ περικλείοντι τοὺς εἴσω τῶν ὀδόντων κρυπτομένους λόγους· τῇ δὲ γλώττῃ καὶ ταῖς ἐκ ταύτης διαπεμπομέναις διαβολαῖς, ὥσπερ τισὶ βέλεσιν ἀκοντιζομένοις. Ἡ δ' αὐτὴ τῶν τοιούτων γλῶττα μαχαίρας ὀξυτάτης οὐδὲν ἂν διαφέροι κεντούσης, καὶ τὰ πρὸς θάνατον ἐνεργούσης. Ἀλλ' οἱ μὲν ἀνθρώπινοι λέοντες καὶ ὠνομασμένοι σκύμνοι τοιοῦτοι. Ἐγὼ δὲ αὐτῶν διέφερον τὴν ἐπιβουλὴν, διὰ τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἀπεσταλμένον μοι Σωτῆρα, τὸν ῥυσάμενον τὴν ψυχήν μου ἐκ μέσου σκύμνων. Εἴτε δὲ ταῦτα περὶ τοῦ Σαοὺλ ἐλέγετο, εἴτε περὶ τῶν διαβαλλόντων τὸν Δαυὶδ παρὰ τὸν Σαοὺλ, εἴτε περὶ τῶν ἐν Γὲθ ἀλλοφύλων, εἴτε περὶ ἀοράτων ἐχθρῶν, καὶ αὐτὸς ἐπιστήσεις.

A sine essentia, nec sine substantia sunt : neque enim poterat res sine substantia mitti. Quemadmodum autem Verbum intelligitur curationis et salutis effector ; sic et in præsenti idem misericordia vocatur, utpote paternæ erga homines clementiæ minister : similiter et veritas dicitur, ut vere subsistens, et secundum agendi vim substantia præditum. Nostrum itaque verbum, syllabis, verbis et nominibus substantiam habens, lingua et voce emissum, non proprie ac vere verbum dicatur. Habet enim aliud se gignens, quod quis proprie ac vere verbum appellaverit, quod aiunt insitum esse. Sicut insitum in nobis verbum, quod proprie verbum dicitur, substantiam habet, cum secundum essentiam subsistat, aliudque sit ab eo qui misit B ipsum, quare superius dicebatur, *Misit de cœlo, et salvavit me.* Quem vero miserit, in præsenti docet dicens : *Misit misericordiam suam, et veritatem suam, animam meam eripuit de medio catulorum leonum :* in quorum medio consistens, ait : *Dormiri conturbatus.* Nam in medio catulorum leonum Gethæorum scilicet allophylorum deprehensus, seu inimicorum me alia ratione impugnantium, quantum mihi per humanam infirmitatem licuit, *dormiri conturbatus.* Altissimus vero Deus prædictum verbum, misericordiam et veritatem suam mittens, eripuit animam meam, ut ex perturbatione catulorum leonum nihil pateretur. Secundum reliquos autem interpretes : Non conturbatus, inquit, dormiebam in medio leonum deprehensus ; sed imperterritus et confidens eram. Ait igitur Aquila : *In* C *medio leænarum dormiam voracium ;* Symmachus vero : *In medio leonum confidens dormivi.* Quinam essent leones, vel catuli leonum et leænæ, postea declarat, dicens : *Filii hominum dentes eorum telum et sagittæ, et lingua eorum gladius acutus.* Siquidem omni fera agresti, venenosa et reptili deterior fuerit improbus et nequam homo, maximeque qui calumniis et maledictis vacat, et qui religiosis animabus insidiatur, non telis et hastis, sed occultis et latentibus verborum perniciosis instrumentis. Hi itaque dentium ambitu quasi armis utuntur circummunientibus, et concludentibus verba intra dentium septum latentia ; lingua vero calumniisque D ex ea emissis, ceu quibusdam telis jaculantur Ea vero ipsa eorum lingua, a gladio acuto et pungente cædemque perpetrante, nihil differat. Sane quidem tales sunt humani leones, et memorati catuli leonum. Ego vero eorum insidias declinavi Salvatoris a Deo missi opera, qui eripuit animam meam de medio catulorum leonum. An hæc de Saule dicantur, sive de iis qui Davidem apud Saulem calumniati sunt, sive de allophylis Gethæis, seu de invisibilibus inimicis ; tu ipse perpendas velim.

(1) *Ἐνδιάθετος λόγος, insitum verbum*, dicitur ad differentiam τοῦ προφορικοῦ, *prolati*. Horum frequens apud Patres usus. EDIT.

VERS. 6, 7. *Exaltare super cœlos, Deus, et super omnem terram, gloria tua*, et cætera. Missum sibi ab Altissimo adjutorem et Servatorem, utpote qui se humiliaverit per suum ad homines descensum, et animam suam eripuerit de medio catulorum leonum, his verbis Propheta compellat : Quoniam ex propria magnitudine descendens, teque ipsum parvum efficiens, humilitatis meæ curam suscepisti, et eripuisti animam meam de medio prædictorum, exaltare demum, proprium thronum ac tibi competens regnum cœlorum repete. Neque enim terra gloria tua privabitur, etiamsi in cœlo degas. Quemadmodum enim sol proprium cursum conficiens, eos qui in terra versantur fulgore suo non fraudat, eodem modo et tu, Domine, etiamsi ob magnam mittentis te Patris erga homines clementiam, usque ad parvitatem meam te extenderis ; at exaltare demum super cœlos, et in sinu Paternæ deitatis residens, omnem terram gloria tua reple. Hæc porro jure profero, in tuto contra malum quodlibet positus, et a prædictis catulis et leonibus tua visitatione ereptus, qui *laqueos paraverunt pedibus meis*, et, quantum in ipsis erat, *incurvaverunt animam meam* ; sed etiam *foderunt ante faciem meam foveam*. Sed hæc in suam perniciem, non in meam, tua protectione, designarunt. Ipsi namque in hanc foveam suam primi ceciderunt. Quapropter quia tu a Patre missus talia edidisti, exaltare demum, ac cœlestes illas mansiones, ut tibi proprias et deitati tuæ consuetas recipe.

A Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανούς, ὁ Θεός, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου, καὶ τὰ ἑξῆς. Τῷ ἐξαποσταλέντι ὑπὸ τοῦ Ὑψίστου βοηθῷ ἑαυτοῦ καὶ Σωτῆρι, ὡς ἂν ἑαυτὸν ταπεινώσαντα διὰ τῆς μέχρι; ἀνθρώπων καθόδου, ῥυσαμένῳ τε τὴν ψυχὴν αὐτῶ ἐκ μέσου σκύμνων, ἐπιφωνεῖ λέγων ὁ Προφήτης· Ἐπειδὴ, τοῦ οἰκείου μεγέθους ὑποκαταβὰς, καὶ σεαυτὸν σμικρύνας, τῆς ἐμῆς ταπεινότητος ἐφρόντισας, ἐῤῥύσω τε τὴν ψυχήν μου ἐκ μέσου τῶν προλεχθέντων, ὑψώθητι λοιπὸν, καὶ ἀπολάμβανε τὸν σαυτοῦ θρόνον καὶ τὴν πρέπουσάν σοι ἐν οὐρανῷ βασιλείαν. Οὐδὲ οὕτως γὰρ ἀποστερηθήσεται ἡ γῆ τῆς σῆς δόξης, κἂν ἐν οὐρανῷ διατρίβῃς. Ὥσπερ γὰρ ἥλιος, τὸν οἰκεῖον ἀποτελῶν δρόμον, οὐκ ἀποστερεῖ τοὺς ἐπὶ γῆς τῆς ἑαυτοῦ λαμπηδόνος· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ σὺ, ὦ Κύριε, εἰ καὶ τὰ μάλιστα δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας τοῦ καταπέμψαντός σε Πατρὸς μέχρι τῆς ἐμῆς σμικρότητος ἐξητάσθης, ἀλλ' ὑψώθητι λοιπὸν ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τοῖς κόλποις τῆς Πατρικῆς θεότητος ἐνοικῶν, πλήρου τῆς σαυτοῦ δόξης πᾶσαν τὴν γῆν. Λέγω δὲ ταῦτα εἰκότως, ἐν ἀμεριμνίᾳ παντὸς κακοῦ γεγονὼς, καὶ τῶν προλεχθέντων σκύμνων καὶ λεόντων διὰ τῆς σῆς ἐπισκοπῆς ῥυσθείς· οἵτινες *παγίδας ἡτοίμασαν τοῖς ποσί μου*, καὶ, τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς, *κατέκαμψαν τὴν ψυχήν μου*· ἀλλὰ καὶ *ὤρυξαν πρὸ προσώπου μου βόθρον*. Ταῦτα δὲ καθ' ἑαυτῶν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐμοῦ διὰ τὴν σὴν σκέπτην εἰργάσαντο. Ἔφθασαν γὰρ αὐτοὶ μᾶλλον εἰς τὸν ἑαυτῶν καταπεσόντες βόθρον. Διόπερ ἐπειδὴ ταῦτα εἰργάσω σὺ ὁ ἀπεσταλμένος ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, ὑψώθητι λοιπὸν, καὶ ἀπολάμβανε τὰς οὐρανίους, ὡς οἰκείας καὶ συνήθεις τῇ σῇ θεότητι διατριβάς.

B

C

VERS. 8-12. *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, cantabo et psalmum dicam*, etc. Salvator in sua ad discipulos doctrina hæc de Spiritu sancto dixit : *Si diligitis me, mandata mea servate, et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut sit vobiscum in æternum, Spiritum veritatis*[37] ; et rursum : *Hæc locutus sum vobis apud vos manens, Paracletus autem, Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret*[38] ; ac iterum : *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, narrabit vobis veritatem, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis*[39]. Quibus declarat majora illa sua esse, quam ut ab apostolis caperentur : Non enim potestis, inquit, portare : sed Spiritum veritatis ex se datum et apostolis ab se missum, annuntiaturum ait ipsis omnem veritatem. Quod si hæc sic intelligantur, jure David, postquam Deo in sui auxilium misso dixerat, *Exaltare super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua* ; rogat exinde eumdem ut sibi mittat Spiritum Paracletum, propheticum ; paratum sese dicens ad excipiendum eum : purgatum scilicet esse templum in se positum, et animæ suæ receptaculum ; nimirum ipsam mentem, quam tro-

Ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ὁ Θεὸς, ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ᾄσομαι καὶ ψαλῶ, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁ Σωτὴρ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς μαθητὰς διδασκαλίαις ταῦτ' εἰρηκὼς περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· Ἐὰν ἀγαπᾶτε ἐμὲ, τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμὰς τηρήσατε· καὶ ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα ᾖ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας· καὶ πάλιν· Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν παρ' ὑμῖν μένων· ὁ δὲ Παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὃ πέμψει ὁ Πατήρ μου ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα καὶ ὑπομνήσει· καὶ αὖθις· Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, διηγήσεται ὑμῖν τὴν ἀλήθειαν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψει, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Δι' ὧν παρίστησι μείζονα μὲν εἶναι τὰ παρ' αὐτοῦ καὶ μὴ χωρούμενα ὑπὸ τῶν ἀποστόλων· Οὐ γὰρ δύνασθε, φησὶ, βαστάζειν· τὸ δὲ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ ἐξ αὐτοῦ χορηγούμενον καὶ τοῖς ἀποστόλοις ὑπ' αὐτοῦ πεμπόμενον ἀναγγέλλειν αὐτοῖς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Εἰ δὴ οὖν ταῦτα νενόηται, εἰκότως καὶ ὁ Δαυὶδ τῷ ἀπεσταλμένῳ Θεῷ εἰς τὴν αὐτοῦ βοήθειαν προφήσας, Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανούς, ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου, ἱκετεύει ἐξῆς τὸν αὐτὸν καταπέμψαι αὐτῷ τὰ Πνεῦμα τὸν

D

[37] Joan. XIV, 15-17. [38] ibid. 25, 26. [39] Joan. XVI, 12, 13.

Παράκλητον, τὸ προφητικὸν, ἕτοιμον εἶναι ἑαυτὸν φάσκων εἰς ὑποδοχὴν αὐτοῦ· κεκαθάρθαι γὰρ τὸν ἐν αὐτῷ ναὸν καὶ τὸ δοχεῖον τῆς αὐτοῦ ψυχῆς· δηλαδὴ τὴν αὐτὴν διάνοιαν, ἣν τροπικῶς καρδίαν εἴωθεν ὀνομάζειν ὁ λόγος· ὃ δὴ παρίστησι λέγων· *Ἑτοίμη ἡ καρδία μου, ὁ Θεός, ἑτοίμη ἡ καρδία μου.* Ἡ μὲν οὖν ἐμὴ καρδία καὶ τὸ διανοητικὸν ἕτοιμον τυγχάνει, φησί. Σὺ δὲ λοιπὸν κατάπεμπέ σου τὸ Πνεῦμα. Ἐπιστάντος γὰρ αὐτοῦ καὶ ἐποχουμένου τῇ ἐμῇ ψυχῇ, συνήθως ᾄσομαι καὶ ψαλῶ, τὴν ἐμαυτοῦ διακονίαν καὶ ὑπηρεσίαν παρέχων τῇ δυνάμει τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος. Καὶ ταῦτ' εἰπὼν, παραχρῆμά τε εἰσακουσθεὶς κατὰ τὸ, *Ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι*, συνήσθετο τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρουσίας. Εἶθ' ὥσπερ ἐπὶ θύραις ἑστῶτος, ἐπιστρέφεται ὁ Προφήτης, καὶ διεγείρει αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν διακονίαν τῆς προφητείας· διὸ ἐπιφέρει· *Ἐξεγέρθητι, ἡ δόξα μου.* Δόξα μου ἐστὶ τὸ προφητεύειν. Εἶτ' ἐπιλέγει· *Ἐξεγέρθητι, ψαλτήριον καὶ κιθάρα·* τὴν μὲν ψυχὴν διὰ τοῦ ψαλτηρίου, τὴν δὲ κιθάραν διὰ τοῦ σώματος αἰνιττόμενος· ἢ καὶ αὐτὰ τὰ συνήθη ὄργανα ταῖς χερσὶν ἀναλαμβάνων, ἐπὶ τῷ ἀνακρούσασθαι τὰ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ὑποβαλλόμενα. Καὶ τούτοις προστίθησι λέγων· *Ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου.* Ἄρτι γὰρ φωτισθεὶς διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος παρουσίας, ἐν ἡμέρᾳ τε θείου φωτὸς γενόμενος, ἕτοιμός εἰμι προφητεύειν. Καὶ ταῦτ' εἰπὼν, ἀνατίθησιν ὅλον ἑαυτὸν τῷ Πνεύματι· τὸ δὲ ὡς δι' ὀργάνου διὰ τοῦ προφήτου ἀγαθῶν ἀπαγγέλλει, ἀνὰ πᾶσιν εὐαγγελίζεται τοῖς ἔθνεσι φάσκον· *Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς, Κύριε, ψαλῶ σοι ἐν ἔθνεσιν.* Ἐπειδὴ γὰρ ἐπὶ τοῦ παρόντος τὸ Ἰουδαίων ἔθνος καὶ ὁ τούτων λαὸς τοὺς σοὺς ἐλαύνει προφήτας, ὡς μηδενὸς τόπου παραχωρεῖν αὐτοῖς· ἔσται δὲ καιρὸς καθ' ὃν πάντα τὰ ἐπὶ γῆς ἔθνη καὶ πάντες οἱ ἐν ἀνθρώποις λαοὶ τοῦ σοῦ ἐλέου μεθέξουσιν, ὡς ἐμὲ τὸ προφητικὸν Πνεῦμα πάντας ἀθρόως λαοὺς πληρῶσαι καιρῷ τῷ θεσπιζομένῳ, γενόμενον ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐξομολογήσασθαί σοι καὶ εὐχαριστῆσαι, ὅτε καὶ ψαλῶ σοι, οὐκ ἐν τῷ Ἰουδαίων λαῷ, ἀλλ' ἐν πᾶσι τοῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνεσι· τούτου χάριν φημί· *Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς, Κύριε, ψαλῶ σοι ἐν ἔθνεσι.* Τὸ δὲ τούτου αἴτιον, λέγω δὲ τὸ ἐν πᾶσι τοῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης λαοῖς καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐμπολιτεύεσθαι τὸ προφητικὸν πνεῦμα. Καὶ τοὺς πάλαι ἀναφωνηθέντας προφητικοὺς λόγους εἰς ἔργα χωρήσειν ἐξῆς διασαφεῖ φάσκον· *Ὅτι ἐμεγαλύνθη ἕως τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός σου, καὶ ἕως τῶν νεφελῶν ἡ ἀλήθειά σου.* Τὸ γὰρ παράδοξον τοῦτ' ἦν, ὅτι τὰ μὲν οὐράνια ἐλέους φημὶ ἀξιοῦσθαι, τὰ δὲ ἐπίγεια τῆς ἀληθείας. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα δοκεῖ τὰ ἐν οὐρανοῖς κεκαθαρμένα τυγχάνειν, καὶ πάντα τέλεια καὶ εἰς ἄκρον ἀρετῆς ἐληλακότα· ὅμως δ' οὖν καὶ αὐτὰ διὰ τὸν σὸν ἔλεον τοιαῦτα ὄντα καθέστηκεν. Οὐ γὰρ ἐξ αὐτῶν, οὐδὲ παρ' ἑαυτῶν τῆς τοιαύτης μετέχει μακαριότητος, ἀλλὰ παρὰ σοῦ τοῦ πάντων ἀγαθῶν χορηγοῦ. Ἡ

pice cor Scriptura solet appellare : quod his significat, *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum.* Cor igitur meum, ac vis intelligendi parata est. Tu vero tandem emitte Spiritum tuum. Astante quippe illo, et animæ meæ insidente, pro consueto more *cantabo et psalmum dicam*, opemque meam et ministerium virtuti prophetici spiritus præstabo. Hisque dictis, statim exauditus, secundum illud, *Adhuc te loquente, dicam : Ecce adsum*[46], Spiritus sancti præsentiam animadvertit. Deinde quasi ipso in januis stante, convertitur Propheta, seseque ad ministerium prophetiæ excitat : quare subjungit : *Exsurge, gloria mea.* Gloria mea est prophetare. Addit postea, *Exsurge, psalterium et cithara :* psalterio animam, cithara corpus subindicans; sive hæc ipsa solita instrumenta manibus arripiens, ad ea pulsanda quæ Spiritus suggesserit. His adjicit, *Exsurgam diluculo.* Modo enim Spiritus præsentia illuminatus, et in die divinæ lucis positus, paratus sum ad prophetandum. Hisque dictis, sese totum Spiritui addicit : ille vero per Prophetam ceu per instrumentum, bona annuntiat, omnibusque gentibus evangelizat dicens : *Confitebor tibi in populis, Domine, psallam tibi in gentibus.* Quia enim in præsenti Judaica gens et populus prophetas pellit tuos, ut nullus iis locus perfugii relinquatur; eritque tempus quo omnes universæ terræ gentes et omnes in hominibus populi, misericordiæ tuæ participes erunt, ita ut ego propheticus spiritus prænuntiato tempore omnes una populos adiens repleam, confitearque ac gratias agam tibi, quando psallam tibi, non in populo Judaico, sed in omnibus per universum orbem gentibus; ideo dico, *Confitebor tibi in populis, Domine, psallam tibi in gentibus.* Hujusque rei causam esse dico, quod in omnibus per orbem populis et apud omnes gentes propheticus spiritus versetur. Propheticos autem olim prolatos sermones opere complendos esse post declarat dicens : *Quoniam magnificata est usque ad cœlos misericordia tua, et usque ad nubes veritas tua.* Nam quod incredibile videatur, cœlestia misericordia dignata fuisse dixi; terrena, veritate. Etsi enim ea præsertim, quæ in cœlo sunt, purgata videantur, omniaque perfecta, et ad virtutis summum progressa; attamen ipsa per misericordiam tuam tali in conditione posita sunt. Neque enim ex se et sua vi tali gaudent felicitate, sed abs te omnium bonorum subministratore. Sive alio modo, *Quoniam magnificata est usque ad cœlos misericordia tua*, effusa in homines omnes. Quam item superius missam esse dicebatur his verbis, *Misit Deus misericordiam suam et veritatem suam.* Tanta enim in hominibus misericordia illa missa edidit, ut in omnibus populis ego Spiritus sanctus confitear tibi, et in omnibus gentibus psallam tibi : unde factum ut magnificata illa sit usque ad cœlos; quia usque ad cœlos pertraxit homines qui proficiebant; ita ut ipsis regni cœlorum

[46] Isa. LVIII, 9.

promissio data sit. Sed etiam, inquit, usque ad nubes veritas tua. Nubes autem, divinæ Providentiæ voluntati operam dantes, pluviæ inserviunt. Eo autem commonstratur Deus hominibus providere, quod dispensatio, et veritas inspectionis ejus usque ad nubium ministerium pertingat. Alias quoque, perfectas in hominibus animas, propheticas scilicet, quæ Dei doctrinam ceu pluviam egentibus animabus subministrant, nubes solet Scriptura appellare. Cum ergo Isaias propheta vastitatem Judaico populo minabatur, Deum ita loquentem induxit. *Destruam sepem ejus, et erit in direptionem; et destruam murum ejus, et erit in conculcationem. Et dimittam vineam meam, et non putabitur, neque fodietur: et ascendet in ipsa quasi inculta, spina. Et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem*[41]. Palam hisce verbis divini prophetæ nubes vocantur: qui, spiritu cœlesti repleti, animabus hominum rationabiles pluvias suppeditabant. Quoniam igitur veritas Dei et misericordia ejus, de quibus paulo ante dicebat, *Misit Deus misericordiam suam et veritatem suam, et eripuit animam meam de medio catulorum leonum*, olim quidem animam Davidis eripuit, futurumque erat ut postea visitaret omnes gentes; jure Spiritus sanctus qui hæc annuntiat, et ait fore ut in populis confiteatur, et psallat Deo in omnibus gentibus; hujus rei causam apponit dicens: *Quoniam magnificata est usque ad cælos misericordia tua*, et cætera. Deinde his ceu sigillum adjicit his verbis: *Exaltare super cælos, Deus, et super omnem terram gloria tua*, eumdem de Deo sermonem secundo repetens. Tibi, inquit, convenit exaltari, tametsi hominum causa te nostræ abjectioni attemperas, populos atque gentes gratia tua vocans. Verum exaltare, thronum repete tuum. Sic enim in cœlis mansionem habens, in tuaque deitate, in tuo regno consistens, gloria tua universam terram replere valebis. Quod item Moyses describit, Deum inducens de Judæis quidem ob conflatum vitulum hæc dicentem: *Dimitte me, et incensus ira conteram ipsos*[42]; de vocatione autem gentium adjicientem illud, *Vivo ego et vivit nomen meum, quia implebitur gloria mea universa terra.* Apud Isaiam vero seraphim, quæ Dominum Sabaoth circumdant, clamabant: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus*[43]. Quibus affinia in LXXI psalmo, de Christo clare narrante, dicta sunt[44]: *Benedictus Dominus Deus Israel, et benedictum nomen gloriæ ejus, et replebitur omnis terra gloria ejus.* Hæc igitur obsignat præsens prophetia dicens: *Exaltare super cælos, Deus, et super omnem terram gloria tua.*

ἄλλως, *Ὅτι ἐμεγαλύνθη ἕως τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός σου*, τὸ χυθὲν εἰς πάντας ἀνθρώπους. Ὃ δὴ καὶ ἀνωτέρω ἀπεστάλθαι ἐλέγετο ἐν τῷ, *Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ ἔλεος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ*. Τοιαῦτα γὰρ ἐν ἀνθρώποις κατώρθωσε τὸ ἀποσταλὲν ἔλεος, ὡς ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς ἐμὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξομολογήσασθαί σοι, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι ψάλαι σοι· ὅθεν ἐμεγαλύνθη ἕως τῶν οὐρανῶν· ἐπὶ μέχρι τῶν οὐρανῶν τοὺς ἐν ἀνθρώποις προκόψαντας εἵλκυσεν, ὡς καὶ ἐπαγγελίαν αὐτοῖς δεδόσθαι βασιλείας οὐρανῶν. Ἀλλὰ καὶ ἕως τῶν νεφελῶν, φησὶν, ἡ ἀλήθειά σου. Νεφέλαι δὲ ὑπηρετικαὶ τυγχάνουσιν ὑετῷ, τῷ τῆς θείας Προνοίας βουλήματι διακονούμεναι. Οὕτω δὲ παρίστησιν ὁ λόγος προνοεῖν ἀνθρώπων τὸν Θεὸν, ἐκ τοῦ μέχρι τῶν νεφελῶν ἐκτείνεσθαι αὐτοῦ τὴν διοίκησιν, καὶ τὴν ἀλήθειαν τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ μέχρι τῆς τῶν νεφελῶν ὑπηρεσίας φθάνειν. Καὶ ἄλλως δὲ τὰς ἐν ἀνθρώποις τελείας ψυχὰς, τὰς προφητικὰς ὥσπερ ὑετοὺς τὰς ἐκ Θεοῦ διδασκαλίας χορηγούσας ταῖς τούτων δεομένων ψυχαῖς, νεφέλας εἴωθεν ὀνομάζειν ἡ Γραφή. Ὅτε γοῦν ἠπείλει τῷ Ἰουδαίων ἔθνει ἐρημίαν ὁ προφήτης Ἡσαΐας, τὸν Θεὸν εἰσῆγε λέγοντα· *Καθελῶ τὸν φραγμὸν αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς διαρπαγήν· καὶ καθελῶ τὸν τοῖχον αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς κατάπατημα. Καὶ ἀνήσω τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ οὐ μὴ τμηθῇ, οὐδὲ μὴ σκαφῇ· καὶ ἀναβήσεται εἰς αὐτὸν ὡσεὶ χέρσον ἄκανθα. Καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι τοῦ μὴ βρέξαι ἐπ' αὐτὸν ὑετόν.* Ἀντικρυς διὰ τούτων τῶν θείων προφητῶν, νεφελῶν ὠνομασμένων, οἱ πνεύματος οὐρανίου πληρούμενοι λογικοὺς ὑετοὺς ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἐχορήγουν ψυχαῖς. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, περὶ ὧν μικρὸν πρόσθεν ἔλεγεν, *Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ ἔλεος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ, καὶ ἐρρύσατο τὴν ψυχήν μου ἐκ μέσου σκύμνων*· πάλαι μὲν τὴν ψυχὴν ἐρρύσατο τοῦ Δαυὶδ, ἤμελλε δὲ καὶ μετὰ ταῦτα καὶ πάντα ἐπισκοπεῖν τὰ ἔθνη· εἰκότως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ταῦτα εὐαγγελιζόμενον, καὶ ὅτι ἐν λαοῖς ἐξομολογήσεται, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι ψαλεῖ τῷ Θεῷ, τὴν αἰτίαν προστίθησι λέγον· *Ὅτι ἐμεγαλύνθη ἕως τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός σου*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἶτα τούτοις ἅπασι τὸ ἐπισφράγισμα ἐπάγει λέγον· *Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς, ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου*, δεύτερον ἐπαναλαβὼν τὴν αὐτὴν θεολογίαν. Σοὶ γὰρ, φησὶ, πρέπει ὑψοῦσθαι, εἰ καὶ τὰ μάλιστα δι' ἀνθρώπους συγκαταβαίνεις τῇ ἡμετέρᾳ ταπεινώσει, λαοὺς καὶ ἔθνη προσκαλούμενος τῇ σαυτοῦ χάριτι. Ἀλλ' ὑψώθητι, καὶ ἀπολάμβανε τὸν σαυτοῦ θρόνον. Καὶ οὕτως γὰρ ἐν οὐρανοῖς τὰς διατριβὰς ποιούμενος, καὶ ἐν τῇ σαυτοῦ τυγχάνων θεότητί τε καὶ βασιλείᾳ, πᾶσαν τὴν γῆν πληροῦν δυνήσῃ τῆς σαυτοῦ δόξης. Ὁ δὴ καὶ Μωσῆς ἀναγράφει τὸν Θεὸν εἰσάγων περὶ μὲν Ἰουδαίων λέγοντα δι' ἣν εἰργάσαντο μοσχοποιίαν· *Ἔασόν με, καὶ θυμωθεὶς ὀργῇ ἐκτρίψω αὐτούς*· περὶ δὲ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως ἐπάγοντα τὸ, *Ζῶ ἐγὼ, καὶ ζῇ τὸ ὄνομά μου, ὅτι πληρωθήσεται τῆς δόξης μου πᾶσα ἡ γῆ*. Καὶ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ δὲ τὰ σεραφὶμ, κυκλοῦντα τὸν *Κύριον Σαβαὼθ, ἔβόα· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Θεὸς Σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ.*

[41] Isa. v, 5, 6. [42] Exod. xxxii, 16. [43] Isa. vi, 3. [44] Psal. lxxi, 18, 19.

Οἷς συμφώνως καὶ ἐν οα' ψαλμῷ τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ σαφῶς διαγορεύοντι λέλεκται· *Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, καὶ εὐλογητὸν τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ.* Ταῦτ' οὖν καὶ ἡ παροῦσα προφητεία ἐπισφραγίζεται λέγουσα· *Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανούς, ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου.*

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΜΗ ΔΙΑΦΘΕΙΡΗΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ, ΕΙΣ ΣΤΗΛΟΓΡΑΦΙΑΝ. ΝΖ'.

IN FINEM, NE DISPERDAS, IN TITULI INSCRIPTIONEM. LVII.

Εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε, εὐθέα κρίνετε, υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρειν, φυλάττειν δὲ ἕκαστον τὰ ἑαυτοῦ τέλη, καὶ ὁ παρὼν παραινεῖ λόγος. Ἄμφω δὲ, ὅ τε μετὰ χεῖρας καὶ ὁ πρὸ αὐτοῦ τὴν ἴσην ἔχουσι προγραφὴν, ὁμοίως τὸ, *Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς τῷ Δαυΐδ*, καὶ τὸ, *εἰς στηλογραφίαν*, περιέχοντες. Ὅ γε μὴν χρόνος, εἰ καὶ μὴ ἐν τῷ παρόντι, ἀλλ' ἐν τῷ πρὸ τούτου δεδήλωται κατὰ τὴν προσθήκην ἣ φησιν, *Ἐν τῷ αὐτὸν ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον.* Κατὰ τὸν αὐτὸν οὖν εἰρῆσθαι χρόνον καὶ ὁ προκείμενος, οὐ μόνον ἐκ τῶν εἰρημένων δοκεῖ μοι, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἑξῆς ἐπιφερομένων. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ πρὸ τούτου στηλογραφία περὶ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων ἔλεγεν, *Υἱοὶ ἀνθρώπων, οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὅπλον καὶ βέλη*· εἰκότως καὶ ἡ μετὰ χεῖρας τοῖς αὐτοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων εὐθὺς ἐν ἀρχῇ προσφωνεῖ λέγουσα· *Εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε, εὐθέα κρίνετε, οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων.* Καὶ ἐπειδήπερ ἐν τῷ πρὸ τούτου ἐλέγετο· *Ἐρρύσατο τὴν ψυχήν μου ἐκ μέσου σκύμνων*, ἤ, *ἐκ μέσου λεόντων*, κατὰ τοὺς λοιποὺς, εἰκότως ἐν τῷ μετὰ χεῖρας ἐπιφέρεται, *Τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασε Κύριος.* Ἔδει γὰρ ἡμᾶς μαθεῖν ὅπως ἐρρύσατο τὴν ψυχὴν τοῦ Δαυΐδ ἐκ μέσου σκύμνων. Καὶ πάλιν περὶ τῶν ὀδόντων τῶν ἐνδιαβαλλόντων αὐτὸν ἐν μὲν τῷ πρὸ τούτου, *Υἱοὶ ἀνθρώπων, οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὅπλον καὶ βέλη*, ἐλέγετο, ἐν δὲ τῷ μετὰ χεῖρας· *Ὁ Θεὸς συντρίψει τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν.* Ἀφ' ὧν δείκνυται ἡ ἐν ἀμφοτέραις ταῖς στηλογραφίαις συμφωνία. Καὶ ἄλλως δ' οὖν τις εἴποι, ἐπειδὴ ἡ πρὸ τούτου περιέχει τὴν κλῆσιν τῶν ἐθνῶν, εἰκότως τῇ τοιαύτῃ προφητείᾳ ἡ παροῦσα στηλογραφία συνῆπται, διαγορεύουσα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων τὸν περὶ τῆς δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ λόγον, διαστελλομένη τε πᾶσι τοῖς λαοῖς σὺν ἀληθινῇ προαιρέσει καὶ συνειδήσει καθαρᾷ τῇ τοῦ λόγου προσιέναι διδασκαλίᾳ, καὶ μὴ καθυποκρίνεσθαι τὴν θεοσέβειαν. Διὸ πρὸς πάντας τοὺς ἀνωτέρω λαοὺς ὠνομασμένους καὶ πρὸς πάντα τὰ ἔθνη, περὶ ὧν ἐλέγετο, *Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς, Κύριε, ψαλῶ σοι ἐν ἔθνεσι*, τὴν προσφώνησιν ποιούμενος ὁ παρὼν λόγος διαμαρτύρεται λέγων· *Εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε, εὐθέα κρίνετε, υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων.* Εἰ γὰρ ἀληθῶς τις δικαιοσύνην ἐπαγγέλλοιτο, οὐδ' ἄλλοθεν δειχθήσεται, ἢ ἀπὸ τοῦ κρίνειν εὐθέα. Κρίνει δὲ εὐθέα ὁ κρίνας παρ' ἑαυτῷ τὴν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, καὶ μηδὲ σκολιὸν μηδὲ διάστροφον πράττειν. Εἶθ' ὡς τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων ὀρθὰ μὲν λαλούντων τοῖς χείλεσι, καὶ τῷ στόματι δικαιοσύνην ἐπαγγελλομένων, ἐλεγχομένων δὲ ἀπὸ τῶν ἔργων, ὅτι τἀναντία κατὰ διάνοιαν

VERS. 2, 3. *Si vere utique justitiam loquimini, recta judicate, filii hominum.* Hortatur præsens sermo singulos, ut ne in finem disperdant, sed observet quisque fines suos. Ambo quippe, tum hic, tum præcedens, similem præferunt inscriptionem, scilicet, *In finem, ne disperdas David*, atque, *in tituli inscriptionem*. Tempus autem, etsi non in præsenti, at in præcedenti declaratur, dum hæc addit, *Cum fugeret a facie Saulis in speluncam*. Eodem itaque tempore pronuntiatum etiam præsentem fuisse, non solum ex jam dictis, verum etiam ex mox afferendis planum mihi videtur. Quia enim in præcedenti tituli inscriptio de filiis hominum dicebat, *Filii hominum, dentes eorum arma et sagittæ* [46]; hæc item tituli inscriptio statim ab exordio eosdem filios hominum compellat dicens: *Si vere utique justitiam loquimini, recta judicate, filii hominum.* Et quoniam in præcedenti dicebatur, *Eripuit animam meam de medio catulorum leonum* [46], sive, *de medio leonum*, secundum reliquos, consequenter in præsenti infertur, *Molas leonum confregit Dominus*. Oportuit enim ediscere nos, quo pacto eripuerit animam Davidis de medio catulorum leonum. Ac rursum de calumniatorum suorum dentibus in præcedenti aiebat, *Filii hominum, dentes eorum telum et sagittæ*; in præsenti vero, *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum*. Quibus ambarum tituli inscriptionum consensus plane comprobatur. Et alia quoque ratione dixerit quispiam, quia præcedens gentium vocationem complectitur, jure hujusmodi prophetiæ præsentem tituli inscriptionem adjunctam fuisse, quæ filiis hominum justi judicii Dei rationem enarret, omnibusque populis præcipiat, ut sincera voluntate et pura conscientia ad verbi doctrinam accedant, neque pietatem erga Deum simulent. Quare omnes supra memoratos populos, universasque gentes de quibus dicebatur, *Confitebor tibi in populis, Domine, psallam tibi in gentibus* [47], compellans sermo præsens, obtestatur dicens: *Si vere utique justitiam loquimini, recta judicate, filii hominum.* Nam si vere justitiam quis profiteatur, non aliunde comprobabitur, quam ex eo quod recta judicet. Recta vero judicat, qui apud se judicavit ac decrevit, justitiam ex recta ratione, nec quidpiam tortuosum aut perversum edere. Deinde vero, cum filii hominum labiis quidem recta loquerentur, et ore justitiam profiterentur, sed ipsis operibus deprehenderentur adversa cogitare, subjungit: *Etenim in corde iniquitates operamini in terra:* cujus rei, inquit, argumentum sunt opera vestra, *Inju-*

[46] Psal. LVI, 5. [46] ibid. [47] ibid. 10.

stitiam manus vestræ complicant. Recta ergo judicate, filii hominum, et vobiscum reputate, num sermones vestri cum operibus consonent. Nam si justitiam loquimini, cur manus vestræ injustitiam complicant? Ex quo sane palam est vos iniquitates in corde cogitare, et alia quidem mente tenere, alia ore proloqui. *Si ergo vere justitiam loquimini.* heus vos! *recta judicate,* et quæ loquimini peragite, neque in corde iniquitates operemini, nec manus vestræ injustitiam complicent. *τὰ εὐθέα,* ὦ οὗτοι, καὶ ἅπερ λαλεῖτε, ταῦτα καὶ αἱ χεῖρες ὑμῶν ἀνομίαν συμπλεκέτωσαν.

A λογίζονται, ἐπιλέγει· *Καὶ γὰρ ἐν καρδίᾳ ἀνομίας ἐργάζεσθε ἐν τῇ γῇ·* τούτου δὲ, φησὶν, ἔλεγχος αἱ ὑμέτεραι πράξεις· *Ἀδικίαν αἱ χεῖρες ὑμῶν συμπλέκουσι.* Κρίνατε οὖν εὐθέα, υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ λογίσασθε παρ' ἑαυτοῖς, εἰ τοῖς ὑμετέροις λόγοις συμφωνεῖ τὰ ἔργα. Εἰ γὰρ δικαιοσύνην λαλεῖτε, πῶς αἱ χεῖρες ὑμῶν ἀδικίαν συμπλέκουσιν; Ἀφ' οὗ δείκνυσθε ἀνομίας ἐν τῇ καρδίᾳ λογιζόμενοι, καὶ ἕτερα μὲν διανοούμενοι, ἕτερα δὲ τῷ στόματι λαλοῦντες. *Εἰ δὴ* οὖν *ἀληθῶς δικαιοσύνην λαλεῖτε, κρίνατε* πράττετε, μηδὲ ἐν καρδίᾳ ἀνομίας ἐργάζεσθε, μηδὲ

Vers. 4-6. *Alienati sunt peccatores a vulva, erraverunt ab utero, locuti sunt falsa.* Hæc quoque filiis hominum applicat, qui se Deum colere, et justitiæ leges adire profitentur, neque tamen recte judicant. Eos igitur sic compellat : Heus vos! audite, qui justitiam ore tenus loquimini, manibus vero injustitiam operamini, multaque simul peccata complicatis ; magno judici latet nihil eorum quæ singuli in mente versant. Etiamsi enim quis oculis hominum latere videatur ; at sciat immani se errore duci seseque decipere. Neque enim magno universorum judici occultus erit, ad cujus tribunal omnes sistemur. Quomodo autem Deo latere possint, cum priusquam in lucem prodirent, ei, qui omnia novit antequam fiant, cogniti essent? Quare antequam fierent, eos, quasi jam exsisterent, tales fore quales jam sunt prospiciebat : exinde vero jam apud ipsum reprobati erant. *Alienati sunt* igitur *peccatores a vulva.* Ac etiamsi hodie justitiam simulate loquantur, operibus contraria aggredientes ; at non jam primum apud Deum tales esse videntur : sed priusquam ex utero prodirent ; quin et antequam in vulvæ receptaculo conciperentur, ex numero errantium ab eo reputabantur, et quod tales futuri essent non ignorabat ipse. Sed ab eo jam tempore noverat eos falsa locuturos, et furorem ipsis *secundam similitudinem serpentis* fore. Θυμὸν autem Græci solent etiam animam appellare. Quoniam igitur antiquus serpens qui Evam decepit, suavi quidem et amica oratione simulate utebatur, Dei mentionem faciebat, et cum quadam pietatis specie mulieri dicebat : *Quare dixit Deus* : *Ne comedatis ex omni ligno, quod est in paradiso* [48]? ac rursum : *Sciebat enim Deus, quod quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum* [49]. Et talibus quidem dictis simulans, et Deum se nosse præferens, mulierem alloquebatur ; in corde autem iniquitates operabatur, ac operibus injustitiam complicabat. Merito hi quoque dicuntur furorem et animam habere memorato serpenti similem. Quod ipsum Deus præscientia sua præoccupavit. Nam hi, auditis divinis sermonibus, sacrisque verbis eruditi, nihil ad utilitatem parient, quia aures occludunt, neque divinarum incantationum virtutes recipiunt, sed similes sunt aspidi surdæ et

Ἀπηλλοτριώθησαν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας, ἐπλανήθησαν ἀπὸ γαστρὸς, ἐλάλησαν ψευδῆ. Καὶ ταῦτα πρὸς τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων ἀποτείνεται τοὺς ἐπαγγελλομένους θεοσεβεῖν, καὶ τοὺς τῆς B δικαιοσύνης μετέρχεσθαι νόμους, μὴ κρίνοντας δὲ ὀρθῶς. Φησὶν οὖν πρὸς αὐτούς· Ἀκούσατε, ὦ οὗτοι, οἱ λαλοῦντες μὲν δικαιοσύνην τῷ στόματι, ἐργαζόμενοι δὲ ταῖς χερσὶν ἀδικίαν, καὶ πολλὰς κατὰ τὸ αὐτὸ συμπλέκοντες ἁμαρτίας· τὸν μέγαν κριτὴν οὐδὲν λανθάνει τῶν κατὰ διάνοιαν ἑκάστῳ λογιζομένων. Κἂν γὰρ δοκῇ τις ἀνθρώπων ὀφθαλμοὺς κρύπτειν, ἀλλ' ἴστω, ὅτι δεινὴν πλάνην πεπλάνηται ἑαυτὸν ἀπατῶν. Οὐ γὰρ τὸν μέγαν τῶν ὅλων κριτὴν λήσεται, οὗ πάντες πρὸ τοῦ βήματος παραστησόμεθα. Πῶς δ' ἂν καὶ λάθοιεν τὸν Θεὸν οὗτοι, ὁπότε καὶ πρὶν εἰς φῶς προελθεῖν αὐτοὺς, πάντα εἰδότι πρὸ γενέσεως αὐτῶν ἐγνωρίζοντο; Διὸ πρὶν γεννηθῆναι αὐτοὺς, ὡς ἤδη ὑφεστῶτας, καὶ τοιούτους ὄντας οἷοι νῦν εἰσι C προεώρα· ἤδη τε ἐξ ἐκείνου ἀπόβλητοι ἦσαν παρ' αὐτῷ. *Ἀπηλλοτριώθησαν* γοῦν *οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας.* Καὶ εἰ καὶ τὰ μάλιστα σήμερον δικαιοσύνην λαλεῖν προσποιοῦνται, τοῖς ἔργοις τὰ ἐναντία μετερχόμενοι, ἀλλ' οὐ καὶ παρὰ Θεῷ νῦν ἐφάνησαν τοιοῦτοι· πρὶν δὲ ἀπὸ γαστρὸς προελθεῖν αὐτοὺς, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τοῦ συλληφθῆναι ἐν τῷ τῆς μήτρας δοχείῳ, ἐν πεπλανημένοις ἐλογίσθησαν παρ' αὐτῷ, καὶ μέλλοντες ἔσεσθαι τοιοῦτοι οὐκ ἠγνοοῦντο. Ἤδη δὲ ἐξ ἐκείνου ὡς ἂν μέλλοντες τὰ ψευδῆ λαλεῖν ἐγινώσκοντο, καὶ ὡς θυμὸς αὐτοῖς ἐστι *κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως.* Θυμὸν δὲ καὶ τὴν ψυχὴν καὶ παῖδες Ἑλλήνων καλεῖν εἰώθασιν. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ ὁ παλαιὸς ὄφις, τὴν Εὔαν ἀπατήσας, προσεποιεῖτο μὲν γλυκείᾳ καὶ φιλικῇ κεχρῆσθαι ὁμιλίᾳ, μνήμην τε D Θεοῦ ποιεῖσθαι, καί τινα ἐπιδείκνυσθαι εὐλάβειαν, λέγων τῇ γυναικί· *Τί ὅτι εἶπεν ὁ Θεός· Οὐ μὴ φάγητε ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ;* καὶ πάλιν· *Ἤδει γὰρ ὁ Θεὸς, ὅτι ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἔσεσθε ὡς θεοὶ, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν·* καὶ τοιαῦτα μὲν ὑποκρινόμενος, καὶ τὸν Θεὸν εἰδέναι προσποιούμενος, ὡμίλει τῇ γυναικὶ, ἐν καρδίᾳ δὲ ἀνομίας εἰργάζετο, καὶ τοῖς ἔργοις ἀδικίαν συνέπλεκεν· εἰκότως καὶ οἵδε λέγονται θυμὸν ἔχειν καὶ ψυχὴν ὁμοίαν τῷ προλεχθέντι ὄφει· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ προεῖληφεν ὁ Θεὸς τῇ προγνώσει. Τῶν γὰρ θείων εἰσακούοντες λόγων καὶ τοῖς ἱεροῖς μαθη-

[48] Gen. III, 1. [49] ibid. 5.

τευόμενοι ῥήμασι, οὐδὲν τικτήσονται πρὸς ὠφελείας, διὰ τὸ βύειν τὰ ὦτα, καὶ μὴ καταδέχεσθαι τῶν θείων ἐπῳδῶν τὰς δυνάμεις, ἀφομοιοῦσθαι δὲ ἀσπίδι κωφῇ καὶ βυούσῃ τὰ ὦτα αὐτῆς, πρὸς τὸ μὴ ἀκοῦσαι φωνῆς ἐπᾳδόντων, *φαρμακοῦται* (1) *φαρμακευομένου παρὰ σοφοῦ*. Τῷ μὲν οὖν ὄφει ὠμοιώθησαν διὰ τὴν ὑπόκρισιν καὶ τὴν ἐπίπλαστον περὶ Θεοῦ ὁμιλίαν, τῇ δὲ ἀσπίδι διὰ τὸ κρύπτειν ἐν αὐτοῖς τὸν θανατηφόρον ἰόν. Ἀλλ' εἰ μὲν ἁπλῶς ἀσπίδι παρεβλήθησαν, ἐλπὶς ἂν ἦν ποτε ὠφεληθήσεσθαι· ἐπεὶ καὶ τὸ δεινὸν ἑρπετὸν ἐκεῖνό ἐστιν ὅτε ἐξ ἐπῳδῆς καὶ κατασκευῆς ἑτέρων τινῶν ἀπορρίπτει τὸν ἰόν, καὶ τὸν θυμὸν ἀποτίθεται, καὶ ὥσπερ ἀπονεκροῦται τὴν κακίαν· εἰ δὲ ἡ τοιαύτη τῆς ἀσπίδος πικρία δυνάμει λόγων τινῶν ἐξασθενεῖ καὶ ἀπομαραίνεται, τὸν ἰόν τε ἀπορρίπτει, τί χρὴ λέγειν περὶ ἀνθρώπου ψυχῆς, τῆς κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγενημένης, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὴ πολὺ μᾶλλον ἢ τὸ ἑρπυστικὸν ἐκεῖνο γένος μετέβαλεν ἂν ἐπὶ τὸ κρεῖττον, τῆς κακίας ἰὸν ἀποθεμένη, εἰ παρεῖχεν ἑαυτὴν τῇ ἐκ τῶν θείων μαθημάτων ὠφελείᾳ, καὶ ταῖς ἀληθῶς θεοπνεύστοις ἐπῳδαῖς; Διὸ δὴ ἀκριβῶς ὁ λόγος οὐχ ἁπλῶς ἀσπίδι τὴν τοιαύτην παρέβαλεν, ἀλλ' ἀσπίδι κωφῇ, οὐκ ἐκ φύσεως οὖσῃ τοιαύτῃ, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως ἑαυτὴν ἀποκωφούσῃ. Διὸ εἴρηται, *Ὡς ἀσπίδος κωφῆς καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς*. Οὕτω γὰρ ποτε καὶ ἄνθρωπος τῶν θείων ἀνήκοος λόγων, οὐ παρὰ τὸ κεκωφῶσθαι τὴν ψυχὴν, ἐστέρηται τῆς ἀκοῆς, παρὰ δὲ τὴν οἰκείαν βούλησιν· ἐκὼν γὰρ ἑαυτὸν ἀποκωφοῖ βιαζόμενος τὴν ἑαυτοῦ φύσιν. Θεὸς γὰρ κωφὴν ψυχὴν οὐκ εἰργάσατο, ὡς οὐδὲ τυφλὴν, οὐδὲ ἀνάπηρον, οὐδὲ ὅλως λελωβημένην· ἁρμοσμένην δὲ κατὰ πάσας αὐτῆς τὰς δυνάμεις· ἐπεὶ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν τὴν αὐτοῦ τὸν ἄνθρωπον ὑπεστήσατο. Ἕκαστος δὲ ἑαυτὸν ἀποκωφοῖ καὶ τυφλοῖ, καὶ τὴν οὐσίαν τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς λωβᾶται. Τοῦτο δὲ διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου ὁ ἐκ περιτομῆς ἀπελέγχεται πράττων λαός. Διὸ λέλεκται πρὸς αὐτούς· *Ἐπαχύνθη ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκάμμυσαν, καὶ τὰ ὦτα ἐβάρυναν· μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς*. Οὕτως οὖν ἀσπίδι κωφῇ ἑαυτὴν ἀποκωφούσῃ ὁ τῶν θείων ἀνήκοος λόγων παρωμοίωται. Διὸ λέλεκται κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Ὡς ἀσπίδι κωφῇ, βυούσῃ ὠτίον αὐτῆς, ἵνα μὴ ἀκούσῃ φωνὴν ψιθυριζόντων, ἑκάστου ἐπῳδὰς σεσοφισμένου*. Ἀλλ' ὁ μὲν νῦν ὑφεστὼς ἄνθρωπος, καὶ τοιοῦτον ἑαυτὸν κατασκευάσας, ὅτε ταῦτα πράττει, τοῖς πολλοῖς γινώσκεται· τῷ δὲ Θεῷ καὶ πρὸ γενέσεως, καὶ πολὺ πρότερον πρὸ τῆς κατὰ γαστρὸς συλλήψεως, τοιοῦτος ἐσόμενος ἐγνωρίζετο. Μάτην ἄρα ἑαυτὸν ἀπατᾷ ὁ λαλεῖν μὲν δικαιοσύνην ἐπαγγελλόμενος, ταῖς δὲ χερσὶν αὐτοῦ συμπλέκων ἀδικίαν· ἔπειτα κρύπτων ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτοῦ τὴν ἀνομίαν, ὡς καὶ τὸν Θεὸν λησόμενος ἐν τῷ θείῳ δικαιωτηρίῳ.

A obturanti aures suas, ut non exaudiat voces incantantium, neque recipiat *remedium a sapiente paratum*. Serpenti igitur similes sunt, ob hypocrisin, et simulatum illud de Deo colloquium; aspidi vero, quia letale venenum in se occultant. Verum si aspidi duntaxat comparandi essent, spes foret eos aliquando utilitatem percepturos : siquidem ferum illud reptile, ex incantatione et artificio quorumdam, virus nonnunquam abjicit, furoremque deponit, et quasi exstinguitur quoad malitiam. Quod si talis acerbitas aspidis vi quorumdam verborum debilitatur et marcescit, venenumque abjicit, quid dicendum de anima hominis, quæ ad imaginem Dei facta est, nisi eam multo potius quam reptile illud genus, deposito malitiæ veneno, in melius mutandam esse; si tamen sese divinarum disciplinarum utilitati, et divinitus vere inspiratis incantationibus applicet? Quamobrem accurate sermo non aspidi simpliciter talem animam comparavit, sed aspidi surdæ, quæ non ex natura sua surda sit, sed ex propria voluntate talis evaserit. Quare dictum est, *Sicut aspidis surdæ et obturantis aures suas*. Sic enim aliquando homo verba divina non audiens, non quod anima surdus evaserit, auditu privatur, sed id propriæ voluntatis est; sponte namque naturæ vim inferens suæ obsurdescit. Etenim Deus non surdam, non cæcam, non mutilam vel mancam animam; sed validam cunctisque suis virtutibus præditam effecit; nam ad imaginem et similitudinem suam hominem condidit. Quisque vero surditatem sibi cæcitatemque procurat, animæque suæ substantiam labefactat. Quod populus ex circumcisione fecisse per Isaiam arguitur his verbis : *Incrassatum est cor populi hujus, et auribus graviter audierunt, et oculos clauserunt, ne forte videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos* [50]. Sic ergo aspidi surdæ et obturanti aures comparatur, qui divina verba non audit. Quare secundum Symmachum dicitur : *Sicut aspidi surdæ, obturanti auriculam suam, ut ne audiat vocem susurrantium, unoquoque incantationes sapienter edocto*. Verum homo nunc exsistens, qui sese tali modo constituit, dum hæc agit a multis noscitur; at Deo etiam ante ortum notus; imo vero diu antequam in utero conciperetur, quod talis futurus esset, ab eo cognoscebatur. Incassum ergo sibi ipsi illudit qui justitiam ore profitetur, dum manibus injustitiam complicat, deindeque iniquitatem in corde occultat suo, ac si in divino tribunali ipsi Deo latere possit.

Ὁ Θεὸς συντρίψει τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὰ προλεχθέντα μα-

VERS. 7, 8. *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum*, et cætera. Hac de peccatoribus notitia in-

[50] Isa. VI, 10.

(1) Lege, φαρμάκου τε. Estque lectio Theodotionis.

structi filii hominum, quod scilicet a Deo præno-
scantur, et quod antequam ad homines transirent,
notum illi esset tales ipsos futuros, audite cujus-
modi fine iidem excipiendi sint. Quoniam enim li-
bera et sui arbitrii natura præditi, vi internoscendi
boni et contrarii instructi, atque liberam ad utrum-
libet inclinationem nacti, non recte judicio suo sunt
usi, neque rectam viam, etsi notam sibi, dilexerunt,
neque operibus justitiam adierunt, quam verbis
duntaxat et labiis sunt professi, veterique serpenti
similes, aspide surda deteriores evasere; ideo quæ
ipsis eventura sint audite, disciteque, ab univer-
sorum judice Deo conterendos esse ipsorum dentes,
qui nihil prorsus a leonibus discrepant, et quod
post hæc omnia instar aquæ effluentis dissolvendi
sint. Nam illius loco, *Ad nihilum devenient tanquam
aqua decurrens*, Symmachus sic interpretatur, *Dis-
solvantur sicut aqua pertransiens sibi*. Quia enim
ore tenus justitiam simulant, jure Deus dentes eo-
rum in ore ipsorum conteret. Et quia non sat ipsis
fuit, quod serpenti et memoratæ aspidi surdæ collati
essent; cum jam aliorum perniciem molientes, leo-
nibus et catulis leonum comparentur; a quibus ani-
mam erui suam David ita precatur in præcedenti
psalmo, *Et eripuit animam meam de medio catulorum
leonum* [81]; aut, *de medio leonum;* molas eorum
confracturum esse Deum dicitur, videlicet potesta-
tes malitiæ eorum, queis in multorum perniciem
utebantur. Cum autem dentes et molas eorum con-
triverit Deus, tunc demum ceu mortui ad nihilum
devenient, et sicut aqua sibi pertransiens dissol-
ventur. Et is quidem futurus impiorum omnium
finis. Quod sane vos scire necesse est, o filii homi-
num, ut, *si vere utique justitiam loquimini, recta*
judicetis, neque prædictorum hominum viam inea-
tis, neque in corde iniquitates operemini, neque
injustitiam manus vestræ complicent, nec vos si-
miles serpenti exhibeatis, nec sitis sicut aspis surda,
obturans aures suas, nec cum memoratis impiis et
peccatoribus una ambulemini: quos præscientia
sua prævertens Deus, antequam in lucem prodirent,
tales futuros esse noverat; sed tamen concessit ut
noscerentur ac in lucem venirent, gratia sua ipsis
quoque concessa, ut palam eorum propositum fie-
ret. Siquidem et ordinem justorum rectam ac mi-
nime deflexam viam suapte voluntate initurum præ-
vertens Deus noverat. Deinde utrique ordini libe-
rum arbitrii motum dimisit, concedens ut in stadio
cursum conficerent. Ac cum universos natura si-
miles constituisset, voluntate propria quemque
meliora deligere pariter permisit. Illi vero, utpote
qui sui ipsorum domini, sui juris ac liberi quoad
motum essent, arbitratu suo disjuncti sunt, aliis
rectam, obliquam aliis viam cooptantibus. Ideo
justus ille judex, utrique ordini ceu certaminis ar-
biter, congruenti ac debito fine dignos remunerat:
non hominum ritu ex actuum eventu cujusque mo-

[81] Psal. LVI, 5.

A θόντες περὶ τῶν ἁμαρτωλῶν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων,
καὶ ὡς, προγνωσθέντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ πρὶν εἰς
ἀνθρώπους παρελθεῖν, ἐγνωρίζοντο αὐτῷ ἐσόμενοι
τοιοῦτοι, ἀκούετε ὁποῖον τέλος αὐτοὺς διαλήψεται.
Ἐπειδὴ γὰρ, φύσεως ἐλευθέρας καὶ αὐτεξουσίου
γενόμενοι, διακριτικοί τε τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ ἐναντίου,
τήν τε εἰς ἑκάτερα ῥοπὴν τὴν ἐν ἑαυτοῖς κεκτημένοι,
οὐκ ὀρθῶς ἐχρήσαντο τῷ κριτηρίῳ, οὐδὲ ἠγάπησαν
τὴν εὐθεῖαν, καίπερ εἰδότες αὐτὴν, οὐδ' ἔργοις μετ-
ῆλθον τὴν δικαιοσύνην, ἣν λόγῳ μόνῳ καὶ χείλεσιν
ἐπηγγέλλοντο, τῷ παλαιῷ δὲ ὄφει ὁμοιωθέντες, ἀσπί-
δος κωφῆς χείρους ἐγένοντο· τούτου χάριν ἐπακούσα-
τε τίνα καὶ αὐτοὺς περιμένει, μαθόντες, ὡς ὁ τῶν
ὅλων κριτὴς Θεὸς συντρίψει τοὺς ὀδόντας αὐτῶν κατ'
οὐδὲν διαφερόντων λεόντων, καὶ ὡς μετὰ πάντα δια-
B λυθήσονται δίκην ὕδατος ἐκρέοντος. Ἀντὶ γὰρ τοῦ,
Ἐξουδενωθήσονται ὡς ὕδωρ παραπορευόμενον,
ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε, *Διαλυθήτωσαν ὡς ὕδωρ
παρερχόμενον ἑαυτῷ*. Ἐπειδὴ γὰρ τῷ στόματι καθ-
υποκρίνονται τὴν δικαιοσύνην, εἰκότως τοὺς ὀδόντας
αὐτῶν ὁ Θεὸς ἐν τῷ στόματι αὐτῶν συντρίψει. Καὶ
ἐπεὶ μὴ ἀπήρκεσεν αὐτοῖς ὁμοιωθῆναι τῷ ὄφει καὶ
τῇ προλεχθείσῃ ἀσπίδι κωφῇ, ἤδη δὲ καὶ ἑτέρους λυ-
μαινόμενοι, λέουσι παρεβλήθησαν καὶ σκύμνοις, ἀφ'
ὧν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐῤῥῦσθαι εὔχεται ὁ Δαυὶδ λέγων
ἐν τῷ πρὸ τούτου· *Καὶ ἐῤῥύσατο τὴν ψυχήν μου
ἐκ μέσου σκύμνων*, ἤ, *ἐκ μέσου λεόντων* τὰς μύ-
λας αὐτῶν συνθλάσειν λέγεται ὁ Θεὸς, δηλαδὴ τὰς
τῆς κακίας αὐτῶν δυνάμεις, αἷς ἐπ' ὀλέθρῳ πολλῶν
ἐχρήσαντο. Ἐπειδὰν δὲ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν καὶ τὰς
C μύλας συντρίψῃ ὁ Θεὸς, τότε λοιπὸν ἐξουδενωθήσονται
ὡς ἂν νεκρωθέντες, καὶ διαλυθήσονται ὡς ὕδωρ πα-
ρερχόμενον ἑαυτῷ. Καὶ τοιοῦτον μὲν ἔσται τῶν ἀσε-
βῶν πάντων τὸ τέλος. Ὃ δὴ ἀναγκαῖον ὑμᾶς γνῶναι,
ὦ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἵν', *εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιο-
σύνην λαλεῖτε, εὐθέα* κρίνητε, καὶ μὴ μετέρχησθε
τὴν τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν ὁδὸν, μηδὲ ἐν καρδίᾳ ἀνο-
μίας ἐργάζησθε, μηδὲ ἀδικίαν αἱ χεῖρες ὑμῶν συμ-
πλέκωσι, μηδὲ ἑαυτοὺς κατασκευάζητε ὁμοίους τῷ
ὄφει, μηδὲ γένησθε ὡς ἀσπὶς κωφὴ βύουσα τὰ ὦτα
αὐτῆς, μηδὲ τοῖς προλεχθεῖσιν ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτω-
λοῖς συναπάγοισθε· οὓς προλαβὼν ὁ Θεὸς τῇ προγνώ-
σει, πρὶν εἰς φῶς προελθεῖν, ἔγνω μὲν τοιούτους ἐσο-
μένους, ὅμως δ' οὖν συνεχώρησε γεννηθῆναι καὶ εἰς
φῶς προελθεῖν, τὴν παρ' αὐτοῦ χάριν καὶ αὐτοῖς δω-
D ρησάμενος, εἰς τὸ φανεροὺς γενέσθαι τὴν προαίρεσιν.
Ἐπεὶ καὶ τὸ τῶν δικαίων τάγμα, ἐξ οἰκείας προαι-
ρέσεως τὴν ὀρθὴν καὶ ἀδιάστροφον μέλλον ὁδεύειν,
προλαβὼν ὁ Θεὸς ἔγνω. Εἶτ' ἀμφοτέρων τῶν ταγμά-
των τὴν αὐτεξούσιον ὁρμὴν ἐλευθέραν ἀνῆκεν, ὡς ἐν
σταδίῳ ποιεῖσθαι τὸν δρόμον ἐπιτρέψας αὐτοῖς. Καὶ
αὐτὸς μὲν ὁμοίους τὴν φύσιν τοὺς πάντας ὑποστησά-
μενος, προαιρέσει οἰκείᾳ χρῆσθαι πρὸς τὴν τῶν
κρειττόνων αἵρεσιν τοῖς πᾶσιν ὁμοίως συγκεχώρηκεν·
οἱ δὲ, ἅτε κύριοι ἑαυτῶν καθεστῶτες, ἄφετοί τε καὶ
ἐλεύθεροι τὴν ὁρμὴν, αὐτοπροαιρέτῳ γνώμῃ διέστη-
σαν, οἱ μὲν τὴν εὐθεῖαν ὁδεύειν, οἱ δὲ τὴν διάστροφον

ἁλόμενοι. Τούτου χάριν ὁ δίκαιος κριτὴς, ἀγνοοῦντος οὐδὲν ἐκατέρῳ τάγματι, τῷ καταλλήλῳ καὶ προσήκοντι τέλει τοὺς ἀξίους παραδίδωσιν· οὐ καθάπερ ἄνθρωποι μαθὼν ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἀποβάσεως τὸν ἑκάστου τρόπον, οἷα δὲ Θεὸς καὶ πρὸ γενέσεως εἰδὼς ἅπαντα. Διὸ οἱ μὲν ἀπηλλοτριώθησαν παρ' αὐτῷ καὶ πρὶν ἢ τοῖς λοιποῖς γνωσθῆναι· οἱ δὲ ἅγιοι ἐκλογῆς ἠξιώθησαν ὁμοίως Ἱερεμίᾳ τῷ προφήτῃ, ᾧ φησιν ὁ Θεός· *Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε, καὶ πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας, ἡγίακά σε.* Καὶ ὁ Ἀπόστολος τοῦτο ἐδήλου φάσκων· *Καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ, προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ*· καὶ πάλιν· *Ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν προορισθέντες κατὰ πρόγνωσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος καὶ κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον δόξης αὐτοῦ.* Ὁρᾷς ὅπως πρὸ καταβολῆς κόσμου ἐξειλέχθαι καὶ προωρίσθαι εἰς υἱοθεσίαν, κατὰ πρόθεσιν τοῦ πάντα ἐνεργοῦντός φησι; τὴν αὐτὴν δὲ παρίστησι διάνοιαν ὁ αὐτὸς λέγων· *Οἴδαμεν δὲ, ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν· ὅτι οὓς προέγνω καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. Οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε, καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσε, οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε.* Τὰ ὅμοια δὲ καὶ περὶ ἑαυτοῦ διδάσκει ἐν οἷς φησίν· *Ὅτε δὲ ηὐδόκησεν ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, ἀποκαλύψαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί.* Ὥσπερ οὖν τούτους προγνοὺς μέλλοντας ἀγαπᾷν αὐτὸν προώρισεν, οὕτω καὶ τοὺς ἀσεβεῖς, ἐπειδὴ προέγνω μέλλοντας λαλεῖν δικαιοσύνην διὰ τὸ γινώσκειν αὐτὴν, οὐ μὴν καὶ τοῖς ἔργοις αὐτὴν μετελευσομένους, διὰ τὸ ταῖς χερσὶν ἀδικίαν συμπλέκειν, τούτου χάριν ἀπηλλοτρίωσεν ἀπὸ μήτρας, καὶ ἐν πλανωμένοις καὶ λαλοῦσι ψευδῆ παρ' ἑαυτῷ κατηρίθμησε πρὶν γενέσθαι· συνεχώρησέ τε εἰδὼς αὐτοὺς τοιούτους ἐσομένους εἰς φανερὸν ἐλθεῖν, ὡς ἂν τὸ διάφορον τῶν δικαίων καὶ θεοσεβῶν ἀνδρῶν ἐκ τῆς τῶν χειρόνων παραθέσεως διαλάμψειε. Μιᾶς γὰρ ὄντες φύσεως οἱ πάντες, οἱ μὲν ἐκόντες εἵλαντο τὰ κρείττω, οἱ δὲ τὴν ἐναντίαν ὥδευσαν, αὐτεξουσίῳ προαιρέσει χρησάμενοι. Ὑψηλὸς δὲ ὁ μέγας τῶν ὅλων κριτὴς, προκαθεζόμενος ἑκατέρῳ τάγματι, βραβεύει τὰ πρέποντα. Διὸ τοὺς μὲν ἀγαπήσαντας αὐτὸν ἐδόξασε, συμμόρφους ἀποδείξας τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἂν ἔργῳ τὴν εἰς αὐτὸν ἐνδειξαμένους ἀγάπην· τοὺς δὲ ἐναντίους, ὡς ἂν ἑαυτοὺς ἀπαλλοτριώσαντας τῆς αὐτοῦ χάριτος, καταβάλλει συντρίβων αὐτῶν τοὺς ὀδόντας, οἷς οὐ δεόντως ἐχρήσαντο, καὶ συνθλῶν τὰς μύλας αὐτῶν, δι' ὧν πολλοῖς ἐλυμήναντο· καὶ τέλος εἰς ἐξουδένωσιν αὐτοὺς παραδιδοὺς καὶ χλεύην καὶ ὄνειδος· ὅτε καὶ δίκην τῶν ῥευστῶν καὶ οὐχ ἑστώτων ὑδάτων ἀπορρέουσιν, αὐτοὶ ἑαυτοῖς τὸ τοιοῦτον προξενήσαντες τέλος.

A res ediscens, verum utpote Deus omnia cognoscens ante originem. Quare alii quidem antequam cæteris noti essent, ab eo alienati sunt; sancti vero, electione dignati, sicuti Jeremias propheta, cui dixit Deus: *Antequam te formarem in utero, novi te, et antequam exires de vulva, sanctificavi te* [83]. Id ipsum Apostolus declarat his verbis: *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate: qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum* [84]; ac rursum: *In quo et nos forte vocati sumus, prædestinati secundum præscientiam ejus qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ ejus* [85]. Viden' quomodo ante mundi constitutionem, electos et præ- B destinatos dicat ad adoptionem filiorum, secundum propositum ejus qui talia operatur? Eamdemque ipse sententiam profert his verbis: *Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum iis qui secundum propositum vocati sunt. Nam quos præscivit et prædestinavit conformes fieri imagini Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et justificavit; quos autem justificavit, illos et glorificavit* [86]. Similia de se ipse declarat dicens: *Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meæ, revelare Filium suum in me* [87]. Quemadmodum igitur cum eos præscivisset, qui amaturi ipsum erant, etiam prædestinavit; sic et impios cum prævidisset justitiam locuturos, utpote C qui nossent illam, sed ipsam tamen non operibus adituros esse, quia injustitiam manibus complicaturi erant, ideo alienavit eos a vulva, et vel antequam fierent, in errantium et mendacia loquentium numero in se computavit; permisitque tamen, etsi tales futuros esse nosset, ut palam prodirent, quo præstantia justorum religiosorumque hominum ex pejorum comparatione eluceret. Nam cum ex una omnes natura constarent, libero usi arbitrio, alii quidem sponte bonum elegerunt, alii contrariam iniere viam. At excelsus et magnus ille universorum judex, utrique ordini præsidens, pro merito cuique tribuit. Quare sui amatores gloria affecit, conformes imagini Filii sui exhibens, quippe D qui amorem erga se operibus comprobaverint; alios vero ipsis oppositos, utpote qui sese ab ejus gratia abalienaverint, dejicit: dentes eorum, quibus non ut par erat usi sunt, conterit, molasque eorum, queis multis perniciem intulerunt, confringit: ac demum in nihilum, in risum et opprobrium deducit, quando fluxarum et non consistentium aquarum instar defluunt: ipsi talem finem exitumque sibi procurarunt.

Ἐντενεῖ τὸ τόξον αὐτοῦ ἕως οὗ ἀσθενήσουσιν. Ὡσεὶ κηρὸς ταχεῖς ἀνταναιρεθήσονται· ἔπεσε

Vers. 9, 10. *Intendet arcum suum donec infirmentur. Sicut cera quæ fluit, auferentur: superceciditi*

[83] Jer. I, 5. [84] Ephes. I, 4. [85] ibid. 11-12. [86] Rom. VIII, 28-29. [87] Gal. I, 15.

ignis in ipsos, et non viderunt solem. Priusquam emitterent spinæ vestræ rhamnum, sicut viventes, sicut in ira absorbebit vos. Hæc cum apud LXX obscure ferantur, paulum apertius quod ad sententiam (1) a Symmacho versa sunt hoc modo : *Qui tendit arcum suum turbetur, ut quæ comminuta sunt, ut vulvæ pellicula dissoluta, dissonet abortivum mulieris, ut ne videant solem. Priusquam crescant spinæ vestræ, ita ut fiant rhamnus, adhuc viventem quasi penitus siccum turbo auferet.* Hæc porro fuerit dicti sententia. Quia in proposito est qualis futurus peccatorum finis sit, describere : præter ea quæ superius diximus, hæc etiam illos exspectare, o filii hominum, ediscite. Dictum sane fuit antea, *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet Dominus*, et, *ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens.* Ad ea autem hæc insuper patientur. Qui olim arcum suum intendebat, verbisque suis tanquam telis alios impetebat et occidebat, is ipse in judicii tempore turbabitur : telaque ejus quæ jaculatus est, ac quibus multos interfecit, comminuta de medio tollentur. Deinde quemadmodum pellicula e muliere prodiens, vitæ consors nullatenus est, sed dissoluta dissonat ; vel sicut abortivum in pellicula jacens mortuum, cum a prægnante egreditur, nullo sensu præditum est, ut luce et sole fruatur ; sic erunt peccatores memoratis verbis indicati. Nam corpus eorum, perinde atque pellicula dissolutum, corruptioni tradetur ; nullam spem habens se cum sanctis resurrecturum. Anima vero eorum, quæ in corpore ceu in pellicula convoluta est, abortivo mulieris similis erit, nec vita, nec luce, nec solis radiis gaudens ; sed a tenebris in tenebras concedet ; neque in regione vivorum assumetur, neque placebit Domino in lumine viventium ; nec dicet, *Convertere, anima mea, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi*[87] : verum his omnibus privata, tenebris tradetur. Cujus rei mentionem ita facit Salvator : *Ligantes ejus pedes et manus ejicite ipsum in tenebras exteriores : ibi erit fletus et stridor dentium*[88]. Et hic quidem impiorum finis erit. Fructum autem et opera, spinis nihil absimilia, antequam maturescant et ad malitiæ perfectionem deveniant, dum adhuc pullulabunt, exsiccabit ira Dei, quæ ipsos invadet. Quod sane his verbis significatur : *Priusquam crescant spinæ vestræ, ita ut fiant rhamnus, adhuc viventem, quasi penitus siccum turbo auferet.* Cum igitur interpretationis Symmachi mentem aliquatenus perceperimus, jam restat ut ad LXX versionem transeamus, ut ex allata comparatione, eorum quoque sententiam speculemur. Ait itaque : *Intendet arcum suum donec infirmentur.* Qui dentes eorum in ore ipsorum contriturus, et molas leonum confracturus est Dominus, ipse arcum suum eo usque intendet, feriens

πῦρ ἐπ' αὐτούς, καὶ οὐκ εἶδον τὸν ἥλιον. Πρὸ τοῦ συντέναι τὰς ἀκάνθας ὑμῶν τὴν ῥάμνον, ὡσεὶ ζῶντας, ὡσεὶ ἐν ὀργῇ καταπίεται ὑμᾶς. Ἀσαφῶς τούτων παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα φερομένων, μετρίως πως τὴν διάνοιαν σαφέστερον ἀποδέδωκεν ὁ Σύμμαχος, τοῦτον ἑρμηνεύσας τὸν τρόπον· Ὁ τείνων τὸ τόξον αὐτοῦ θορυβηθήτω ὡς τὰ θρυπτόμενα, ὡς περιχωρίον διαλυθὲν, διαφωνείτω ἔκτρωμα γυναικὸς, ἵνα μὴ ἴδωσιν ἥλιον. Πρὶν ἢ αὐξήσωσιν αἱ ἄκανθαι ὑμῶν, ὥστε γενέσθαι ῥάμνος, ἔτι ζῶντα ὡς ὁλόξηρον λαίλαψ ἀρεῖ. Εἰη δ' ἂν ὁ νοῦς τῶν προκειμένων τοιοῦτος. Ἐπειδὴ τὰ τέλη τῶν ἁμαρτωλῶν ὁποῖα ἔσται διαγράφειν πρόκειται, καὶ ταῦτα πρὸς τοῖς προλεχθεῖσι περιμένειν αὐτοὺς, ὦ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, μανθάνετε. Ἐλέγετο δὴ πρὸ τούτου, ὅτι Ὁ Θεὸς συντρίψει τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τὰς μύλας τῶν λεόντων συνθλάσει Κύριος, καὶ, ἐξουδενωθήσονται ὡς ὕδωρ διαπορευόμενον. Πρὸς τούτοις οὖν καὶ τάδε πείσονται· ὁ πάλαι πρότερον τὸ ἑαυτοῦ τόξον ἐντείνων, βάλλων τε καὶ ἀναιρῶν ἑτέρους ὥσπερ βέλεσι τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις, οὗτος ἐν τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ θορυβηθήσεται, καὶ τὰ βέλη αὐτοῦ δι' ὧν ἠκόντιζε καὶ ἀνῄρει πολλοὺς, θρυπτόμενα ἀφανισθήσεται. Εἶθ' ὥσπερ χωρίον προχωρῆσαν ἀπὸ γυναικὸς, οὐδεμιᾶς μετέχει ζωῆς, διαλυθὲν δὲ διαφωνεῖ· ἢ ὥσπερ τὸ ἐν τῷ χωρίῳ ἐναποθανὸν ἔκτρωμα, προελθὸν τῆς κατὰ γαστρὸς αὐτὸ φερούσης, οὐδεμιᾶς μετέχει αἰσθήσεως εἰς τὸ ἀπολαῦσαι φωτὸς καὶ ἡλίου· οὕτως οἱ ἀσεβεῖς καὶ ἁμαρτωλοὶ οἱ διὰ τῶν προλεχθέντων δηλωθέντες ἔσονται. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα αὐτοῖς διαλυθὲν ὁμοίως χωρίῳ, φθορᾷ παραδοθήσεται, ἐλπίδα τῆς μετὰ τῶν ἁγίων ἀναστάσεως οὐχ ἕξον· ἡ δὲ ἐν τῷ σώματι ὥσπερ ἐν χωρίῳ συνειλημένη αὐτῶν ψυχὴ ἐκτρώματι γυναικὸς ὁμοιωθήσεται, μήτε ζωῆς, μήτε φωτὸς, μήτε ἡλίου αὐγῶν ἀπολαύουσα, ἀπὸ σκότους δὲ ἐπὶ σκότος χωρήσει· καὶ οὔτε ἐν χώρᾳ ζώντων ἀναληφθήσεται, οὔτε εὐαρεστήσει τῷ Κυρίῳ ἐν φωτὶ ζώντων· οὐδὲ μὴν ἐρεῖ· Ἐπίστρεψον, ἡ ψυχή μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι Κύριος εὐηργέτησέ σε· στερηθεῖσα δὲ τούτων ἁπάντων, σκότῳ παραδοθήσεται. Οὗ μνημονεύσας ὁ Σωτὴρ, ἔλεγε· Δήσαντες αὐτοῦ πόδας καὶ χεῖρας, ἐκβάλετε αὐτὸν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Καὶ τοῦτο μὲν ἔσται τῶν ἀσεβῶν τὸ τέλος. Τὸν δὲ καρπὸν αὐτῶν καὶ τὰς πράξεις, ἀκανθῶν οὐδὲν διαφέροντας, πρὶν τελεσφορῆσαι καὶ εἰς τελείωσιν κακίας ἐλθεῖν, ἔτι ἐν ἀρχαῖς οὔσας ξηρανεῖ ἡ καταληψομένη αὐτοὺς ἐκ Θεοῦ ὀργή. Ὃ δὴ σημαίνει ὁ λόγος φάσκων· Πρὶν ἢ αὐξήσωσιν αἱ ἄκανθαι ὑμῶν, ὥστε γενέσθαι ῥάμνον, ἔτι ζῶντα, ὡς ὁλόξηρον[a] λαίλαψ ἀρεῖ. Ἐπειδὴ τοίνυν τῆς τοῦ Συμμάχου ἑρμηνείας μετρίως πως τὸν νοῦν κατειλήφαμεν, ὥρα καὶ ἐπὶ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα παρελθεῖν, ἔκ τε τῆς λεχθείσης παραθέσεως καὶ τὴν παρ' αὐ-

[87] Psal. cxiv, 5. [88] Matth. xv, 30.

[a] *Ms.* ὁλοκληρον.

(1) Atqui hæc haud clarius a Symmacho explicantur. Quæ nos pro facultate in collectione *Hexaplorum*, propediem edenda, explanabimus.

τοῖς διάνοιαν συνιδεῖν. Φησὶν οὖν· *Ἐντενεῖ τὸ τόξον αὐτοῦ ἕως ἀσθενήσουσιν.* Ὁ δὴ μέλλων συντρίβειν τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τὰς μύλας τῶν λεόντων συνθλᾶν Κύριος, αὐτὸς τὸ ἑαυτοῦ τόξον ἐπὶ τοσοῦτον κατ' αὐτῶν ἐντενεῖ βάλλων αὐτοὺς καὶ τιμωρούμενος, ἕως ἀσθενήσωσιν. Οἱ δὲ βαλλόμενοι τῷ πεπυρωμένῳ βέλει, κηροῦ δίκην ὑπὸ πυρὸς τηκομένου διαλυθήσονται· Διὸ λέλεκται· *Ὡσεὶ κηρὸς τακεὶς ἀνταναιρεθήσονται, ἔπεσε πῦρ.* Ὥσπερ γὰρ πεσόντος πυρὸς διαλυθεὶς κηρὸς ἀφανίζεται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ δηλωθέντες ὑπὸ τῆς καταληψομένης αὐτοὺς ὀργῆς ἀνταναιρεθήσονται, ὡς μὴ καταξιωθῆναι αὐτοὺς τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον ὀφθαλμοῖς ψυχῆς θεάσασθαι· ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ αὐξῆσαι τὰς ἀκάνθας αὐτῶν καὶ εἰς ῥάμνον χωρῆσαι, ἔτι νεαρὰς οὔσας αὐτῶν τὰς ἀκανθώδεις πράξεις ἡ ὀργὴ καταλήψεται καὶ καταπίεται.

A ulciscensque illos, donec infirmentur. Illi vero ignito telo confossi, ceræ instar ab igne liquefactæ dissolventur. Quare dicitur : *Sicut cera quæ fluit, auferentur, supercecidit ignis.* Sicut enim decidente igne, soluta cera liquescit, eodem modo illi ab ingruente ira destruentur, ita ut ne quidem digni habeantur, qui solem justitiæ mentis oculis perspiciant. Sed antequam spinæ eorum accrescant et rhamnus evadant, nuper edita eorum spinea opera ira comprehendet et absorbebit.

Εὐφραν θήσεται δίκαιος, ὅταν ἴδῃ ἐκδίκησιν, τὰς χεῖρας αὐτοῦ νίψεται ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Καὶ ἐρεῖ ἄνθρωπος· Εἰ ἄρα ἐστὶ καρπὸς τῷ δικαίῳ, ἄρα ἐστὶν ὁ Θεὸς κρίνων αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ. Σύμμαχος· *Χαρήσεται δίκαιος ἰδὼν ἐκδίκησιν, τοὺς πόδας αὐτοῦ νίψεται αἵματι ἀσεβοῦς.* Ὥσπερ οἱ ψευδῶς δικαιοσύνην λαλοῦντες, ἔργοις δὲ ἀδικίαν συμπλέκοντες, προεγράφησαν ὁποῖον ἕξουσι τέλος· οὕτως ἐχρῆν ἐκ παραλλήλου τοῦ ἀληθινοῦ δικαίου, τοῦ δι' ἔργων ἐνδεικνυμένου τὴν δικαιοσύνην, τὸ χρηστὸν τέλος διδαχθῆναι. Τί συνέσται ἀγαθὸν τῷ τοιούτῳ; Νῦν μὲν, φησὶ, κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν, οὐχ' ὁρῶν τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἐκδίκησιν, πολλάκις σχετλιάζει, ἀποκλαιόμενος καὶ λέγων· *Ἵνα τί ἀσεβεῖς εὐθηροῦσι, πεπαλαίωνται δὲ καὶ ἐν πλούτῳ· ὁ σπόρος αὐτῶν κατὰ ψυχὴν, τὰ δὲ παιδία αὐτῶν εὐφραίνεται ἀναλαμβάνοντα ψαλτήριον καὶ κιθάραν;* Καὶ νῦν ὁ αὐτὸς ταπεινούμενός φησιν· *Ἐμοῦ δὲ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες, παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου, ὅτι ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλοῦ θεωρῶν.* Ἐπειδὰν δὲ ἴδῃ τὸ τέλος τῶν ἀσεβῶν καὶ τὴν κατ' αὐτῶν ἐκδίκησιν, τηνικαῦτα χαρήσεται καὶ εὐφρανθήσεται, οὐ τῇ τῶν ἀσεβῶν ἀπωλείᾳ ἐπιχαίρων, ἀλλ' ἐπὶ τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίᾳ εὐφραινόμενος. Καὶ *τοὺς πόδας δὲ αὐτοῦ νίψεται ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἀσεβοῦς·* οὐχ αἱμοπότης τις ὢν καὶ φιλοπόλεμος, ἀλλὰ καθαιρόμενος διὰ τῆς ἐκείνων τιμωρίας, καὶ βελτιούμενος διὰ τῆς ἑτέρων ἐπιστροφῆς. Ἢ ἄλλως· *Νίψεται τὰς χεῖρας ἐπὶ τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ,* ἀθῶων καὶ ἀναίτιον, καὶ καθαρὸν ἑαυτὸν δεικνὺς τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ. Ἐπειδὰν οὖν οἱ μὲν ἀσεβεῖς δίκας δῶσι τὰς προσηκούσας· ὁ δὲ δίκαιος ἐκδικηθεὶς, εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς ἐμπλησθῇ, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ, κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ νίψηται, κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν διάνοιαν· εὐλόγως τότε πᾶς ἄνθρωπος, καὶ πᾶσα φωνὴ καὶ γλῶσσα ἀποφανεῖται, ὅτι, *Εἰ ἄρα ἐστὶ καρπὸς τῷ δικαίῳ, ἄρα ἐστὶν ὁ Θεὸς ὁ κρίνων αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ.* Εἰ γάρ ἐστι καρπὸς τῷ δικαίῳ, περὶ οὗ καρποῦ εἴρηται ἐν πρώτῳ ψαλμῷ· *Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ*

B Vers. 11, 12. *Lætabitur justus cum viderit vindictam : manus suas lavabit in sanguine peccatoris. Et dicet homo : Si utique est fructus justo, utique est Deus judicans eos in terra.* Symmachus, *Gaudebit justus cum viderit vindictam, pedes suos lavabit sanguine impii.* Sicut ii qui mendaci ore justitiam loquuntur, dum operibus injustitiam complicant, qui finem habituri sint jam descriptum est ; sic oportuit e converso veri justi, qui operibus justitiam exhibet, bonum finem declarari. Quid tali homini boni continget? Jam quidem in præsenti, ait, cum non videat ultionem de impiis sumendam, sæpenumero dolet, ingemiscit et ait : *Quare impii prospere agunt, in divitiis consenuerunt : semen eorum ex voto procedit, pueri eorum lætantur sumentes psalterium et citharam*[60]? Nunc autem ipse humiliatus

C dicit : *Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelavi super iniquos pacem peccatoris videns*[61]. Cum autem viderit impiorum finem et ultionem de iis sumptam, tunc lætabitur et exsultabit ; non de impiorum exitio gaudens, sed de justo Dei judicio lætus. *Pedes* autem *suos lavabit in sanguine impii :* non quod sanguinarius ac belli cupidus sit, sed quia ex eorum supplicio purgatur, et aliorum castigatione melior efficitur. Sive alio modo : *Manus lavabit in sanguine peccatoris,* id est, innocentem se, inculpatum et purum a pernicie ejus ostendet. Cum ergo impii promeritas pœnas dederint, justus autem vindicatus, gaudio

D ac lætitia repletus fuerit, manus ac pedes suos, secundum reliquos interpretes, laverit in sanguine peccatoris, secundum traditam sententiam ; tunc merito omnis homo, omnis vox et lingua pronuntiabit, *Si utique est fructus justo, utique est Deus judicans eos in terra.* Nam si est fructus justo, de quo fructu in primo psalmo dictum est[61] : *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium ejus non defluet, et omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.* Si itaque merces ac fructus erit bonus ei qui justitiam operatus sit, quem tempore justi judicii Dei recipiet ; hinc sane consequenter intelligitur, etiam ante judicium esse Deum qui in-

[60] Job xxi, 7, 8. [61] Psal. lxxii, 2, 3. [61] Psal. i, 3.

spiciat ac judicet eos qui in terra mortalem vitam exigunt. Etiamsi enim in præsenti ejus judicia non videantur, attamen hominum gesta non sine judicio et examine penes eum sunt. Atenim si justi una cum iniquis perituri essent, nullusque fructus justo esset, dici sane posset Deum humana non curare; sed quia tempus erit, quo justi quidem gaudebunt, peccatores autem memoratum finem consequentur; nullatenus homines ambigere par est, sed confiteri ac pronuntiare, Deum esse, qui de omnibus in terra degentibus judicat, inspectorque est, ac humana opera speculatur. Et hæc quidem hac de re dicta sint.

A δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ. Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται. Εἰ οὖν ἔσται μισθὸς καὶ καρπὸς ἀγαθὸς τῷ τὴν δικαιοσύνην ἐργασαμένῳ, ὃν ἀπολήψεται κατὰ τὸν τῆς δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ καιρόν, ἀκόλουθόν ἐστι νοεῖν, ὅτι καὶ πρὸ τῆς κρίσεως τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς τὸν θνητὸν ἔτι διεξανύοντας βίον ἔστι Θεὸς ἐφορῶν καὶ διακρίνων. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα οὐχ ὁρῶνται αὐτῷ αἱ κρίσεις ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἄκριτα, οὐδὲ ἀνεξέταστα τυγχάνει παρ' αὐτῷ τὰ ἐν ἀνθρώποις. Εἰ μὲν γὰρ ἔμελλον οἱ δίκαιοι τοῖς ἀδίκοις συναπολέσθαι, καὶ μηδεὶς ἦν καρπὸς τῷ δικαίῳ, ἦν ἂν εἰπεῖν μηδὲ ἐφορᾷν τὰ ἀνθρώπινα τὸν Θεόν· ἐπεὶ δὲ ἔσται τις καιρὸς ἐν ᾧ ὁ μὲν δίκαιος χαρήσεται, οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ τὸ προλεχθὲν περὶ αὐτῶν τέλος ἐξουσιν, εἰκότως οὐδὲ ἀμφιβάλλειν προσήκει, ὁμολογεῖν δὲ πάντα ἄνθρωπον καὶ ἀποφαίνεσθαι, ὅτι ἔστι Θεὸς ἔφορος καὶ ἐπίσκοπος τῶν ἐν ἀνθρώποις πραττομένων, κρίνων ἅπαντας τοὺς ἐν τῇ γῇ πολιτευσαμένους. Ταῦτα μὲν οὖν ταύτῃ.

Animadvertendum autem est, num prophetia Isthæc, quæ tota cohæret et una serie jungitur cum præcedentibus, finem describat eorum, qui prophetias de Christo meditantur, justitiam ore loquuntur, et venientem ipsum receperunt; neque tamen vocem ejus audierunt qua clamabat ipsis hæc dicens: *Qui habet aures audiendi audiat*[62]: qui sese serpenti similes effecerunt, et aures sibi pararunt *sicut aspidis surdæ et obturantis aures suas*. Ii vero ipsi dentes suos molasque suas blasphemis in Salvatorem nostrum dictis exacuerunt. Jure itaque de illis dictum fuerit, *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confregit Dominus*. Possunt item hæc dici de omnibus qui athea dogmata, et impias falsasque sententias in atheis hæresibus consarcinarunt, atque de iis qui sapientiam hujus sæculi profitentur, qui linguas suas contra salutarem doctrinam exacuerunt: neque pigeat iis annumerare quotquot in Ecclesia calumniis et obtrectationibus in proximorum perniciem vacant. Queis omnibus dicatur illud, *Si vere utique justitiam loquimini, recta judicate, filii hominum;* scientes *quod omnem creaturam adducet Deus in judicium*[63]; et, *oportet omnes tribunali Dei sisti, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum*[64].

B Ἐπιστῆσαι δὲ προσήκει, μήποτε ἡ μετὰ χεῖρας προφητεία, πᾶσα ἀκόλουθος οὖσα καὶ συνημμένη ταῖς πρὸ αὐτῆς, τὰ τέλη διαγράφει τῶν τὰς περὶ Χριστοῦ προφητείας μελετώντων καὶ δικαιοσύνην τῷ στόματι λαλούντων καὶ παραδεξαμένων αὐτὸν ἐλθόντα, μηδὲ ἐπακουσάντων αὐτοῦ τῆς φωνῆς βοῶντος πρὸς αὐτούς, καὶ λέγοντος· *Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν ἀκουέτω*· οἵτινες ὡμοίωσαν ἑαυτοὺς τῷ ὄφει, καὶ τὰ ὦτα αὐτῶν πεποιήκασιν *ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς*. Οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν καὶ τὰς μύλας διὰ τῶν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν βλασφημιῶν ἠκόνησαν. Εἰκότως οὖν περὶ αὐτῶν λεχθείη ἂν· *Ὁ Θεὸς συντρίψει τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασεν ὁ Κύριος*. Δύναται δὲ ταῦτα καὶ περὶ πάντων τῶν τὰ ἄθεα δόγματα καὶ τὰς ἀσεβεῖς ψευδοδοξίας ἐν ταῖς ἀθέοις αἱρέσεσι συστησαμένων λέγεσθαι, καὶ περὶ τῶν τὴν σοφίαν τοῦ αἰῶνος τούτου ἐπαγγελλομένων, οἳ τὰς γλώσσας αὐτῶν ἠκόνησαν κατὰ τῆς σωτηρίου διδασκαλίας· οἷς παραιτητέον δὲ καὶ τοὺς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ διαβολαῖς καὶ καταλαλιαῖς ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν πλησίον σχολάζοντας τούτοις συμπαραλαμβάνειν· πρὸς οὓς ἅπαντας λέγοιτ' ἂν τὸ, *Εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε, εὐθέα κρίνετε, υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων*· εἰδότες, ὅτι πᾶν τὸ ποίημα ἄξει ὁ Θεὸς εἰς κρίσιν· καὶ, *δεῖ τοὺς πάντας παραστῆναι τῷ βήματι τοῦ Θεοῦ· ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν εἴτε κακόν.*

1. IN FINEM, NE DISPERDAS DAVID, IN TITULI INSCRIPTIONEM, QUANDO MISIT SAUL, ET CUSTODIVIT DOMUM EJUS, UT EUM INTERFICERET. LVIII.

D ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΜΗ ΔΙΑΦΘΕΙΡΗΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ, ΕΙΣ ΣΤΗΛΟΓΡΑΦΙΑΝ, ΟΠΟΤΕ ΑΠΕΣΤΕΙΛΕ ΣΑΟΥΛ, ΚΑΙ ΕΦΥΛΑΞΕ ΤΟΝ ΟΙΚΟΝ ΑΥΤΟΥ, ΤΟΥ ΘΑΝΑΤΩΣΑΙ ΑΥΤΟΝ. ΝΗ'.

Vers. 2, 5. *Eripe me de inimicis meis, Deus meus, et ab insurgentibus in me libera me.* Jam prius observavimus, psalmos a LI, antequam David regnaret, adhuc superstite Saule, pronuntiatos fuisse; eos autem qui in prima parte libri censentur, ferme omnes, paucisque exceptis, post lapsum ejus: et ob pietatis eminentiam, eos qui confessionem præferrent, priores in libro consignatos ab illo fuisse,

Ἐξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου, ὁ Θεός, καὶ ἐκ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ λύτρωσαί με. Τετηρήκαμεν ἤδη πρότερον, ὅτι οἱ ἀπὸ τοῦ α' καὶ ν' πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι τὸν Δαυΐδ, ἔτι ζῶντος τοῦ Σαοὺλ, εἴρητο· ὥσπερ οὖν οἱ κατὰ τὸ πρῶτον μέρος τῆς βίβλου σχέδον πάντες, παρεκτὸς ὀλίγων, μετὰ τὸ πλημμεληθὲν αὐτῷ σφάλμα, καὶ ὅτι καθ' ὑπερβολὴν εὐλαβείας πρώτους ἔταξεν ἐν τῇ βίβλῳ τοὺς ἐξομολογησι-

[62] Matth. XI, 5. [63] Eccl. XII, 14. [64] II Cor. V, 10.

περιέχοντας, δευτέρους ὄντας τῷ χρόνῳ· τοὺς δὲ τῷ χρόνῳ πρώτους, δευτέρους συνῆψε, ὡς ἂν καλύπτοιτο τὰ τῆς ἐξομολογήσεως διὰ τῆς τῶν κατορθωμάτων μνήμης. Τοῦτο τοίνυν καὶ ὁ παρὼν συνίστησι ψαλμός· συνήθως δὲ εἰρήσθω, ἐπείπερ καὶ αὐτὸς στηλογραφία τυγχάνει, ἐπισημαινόμενος καθ' ὃν ἐλέχθη καιρόν· ἦν δὲ οὗτος, *Ὁπότε ἀπέστειλε Σαοὺλ καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ, τοῦ θανατῶσαι αὐτόν.* Πλατύτερον δὲ τὴν ἱστορίαν ἡ πρώτη τῶν Βασιλειῶν παρίστησι, τοῦτον ἔχουσα τὸν τρόπον· *Καὶ προσέθετο πόλεμος γενέσθαι· καὶ κατίσχυσε Δαυὶδ, καὶ ἐπολέμησε τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς πληγὴν μεγάλην σφόδρα, καὶ ἔφυγον ἐκ προσώπου αὐτοῦ. Καὶ ἐγένετο πνεῦμα πονηρὸν ἐπὶ Σαοὺλ· καὶ αὐτὸς ἐν οἴκῳ καθεύδων, καὶ δόρυ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· καὶ ἰδοὺ Δαυὶδ ἔψαλλεν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. Καὶ ἐζήτει Σαοὺλ πατάξαι τὸ δόρυ εἰς Δαυὶδ· καὶ ἀπέστη Δαυὶδ ἐκ προσώπου Σαοὺλ, καὶ ἐπάταξε τὸ δόρυ εἰς τὸν τοῖχον. Καὶ Δαυὶδ ἀνεχώρησε καὶ διεσώθη. Καὶ ἐγερθὴν ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους εἰς οἶκον Δαυὶδ φυλάξαι αὐτὸν, τοῦ θανατῶσαι αὐτὸν πρωΐ. Καὶ ἀνήγγειλε τῷ Δαυὶδ Μελχὸλ, ἡ γυνὴ αὐτοῦ, λέγουσα· Ἐὰν μὴ σὺ σωθῇς τὴν ψυχήν σεαυτοῦ τὴν νύκτα ταύτην, αὔριον θανατωθήσῃ. Καὶ κατάγει ἡ Μελχὸλ τὸν Δαυὶδ διὰ τῆς θυρίδος, καὶ ἀπῆλθε καὶ ἔφυγε, καὶ σώζεται· ὅτε καὶ τὴν προκειμένην στηλογραφίαν συντάττει· διὸ προγέγραπται· Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαυὶδ εἰς στηλογραφίαν, ὅπου ἀπέστειλε Σαοὺλ, καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ τοῦ θανατῶσαι αὐτόν.* Τὸ μὲν οὖν, *εἰς τὸ τέλος τῷ Δαυὶδ*, καὶ τὸ, *μὴ διαφθείρῃς*, καὶ ἡ *στηλογραφία*, τρίτον ἤδη εἴρηται ἐφεξῆς· ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον, ἕτερον ἐσήμανε καιρὸν, ὃν ἐδήλου ἡ προγραφὴ λέγουσα· *Ὁπότε ἐκράτησαν αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι ἐν Γέθ*· τὸ δὲ δεύτερον, *Ἐν τῷ ἀποδιδράσκειν αὐτὸν ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον*· ἐνταῦθα δὲ, *Ὁπότε ἀπέστειλε Σαοὺλ, καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ τοῦ θανατῶσαι αὐτόν.* Τὸ δὲ αἴτιον τῆς τοῦ Σαοὺλ κατὰ τοῦ Δαυὶδ ἐπιβουλῆς φθόνος ἦν. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν κατὰ τοῦ ἀλλοφύλου Γολιὰθ ἤρατο νίκην, ὑμνεῖτό τε ἐπὶ τοῦτο παρὰ τοῖς πᾶσι, τούτου χάριν ὡρμᾶτο θανατῶσαι αὐτόν· καὶ μάλιστα ὅτε εἶδεν, ὡς Κύριος ἦν μετὰ τοῦ Δαυὶδ, καὶ αὐτὸς συνῆκε σφόδρα, καὶ πᾶς Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα ἠγάπα τὸν Δαυίδ. Ἔτι τε μᾶλλον ἐξήφθη τὰ τῆς ζηλοτυπίας, ὡς ἑώρα αὐτὸν κρατοῦντα ἐν πολέμοις συνεργείᾳ καὶ βοηθείᾳ Θεοῦ. Λέγει δ' οὖν ἡ Γραφή· *Καὶ εἶδε Σαοὺλ, ὅτι Κύριος μετὰ Δαυὶδ, καὶ πᾶς Ἰσραὴλ ἠγάπα αὐτόν. Καὶ προσέθετο εὐλαβεῖσθαι ἀπὸ Δαυὶδ ἔτι. Καὶ ἐγένετο Δαυὶδ ἐχθρὸς τοῦ Σαοὺλ πάσας τὰς ἡμέρας.* Ἐπεὶ δὲ καὶ αὖθις προσέθετο πόλεμος γενέσθαι, *καὶ κατίσχυσε Δαυὶδ, καὶ ἐπολέμησε τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ ἐπάταξεν ἐν αὐτοῖς πληγὴν μεγάλην, καὶ ἔφυγον ἐκ προσώπου αὐτοῦ*· πάλιν τὸ πνεῦμα τοῦ φθόνου τὸν Σαοὺλ ἔπνιγεν, ὡς ἤδη καὶ αὐτόχειρα

etiamsi posteriores tempore essent; eos vero qui primi tempore, secundos adjectos esse, ut recte factorum memoria ea quæ confessionem continerent obtegerentur. Hoc itaque præsenti psalmo comprobatur, (quod consueto more dictum sit) quia tituli inscriptio est; notamque temporis præfert quo editus fuit, scilicet, *Quando misit Saul, et custodivit domum ejus, ut eum interficeret.* Sed fusius historiam enarrat primus Regnorum liber, qui sic habet: *Motumque est autem iterum bellum; et superavit David, debellavitque allophylos, et percussit eos plaga magna valde, et fugerunt a facie ejus. Et factus est spiritus malus in Saul: et ipse in domo sua dormiebat, et lancea in manu ejus: porro David psallebat manibus suis. Et quærebat Saul percutere Davidem lancea: et declinavit David a facie Saul, et lancea percussit parietem. David autem recessit et salvatus est. Et factum est in nocte illa, misit nuntios in domum David, qui custodirent illum, ut interficeretur mane. Et renuntiavit Davidi Melchol, uxor ejus, dicens: Nisi salvaveris animam tuam hac nocte, cras interficieris. Et demisit Melchol Davidem per fenestram, porro ille abiit et aufugit, atque salvatus est* [65]. Quo tempore hanc tituli inscriptionem edidit: quare sic titulus habet: *In finem, ne disperdas, David in tituli inscriptionem, quando misit Saul, et custodivit domum ejus, ut eum interficeret.* Illud ergo, *in finem Davidi*, et illud, *ne disperdas*, et *tituli inscriptio*, jam tertio consequenter dictum est. At primo aliud tempus indicavit, per titulum scilicet qui sic habet, *Quando tenuerunt eum allophyli in Geth* [66]; secundo item, *Cum fugeret a facie Saulis in speluncam* [67]; hic vero, *Quando misit Saul, et custodivit domum ejus, ut eum interficeret.* Causa porro insidiarum Saulis in Davidem, invidia erat. Cum enim de Goliath Allophylo victoriam retulisset, et ab omnibus ea de causa celebraretur, ideo ad ejus cædem animum appulit: maxime vero cum videret Dominum esse cum Davide, ac rem perspicue intelligeret, universusque Israel et Juda Davidem adamaret. Tunc vero præcipue inflammata æmulatio est, cum adverteret eum ope et auxilio Dei in bellis superiorem esse. Ait ergo Scriptura: *Et vidit Saul quod Dominus esset cum David, et omnis Israel diligeret eum. Et cœpit magis timere David, et factus est David inimicus Saul omnibus diebus* [68]. Cum autem *iterum motum est bellum, et superavit David, debellavitque allophylos, et percussit eos plaga magna, et fugerunt a facie ejus* [69]; spiritus invidiæ rursus Saulem suffocabat, ut jam manu propria virum confodere vellet. Tentavit ergo lancea percutere, et cum aberrasset ab ictu, non clam ulterius, sed palam, missis in domum David satellitibus, necem inferre cupivit. Ille vero in hujusmodi calamitate præsentem tituli inscriptionem edidit, emissoque clamore Deum precatus his verbis est: *Eripe me de inimicis meis, Deus, et ab insurgentibus in*

[65] I Reg. XIX, 8-12. [66] Psal. LV, 1. [67] Psal. XIX, 8. [68] I Reg. XVIII, 14, 16, 28. [69] I Reg. LVI, 1.

me libera me : eripe me de operantibus iniquitatem, et de viris sanguinum salva me. Queis rogat Deum sibi custodem, adjutorem et servatorem esse, ut ne ab inimicis capiatur, neve in manus eorum veniat; sive etiam, ne iis similis esse pronuntietur, neu in numero operantium iniquitatem, aut ex parte virorum sanguinum censeatur, de quibus superius dicebatur : *Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos : ego autem sperabo in te* [70]. Quod autem non visibiles solum inimicos, sed etiam occultos et invisibiles cognosceret, qui et Saulem exagitabant, nam spiritus malus in Saule erat, a quo permotus invidia inflammabatur in Davidem; jam sæpius a nobis commonstratum est. Hic itaque inimicos superasse scribitur, ac plerumque victoriam de allophylis retulisse. Truces porro ac graves erant occulti ejus inimici et hostes, quos hisce dictis declarat : *Quoniam ecce venati sunt animam meam, irruerunt in me fortes.* Secundum historiam sane non alios videtur inimiços habuisse quam Saulem. Id enim Scriptura significat dum testificatur, ipsum ab omni populo dilectum; eamque in primis causam invidiæ in ipsum fuisse. Si ergo omnes Davidem diligebant, solusque Saul ea de re livore incensus insidias ipsi parabat, cur hic pluraliter ait : *Eripe me de inimicis meis, et ab insurgentibus in me;* ac rursum, *Quia ecce venati sunt animam meam, irruerunt in me fortes?* Sed hic clare indicantur occulti et invisibiles inimici, de quibus Apostolus ait : *Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principatus et potestates, et mundi rectores tenebrarum harum, et contra spiritus nequitiæ* [71]. Illi igitur Saulem incendebant contra Davidem : ideoque rogabat Deum, ut ab iis eriperetur. Contra Goliath enim et contra reliquos allophylos ipse solus sufficiebat, lege belli cunctos adortus; at contra occultas potestates et invisibiles inimicos propugnatorem sibi Deum postulabat. Quod autem a Saule, cum nihil ipsi damni intulisset, frustra pelleretur, cum historia enarrat, tum in sequentibus ita recenset ipse : *Neque iniquitas mea, neque peccatum meum : sine iniquitate cucurri et direxi.* Pro illo autem, *sine iniquitate cucurri et direxi*, Symmachus ait, *cum non sit peccatum irruunt, ut pertrahant me.* Nam cum ne minima subesset causa, tanta adversus eum supra memorati illi aggressi sunt. Et, quæso, advertas, Davidem in præsenti fidenter agere, qui in prima Psalmorum parte dicebat : *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, sicut onus grave gravatæ sunt super me. Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ* [72]. Hæc et his similia in præcedentibus confitebatur; in præsenti vero ait : *Neque iniquitas mea, neque peccatum meum, Domine, sine iniquitate cucurri et direxi.* Cursum porro, quem David agebat, intelliges, si apostolicam illam vocem apponas : *Bonum certa-*

A ἐθέλειν γενέσθαι τοῦ ἀνδρός. Ἐπειρᾶτο γοῦν τῷ δόρατι κατ' αὐτοῦ· ὡς δ' ἠστόχησε τῆς πληγῆς, οὐκέτ' ἐπικεκρυμμένως, ἐκ δὲ τοῦ φανεροῦ ἀποστείλας εἰς τὸν οἶκον τοῦ Δαυΐδ, θανατῶσαι αὐτὸν ὡρμήθη. Ὁ δ' ἐν τοιαύτῃ ἀπολῃφθεὶς συμφορᾷ, τὴν προκειμένην στηλογραφίαν συντάττει, ἀναβοῶν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ λέγων· *Ἐξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου, ὁ Θεός, καὶ ἐκ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ λύτρωσαί με. Ῥῦσαί με ἐκ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, καὶ ἐξ ἀνδρῶν αἱμάτων σῶσόν με.* Εὔχεται δὲ διὰ τούτων φύλακος τυχεῖν τοῦ Θεοῦ, βοηθοῦ τε καὶ σωτῆρος, εἰς τὸ μὴ ἁλῶναι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, μηδ' ὑποχείριον αὐτοῖς γενέσθαι· ἢ καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ καὶ αὐτὸν ὅμοιον αὐτοῖς ἀποφανθῆναι, μηδὲ γενέσθαι ἕνα τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, B μηδὲ τῆς μερίδος τῶν ἀνδρῶν τῶν αἱμάτων, περὶ ὧν καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω ἐλέγετο· *Ἄνδρες αἱμάτων καὶ δολιότητος, οὐ μὴ ἡμισεύσωσι τὰς ἡμέρας αὐτῶν· ἐγὼ δὲ ἐλπιῶ ἐπὶ σέ.* Ἐχθροὺς δὲ ὅτι μὴ τοὺς ὁρατοὺς μόνους ἐγίνωσκεν, ἀλλὰ τοὺς ἀφανεῖς καὶ ἀοράτους, οἳ καὶ αὐτοὶ ἐνήργουν τὸν Σαούλ· πνεῦμα γὰρ πονηρὸν ἦν ἐπὶ Σαοὺλ, ὑφ' οὗ κινούμενος ἐξεκαίετο ἐπὶ τὸν κατὰ τοῦ Δαυΐδ φθόνον· πολλάκις ἡμῖν ἀποδέδεικται. Κἀνταῦθα τοίνυν τῶν μὲν πολεμίων περιγενόμενος ἀναγέγραπται, νίκην τε πολλάκις ἁράμενος κατὰ τῶν ἀλλοφύλων. Δεινοὶ δὲ ἦσαν ἄρα ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι οἱ ἀφανεῖς αὐτοῦ ἐχθροὶ, οὓς παριστὰς καὶ διὰ τῶν προκειμένων ἔλεγεν· *Ὅτι ἰδοὺ ἐθήρευσαν τὴν ψυχήν μου, ἐπέθεντο ἐπ' ἐμὲ κραταιοί.* Ἐκ μὲν οὖν τῆς ἱστορίας οὐδετέρους φαί- C νεται ἐσχηκὼς ἐχθροὺς ἢ μόνον τὸν Σαούλ. Τοῦτο γὰρ παρίστησεν ἡ Γραφὴ μαρτυραμένη, ὅτι ἠγαπᾶτο ὑπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ· καὶ τοῦτ' ἦν μάλιστα τὸ αἴτιον τῆς κατ' αὐτοῦ βασκανίας. Εἰ τοίνυν πάντες ἠγάπων τὸν Δαυΐδ, μόνος δὲ Σαοὺλ καὶ ἐπὶ τούτῳ φθόνῳ πιμπράμενος ἐπεβούλευσεν αὐτῷ, πῶς ἐνταῦθα πληθυντικῶς φησιν, *Ἐξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου καὶ ἐκ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμέ·* καὶ πάλιν, *Ὅτι ἰδοὺ ἐθήρευσαν τὴν ψυχήν μου, ἐπέθεντο ἐπ' ἐμὲ κραταιοί;* Ἀλλὰ γὰρ σαφῶς διὰ τούτων παρίστανται ἀόρατοι καὶ ἀφανεῖς ἐχθροὶ, περὶ ὧν καὶ ὁ Ἀπόστολος ἔλεγεν· *Οὐκ ἔστιν ἡμῖν πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, καὶ πρὸς τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας.* Οὗτοι D γοῦν ἐξέκαον τὸν Σαοὺλ κατὰ τοῦ Δαυΐδ· διὸ ἐξ αὐτῶν ῥυσθῆναι ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ. Πρὸς μὲν γὰρ τὸν Γολιὰθ, καὶ πρὸς τοὺς λοιποὺς ἀλλοφύλους ἀπῆρκει αὐτὸς ἱστάμενος, καὶ πολέμου νόμῳ τοῖς πᾶσιν ἐπεξιών· πρὸς δὲ τὰς ἀφανεῖς δυνάμεις καὶ τοὺς ἀοράτους ἐχθροὺς Θεὸν ὑπέρμαχον ἠξίου αὐτῷ γενέσθαι. Ὅτι δὲ μηδὲν ἀδικήσας τὸν Σαοὺλ, μάτην ἠλαύνετο ὑπ' αὐτοῦ, παρίστησι μὲν ἡ ἱστορία, ἐμφαίνει δὲ καὶ αὐτὸς ἐξῆς λέγων· *Οὔτε ἡ ἀνομία μου, οὔτε ἡ ἁμαρτία μου· ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον καὶ κατηύθυνα.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον καὶ κατηύθυνα*, ὁ Σύμμαχος, *μὴ οὔσης*, φησὶν, *ἁμαρ-*

[70] Psal. LIV, 24. [71] Ephes. VI, 12. [72] Psal. XXXVII, 5, 6.

τίας, ἐπιτρέχουσιν, ἵνα ἑλκύσωσί με. Μηδεμιᾶς γὰρ προφάσεως ὑποκειμένης, τοσαῦτα κατ' αὐτοῦ ἐνεχείρουν οἱ δηλωθέντες. Καὶ θέα τίνα τρόπον ἐπὶ μὲν τοῖς προκειμένοις παῤῥησίαν ἄγων ὁ Δαυὶδ φαίνεται· ἐν δὲ τῷ πρώτῳ μέρει τῶν Ψαλμῶν ἔλεγεν· *Ὅτι αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου, ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ. Προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου.* Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια ἐξωμολογεῖτο διὰ τῶν ἔμπροσθεν· ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος φησίν· *Οὔτε ἡ ἀνομία μου, οὔτε ἡ ἁμαρτία μου, Κύριε, ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον καὶ κατηύθυνα.* Νοήσεις δὲ τὸν δρόμον, ὃν ἔτρεχε Δαυὶδ, παραθεὶς τὴν ἀποστολικὴν φωνὴν δι' ἧς ἔλεγε· *Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος.*

A men certavi, cursum consummavi, fidem servavi : in reliquo reposita est mihi corona justitiæ [13].

Ἐξεγέρθητι εἰς συνάντησίν μου καὶ ἴδε, καὶ σὺ, Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. Ὡς ἀγαθὸς δρομεὺς καὶ ἀγωνιστὴς ἄριστος τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἀγωνιζόμενος, ἐφ' οἷς ἐπαῤῥησιάσατο εἰπών· *Οὔτε ἡ ἀνομία μου, οὔτε ἡ ἁμαρτία μου· ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον καὶ κατηύθυνα·* διεγείρει τὸν ἀγωνοθέτην ἐπὶ τὴν θέαν τῆς οἰκείας ἀρετῆς, καὶ ἰδεῖν ἀξιοῖ ὅπως τοῖς εἰρημένοις λόγοις σύμφωνα ᾖ αὐτῷ τὰ ἔργα. Δείκνυται δὲ τοῦτο καὶ ἀπὸ τῆς ἱστορίας, ἐν ᾗ μυρία μὲν πεπονηκὼς ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ φαίνεται, οὐδὲν δὲ αὐτὸς κατ' αὐτοῦ λυπηρὸν δράσας, ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου πολλάκις ἀλόντα αὐτὸν διασώσας αὐτίκα. Καὶ ὅτε τὸ πονηρὸν πνεῦμα ἔπνιγεν αὐτὸν, σωτὴρ αὐτῷ παρεφαίνετο Δαυὶδ, ἀνακρουόμενος μὲν τῷ ὀργάνῳ, δυνάμει δὲ τοῦ ἐν αὐτῷ θείου Πνεύματος τὴν ἐν τῷ Σαοὺλ ἐναντίαν δύναμιν ἐλαύνων. Τὸ ἀνεξίκακον τοίνυν ἑαυτοῦ καὶ τὸ πρᾶον, καὶ τὸ ὑπομονητικὸν δεικνὺς τῷ Θεῷ ἔλεγεν· *Οὔτε ἡ ἀνομία μου*, καὶ τὰ ἑξῆς. *Ἐξεγέρθητι εἰς συνάντησίν μου, καὶ ἴδε.* Εἶθ' ἑξῆς τοσαύτῃ χρησάμενος παῤῥησίᾳ, φωτίζεται ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος, καὶ διδάσκεται, ὡς ἄρα ἔσται τις καιρὸς ἐν ᾧ καὶ ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ διωχθήσεται, καὶ ἐπιβουλευθήσεται ὑπὸ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, σωτήρ τε καὶ ἐπίσκοπος τῶν ἐθνῶν ἁπάντων γενήσεται· ἐν ᾧ καιρῷ καὶ αὐτοῦ τοῦ Δαυὶδ τὰ κατορθώματα καὶ αἱ ἀρεταὶ ᾄσθήσονται καὶ βοηθήσονται ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Καὶ τοῦτο γνοὺς καθ' ὑποβολὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐπιστῆναί ποτε τοῦτον εὔχεται τὸν καιρόν. Διὸ ἑξῆς φησι· *Καὶ σὺ, Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ Θεὸς Ἰσραήλ, πρόσχες ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη.* Ὁ μὲν γὰρ Ἰσραὴλ, ὁ σὸς χρηματίσας πρότερος λαὸς, πολλῶν εὐεργεσιῶν τετυχηκὼς, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν ἀξιωθεὶς, οὐδένα σου ἄξιον ἐπεδείξατο καρπόν· ἀεὶ δὲ καὶ πάντοτε παντοίαις ὑποπέπτωκεν ἀσεβείαις, τοτὲ μὲν εἰδωλολατρῶν, τοτὲ δὲ τοὺς σοὺς προφήτας ἀναιρῶν· τέλος δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Χριστῷ σου χεῖρας ἐπιβαλών. Θαυμαστὰ δὲ ὑπὸ τοῦ σοῦ Πνεύματος προμαθὼν περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφῆς, εἰκότως ἐπιστῆναι τὸν καιρὸν ἐκεῖνον εὔχομαι, εἰδὼς, ὅτι οὐκ ἔστι παρὰ σοὶ προσωποληψία. Δικαιοσύνῃ δὲ τὰ πάντα διέπων, οἶδας καὶ ἔθνη ἀλλόφυλα καὶ ἀλλογενῆ τῆς πλάνης ἐπιστρέφοντα σώζειν· οἶδας καὶ τοὺς νομιζομένους τῆς σῆς εἶναι μερίδος, εἰ ἀνάξιοι εὑρίσκοιντο, τῆς τοιαύτης κλήσεως μετέρχεσθαι. Διὸ περὶ μὲν τῶν ἐθνῶν εὔχομαι λέγων· *Πρόσχες τοῦ ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη·* περὶ δὲ τοῦ ἑτέρου μέρους φημί· *Μὴ οἰ-*

VERS. 6. *Exsurge in occursum, et vide, et tu, Domine Deus virtutum, Deus Israel.* Ut bonus cursor, pugnatorque strenuissimus, bonum certamen decertans, quia confidenter dixerat, *Neque iniquitas mea neque peccatum meum, Domine, sine iniquitate cucurri et direxi;* jam agonothetam ad virtutis suæ inspectionem provocat, rogatque advertere velit, opera sua cum prolatis verbis consentire. Idipsum porro ex historia commonstratur, ubi innumera mala a Saule perpessus, nihilque injuriæ adversus illum aggressus exhibetur; contra vero plerumque captum subito liberavit. Et quando spiritus malus suffocabat eum, David servator ejus visus est, instrumento quidem pulsans, sed virtute in se degentis Spiritus divini, contrariam in Saule virtutem depellens. Suam itaque injuriarum oblivionem, mansuetudinem, patientiam Deo exhibens dicebat : *Neque iniquitas mea*, et cætera. *Exsurge in occursum meum, et vide.* Deinde vero, tanta usus fiducia, a prophetico spiritu illustratur, ac ediscit futurum tempus, quo ipse Christus Dei vexationibus et insidiis Judaici populi impetetur, ac servator et inspector universarum gentium erit; quo etiam tempore ipsius Davidis præclara opera et virtutes hymnis concinentur, et in universis gentibus celebrabuntur. Hujusque rei Spiritu sancto revelante gnarus, tempus illud advenire precatur. Quare deinceps ait : *Et tu, Domine Deus virtutum, Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes.* Nam Israel ille, qui prior populus tuus dicebatur, multis ornatus beneficiis, multisque dignatus bonis, nullum te dignum fructum protulit; sed semper omnique tempore in varias omnis generis impietates prolapsus, modo simulacra coluit, modo prophetas tuos interfecit, ac demum ipsi Christo tuo manus intulit. Mira porro a Spiritu tuo de gentium conversione edoctus, jure tempus illud advenire postulo, probe sciens nullam apud te esse personarum acceptionem. Quia enim cum justitia omnia administras, nosti alienigenas et extraneas gentes, si convertantur ab errore, salute donare; nosti itidem eos qui tuæ sortis esse putantur, si indigni deprehendantur, tali vocatione excludere. Quare pro gentibus quidem ita precor : *Intende ad visitandas omnes gentes;* de altera vero parte dico, *Non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.* Cum autem indiscriminatim, *omnibus*, dicat, ipsum Israelem eo in

[13] II Tim. iv, 7, 8.

numero comprehendit, necnon eos qui tali modo olim in Israele affecti erant. Quid enim amplius factum Sauli fuit, qui genere quidem ab Israel ortus erat, ex tribu Benjamin, qui tanti populi rex inauguratus fuerat, quique tanta in cassum et sine causa adversus eum, qui se nihil læsisset, machinatus fuerat? Quod si alii postea reperiantur qui Sauli gestis affinia meditentur vel peragant; non eo tales salutem consequi necessum est, quod ex tua portione esse reputentur; ut e converso si qui inter extraneas gentes saluti idonei sunt, nihil obsit quominus, pro ratione justitiæ, visitatione tua dignentur. Quare dico, *intende ad visitandas omnes gentes;* iis vero qui operantur iniquitatem, ex quovis genere orti sint, ne miserearis. Operantes vero iniquitatem supra quoque memorat dicens : *Eripe me de operantibus iniquitatem, et de viris sanguinum salva me.* Sic vocabat eos qui Salvatori nostro impias intulere manus. Eosdem quoque subindicabat in LIV psalmo dicens, *Quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate : die ac nocte circumdabit eam* [75]; ac rursus; *Contaminaverunt testamentum ejus, divisi sunt ab ira vultus ejus* [76]; iterumque : *Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem in te sperabo* [77].

κτειρήσῃς πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν. Λέγων δὲ ἀδιορίστως, πάντας, καὶ τὸν Ἰσραὴλ συμπαραλαμβάνει, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ πάλαι γενομένους τοιούτους. Τί γὰρ καὶ πλέον γέγονε, φησὶ, τῷ Σαοὺλ, τὸ μὲν γένος ἀπὸ τοῦ Ἰσραὴλ ὁρμωμένῳ, καὶ φυλῆς Βενιαμὶν, βασιλεῖ δὲ τοῦ τοσούτου ἔθνους καθισταμένῳ, τοσαῦτα δὲ εἰκῇ καὶ μάτην κατὰ τοῦ μηδὲν ἠδικηκότος ἐπιχειροῦντι; Εἰ δὲ οὖν τὰ ἀδελφὰ τῷ Σαοὺλ φρονοῦντές τε καὶ πράττοντες γένοιντό ποτε ἕτεροι, οὐ παρὰ τοῦτο σώζεσθαι αὐτοὺς ἀνάγκη διὰ τὸ νομίζεσθαι τῆς σῆς μερίδος εἶναι· ὡς ἔμπαλιν ἐν τοῖς ἀλλοφύλοις ἔθνεσιν, εἰ εὑρίσκοιντό τινες ἐπιτηδείως ἔχοντες πρὸς σωτηρίαν, οὐδὲν ἂν κωλύοι τῆς σῆς ἐπισκοπῆς αὐτοὺς τυχεῖν κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λόγον. Διό φημι· *Πρόσχες τοῦ ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη·* τοὺς δὲ ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, ὅθεν δήποτε εἶεν, μὴ οἰκτειρήσῃς. Μέμνηται δὲ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν καὶ ἀνωτέρω λέγων· *Ῥῦσαί με ἐκ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, καὶ ἐξ ἀνδρῶν αἱμάτων σῶσόν με.* Οὕτω δὲ ἐκάλει τοὺς κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀθέους ἐπενέγκαντας χεῖρας. Τοὺς αὐτοὺς δὲ ἠνίττετο καὶ ἐν νδ' ψαλμῷ λέγων· *Ὅτι εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει. Ἡμέρας καὶ νυκτὸς κυκλώσει αὐτὴν* καὶ πάλιν· *Ἐβεβήλωσαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ, διεμερίσθησαν ἀπ' ὀργῆς τοῦ προσώπου αὐτοῦ·* καὶ αὖθις· *Ἄνδρες αἱμάτων καὶ δολιότητος οὐ μὴ ἡμισεύσωσι τὰς ἡμέρας αὐτῶν· ἐγὼ δὲ ἐπὶ σὲ ἐλπιῶ.*

VERS. 7, 12. *Convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canis, et circuibunt civitatem.* Postquam visitationem gentium et ultionem operantium iniquitatem fieri regavit, admodum consequenter ita postea vaticinatur : *Convertentur ad vesperam.* Quinam illi, nisi qui operantur iniquitatem, et viri sanguinum? Cur autem *ad vesperam?* quia in consummatione sæculi hæc futura erant. Pro illo autem, *Et famem patientur ut canis,* Aquila, *Et tumultuentur ut canis;* Symmachus, *Et constrepent ut canes;* Theodotio, *Et vociferabuntur ut canis,* et quinta editio similiter, *Et vociferabuntur ut canes.* Propalam hisce verbis, eos qui sero tandem, tempore adventus Salvatoris nostri, perinde atque Saul innocentem insequebatur, ita et ipsi bellum adversus Christum Dei suscepturi erant, canes nuncupavit. Quinetiam per prophetam Isaiam ipse Spiritus sancius hæc declarat : *Omnes canes muti nescientes latrare* [77]; et in XXI psalmo, qui Salvatoris nostri cruciatus describit, ex ejus Salvatoris persona dicitur : *Circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me* [78]. Qui igitur operantur iniquitatem, et viri sanguinum, etsi jam multum viribus valere et ad præsens tempus regnum ut Saul obtinere videantur; at quotquot affinia ipsius gestis ediderunt, convertentur tandem, et ad vesperam tumultuabuntur, ac vociferabuntur : nihil quidem articulatim loquentur, neque ex rationabili mente verba memoria digna proferent; sed perinde ut canes ululatus emittent vocesque contumeliosas

Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν, καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων, καὶ κυκλώσουσι πόλιν. Σφόδρα ἀκολούθως ἐπισκοπὴν τῶν ἐθνῶν ἱκετεύσας γενέσθαι, τῶν τε ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν ἐκδίκησιν, ἐξῆς θεσπίζει φάσκων· *Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν.* Τίνες δὲ οὗτοι ἀλλ' οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν καὶ οἱ ἄνδρες τῶν αἱμάτων; Διὰ τί δὲ εἰς ἑσπέραν; ἐπειδὴ ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος ἤμελλε ταῦτα γίγνεσθαι. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων,* ὁ μὲν Ἀκύλας, *Καὶ ὀχλασάτωσαν ὡς κύων,* ἡρμήνευσεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Καὶ συνηχήσουσιν ὡς κύνες·* ὁ δὲ Θεοδοτίων, *Καὶ ἠχήσουσιν ὡς κύων·* καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις ὁμοίως, *Καὶ ἠχήσουσιν ὡς κύνες.* Ἀντίκρυς δὲ διὰ τούτων τοὺς ὀψέ ποτε κατὰ τοὺς χρόνους τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀφίξεως ὁμοίως τῷ τότε Σαοὺλ, τὸν ἀναίτιον διώξαντι, μέλλοντας καὶ αὐτοὺς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πολεμεῖν, κύνας ὠνόμασεν. Ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου τὸ αὐτὸ ἅγιον Πνεῦμα περὶ τῶν αὐτῶν διδάσκει λέγον· *Πάντες κύνες ἐρεοὶ οὐκ εἰδότες ὑλακτεῖν·* καὶ ἐν κα' ψαλμῷ, τὰ πάθη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διαγράφοντι, ἐξ αὐτοῦ προσώπου λέλεκται τοῦ Σωτῆρος· *Περιεκύκλωσάν με κύνες πολλοί, συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με.* Οἱ οὖν ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν καὶ οἱ ἄνδρες τῶν αἱμάτων, εἰ καὶ τὰ μάλιστα νῦν πολλὰ δύνασθαι δοκοῦσι, καὶ τῆς βασιλείας κρατεῖν ὥσπερ Σαοὺλ τέως ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἀλλὰ πάντες γε οἱ τὰ ἀδελφὰ τούτῳ πράξαντες ἐπιστρέψουσιν ὀψέ ποτε, καὶ εἰς ἑσπέραν ὀχλάσουσί τε καὶ συνηχήσουσιν, οὐδὲν μὲν ἔναρθρον φθεγγόμενοι, οὐδὲ ἐκ λογικῆς δια-

[75] Psal. LIV, 10, 11. [76] Ibid. 21, 22. [77] Psal. LIV, 24. [77] Isa. LVI, 10. [78] Psal. XXI, 17.

νοίας λόγους ἀξίους μνήμης προσφέροντες, κυσὶ δὲ παραπλησίως ὀλαγμοὺς ἀφιέντες, φωνάς τε ὑβριστικὰς καὶ ἀναιδεῖς. Διὸ καὶ λιμώξουσιν τοῦ τῆς ζωῆς ἄρτου στερηθέντες· ἐπεὶ μὴ παρεδέξαντο τὴν σωτήριον καὶ οὐράνιον τροφὴν, αὐτὸν τὸν εἰρηκότα· *Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ διδοὺς ζωὴν τοῖς ἀνθρώποις.* Ὅθεν καὶ ἕτερος προφήτης τὸν λιμὸν τοῦτον αἰνιττόμενος ἑβόα λέγων· *Ἰδοὺ οἱ δουλεύοντές μοι φάγονται, ὑμεῖς δὲ πεινάσετε· ἰδοὺ οἱ δουλεύοντές μοι πίονται, ὑμεῖς δὲ διψήσετε.* Στερηθέντες δὲ τῆς αἰωνίου τροφῆς καὶ τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς παραιτησάμενοι, οὐκέθ' ὡς πρόβατα γενήσονται τοῦ καλοῦ ποιμένος· παραβληθήσονται δὲ κυσίν. Εἶτα δὲ καὶ τῆς ἑαυτῶν πόλεως, ἣν κακῶς ᾤκησαν, ἀπελασθήσονται· ἀποκλεισθήσονταί τε αὐτῆς, ὡς μηκέτ' αὐτῆς ἐπιβαίνειν τολμᾷν· ἐπειδήπερ οἱ οἰκοῦντες αὐτὴν αἱμάτων αὐτὴν ἐπλήρουν. Διὸ ἐν τῷ προδηλωθέντι ἐλέγετο· *Ὅτι εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει.* Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν τὰ τολμηθέντα τῷ Ἰσραὴλ ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐδηλοῦτο· ἐνταῦθα δὲ τὸ συμβεβηκὸς αὐτοῖς μετὰ ταῦτα τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος προγνώσει ἡ Γραφὴ στηλιτεύει· διὸ καὶ *στηλογραφία* κέκληται. Τοῦ δὲ λόγου τὸ ἀποτέλεσμα παρίστησιν ἡ τῶν πραγμάτων ἔκβασις. Μετὰ γοῦν τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλὴν αὐτῶν, ἑστάντες Ῥωμαῖοι τέλος ἐπῆγον τοῖς προφητικοῖς λόγοις. Νόμοις γοῦν τῶν κρατούντων ἐξ ἐκείνου τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος ἀπηγόρευται τοῖς τόποις ἐπιβαίνειν, ἀπαραιτήτου τιμωρίας ἐπαιωρουμένης τοῖς τοῦ νόμου παραβάταις. Διὸ εἰσέτι καὶ σήμερον ἀμφὶ μὲν τοὺς ὄρους καὶ κύκλῳ παριόντες πόρρωθεν ἵστανται· μηδ' ἐξ ἀπόπτου τὸ πάλαι νενομισμένον αὐτοῖς ἱερὸν ἔδαφος θεάσασθαι καταξιούμενοι· ἔξωθεν δὲ κυκλοῦντες, πίστιν ἐπάγουσι τῇ μετὰ χεῖρας λεγούσῃ Γραφῇ· *Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν, καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων, καὶ κυκλώσουσι πόλιν.* Καὶ τούτοις ἐξῆς ἐπιλέγεται ἡ αἰτία δι' ἣν ταῦτα πείσονται· *Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἀποφθέγξονται ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ ῥομφαῖα ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν, ὅτι τίς ἤκουσε;* ταῦτα γὰρ ἅπαντα πεπόνθασι διὰ τὰς ἀθέους αὐτῶν καὶ δυσσεβεῖς φωνὰς, ἃς κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἠφίεσαν, ἐπὶ τοῦ Πιλάτου βοῶντες· *Ἆρε, ἆρε, σταύρωσον αὐτόν. Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν·* ὃ δὴ σημαίνει φάσκων ὁ λόγος· *Ἰδοὺ ἀποφθέγξονται ἐν στόματι αὐτῶν καὶ ῥομφαῖα ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ὅτι τίς ἤκουσε;* σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· *Ὡς οὐδενὸς ἀκούοντος ἐβόων.* Τοιαῦτα γὰρ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ὑλάκτουν, ὡς μηδενὸς ὑφορῶντος, καὶ ὡς μὴ τῆς φωνῆς αὐτῶν ἐπακροωμένου τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ὡς μηδενὸς ἀκούοντος ἐβόων· σὺ δὲ αὐτὸς ὁ πάντων ἔφορος κριτὴς οὐ μόνον ἤκουες τὰ τοιαῦτα ὑλακτούντων, ἀλλὰ καὶ καταγελάστους ἐποίεις. Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἦσαν καταγέλαστοι οἱ νομίζοντες δύνασθαι τὸν τῶν τοσούτων παραδόξων ἔργων ποιητὴν τῇ ἑαυτῶν νικήσειν κακίᾳ; Καὶ ἐν τῷ ϛ' δὲ εἴρηται ψαλμῷ· *Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς, καὶ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς.*

et impudentes. Quare famem patientur, pane vitæ privati, quia salutarem et cœlestem cibum non acceperunt, ipsum scilicet qui ait : *Ego sum panis, qui de cœlo descendit, et qui dat vitam hominibus* [79]. Quare alius propheta hujusmodi famem adumbrans clamabat dicens : *Ecce qui serviunt mihi comedent, vos autem esurietis : ecce qui serviunt mihi bibent, vos autem sitietis* [80]. Æterna autem esca privati, ac pane vitæ rejecto, non ultra ut oves boni pastoris reputabuntur, sed canibus comparabuntur. Deinde vero ex civitate sua, quam improbe coluerunt, exturbabuntur : atque ita excludentur, ut ne ultra adire illam audeant : quia ipsi ejus incolæ, eam sanguine repleverunt. Quare in supra memorato loco dicebatur : *Quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate* [81]. Atenim ibi Israelis in Jerusalem contra Salvatorem facinora recensebantur; hic vero quæ ipsis postea contigerint ex Spiritus sancti revelatione Scriptura ceu in cippo inscribit; quare *tituli inscriptio* dicitur. Completum porro sermonem esse rerum eventus declarat. Nam póst insidias ab iis contra Salvatorem paratas, irruentes Romani, dictis propheticis finem intulerunt : siquidem victorum lege universæ Judaicæ genti aditu locorum interdictum est; inevitabilis quippe legis transgressoribus impendet ultio. Quamobrem ad hanc usque diem, ad certos terminos in circuitu accedentes, procul consistunt : neque solum illud, quod sacrum olim reputabatur, vel procul conspicere ipsis conceditur. Sed foras circumeuntes, Scripturæ quæ jam agitur fidem conciliant dicenti : *Convertentur ad vesperam, et famem patientur ut canis, et circuibunt civitatem.* Deinde vero subjungitur tantæ calamitatis causa : nam ait : *Ecce loquentur in ore suo, et gladius in labiis eorum, quoniam quis audivit?* Enimvero hæc omnia passi sunt ob impias illas et nefarias voces, quas contra Salvatorem nostrum protulerunt, ad Pilatum clamantes : *Tolle, tolle, crucifige eum* [82]. *Sanguis ejus super nos et super filios nostros* [83]. Quod his verbis significatur : *Ecce loquentur in ore suo, et gladius in labiis eorum.* Pro illo autem, *Quoniam quis audivit?* clarius Symmachus interpretatus his verbis est, *Quasi nullo audiente clamabant.* Talia quippe contra Salvatorem oblatrabant, quasi nemine inspiciente, et quasi ne vel ipse Deus vocem eorum audiret. Verum illi quidem ut nemine audiente clamabant; at tu omnium inspector et judex, non solum talia oblatrantes audiebas, sed ridiculos agebas. Et quomodo non ridiculi, qui putarent tot mirabilium opificem, se malitia sua superaturos? In psalmo secundo similiter dicitur : *Qui habitat in cœlis irridebit eos, et Dominus subsannabit eos* [84].

[79] Joan. VI, 41. [80] Isa. LXV, 13. [81] Psal. LIV, 10. [82] Joan. XIX, 15. [83] Matth. XXVII, 25. [84] Psal. II, 4.

Ad nihilum deducis omnes gentes. Pro illo autem, *Ad nihilum deduces omnes gentes*, Symmachus, *Obstrue omnibus gentibus*, interpretatur. His porro significatur, correptionem a Deo omnibus gentibus inferendam esse. Quia enim supra dicebatur, *Intende ad visitandas omnes gentes*; consequenter docet, Deum inspectorem prius omnes correpturum gentes, deinde eas a multorum numinum et idolorum errore conversurum esse. Sermonem porro completum deprehendet, si quis animadvertat, post adventum Salvatoris nostri, gentes multorum numinum errori maxime deditas, sub initium prædicationis verbum recipere abnuentes, obsidionibus et quibusdam aliis ærumnis deductas resipuisse, Deo ita ipsas alloquente atque castigante; sic ergo ad meliorem frugem se postea recipientes, salutari verbo subditæ sunt. Quamobrem deinde subjungitur ex persona Salvatoris : *Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es, Deus meus, misericordia ejus præveniet me. Deus ostendet mihi in inimicis meis*; sive, secundum Symmachum, *Despicere me faciet eos qui muros mihi abstulerant.* Alibi quoque dictum est : *Et despexit oculus meus insurgentes in me malignantes, audiet auris mea* [65]. Sed etiam David Saulis ruinam et mortem aspexit, et casum mortis ejus despexit. *Ne occidas eos, ne quando obliviscantur populi tui.* Rursum pluraliter, *ne occidas eos*, inquit, *disperge illos, et depone illos*; cum tamen quo tempore hæc proferebantur, nullus alius ex historia Davidi inimicus feratur, præter unum Saulem. Verum hæc etiam ex persona Salvatoris Spiritus propheticus vociferatur, de iis scilicet, qui adversus se insurrexerunt, de quibus dictum : *Et populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus* [66]. Hos igitur qui incassum prophetias ipsius meditati sunt, ac principes ducesque eorum *ne occidas*, sed disperge et depone. Precatur autem ipsos ex gradu dejici : quod etiam factum est. Non ultra igitur rex, non principes sacerdotum, non propheta; sed neque Scribæ, Pharisæi et Sadducæi penes illos sunt. Nec tamen ipsos occidi rogat. Quare genus eorum subsistit, et filiorum successio accrescit. Neque enim occisi, vel de medio hominum sublati; sed hactenus superstites sunt; ita tamen ut ab honore quo donati olim a Deo fuerant, dejecti ac depulsi sint. Sed etiam disperge illos, ait, in virtute tua; sive, secundum Symmachum, *Extorres fac eos virtute tua.* Quod verbo quovis clarius rerum eventus declarat, Judaico populo per omnes gentes disperso, atque extorre facto; ita ut, si ea de re Judæi altum sapiant quod omnes gentes repleant, apudque barbaros et in medio Græcorum degant, at sciant maledictionis vocibus id de ipsis prænuntiatum fuisse. Hæc itaque prophetia sic de iisdem loquitur : *Disperge illos in virtute tua, et depone eos,*

A *Ἐξουδενώσεις πάντα τὰ ἔθνη.* Ἀντὶ δὲ τοῦ *Ἐξουδενώσεις πάντα τὰ ἔθνη*, ὁ Σύμμαχος, *Ἐπιφράξει πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν*, ἡρμήνευσε. Δηλοῖ δὲ ὁ λόγος ἐπιτίμησίν τινα τοῦ Θεοῦ πρὸς πάντα τὰ ἔθνη. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνωτέρω ἐλέγετο· *Πρόσχες τοῦ ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη*· ἀκολούθως διδάσκει, ὡς ἐπισκοπῶν ὁ Θεὸς ἐπιτιμήσει πρότερον πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, εἶτ' ἐπιστρέψει αὐτὰ τῆς πολυθέου καὶ εἰδωλολάτρου πλάνης. Γνῶναι δέ ἐστι τοῦ λόγου τὸ ἀποτέλεσμα ἐπιστήσαντα, ὡς μετὰ τὴν παρουσίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, τὰ μάλιστα περὶ τὴν πολύθεον πλάνην ἐπτοημένα ἔθνη, κατ' ἀρχὰς τοῦ κηρύγματος ἐναντιωθέντα τῇ τοῦ λόγου παραδοχῇ, πολιορκίαις καί τισιν ἄλλαις ἐπιστρεπτικαῖς περιστάσεσιν ἐσωφρονίσθη, τοῦ Θεοῦ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπιφθεγγομέ- B νου καὶ ἐπιτιμῶντος αὐτοῖς· οὕτω γοῦν, μετὰ ταῦτα σωφρονισθέντες, καθυπετάγησαν τῷ σωτηρίῳ λόγῳ Διὸ ἐπιλέγεται ἐξῆς ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος· *Τὸ κράτος μου πρὸς σὲ φυλάξω, ὅτι ὁ Θεὸς ἀντιλήπτωρ μου, ὁ Θεός μου, τὸ ἔλεος αὐτοῦ προφθάσει με· ὁ Θεὸς δείξει μοι ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου·* ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Ἐπιδεῖν ποιήσει με τοῖς ἀποτειχίζουσί με.* Καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ εἴρηται· *Καὶ ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμός μου ἐν τοῖς ἐπανισταμένοις ἐπ' ἐμὲ πονηρευομένοις, εἰσακούσεται τὸ οὖς μου.* Ἀλλὰ καὶ ὁ Δαυὶδ τοῦ Σαοὺλ τὴν πτῶσιν καὶ τὴν τελευτὴν εἶδεν, ἐπειδή τε αὐτοῦ τῇ καταστροφῇ τοῦ θανάτου. *Μὴ ἀποκτείνῃς αὐτούς, μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ λαοῦ σου.* Πάλιν πληθυντικῶς, *Μὴ ἀποκτείνῃς αὐτούς*, φησὶ, *καὶ διασκόρπισον* C *αὐτούς, καὶ κατάγαγε αὐτούς*· οὐδενὸς ἐχθροῦ τῷ Δαυὶδ καθ' ὃν καιρὸν ταῦτα ἐλέγετο δεικνυμένου ἐκ τῆς ἱστορίας ἢ μόνου τοῦ Σαούλ. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ταῦτα τὸ πνεῦμα τὸ προφητικὸν ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος ἀναφωνεῖ περὶ τῶν ἐπαναστάντων αὐτῷ, περὶ ὧν ἐλέγετο· *Καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά. Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνέστησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.* Τούτους οὖν τοὺς εἰς κενὸν τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας μελετήσαντας, τούς τε ἄρχοντας αὐτῶν καὶ καθηγουμένους *μὴ ἀποκτείνῃς*, φησὶν, ἀλλὰ διασκόρπισον καὶ κατάγαγε. Εὔχεται δὲ αὐτοὺς καθαιρεθῆναι τοῦ ἀξιώματος· ὃ δὲ καὶ γέγονεν. Οὐκέτι γοῦν βασιλεὺς, οὐδὲ ἀρχιερεὺς, οὐδὲ προφήτης, ἀλλ' οὐδὲ γραμματεῖς D καὶ Φαρισαῖοι, καὶ Σαδδουκαῖοι παρ' αὐτοῖς εἰσιν. Οὐ μὴν καὶ ἀποκτανθῆναι αὐτούς φησι. Διὸ συνέστηκεν αὐτῶν τὸ γένος, καὶ τῶν παίδων ἡ διαδοχὴ πληθύνει. Οὐ γὰρ ἀπεκτάνθησαν, οὐδὲ ἐξ ἀνθρώπων ἀπεσβέσθησαν· ἀλλ' εἰσὶ μὲν καὶ ὑφεστήκασιν· οὕτω δὲ ὡς καταβεβλημένοι καὶ κατενηνεγμένοι ἧς πάλαι ἠξίωντο παρὰ Θεῷ τιμῆς. Ἀλλὰ καὶ διασκόρπισον αὐτούς, φησὶν, ἐν τῇ *δυνάμει σου*· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Ἀναστάτωσον αὐτοὺς τῇ δυνάμει σου.* Ὃ δὴ καὶ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἐναργέστερον παντὸς λόγου παρίστησιν, ἀπανταχοῦ γῆς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους διεσκορπισμένου,

[65] Psal. xci, 12. [66] Psal. ii, 1, 2.

καὶ ἀναστάτου τυγχάνοντος· ὥστ' εἰ μέγα φρονοῖεν ἐπὶ τούτῳ Ἰουδαῖοι, ὡς πάντα πληροῦντες τὰ ἔθνη παρά τε βαρβάροις καὶ ἐν μέσοις Ἕλλησιν οἰκοῦντες· ἀλλ' ἔστωσαν, ὅτι ἐν κατάρας λόγῳ ταῦτα περὶ αὐτῶν ἐθεσπίζετο. Ἡ γοῦν παροῦσα προφητεία φησὶν περὶ αὐτῶν· *Διασκόρπισον αὐτοὺς ἐν τῇ δυνάμει σου, καὶ κατάγαγε αὐτοὺς, ὁ ὑπερασπιστής μου Κύριε.* Ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ πάμπαν αὐτοὺς ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθαι σημαίνει λέγουσα· *Μὴ ἀποκτείνῃς αὐτούς, μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ λαοῦ σου.* Εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθέντες, καὶ μηδαμῶς ἐν ζῶσιν ὄντες, οὐκ ἂν εἶδον, φησὶ, τὸν ἐμὸν λαὸν, οὐδ' ἂν ἔγνωσαν ἀνθοῦσαν τὴν ἐμὴν Ἐκκλησίαν· ἀλλ' ἵνα βλέπωσιν αὐτὴν καὶ τὸν ἐμὸν θεωρῶσι λαὸν, μὴ ἀποκτείνῃς μὲν αὐτοὺς, διασκόρπισον δὲ αὐτοὺς ἁπανταχοῦ γῆς, ἔνθα μέλλει καὶ ἡ ἐμὴ Ἐκκλησία συνίστασθαι· ὅπως, βλέποντες τὸν ἐμὸν λαὸν καὶ τὴν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ὑπ' ἐμοῦ θεμελιωθεῖσαν Ἐκκλησίαν, εἰς ζῆλον ἔρχοιντο θεοσεβείας, καὶ τῷ παραδείγματι τοῦ ἐξ ἐθνῶν ἐπιστρέφοντος λαοῦ καὶ αὐτοὶ παύσοιντό ποτε τοῦ ἀνιάτου παρ' αὐτοῖς καὶ ἀθεραπεύτου κακοῦ τῆς εἰδωλολατρείας. Οὐκοῦν καὶ ταῦτα ὑπὲρ αὐτῶν ὁ Σωτὴρ ᾔτηται, δεηθεὶς τοῦ Πατρὸς μὴ ἀναιρεθῆναι μὲν αὐτοὺς, μένειν δὲ ἐν τῷ βίῳ καὶ φυλάττεσθαι ἐπὶ τῷ θεωρεῖν τὸν αὐτοῦ λαὸν καὶ μεγάλα ἐξ αὐτοῦ ὠφελεῖσθαι.

A *protector meus Domine.* Sed etiam quod non penitus ex hominibus deleti sint, his indicat, *Ne occidas eos, nequando obliviscantur populi tui.* Nam si ex hominibus sublati essent, neque ulterius inter vivos numerarentur, nequaquam, ait, viderent populum meum, neque florentem Ecclesiam meam pernoscerent : sed ut eam et populum meum conspiciant, ne occidas, sed dispergas eos ubique terrarum, ubi Ecclesia mea constituenda est ; ut populum meum, Ecclesiamque per totum orbem a me fundatam videntes, ad æmulationem religionis accedant ; exemploque populi ex gentibus conversi, ipsi quoque insanabili incurabilique suo idololatriæ malo finem imponant. Hæc itaque pro illis Salvator precatus est, Patrem obsecrans, ne occiderentur, B sed in vita manerent et servarentur, ut viderent populum suum, et multùm ab eo utilitatis perciperent.

Ἁμαρτίαν στόματος αὐτῶν, λόγον χειλέων αὐτῶν· καὶ συλληφθήτωσαν ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ αὐτῶν. Πάλιν κανταῦθα τὴν αἰτίαν παρίστησι τῶν προλεχθέντων. Διὰ τί γὰρ ταῦτα παθεῖν αὐτοὺς ἠξίου, ἀναγκαίως διδάσκει λέγων· Δι' ἁμαρτίαν στόματος αὐτῶν, καὶ διὰ τὸν λόγον τῶν χειλέων αὐτῶν. Καὶ C ἔστι θαυμάσαι τὸ ἀκριβὲς τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος προρρήσεως. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ αὐτοὶ Ἰουδαῖοι, κατὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καιρὸν τὸν θάνατον αὐτῷ εἰργάσαντο, Ῥωμαϊκῇ δὲ χειρὶ τοῦτ' ἐπράττετο, δικάζοντος μὲν Πιλάτου, διαλαβόντων δὲ στρατιωτῶν καὶ ἀπαγαγόντων αὐτὸν, Ἰουδαίων δὲ τούτων μηδ' ὁτιοῦν πεποιηκότων· εἰκότως οὐκ αὐτὸ τὸ ἔργον τοῦ θανάτου τούτοις ἀνατίθησι, ἀλλὰ τὴν αἰτίαν. Οἵ τε γὰρ ἄρχοντες τῶν Ἰουδαίων, συνέδριον ποιησάμενοι, πᾶσαν ἐκίνησαν μηχανὴν, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν· οἵ τε τούτοις χαριζόμενοι ψευδομάρτυρες καὶ συκοφάνται εἰς πρόσωπον ἔστησαν τοῦ Σωτῆρος· ὅ τε πᾶς λαὸς φωναῖς καὶ χείλεσιν οἰκείοις τὸ αἷμα αὐτοῦ καθ' ἑαυτῶν καὶ κατὰ τῶν ἰδίων παίδων ἐζητήσαντο. Εἰκότως οὖν ὁ παρὼν λόγος οὐ τῆς τοῦ θανάτου πράξεως, D ἣν ὥρισε μὲν Πιλάτος, διεπράξαντο δὲ οἱ ὑπ' αὐτῷ στρατιῶται, μνημονεύει, ἀλλὰ τῆς τῶν ἀρχιερέων συσκευῆς, καὶ τῆς τῶν συκοφαντῶν μαρτυρίας, τῆς τε φωνῆς τοῦ πλήθους ἐπιβοήσαντος κατ' αὐτοῦ. Διό φησιν· *Ἁμαρτίαν στόματος αὐτῶν, λόγον χειλέων αὐτῶν·* ὡσεὶ ἔλεγε σαφέστερον· Δι' ἁμαρτίαν στόματος αὐτῶν, καὶ διὰ λόγον χειλέων αὐτῶν. Διὰ γὰρ ταῦτα *διασκόρπισον αὐτοὺς τῇ δυνάμει σου, καὶ κατάγαγε αὐτοὺς, ὁ ὑπερασπιστής μου Κύριε.* Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, Ἁμαρτίᾳ, φησὶ, *τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ τῷ λόγῳ τῶν χειλέων αὐτῶν* τὰ προλεχθέντα αὐτοῖς ἐπαχθήσεσθαι. Καὶ ἐπιλέγει· *Καὶ συλληφθήτωσαν ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ αὐτῶν·* ἢ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Συλληφθήτωσαν μετὰ τῆς*

VERS. 13. *Delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum ; et comprehendantur in superbia sua.* Hic rursum memoratorum causam aperit. Cur enim ipsos hæc pati rogaverit, necessario edocet dicens, propter delictum oris eorum, et sermonem labiorum ipsorum. Et mirari subit prædictionis sancti Spiritus accurationem. Quia enim tempore Salvatoris nostri, non Judæi ipsi mortem intulerunt, sed Romanorum manu id peractum est, Judicium Pilato ferente, militibus comprehendentibus et abducentibus eum, et a Judæis nihil eorum actum est ; jure illis non ipsum necis actum ascribit, sed causam. Principes namque Judæorum concilium ineuntes, nullam non machinam moverunt, ut eum perderent ; falsi testes autem et sycophantæ, eorum gratiam aucupantes, in conspectu Salvatoris steterunt ; totusque populus vocibus labiisque suis sanguinem ejus super se et super filios suos expetierunt : jure ergo non necis facinus, quam decrevit Pilatus, perpetrarunt milites ejus, memorat ; sed principum sacerdotum conspirationem, sycophantarum testimonium, contra ipsum acclamantis multitudinis vocem. Quare ait : *Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum ;* ac si liquidius diceret, propter delictum oris eorum, et propter sermonem labiorum ipsorum. Ea de causa *dispergе illos in virtute tua, et depone eos, protector meus Domine.* Secundum Symmachum vero, *peccato*, inquit, *oris eorum, et verbo labiorum ipsorum* prædicta ipsis infligenda sunt. Ac subjungit, *et comprehendantur in superbia sua*, sive secundum Symmachum, *comprehendantur cum superbia sua.* Nam cum superbi arrogantesque essent, Servatoris nostri fiduciam non ferebant. Quare superbe admodum adeuntes illum sic compellabant : *Quis dedit tibi*

potestatem hanc? et in qua potestate hæc facis [87]? Etenim cum nos et templum et populum omnem sub imperio habeamus, quis tu es, et cur talia audes? Hujusmodi ergo verborum causa hic dicitur: *Et comprehendantur in superbia sua: et de exsecratione et mendacio annuntiabuntur.* Pro quo Symmachus interpretatus est: *Comprehendantur cum superbia sua, exsecrationem et mendacium loquentes.* Postea subjicit: *In consummatione, in ira consummationis, et non erunt:* cujus loco iterum Symmachus clarius his verbis interpretatur: *Consumma in furore, absume ut non sint.* Hæc Spiritus propheticus non diras imprecans iis qui hæc passuri erant, sed tantum quæ futura sunt vaticinans, prænuntiat; eam enim mentem ejus esse sententia præfert. Ob delictum oris eorum, et sermonem labiorum ipsorum comprehendentur in superbia sua, et comprehendentur exsecrationem et mendacium loquentes; eruntque in consummatione et in ira, quæ absumet eos ita ut non ultra exsistant. Secundum Aquilam vero dicitur, *Confice in ira, absume, et non exsistent;* similiter, secundum Symmachum, *Consumma in furore, absume, ut non sint.* His porro vaticinatur, eos qui talia sunt ausi in memorata civitate non ulterius mansuros, ac cultum illum divinum, antiquitus in civitate servatum, finem habiturum, necnon constitutum ibi regnum, omniaque prius ipsis a Deo collata bona; videlicet prophetarum præsentiam, angelorum conspectus, ac reliquam, qua dignabatur eos, inspectionem. Quæ sane finem per illatam ipsis iram sortita sunt. Quod autem hac de re dicatur illud, *confice in furore, absume ut non sint,* ex sequenti dicto palam. Quid illud est? *Et scient quia Deus Jacob dominabitur finium terræ.* Nam si de ipsa gente de ipsisque viris illud, *confice in furore, absume ut non sint,* dictum fuisset; quomodo jam confecti, nec ultra exsistentes, scire possent quia Deus dominabitur finium terræ? cur superius dictum fuisset, *ne occidas eos?* siquidem illud, *ne occidas eos,* contrarium videretur his verbis, *confice in furore, absume ut non sint.* Verum non hic dicitur, *confice eos;* sed indefinite, *confice in furore, absume ut non sint,* subintelligendo scilicet ac suppiendo illud, ut non sint quales prius erant, et ut non exsistant pari atque olim apud Deum honore: quo sublato, et amotis iis quæ olim possidebant, nudi relicti, a superbiæ sublimitate dejecti, in omnes gentes dispersi, ipsis operibus agnovere, eum ipsum qui olim Deus Jacob vocabatur, dominari, non ultra Jacobo nec Israeli, sed omnibus finibus terræ. Deum vero Jacob hic opportune memoravit, Christum significans. Ipse namque erat qui in specie ac forma hominis patriarchæ Jacob visus est, quando quidam homo luctabatur cum eo, nomenque ipsius mutavit, dicens: *Non ultra vocabitur nomen tuum Jacob, sed Israel nomen tuum erit: quo-*

[87] Luc. xv, 2.

A ὑπερηφανίας αὐτῶν. Ὑπερήφανοι γάρ τινες ὄντες καὶ ἀλαζόνες, οὐκ ἔφερον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν παῤῥησίαν. Διὸ μετὰ πολλῆς ὑπερηφανίας προσελθόντες ἔλεγον αὐτῷ· *Τίς σοι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην; καὶ ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; Ἡμῶν γὰρ κρατούντων τοῦ ἱεροῦ καὶ τοῦ παντὸς ἔθνους ἀρχόντων,* σὺ τίς ὢν καὶ πόθεν τὰ τοιαῦτα τολμᾷς; Τούτων οὖν ἕνεκα τῶν λόγων ἐνταῦθα εἴρηται· *Καὶ συλληφθήτωσαν ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ αὐτῶν· καὶ ἐξ ἀρᾶς καὶ ψεύδους διαγγελήσονται·* ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε· *Συλληφθήτωσαν μετὰ τῆς ὑπερηφανίας αὐτῶν, ἀρὰν καὶ ψεῦδος λαλοῦντες.* Εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγει· *Ἐν συντελείᾳ, ἐν ὀργῇ συντελείας, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξωσιν.* Ἀνθ' οὗ πάλιν ὁ Σύμμαχος λευκότερον ἀπέδωκε φήσας· *Συντέλεσον*
B *ἐν θυμῷ, ἀνάλωσον ἵνα μὴ ὦσι.* Ταῦτα δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ προφητικὸν οὐκ ἐπαρώμενον τοῖς ταῦτα μέλλουσι πείσεσθαι προαναφωνεῖ, τὰ δὲ συμβησόμενα προαγορεῦον, τῆς διανοίας τοιοῦτον παριστώσης νοῦν. Διὰ τὴν ἁμαρτίαν τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ διὰ τὸν λόγον τῶν χειλέων αὐτῶν συλληφθήσονται ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ αὐτῶν, καὶ συλληφθήσονται ἀρὰν καὶ ψεῦδος λαλοῦντες· γενήσονταί τε ἐν συντελείᾳ καὶ ἐν ὀργῇ ἀναλισκούσῃ αὐτοὺς ὡς μηκέθ' ὑπάρχειν. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται· *Τέλεσον ἐν χόλῳ, τέλεσον, καὶ οὐχ ὑπάρξουσιν.* Ὥσπερ οὖν καὶ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Συντέλεσον ἐν θυμῷ, ἀνάλωσον, ἵνα μὴ ὦσι.* Θεσπίζει δὲ διὰ τούτων ὁ λόγος μηκέτι ὑπάρχειν ἐν τῇ προλεχθείσῃ πόλει τοὺς
C τὰ τοιαῦτα τετολμηκότας· τέλος δὲ λαβεῖν λοιπὸν τὴν πάλαι σπουδαζομένην ἐν τῇ πόλει λατρείαν καὶ τὴν ἐν αὐτῇ συνεστῶσαν βασιλείαν, καὶ πάντα τὰ πρότερον αὐτοῖς ὑπάρχοντα ἐκ Θεοῦ ἀγαθά, προφητῶν δηλαδὴ παρουσίας, καὶ ἀγγέλων ἐπιφανείας καὶ τὴν λοιπὴν ἐπισκοπήν· ἃ δὴ ἀληθῶς τέλους ἔτυχε διὰ τῆς ἐπενεχθείσης αὐτοῖς ὀργῆς. Ὅτι δὲ περὶ τούτων λέλεκται τὸ, *Συντέλεσον ἐν θυμῷ, ἀνάλωσον, ἵνα μὴ ὦσι,* δῆλον ἀπὸ τοῦ λεγομένου ἑξῆς. Τί δὲ ἦν τοῦτο; *Καὶ γνώσονται, ὅτι ὁ Θεὸς δεσπόζει τοῦ Ἰακὼβ τῶν περάτων τῆς γῆς.* Εἰ γὰρ περὶ αὐτοῦ ἐλέγετο τοῦ ἔθνους καὶ περὶ αὐτῶν τῶν ἀνδρῶν τό· *Συντέλεσον ἐν θυμῷ, ἀνάλωσον, ἵνα*
D *μὴ ὦσι,* πῶς, συντελεσθέντες, καὶ μηκέθ' ὑπάρχοντες, ἐδύναντο γινώσκειν, ὅτι ὁ Θεὸς δεσπόζει τῶν περάτων τῆς γῆς; πῶς δὲ καὶ ἀνωτέρω ἐλέγετο· *Μὴ ἀποκτείνῃς αὐτούς,* ἔδοξε γὰρ ἂν ἐναντίον εἶναι τὸ, *Μὴ ἀποκτείνῃς αὐτούς,* τῷ, *Συντέλεσον ἐν θυμῷ, ἀνάλωσον, ἵνα μὴ ὦσιν.* Ἀλλ' οὐκ εἴρηται ἐνταῦθα, *Συντέλεσον αὐτούς·* ἀλλ' ἀορίστως, *Συντέλεσον ἐν θυμῷ, ἀνάλωσον, ἵνα μὴ ὦσιν,* ἐπινοούντων ἡμῶν καὶ προσυπακουόντων ἔξωθεν τὸ, ἵνα μὴ ὦσιν ὁποῖοι καὶ ἦσαν πρότερον, καὶ ἵνα μὴ ὑπάρχωσιν ἐν ᾗ ἐτύγχανον πάλαι παρὰ τῷ Θεῷ τιμῇ· ἧς ἀφαιρεθείσης αὐτῶν, καὶ τῶν πάλαι ὑπαρχόντων αὐτοῖς ἀρθέντων, γυμνοὶ καταλειφθέντες καὶ κατενεχθέντες ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς ὑπερηφανίας αὐτῶν, διασκορπισθέντες τε εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ἔγνωσαν

αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Τεθάρσηκα γὰρ ζωῆς αἰωνίου τεύξεσθαι καὶ ἀθανασίας τῆς παρὰ σοὶ διὰ τὸν σὸν ἔλεον καὶ διὰ τὴν σὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' οὐ διὰ τὰς ἐμὰς ἀρετάς. « Οὕτως οὖν ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, τοῦ ἀποδοῦναί με τὰς εὐχάς μου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας · » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Ἀποδιδοὺς τὰς εὐχάς μου καθ' ἑκάστην ἡμέραν. » Οὐδεπώποτε γὰρ ἀπολείψομαι τοῦ μὴ ἀποδιδόναι τὰς ἐμὰς ἐπαγγελίας, ὥσπερ ὀφειλὰς διηνεκεῖς καὶ ἐμοὶ σωτηρίους. Ταύτας γὰρ διατελέσω καὶ εἰς τὸν ἄπειρον αἰῶνα ἀποδιδούς. Οὐδὲ γὰρ ἀργὸς καὶ ἄπρακτος ἔσομαι κατ' ἐκείνην τὴν αἰώνιον ζωὴν, τὴν δὲ πρέπουσαν καὶ ὀφειλομένην ἀποδιδοὺς τῷ Θεῷ κἀκεῖ πρᾶξιν διατελέσω. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ ὀφειλομένη καὶ αὐτῷ πρέπουσα διηνεκὴς εὐχαριστία (1). A

tua, non mea virtute, me vitam æternam, et eam quæ apud te est immortalitatem adepturum. « Sic » itaque « psallam nomini tuo in sæculum sæculi, ut reddam vota mea de die in diem ; » sive secundum Symmachum, « Reddens vota mea singulis diebus. » Nunquam sane desinam promissis stare, quasi perpetuis mihique salutaribus debitis. Illa enim vel per infinita sæcula reddere perseverabo. Siquidem non otiosus, non opere vacuus in illa æterna vita ero ; sed congruentem debitamque Deo ibi operam præstabo. Hæc quippe est debita et ipsi congruens perpetua gratiarum actio.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΥΠΕΡ ΙΔΙΘΟΥΜ ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΞΑ'. B

61. IN FINEM, PRO IDITHUM PSALMUS DAVID LXI.

« Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου ; παρ' αὐτῷ γὰρ τὸ Σωτήριόν μου. » Ὁ μὲν προκείμενος ψαλμὸς εἴρηται μὲν τῷ Δαυΐδ, πρόκειται δὲ τῇ ἐπιγραφῇ, « ὑπὲρ Ἰδιθούμ · » διδάσκοντος ἡμᾶς τοῦ λόγου, ὡς ἄρα ὁ Δαυΐδ, ὑπὲρ τοῦ Ἰδιθοὺμ συντάξας τὸν ψαλμὸν, παρέδωκεν αὐτῷ μελετᾷν, καὶ ἀντὶ ἐπῳδῆς χρῆσθαι εἰς θεραπείαν, συμφορᾶς τινος ἐπισυμβάσης αὐτῷ. Καὶ ὁ λ' δὲ καὶ ἡ' ἐπεγέγραπτο, « Εἰς τὸ τέλος, τῷ Ἰδιθοὺμ, ᾠδὴ τοῦ Δαυΐδ · » ἐν ᾧ καὶ αὐτῷ ὁμοίως διδασκαλίαν παρεδίδου ὁ Δαυΐδ τῷ Ἰδιθοὺμ διὰ τὴν αὐτὴν, οἶμαι, κατάστασιν. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ λέλεκται · « Οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον. Ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον, φονεύεσθε πάντες ὑμεῖς ; » ἐν δὲ τῷ λη' · « Ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου, ἐκωφώθην καὶ ἐταπεινώθην, καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν, καὶ τὸ ἄλγημά μου ἀνεκαινίσθη · » καὶ πάλιν · « Ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνομιῶν μου ῥῦσαί με · ὀνειδος ἄφρονι ἔδωκάς με. » Καὶ θέα τίνα τρόπον ἐμφαίνει δι' ἀμφοτέρων ἐν πειρασμῷ τινι ἐξητάσθαι καὶ δεινὰ πεπονθέναι · διὸ ταύτας προσίετο τὰς φωνάς. Καὶ ἐν μὲν τῷ μετὰ χεῖρας ψαλμῷ προϊὼν φησι · « Πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ψευδεῖς υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγοῖς, τοῦ ἀδικῆσαι αὐτοὶ ἐκ ματαιότητος ἐπὶ τὸ αὐτό · » καὶ ἐν ἐκείνῳ δὲ ὁμοίως εἴρητο · « Πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος ζῶν · καὶ πάλιν · « Πλὴν μάτην πᾶς ἄνθρωπος · » ἅπερ οὐδὲν ἂν διαφέροι τοῦ · « Πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, αὐτοὶ ἐκ ματαιότητος ἐπὶ τὸ αὐτό. » Ἔτι πρὸς τούτοις ἐν τῷ λη' εὕροις ἂν εἰρημένον τό · « Μέντοιγε ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος. Πλὴν μάτην ταράσσονται. Θησαυρίζει, καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει αὐτά. » Σύμφωνα δὲ τούτοις εἴη ἂν καὶ τὰ μετὰ χεῖρας λεγόμενα ἐν τούτοις · « Μὴ ἐλπίζετε ἐπὶ ἀδικίαν, καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθεῖτε · πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε τῇ καρδίᾳ. » Καὶ σὺ δ' ἂν, ἐπὶ σχολῆς ἐκ παραλλήλου τὰς ἐν ἀμφοτέροις τοῖς δηλωθεῖσι ψαλμοῖς ἐγκειμένας λέξεις παραθεὶς ἀλλήλαις, εὕροις ἂν μιᾶς καὶ τῆς C D

VERS. 2, 3. « Nonne Deo subjecta erit anima mea ? ab ipso enim Salutare meum. » Hic psalmus Davidi quidem dictus est, inscriptioni porro additur, « pro Idithum. » Quibus edocemur, Davidem cum pro Idithum psalmum adornasset, ipsi tradidisse ad meditandum ; ut eo, accidente calamitate, quasi incantamento uteretur ad medelam. Item XXXVIII inscriptus est : « In finem, ipsi Idithum, canticum Davidis. » In quo similiter David doctrinam ipsi Idithum in pari rerum, ut arbitror, conditione tradidit. Nam hic dicitur : « Non movebor amplius. Quousque irruitis in hominem ? interficitis universi vos. » In XXXVIII autem : « Cum consisteret peccator adversum me, obmutui et humiliatus sum, et silui a bonis, et dolor meus renovatus est [82] ; » et rursum, « Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, opprobrium insipienti dedisti me [83]. » Animadverte porro, quo pacto in utroque se in tentatione constitutum et gravia passum significet ; qua de causa hasce protulit voces. Et in præsenti quidem psalmo deinceps ait : « Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris, ut injuriam faciant ipsi de vanitate in idipsum : » in illo autem similiter dicebatur : « Verumtamen universa vanitas, omnis homo vivens [84] : » ac iterum, « Verumtamen vane omnis homo [85] ; » quæ in nullo differant ab hisce : « Verumtamen vani filii hominum, ipsi ex vanitate in idipsum. » Ad hæc in XXXVIII dictum deprehendas : « Verumtamen in imagine pertransit homo. Verumtamen vane conturbantur. Thesaurizat, et ignorat cui congregabit ea [86] ; » quibus consona fuerint hæc in præsenti dicta : « Nolite sperare in iniquitate, et rapinam nolite concupiscere : divitiæ si affluant, nolite cor apponere. » Quod si tu per otium dicta in utroque psalmo posita adversum contuleris, eamdem spectare sententiam deprehendes. David itaque ipsi Idithum accidente tentatione, et fortasse lapsu, hanc

[82] Psal. XXXVIII, 2, 3. [83] ibid. 9. [84] ibid. 6. [85] ibid. 12. [86] ibid. 7-9.

(1) Post hæc sequitur catalogus titulorum Eusebii in undecim sequentes psalmos hoc ritu, Σχολικὴ ἐξηγήσεων εἰς τοὺς ὑποτεταγμένους ψαλμοὺς, εἰς τὸν ξα', ἐν ᾧ ἐστὶ διδασκαλία θεραπευτική, et sic titu. i cujusque, usque ad οα', ut initio editi sunt, afferuntur.

doctrinam medelæ opportunam tradidisse videtur; ut sese reciperet, et a lapsu revocaret. In XXXVIII quidem ipsum instituebat, ut sese cohortaretur, ac secum colloquia misceret diceretque : « Dixi : Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me, obmutui et humiliatus sum et silui a bonis, et dolor meus renovatus est [57], » et cætera. In quibus adest et illud : « Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me, opprobrium insipienti dedisti me. Obmutui et non aperui os meum, quoniam tu fecisti [58] ; » ac rursus : « Amove a me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defeci [59]. » Hæc et similia ut diceret ac Deo tales orationes emitteret, in illo psalmo instituebatur Idithum; in hoc autem similiter eidem viro auctor est David ut colloquia secum misceat ac dicat : « Nonne Deo subjecta erit anima mea : ab ipso enim salutare meum ? » Queis significat se vacillasse, ac quamdam perturbationem animæ passum esse. Quia igitur ingruentibus tentatoribus tantillum animo fractus est, id animadvertens, non ut ille qui dicebat, « Mei autem pene moti sunt pedes [60] ; » sed ut vere motus, necessario ad hæc dicenda instituitur : « Non movebor amplius ; » sive secundum Aquilam, « Fallar multum ; » secundum quintam editionem dicitur etiam, « Non movebor amplius. » Consonat autem doctrinæ præsentis sententia prophetiæ dicenti : « Væ qui detrahunt peccata ut funiculo longo, et quasi plaustri loro buculæ, iniquitates [61] ; » atque illi : « Nunquid qui cadit, non resurget, et qui avertitur non revertetur ? Quare avertitur aversione impudenti ? dicit Dominus [62]. « Hæc quippe omnia docent eum qui semel lapsus sit, ut in peccato non maneat, neque despondeat animum, neque tentationis fluxui sese deditititium præbeat. Quare necessario edocetur Idithum ad sui medelam hæc proferre : atque primo ad magnum Servatorem et animarum medicum confugere ; deindeque animam suam non hominibus, neque terrorem incutientibus subjicere ; sed unum magnum judicem et Deum ob oculos ponere, ipsique soli animam subjicere suam, liberamque ipsam ab omni extraneo metu statuere. Quamobrem ait : « Nonne Deo subjecta erit anima mea ? » et cætera. Hic rursum salutare Hebraica voce, et ipsissimis elementis, queis salutaris nostri Jesu nomen scribitur.

Hæc legens quispiam opportune quærat : Quid causæ est quod cum duo tantum sint « pro Idithum, » vel secundum Aquilam, « de Idithum, » inscripti, ii tamen non consequenter, sed longo intervallo dissiti jaceant (1). Hujus rei causam, cum

αὐτῆς ἐχομένας διανοίας. Ὁ τοίνυν Δαυὶδ ἔοικε τῷ Ἰδιθοὺμ πειρασμῷ τινι πεπτωκότι, τάχα που καὶ ὀλισθήματι, διδασκαλίαν θεραπευτικὴν παραδεδωκέναι· ὅπως ἂν λάβοι ἑαυτὸν, καὶ ἀνακτήσοιτο τὸ συμβάντος αὐτῷ πταίσματος. Ἐδίδασκε γοῦν αὐτὸν ἐν μὲν τῷ λη' ἑαυτῷ παραινεῖν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν διαλέγεσθαι καὶ λέγειν· « Εἶπα· Φυλάξω τὰς ὁδούς μου, τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν ἐν γλώσσῃ μου. Ἔθέμην τῷ στόματί μου φυλακὴν, ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐνώπιόν μου. Ἐκωφώθην, καὶ ἐταπεινώθην, καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν, καὶ τὸ ἄλγημά μου ἀνεκαινίσθη, » καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς. Ἐν οἷς ἦν καὶ τὸ, « Ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνομιῶν μου ῥῦσαί με· ὀνειδος ἄφρονι ἔδωκάς με. Ἐκωφώθην καὶ οὐκ ἤνοιξα τὸ στόμα μου, ὅτι σὺ ἐποίησας· » καὶ πάλιν· « Ἀπόστητον ἀπ' ἐμοῦ τὰς μάστιγάς σου. Ἀπὸ τῆς ἰσχύος τῆς χειρός σου ἐγὼ ἐξέλιπον. » Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐδιδάσκετο λέγειν καὶ τῷ Θεῷ τοιαύτας εὐχὰς ἀναπέμπειν ὁ Ἰδιθοὺμ ἐν ἐκείνῳ· καὶ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας δὲ ὡσαύτως τὸν αὐτὸν ἄνδρα ὁ Δαυὶδ διδάσκει ἑαυτῷ προσδιαλέγεσθαι καὶ λέγειν· « Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου ; παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου. » Σημαίνει σεσαλεῦσθαι αὐτὸν, καί τινα ταραχὴν τῇ ψυχῇ πεπονθέναι. Ἐπεὶ τοίνυν, τῶν πειραζόντων ἐπιθεμένων αὐτῷ, γέγονέ τις αὐτῷ ἀτονία, ᾔσθετό τε ἑαυτοῦ οὐ κατὰ τὸν εἰρηκότα· « Ἐμοῦ δὲ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες, » ἀλλὰ καὶ ἀληθῶς σαλευθέντος· ἀναγκαίως διδάσκεται λέγειν· « Οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον· » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· « Σφαλήσομαι πολλήν· » καὶ κατὰ τὴν πέμπτην δὲ ἔκδοσιν εἴρηται· « Οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον. » Σύμφωνος δ' ἂν εἴη ὁ νοῦς τῆς προκειμένης διδασκαλίας τῇ φασκούσῃ προφητείᾳ· « Οὐαὶ οἱ ἐπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας ὡς σχοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως τὰς ἀνομίας· » καὶ τῷ, « Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται, καὶ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἀναστρέφει ; Ἵνα τί ἀποστρέφεται ἀποστροφὴν ἀναιδῆ, λέγει Κύριος ; » Πάντα γὰρ ταῦτα διδάσκει τὸν ἅπαξ ἡμαρτηκότα μὴ παραμένειν τῷ ἁμαρτήματι, μηδὲ ἀπογινώσκειν ἑαυτὸν, μηδὲ ἔκδοτον παρέχειν τῷ τοῦ πειρατηρίου ῥεύματι. Διὸ ἀναγκαίως διδάσκεται ὁ Ἰδιθοὺμ ἐπᾴδειν ἑαυτῷ, καὶ τὰ προκείμενα λέγειν· καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τὸν μέγαν Σωτῆρα καὶ τῶν ψυχῶν ἰατρὸν καταφεύγειν· ἔπειτα ὑποτάττειν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, μηκέτι ἀνθρώποις, μηδὲ τοῖς ἐκφοβοῦσιν· ἕνα δὲ μόνον πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενον τὸν μέγαν κριτήν τε καὶ Θεὸν, αὐτῷ μόνῳ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὑποτάττειν, ἐλευθεροῦν τε αὐτὴν παντὸς ἀλλοτρίου φόβου. Διό φησιν· « Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου ; » καὶ τὰ ἑξῆς. Πάλιν δὲ κἀνταῦθα τὸ σωτήριον Ἑβραϊκῇ φωνῇ διὰ τῶν αὐτῶν στοιχείων, δι' ὧν γράφεται τὸ τοῦ σωτηρίου ἡμῶν Ἰησοῦ ὄνομα, φέρεται.

Εὐλόγως δέ τις ζητήσειε τούτοις ἐντυγχάνων· Τί δήποτε μόνων δύο ὄντων τῶν « ὑπὲρ τοῦ Ἰδιθοὺμ, » ἢ « περὶ τοῦ Ἰδιθοὺμ » κατὰ τὸν Ἀκύλαν εἰρημένων, οὔτ' ἐφεξῆς ἀλλήλοις κεῖνται ἀμφότεροι, μακρὰν δ' ἀπεσχοινισμένοι τυγχάνουσι. Τὴν δὲ τούτων αἰτίαν ἐν

[57] Psal. XXXVIII. 2-3. [58] ibid. 9, 10. [59] ibid. 11, 12 [60] Psal. LXXII, 2. [61] Isa. V, 18. [62] Jer. VIII, 4, 5.

(1) Hæc enarratio ex tricesimo octavo psalmo excidit.

τοῖς εἰρημένοις ἡμῖν εἰς τὸν λη', γραμματικαῖς ἀποδείξεσι παρεστήσαμεν. Ἀλλὰ καὶ τίς ἦν ὁ Ἰδιθοὺμ, ἤδη πρότερον ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ δεδηλώκαμεν, τὴν ἀπὸ τῶν Παραλειπομένων ἱστορίαν παραθέμενοι· δι' ἧς ἐδείκνυτο εἷς τῶν ἐκλελεγμένων εἰς τὸ αἰνεῖν τὸν Θεὸν γεγονώς. Γέγραπται γοῦν· « Καὶ κατέλειπον ἐκεῖ ἐναντίον τῆς κιβωτοῦ τῆς Διαθήκης Κυρίου τὸν Ἀσὰφ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ λειτουργοὺς ἐναντίον τῆς κιβωτοῦ. » Καὶ ἑξῆς εἴρηται· « Αἰμὰν καὶ Ἰδιθοὺμ, καὶ οἱ λοιποὶ ἐκλεγέντες ἐπ' ὀνόματος τοῦ αἰνεῖν τὸν Κύριον, ὅτι εἰς αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ· » καὶ πάλιν· « Μετ' αὐτῶν Αἰμὰν καὶ Ἰδιθοὺμ, σάλπιγγές τε καὶ κύμβαλα τοῦ ἀναφωνεῖν, καὶ ὄργανα τῶν ᾠδῶν τοῦ Θεοῦ, υἱοὶ Ἰδιθοὺμ εἰς τὴν πύλην· » καὶ αὖθις· « Καὶ ἔστησεν ὁ βασιλεὺς Δαυὶδ καὶ οἱ ἄρχοντες τῆς δυνάμεως εἰς τὰ ἔργα τοὺς υἱοὺς Ἀσὰφ καὶ Αἰμὰν, καὶ Ἰδιθοὺμ, τοὺς ἀποφθεγγομένους ἐν κινύρᾳ καὶ ἐν νάβλαις καὶ ἐν τυμπάνοις. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « τοὺς ἀποφθεγγομένους, » ὁ μὲν Ἀκύλας, « τῶν προφητῶν, » ὁ δὲ Σύμμαχος, « τῶν προφητευσάντων διὰ λύρας, » ἐξέδωκεν· ὥστε προφήτας χρὴ νομίζειν γεγονέναι τοὺς δηλουμένους. Καὶ αὖθις ἑξῆς εἴρηται τῷ Ἰδιθούμ· « Υἱοὶ Ἰδιθοὺμ, Γοδολείας καὶ Σουρὶ καὶ Αἰείας, καὶ Σεδείας, καὶ Ματθίας, ἓξ μετὰ τὸν πατέρα αὐτῶν Ἰδιθοὺμ ἐν κινύραις ἀνακρουόμενοι. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « ἐν κινύραις ἀνακρουόμενοι, » πάλιν ὁ Ἀκύλας, « κιθάρᾳ προφητεύων· » ὁ δὲ Σύμμαχος, « διὰ λύρας τοῦ προφητεύοντος, » ἐξέδωκεν. Οὐκοῦν καὶ ὁ Ἰδιθοὺμ εἷς ἦν τῶν προφητευόντων διὰ λύρας· διὸ καὶ εἰκότως εἴποι ἂν τις, ἐντεῦθεν ὁρμώμενος, μὴ τὸν Δαυὶδ συντάξαι τὸν ψαλμὸν, καὶ δεδωκέναι τῷ Ἰδιθοὺμ, μηδὲ τὸν Ἰδιθοὺμ ὑποπεπτωκέναι τῷ πειρασμῷ, καὶ θεραπείας δεδεῆσθαι τῆς παρὰ τοῦ Δαυίδ. Μηδὲ γὰρ τὴν Γραφὴν ὑπαίτιόν που τὸν Ἰδιθοὺμ εἰσάγειν· ἀλλ' ἔμπαλιν μᾶλλον τὸν Δαυὶδ πειρασμῷ περιπεπτωκέναι διδάσκειν. Διὸ καὶ φῆσαι ἂν εἰκότως, προφήτην ὄντα τὸν Ἰδιθοὺμ, τοὺς ἐν ἀμφοτέροις τοῖς προδηλωθεῖσι ψαλμοῖς λόγους συντάξαι, καὶ τῷ Δαυὶδ παραδεδωκέναι, ὡς ἂν ὠφελοῖτο καὶ θεραπεύοιτο ἐξ αὐτῶν ἐπὶ τοῖς αὐτῷ συμβεβηκόσι. Δοκεῖ δέ πως ταύτῃ τῇ διανοίᾳ συμβάλλεσθαι καὶ ὁ Σύμμαχος, τὴν προγραφὴν τοῦτον ἑρμηνεύσας τὸν τρόπον· « Ἐπινίκιος διὰ Ἰδιθοὺμ ᾠδὴ εἰς Δαυίδ. » Καὶ μήποτε μετὰ τὸ σφάλμα τὸ ἐπισυμβὰν τῷ Δαυὶδ ἐπὶ τῇ τοῦ Οὐρίου γυναικὶ, μηκέτι οἷόν τε αὐτοῦ κατὰ τὸ παλαιὸν προφητεύειν, πολλῶν δὲ πειρασμῶν ἐπανισταμένων αὐτῷ καὶ συμφορῶν ἐπαλλήλων, ὁ Ἰδιθοὺμ, Πνεύματι ἁγίῳ συντάξας τοὺς προκειμένους λόγους, ὥσπερ τινὰ φάρμακα ψυχῆς θεραπευτικὰ ἐπιδίδωσιν αὐτῷ, εἰς τὸ παραμυθεῖσθαι ἐκ τῆς ἐν αὐτοῖς διδασκαλίας; Καὶ δὴ δυσὶν ἐκδοχαῖς ἐπιβάλλοντες εἰς τὰ προκείμενα τοῖς ἐντυγχάνουσι, θατέρας αὐτῶν τὴν αἵρεσιν καταλείψομεν.

de XXXVIII ageretur, grammaticis demonstrationibus allatis descripsimus. Sed etiam quis esset Idithum, jam eodem in psalmo declaravimus, allata ad hanc rem Paralipomenon historia; qua demonstratur eum e numero delectorum ad Deum laudibus celebrandum fuisse. Scriptum itaque est: « Et reliquerunt ibi coram arca Testamenti Domini Asaph et fratres ejus, ut ministrarent in conspectu arcæ [62]; » ac deinceps dicitur: « Æman et Idithum et reliqui ex nomine electi ad laudandum Dominum: quoniam in æternum misericordia ejus [63];» ac rursum: « Cum ipsis Æman et Idithum, tubæ et cymbala ad pulsandum, et instrumenta canticorum Dei: filii Idithum in porta [64]; » ac iterum: « Et statuit rex David et principes exercitus ad ministeria filios Asaph et Æman et Idithum, vociferantes cinyra, nablis et cymbalis [65]. » Pro illo autem, « vociferantes, » Aquila, « prophetas, » Symmachus vero, « prophetantes lyra, » ediderunt; ita ut memorati viri prophetæ reputandi sint. Rursumque fertur de Idithum: « Filii Idithum, Godolias, Suri, Æeas Sedeas et Matthias, sex post patrem suum Idithum, cinyris concrepantes. » Pro illo autem, « cinyris concrepantes, » Aquila rursum, « cithara prophetans; » Symmachus vero, « lyra prophetantis, » edidit. Idithum ergo e numero prophetantium lyra fuit; quamobrem jure quis, hinc argumentum mutuatus, dixerit, Davidem nec composuisse psalmum, nec ipsi Idithum tradidisse: neque Idithum in tentationem delapsum, ut medelam a Davide acciperet opus habuisse. Neque enim Scriptura uspiam ipsum Idithum reum inducit; imo potius Davidem in tentationem lapsum esse docet. Quare congruenter dicatur, ipsum Idithum, utpote prophetam, memoratos duos psalmos composuisse, et Davidi tradidisse, ut ex iis utilitatem ac remedium in accidentibus malis perciperet. Huic porro sententiæ conferre Symmachus videtur, qui titulum hac ratione interpretatus est: « Triumphale per Idithum, canticum in Davidem. » Num forte post lapsum Davidis erga Uriæ uxorem, cum nondum posset pristino more prophetare, multæque tentationes, calamitatesque frequentes instarent, Idithum Spiritu sancto afflatus hos ab se compositos sermones, quasi remedia ad medelam animæ parata, ipsi tradidit, ut eorum doctrina solatium acciperet? Sane cum ad præsens argumentum duas sententias legentibus attulerimus, utram velint amplecti, per nos licebit.

« Ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον, φονεύετε πάντες ὑμεῖς; ὡς τοίχῳ κεκλιμένῳ καὶ φραγμῷ ὡσμένῳ. » Ἐμφαίνει διὰ τούτων μὴ ἕνα μόνον πειρασμὸν ὑπομεμενηκέναι ὁ Δαυὶδ, μηδ' ὥσπερ μίαν πληγὴν εἰληφέναι ὑπὸ τῶν ἀντιπάλων· ὡς δὲ ἐπὶ μακρῷ χρόνῳ τυπτόμενος, καὶ καρτερῶς ὑπομένων τὰς ἐπαγομέ-

VERS. 4, 5. « Quousque irruitis in hominem, interficitis universi vos, tanquam parieti inclinato et maceriæ depulsæ. » His declarat David se non unam perpessum tentationem, neque uno ab adversariis velut vulnere confossum, sed diuturno tempore percussum, ac inflictas plagas patienter

[62] I Paral. XVI, 37. [63] ibid. 41. [64] ibid. 42. [65] I Paral. XXV, 1.

ferentem, cædentes talibus dictis compellare: « Quousque irruitis in hominem? » sive, secundum Aquilam, « Quousque insidiamini? » vel, secundum Symmachum, « Quousque in vanum laborabitis? » Exinde insidiatorum arguens propositum, infert: « Interficitis universi vos. » Homicidæ, inquit, estis: neque contra athletam quasi adversarii statariam pugnam ad exercitationem committitis; sed occidendi studio in me irruitis, et ut auxilio vacuum, ut murum jam inclinatum et maceriem depulsam, aggredimini. Nam quasi nemine circumvallante aut muniente, animamque meam tutante, ita irruitis. Quousque igitur hæc frustra tentabitis, neque cessabitis, scientes invenisse me præsidium, custodem ac servatorem? Quare fidenter dixi: « Nonne Deo subjecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Nam et ipse Deus meus et Salvator meus, susceptor meus, non movebor amplius. Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere, cucurrerunt in siti, ore suo benedicebant, et corde suo maledicebant. Diapsalma. » Priora quidem sive David sive Idithum sese alloquens dixit; secunda inimicos compellans protulit; tertia ex propositis verbis nos edocent quo consilio insidias ipsi pararint conjuratores. Quocirca dicit: « Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere. » Omnia quippe eorum molimina, omne consilium, non alio spectabant, quam ut me ab honore quo apud Deum gaudebam deturbarent, et pristina mea gloria spoliarent. Hinc consilio inito ut honorem ac pretium mihi auferrent, cucurrerunt in siti, meam cernere perniciem sitientes. Pro illo autem, « in siti, « Aquila, « in fallacia; » Symmachus vero, « in mendacio; » quinta editio, « in falso; » et alia item editio, « in dolo, » interpretati sunt. Verisimile itaque est in nostra quoque lectione positum primo fuisse, « in mendacio, » ita ut diceretur, « cucurrerunt in mendacio; » id est, inimici et insidiatores mei, non duce veritate, sed cum sese totos mendacio tradidissent, cursum et studium suum contra me direxerunt: sed sequentibus temporibus lapsu graphico, pro illo, ἐν ψεύδει, id est « in mendacio, » ἐν δίψει, id est « in siti » positum fuisse. Quomodo autem insidiatores illi currerent in mendacio, sub hæc explicat dicens: « Ore suo benedicebant et corde suo maledicebant. » Cum fallacia mollibus utebantur dictis, ut me inescarent et ab illa cum Deo statione deturbarent: quare benedicere videbantur in facie, meque laudare et approbare; sed mens eorum intus maledictionibus replebatur, queis me honore depellere et in maledictum dejicere satagebant. His autem docemur, quotquot Dei hominibus insidiantur, nihil aliud curare, quam ut ipsos eo, qui apud Deum est, honore exuant.

VERS. 6-9. « Verumtamen Deo subjecta esto, anima mea, quoniam ab ipso patientia mea. Nam ipse Deus meus et Salvator meus: susceptor meus

A νας αὐτῷ πληγὰς, φάσκειν τοῖς τύπτουσιν· « Ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον; » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· « Ἕως τίνος ἐπιβουλεύετε; » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· « Ἕως τίνος ματαιοπονήσετε; » Εἶτα τὴν προαίρεσιν τῶν ἐπιβουλευόντων αὐτῷ διελέγχων φησί· « Φονεύετε πάντες ὑμεῖς. » Φονευταὶ γάρ ἐστε, φησί· καὶ οὐχ ὥσπερ ἀνταγωνισταὶ πρὸς ἀθλητὴν ἱστάμενοι μέχρι γυμνασίου ποιεῖσθαι τὴν ἅμιλλαν· ἀλλὰ φονικῇ προαιρέσει ἐπιτίθεσθέ μοι, καὶ ἐπιτίθεσθε ὡς ἀφοηθήτῳ, καὶ ὡς ἤδη κεκλιμένῳ τοίχῳ καὶ φραγμῷ ὡσμένῳ. Ὡς γὰρ μηδενὸς περιφράττοντος μηδὲ περιτειχίζοντος καὶ τὴν ἐμὴν φρουροῦντος ψυχὴν, οὕτως ἐπιτίθεσθε. Ἕως οὖν πότε ταῦτα ματαιοπονήσετε, καὶ οὐχὶ παύσεσθε λοιπὸν, γνόντες, ὅτι εὗρον τὴν ἐμαυτοῦ φυλακὴν, καὶ τὸν ἐμαυτοῦ φρουρὸν καὶ Σω-

B τῆρα; Διὸ ἐθάρρησα φάναι· « Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου. Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου καὶ Σωτήρ μου, ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον. Πλὴν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι, ἔδραμον ἐν δίψει· τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο. Διάψαλμα. » Τὰ μὲν πρῶτα αὐτὸς ἑαυτῷ ἤτοι Δαυὶδ, ἢ Ἰδιθοὺμ διείλεκται· τὰ δὲ δεύτερα πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἀπετείνατο· τὰ δὲ τρίτα διὰ τῶν προκειμένων ἡμᾶς διδάσκει, τίποτε βουλευόμενοι οἱ ἐπιβουλεύοντες αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν κατεσκεύαζον. Διό φησι· « Πλὴν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι.. » Ἡ γὰρ πᾶσα σκέψις αὐτῶν καὶ ἡ βουλὴ οὐδὲν ἕτερον, φησὶν, ἢ καταβαλεῖν με τῆς παρὰ τῷ

C Θεῷ τιμῆς, καὶ γυμνῶσαι τῆς δόξης ἧς εἶχον πρότερον ἐσπούδαζον. Εἶτα βουλευσάμενοι ταύτην μου τὴν τιμὴν περιελεῖν, ἔδραμον ἐν δίψει τὴν ἐμὴν ἀπώλειαν θεάσασθαι διψῶντες. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « ἐν δίψει, ἐν διαψεύσματι, » ὁ Ἀκύλας· ὁ δὲ Σύμμαχος, « ἐν ψεύσματι· » ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις, « ἐν ψεύδει· » καὶ πάλιν ἑτέρα ἔκδοσις, « ἐν δόλῳ, » ἡρμήνευσαν. Εἰκὸς οὖν καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ἀναγνώσει κεῖσθαι μὲν πρότερον τὸ, « ἐν ψεύδει, » ἵν' ᾖ τὸ λεγόμενον· « Ἔδραμον ἐν ψεύδει· » τουτέστιν οἱ ἐχθροί μου καὶ οἱ ἐπιβουλεύοντες, οὐ σὺν ἀληθείᾳ τὸν κατ' ἐμοῦ δρόμον καὶ τὴν κατ' ἐμοῦ σπουδὴν ἐποιοῦντο, ὅλους δὲ αὐτοὺς τῷ ψεύδει παραδόντες· σφάλμα δὲ γραφικὸν γεγονέναι ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα συνέβη χρόνοις, ὥστε ἀντὶ τοῦ, « ἐν ψεύδει, ἐν δίψει » γραφῆναι. Πῶς δὲ

D ψευδόμενοι οἱ ἐπιβουλεύοντες ἔδραμον, διερμηνεύει λέγων ἑξῆς· « Τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο. » Ἀπατῶντες γὰρ, λόγοις γλυκέσιν ἐχρῶντο πρὸς τὸ καθελκῦσαί με καὶ καταβαλεῖν τῆς παρὰ τῷ Θεῷ στάσεως· διὸ εὐλογεῖν ἐδόκουν καὶ ἐπαινεῖν με, καὶ ἀποδέχεσθαι εἰς πρόσωπον· τὰ δὲ τῆς διανοίας αὐτῶν πεπλήρωτο καταρῶν, δι' ὧν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι, καὶ κατάρᾳ με ὑποβαλεῖν. Διδασκόμεθα δὲ διὰ τούτων ὅτι δὴ πάντες οἱ τοῖς τοῦ Θεοῦ ἀνθρώποις ἐπιβουλεύοντες οὐδὲν ἕτερον σπουδάζουσιν ἢ τῆς παρὰ τῷ Θεῷ τιμῆς γυμνῶσαι αὐτούς.

« Πλὴν τῷ Θεῷ ὑποτάγηθι, ἡ ψυχή μου, ὅτι παρ' αὐτοῦ ἡ ὑπομονή μου. Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου καὶ Σωτήρ μου, ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ μεταναστεύσω. »

Ἀρχόμενος μὲν ἔλεγεν· « Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; » ὥσπερ ἐνδυάζων ἔτι· ἐνταῦθα δὲ ἀποφατικῶς, βεβαιωθεὶς ἐκ τῶν εἰρημένων, τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ ἐπιθαρσῶν παρακελεύεται· διό φησι πρὸς αὐτήν· « Πλὴν τῷ Θεῷ ὑποτάγηθι, ἡ ψυχή μου. » Καὶ ἀνωτέρω μὲν ἔλεγε· « Παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου· » ἐνταῦθα δέ· « Ὅτι παρ' αὐτοῦ ἡ ὑπομονή μου. » Ὅμοιον δ' ἂν εἴη τοῦτο τῷ φήσαντι· « Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με. » Οὐ γὰρ παρ' ἐμαυτοῦ κέκτημαι τὴν ἰσχύν, ἀλλὰ παρὰ τοῦ ἐνδυναμοῦντός με· καὶ ἐνταῦθα, « Ἡ ὑπομονή μου » οὐκ ἐξ ἐμῆς, φησὶν, ἀρετῆς καὶ δυνάμεως συνέστηκεν, ἀλλὰ παρὰ τῆς αὐτοῦ χάριτος· « Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου καὶ Σωτήρ μου· » διόπερ ὡς Θεός μου καὶ Σωτήρ μου παρέχει μοι τὴν ὑπομονήν. Εἶτ' ἀνωτέρω μὲν ἔχεις τὸ, « Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου καὶ Σωτήρ μου, ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ μεταναστεύσω· » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ τὸν Σύμμαχον, « οὐ σφαλήσομαι. » Πολλὴ δὲ διαφορὰ τοῦ φάσκοντος, « οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον, » καὶ τοῦ λέγοντος, « οὐ σφαλήσομαι, » καὶ, « οὐ μεταναστεύσω. » Τὸ μὲν γὰρ ἐδήλου σαλεύεσθαι μὲν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πλεῖον· ἐνταῦθα δὲ ἀρνησίς ἐστι παντελὴς τοῦ πταίσματος. « Ἐπὶ τῷ Θεῷ τὸ σωτήριόν μου καὶ ἡ δόξα μου, Θεὸς τῆς βοηθείας μου, καὶ ἡ ἐλπίς μου ἐπὶ τῷ Θεῷ. » Καὶ ἐνταῦθα τὸ « Σωτήριον » ὁ Ἰησοῦς τῇ Ἑβραϊκῇ φωνῇ ὠνόμασται, καὶ τοῖς χαρακτῆρσι τοῖς αὐτοῖς ἐγγέγραπται. Ὥσπερ δὲ ὁ θεῖος Ἀπόστολος περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λέγων ἔγραφε· « Δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον διὰ πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι· » καὶ πάλιν· « Ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν, Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον· καὶ αὐτός ἐστιν ἱλασμὸς ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· » τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐνταῦθα λέλεκται· Ἐπὶ τῷ Θεῷ τὸ σωτήριόν μου καὶ ἡ δόξα μου, καὶ ἡ βοήθειά μου καὶ ἡ ἐλπίς μου. Ὡς εἰ λευκότερον τὸ σημαινόμενον ἀπὸ τῆς Ἑβραϊκῆς φωνῆς τέθειτο ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ, οὕτως ἂν περιεῖχεν· Ἰησοῦς τὸ σωτήριόν μου ἐν τῷ Θεῷ τυγχάνων, καὶ ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, αὐτός ἐστιν ἡ δόξα μου καὶ ὁ φύλαξ μου, καὶ ὁ Θεὸς τῆς βοηθείας μου, καὶ ἡ ἐλπίς μου ἡ ἐν τῷ Θεῷ. Ταῦτα γὰρ πάντα ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐστὶ τοῖς εἰς αὐτὸν ἐλπίζουσι. Διὸ καὶ κατὰ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται· « Ἐπὶ Θεῷ σωτήριόν μου καὶ δόξα μου, στερεὸς κράτους μου, ἐλπίς μου ἐν Θεῷ. Ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν, πᾶσα συναγωγὴ λαῶν· ἐκχέατε ἐνώπιον αὐτοῦ τὰς καρδίας ὑμῶν. Ὁ Θεὸς βοηθὸς ἡμῶν. Διάψαλμα. » Μνημονεύσας τοῦ Σωτηρίου, συνεῖδεν, ὅτι οὐ μόνον αὐτοῦ θεραπευτικὸν ἔσται, κοινὸν δὲ γενήσεται ἀγαθόν· διὸ ἐπ' αὐτὸ συγκαλεῖ τοὺς πάντας, φιλαυτίαν μὲν ἐκτρεπόμενος, φιλανθρωπίαν δὲ καὶ τὴν πρὸς τοὺς πέλας ἀγάπην ἐνδεικνύμενος. Προσκαλεῖται τοίνυν ὡς ἐπὶ σωτήριον λιμένα φάσκων· « Ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν, πᾶσα συναγωγὴ λαῶν· » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « Ἀμεριμνᾶτε ἐν αὐτῷ ἐν παντὶ καιρῷ, λαός. » Ἀμεριμνῶντας δὲ ἐν αὐτῷ καὶ ἐλπίζοντας, ἐξαπλοῦν προσήκει τοὺς λογισμοὺς

non emigrabo. » Initio quidem ac si adhuc ambigeret dicebat : « Nonne Deo subjecta erit anima mea? » Hic vero, ex iis quæ animæ suæ revelata fuerant firmatus, absolute ac fidenter præcipit : quare sic eam alloquitur, « Verumtamen Deo subjecta esto, anima mea. » Ac superius dixerat : « Ab ipso enim salutare meum; » hic vero, « Quoniam ab ipso patientia mea. » Simile autem id fuerit dicto hujusmodi : « Omnia possum in eo qui me confortat [67]. » Non enim a meipso fortitudinem obtineo, sed ab eo qui me confortat, et hic ait : « patientia mea » non ex virtute et potestate mea constat, sed ab ejus gratia prodit : « Nam et ipse Deus meus et Salvator meus; » quapropter ut Deus meus et Salvator meus patientiam mihi suppeditat. Rursumque superius illud habes, « Nam et ipse Deus meus et Salvator meus, susceptor meus, non emigrabo; » sive, secundum Aquilam et Symmachum, « non fallar. » Multum interest discriminis inter illud, « non movebor amplius, » et illud, « non fallar, » et « non emigrabo. » Nam illud quidem indicabat moveri quidem ipsum, sed non multum; at hic cujusvis lapsus negatio est. « In Deo salutare meum et gloria mea, Deus auxilii mei, et spes mea in Deo est. » Hic quoque « salutare » Hebraica lingua Jesus dictus, atque ipsis characteribus descriptus est. Quemadmodum autem divinus Apostolus de Salvatore nostro hæc scripsit : « Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu : quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius [68]; » ac rursum : « Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Deum, Jesum Christum justum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris [69], » sic et hoc loco dicitur, In Deo salutare meum et gloria mea, et auxilium meum et spes mea. Ita ut si Hebraicæ vocis significatum clarius in interpretatione positum fuisset, sic haberet : Jesus salutare meum in Deo exsistens, et in sinu Patris, ipse est gloria mea, custos meus, et Deus auxilii mei et spes mea, quæ in Deo est. Nam Dei Verbum horum omnium loco est sperantibus in se. Quare et secundum Aquilam dictum est : « In Deo salutare meum, et gloria mea, firmus fortitudini meæ, spes mea in Deo. Sperate in eo omnis synagoga populorum : effundite coram illo corda vestra. Deus adjutor noster. Diapsalma. » Postquam salutare memoravit, agnovit non solum sibi medelam allaturum, sed commune bonum futurum esse : quare ad ipsum omnes evocat, eversoque amore proprio, humanitatem et proximorum dilectionem exhibet. Quasi ergo ad salutarem portum invitat his verbis : « Sperate in eo, omnis congregatio populorum, » sive, secundum Aquilam, « Secure agite in ipso, omni tempore, populus. » Secure porro agentes ac sperantes in ipso par est cogitationes ipsi aperire, et animæ morbos tanquam medico pa-

[67] Philipp. IV, 13. [68] Rom. III, 24 25. [69] I Joan. II, 1 2.

tefacere. Quamobrem subjungit : « Effundite coram illo corda vestra. Deus adjutor noster. » Adjutorem, inquit, habentes nihil subducatis, nec quidpiam in mente occultetis, sed expansis animæ receptaculis, absconditas ibi cogitationes revelate : ipsique, utpote qui omnia curare possit, vos concredite.

A καὶ τῆς ψυχῆς ἀπογυμνοῦν αὐτῷ ὥσπερ ἰατρῷ τὰ πάθη. Διὸ ἐπιλέγει· « Ἐκχέατε ἐνώπιον αὐτοῦ τὰς καρδίας ὑμῶν. Ὁ Θεὸς βοηθὸς ἡμῶν. » Ἔχοντες γὰρ, φησὶ, βοηθὸν, μηδὲν ὑποστέλλεσθε, μηδέ τι ἐν ταῖς διανοίαις ὑμῶν ὑποκρύπτετε, ἀναπετάσαντες δὲ τὰ ταμιεῖα τῆς ψυχῆς, τοὺς ἐν αὐτῇ κρυπτομένους λογισμοὺς ἀνακαλύπτετε, ὡς ἂν μόνῳ ἀγαθῷ καὶ δυνατῷ τὰ πάντα ἰᾶσθαι ἑαυτοὺς ἐμπιστεύοντες.

Vers. 10. « Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris, ut injuriam faciant ipsi ex vanitate in idipsum. » In XXXVIII quoque dicebatur : « Verumtamen universa vanitas, omnis homo vivens [70]; » ac rursum : « Verumtamen vane conturbantur [71]; » et : « Verumtamen in imagine pertransit homo [72]. » Hic quoque similia dicuntur : queis edocemur in uno Servatore B spem ponere, ipsumque nobis adjutorem ascribere, quandoquidem omnes filii hominum, etiamsi principes videantur esse, quamvis multum in mundo valeant, vani sunt; sive, secundum Symmachum, « vapor, » brevi futuri « tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ [73]. » Hinc Salomon patris usu et exemplo, « Vanitas vanitatum, omnia vanitas [74], » et similia scripsit. Mendaces porro duobus modis sunt filii hominum; altero quia procul a veritate aberrantes falsa loquuntur; altero quia fraudibus mendaciisque credulos sibi in errorem deducunt. Quare talibus sese credere non expedit : mentiri quippe solent, neque est in ipsis veritas; sed etiam stateræ animæ ipsorum nihil justum, æquabile nihil habent; sed cum alio inclinentur, juri C contraria peragunt. His ergo iniquis stateris suis vanitatem administrant, veritatem ejusque Deum aversati : quare non convenit se ipsis concredere; sed eum solum, qui Salvator dicitur, adjutorem ascribere.

« Πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ψευδεῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγῷ, τοῦ ἀδικῆσαι αὐτοὶ ἐκ ματαιότητος ἐπὶ τὸ αὐτό. » Καὶ ἐν τῷ λη' ἐλέγετο· « Πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος ζῶν. » Καὶ πάλιν· « Πλὴν μάτην ταράσσονται· » καὶ, « Μέντοιγε ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος. » Κάνταῦθα συμφώνως ἐκείνοις λέλεκται τὰ προκείμενα· δι' ὧν B διδασκόμεθα ἐπὶ μόνον τὸν Σωτῆρα ἐλπίζειν, κἀκεῖνον βοηθὸν ἐπιγράφεσθαι· ἐπειδὴ πάντες οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, κἂν ἄρχοντες εἶναι δοκοῖεν, κἂν πολλὰ δυνάμενοι κατὰ τὸν βίον, μάταιοι· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « ἀτμὸς, » μετ' ὀλίγον ἐσόμενοι « ὡσεὶ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. » Ἐντεῦθεν ὁ Σολομὼν ὠφεληθεὶς τὸν πατέρα, « Ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης, » καὶ ὅσα τοιαῦτα ἔγραφε. Ψευδεῖς δέ εἰσι κατὰ δύο τρόπους οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων· καθ' ἕνα μὲν ψευδολογοῦντες καὶ μακρὰν τῆς ἀληθείας ἀπερριμμένοι· κατὰ θάτερον δὲ ἀπάταις καὶ ψευδολογίαις πλανῶντες τοὺς πιστεύοντας αὐτοῖς. Διὸ οὐ προσήκει τοῖς τοιούτοις ἑαυτοὺς ἐκδιδόναι· ψεύδεσθαι γὰρ εἰώθασι, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἀλήθεια· ἀλλὰ καὶ ζυγοὶ τῆς αὐτῶν ψυχῆς C οὐδὲν δίκαιον οὐδὲ ἰσόρροπον περιέχουσιν· ἑτεροκλινεῖς δὲ ὄντες, τἀναντία τῷ δικαίῳ πράττουσι. Τούτοις οὖν τοῖς ἀδίκοις αὐτῶν ζυγοῖς τὴν ματαιότητα περιέπουσι, τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸν ταύτης Θεὸν ἀποστρεφόμενοι· διὸ οὐ προσήκει αὐτοῖς ἐμπιστεύειν· μόνον δὲ τὸν λεχθέντα Σωτῆρα βοηθὸν ἐπιγράφεσθαι.

Vers. 11. « Nolite sperare in iniquitate, et rapinam nolite concupiscere; divitiæ si affluant, nolite cor apponere. » In XXXVIII quoque psalmo affinia hisce dicuntur : « Verumtamen vane conturbantur. Thesaurizat, et ignorat cui congregabit ea [75]. » Quia igitur qui thesauros in terra recondit, et pecunias multas colligit, in vanum congregat; neque enim iis ipse prorsus fruetur, cum sternutamento citius ex hac vita auferendus sit, D neque probe sciat qui ipsi hæres futurus sit : quid vane conturbatur ? Multi itaque, sive propemodum omnes, sese deceperunt, cum filiis et charioribus amicis se divitias relicturos sperarent; sed quod futurum esset ignorabant, aberrabantque a scopo. Ii profecto vane turbantur dum thesauros condunt, ignorantes quis congregabit eos. Quare convenit non sperare in iniquitatem, et in res iniquitate partas; neque si divitiæ fluminis instar affluant, ideo erigi. Quod si quando de divitiis bonam spem sumere e re fuerit, de divitiis, inquam, ex æquo et bono partis a Deoque præbitis; iis, heus! vos

« Μὴ ἐλπίζετε ἐπὶ ἀδικίαν, καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθεῖτε· πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίᾳ. » Καὶ ἐν τῷ λη' συγγενῶς τούτοις ἐλέγετο· « Πλὴν μάτην ταράσσονται. Θησαυρίζει, καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει αὐτά. » Ἐπὶ τοίνυν ὁ θησαυρίζων ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πολλὰ χρήματα συνάγων, εἰς μάταιον συνάγει· οὔτε γὰρ ἐξ ἅπαντος αὐτὸς αὐτῶν ἀπολαύσει, πταρμοῦ τάχιον τοῦ βίου μεθιστάμενος, οὔτε ὁποῖον ἕξει διάδοχον ἀκριβῶς πέπεισται· τί καὶ θορυβεῖται μάτην; Πολλοὶ γοῦν ἢ καὶ σχεδὸν οἱ πάντες σφᾶς αὐτοὺς ἠπάτησαν, υἱοῖς μὲν καὶ φιλτάτοις τὸν αὐτῶν πλοῦτον καταλιπεῖν προσδοκήσαντες, ἀγνοήσαντες δὲ τὸ μέλλον καὶ ἀστοχήσαντες τοῦ σκοποῦ. Μάτην οὖν ταράττονται ἀληθῶς θησαυρίζοντες, καὶ οὐ γινώσκοντες τίς συνάξει αὐτά. Διὸ προσήκει μὴ ἐλπίζειν ἐπὶ ἀδικίαν καὶ τὰ ἐξ ἀδικίας περιζόμενα, μηδὲ πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ ποταμηδὸν φερόμενος, ἐπαίρεσθαι. Εἰ δὲ προσήκει καὶ διὰ πλούτου ποτὲ ἀγαθήν τινα περίζεσθαι ἐλπίδα, δικαίῳ χρησάμενοι πλούτῳ τῷ ἐκ Θεοῦ πολλάκις παρεχομένῳ· καὶ ζυγοῖς ὀρθοῖς καὶ ἰσοστατίοις, δεξιαῖς, ὦ οὗτοι, χρήσασθε πράξεσι,

[70] Psal. XXXVIII, 6. [71] ibid. 12. [72] ibid. 7. [73] Psal. I, 4. [74] Eccle. I, 2. [75] Psal. XXXVIII, 7.

θησαυρίζοντες ἑαυτοῖς θησαυροὺς ἐν οὐρανοῖς, καὶ σπείροντες ἐν εὐλογίαις κατὰ τὸ λελεγμένον· « Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησι, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα. » Αὕτη γὰρ μόνη ἐλπὶς ἀγαθή· ἄλλως δὲ προσήκει μὴ ἐλπίζειν ἐπὶ ἀδικίαν, μηδὲ ἐπὶ τοῖς ἐξ ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας συναγομένοις χρήμασι μέγα φρονεῖν· ἀλλὰ καὶ εἰ συμβαίη ποτὲ εὐροεῖν ἡμῖν τὰ πράγματα, καὶ ἀκωλύτως φέρεσθαι πανταχόθεν τὸν πλοῦτον ποταμοῦ δίκην ῥέοντα, καὶ ὅθεν οὐκ ἂν τις ἀδικήσειε, φορᾷ τινι ἀδοκήτῳ φερόμενον, μὴ πάντως ἐκ Θεοῦ τοῦτο γίνεσθαι καὶ νόμιζε, μηδὲ μακάριζε σεαυτὸν ἀπατώμενος τῇ διανοίᾳ καὶ προστιθέμενος ὡς ἀγαθῷ τῷ πλούτῳ. Γίνωσκε δὲ, ὅτι ῥευστῆς ὢν φύσεως, ὥσπερ ῥέων φέρεται, οὕτω καὶ ἀπορρεῖ· οὐδὲν δὲ βέβαιον οὐδὲ στερρὸν καὶ ἀσφαλὲς κεκτημένος. Θαυμαστῶς δὲ τῷ τῆς ῥοῆς ὀνόματι κέχρηται, « Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, » φήσας· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· « Πλοῦτος, φησὶν, ἐὰν καρποφορῇ, μὴ τάσσετε τὴν καρδίαν. » Ἀλλ' ἐπὶ τίνα δεῖ τάσσειν τὴν καρδίαν καὶ τίνι προστίθεσθαι, εἴρηται πολλάκις ἐν τῷ, « Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου; » καὶ πάλιν· « Πλὴν τῷ Θεῷ ὑποτάγηθι ἡ ψυχή μου· αὐτὸς γὰρ Θεός μου καὶ Σωτήρ μου καὶ ἀντιλήπτωρ μου· » καὶ, « Ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν, πᾶσα συναγωγὴ λαοῦ. » Οὐκοῦν, ἔχοντες τὸν μέγαν πλοῦτον καὶ τὸν ἀληθινὸν θησαυρὸν, μὴ ἐλπίσωμεν ἐπὶ τῷ ματαίῳ καὶ ῥευστῷ καὶ ἀδίκῳ πλούτῳ· μάταιοι γὰρ ἀληθῶς πάντες οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ ἐπὶ τούτῳ πεποιθότες.

cum justa statera et bilance ad bona opera utimini, thesaurizantes vobis thesauros in cœlis, et seminantes in benedictionibus, ut dictum est : « Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum [76]. » Hæc sola bona spes est; alias vero non convenit sperare in iniquitate, neque de divitiis ex rapina et avaritia collectis altum sapere; imo si quando contigerit res nostras prospere cedere, ac divitias fluminis instar accedentes, sine ullius injuria, inexspectato quodam fluxu ad te deferri; ne ex Deo id provenire putaveris; neque ideo, cogitatione deceptus, divitiisque quasi bonis hærens, te beatum prædicaveris. Scitoque illas, fluidæ naturæ cum sint, ut fluxu feruntur, pari modo defluere, teque nihil firmum, stabile, solidumve possidere. Mirum autem in modum fluxus nomine est usus : « Divitiæ si affluant, » inquit; vel, secundum Symmachum, « Divitiæ si fructum pariant, inquit, ne apponite cor. » Cuinam vero cor ordinare et apponere opus sit, plerumque dictum est in illo, « Nonne Deo subjecta erit anima mea? » ac rursum : « Verumtamen Deo subjecta esto, anima mea : ipse enim Deus meus et Salvator meus et susceptor meus, » et, « Sperate in eo omnis congregatio populi. » Cum itaque magnas divitias verumque thesaurum obtineamus, ne spem ponamus in vanis, fluxis et iniquis divitiis. Nam vani vere sunt omnes filii hominum, qui hisce confidunt.

« Ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς, δύο ταῦτα ἤκουσα· ὅτι τὸ κράτος τοῦ Θεοῦ, καὶ σοὶ, Κύριε, τὸ ἔλεος· ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. » Τοσαῦτα προπαιδεύσας ὁ λόγος, ἀκολούθως τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίας ὑπομιμνήσκει· ὡς ἂν, ταύτην πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενοι, μήτε τῇ ἀδικίᾳ μήτε τοῖς ἁρπάγμασι, μήτε τῷ προσκαίρῳ καὶ τυφλῷ πλούτῳ ἑαυτοὺς ἐπιδίδωμεν. Οὐ γὰρ ἅπαξ μόνον περὶ τῆς κρίσεως ὁ Θεὸς διεστείλατο, ἀλλὰ καὶ δεύτερον. Καὶ ταῦτα, φησὶν, αὐτὸς ἐγὼ ἤκουσα ἀκριβῶς, τὸν νοῦν ἐπιστήσας τοῖς δυσὶ τούτοις παραγγέλμασιν. Ἅπαξ γὰρ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐγὼ δύο ταῦτα ἤκουσα· ἐλάλησε γὰρ καὶ διὰ προφητῶν, ἐλάλησε καὶ διὰ ἀποστόλων· καὶ τὸν ἕνα λόγον τὸν ἅπαξ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ὁρισθέντα καὶ διὰ παλαιᾶς Διαθήκης καὶ διὰ τῆς καινῆς ἤκουσα. Τίς δὲ ἦν οὗτος, ἀλλ' « Ὅτι τὸ κράτος τοῦ Θεοῦ καὶ σοὶ, Κύριε, τὸ ἔλεος, » καὶ, « Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ; » Ἔλεος δὲ, φησὶ, καὶ κράτος· τὸ μὲν κράτος πρὸς τὸ τιμωρεῖσθαι καὶ ταπεινοῦν τοὺς ἀφηνιῶντας, τὸ δὲ ἔλεος πρὸς τὸ σώζειν τοὺς εἰς αὐτὸν ἠλπικότας. « Ἴδε οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν, » φησὶν ὁ Ἀπόστολος· ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας ἀποτομίαν διὰ τοῦ κράτους, ἐπὶ δὲ σὲ χρηστότης διὰ τοῦ ἐλέους. Ταῦτ' εἰπὼν, ἄνω τὸ πρόσωπον ἀνατείνας, προσφθέγγεται τῷ Θεῷ λέγων· « Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. » Καὶ ὁ Ἀκύλας δὲ τὰ προκείμενα τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· « Ἐλάλησεν ὁ Θεὸς, καὶ δεύτερον ἐπήκουσα· ὅτι ἡ ἰσχὺς τοῦ

Vers. 12, 13. « Semel locutus est Deus, duo hæc audivi, quia potestas Dei est, et tibi, Domine, misericordia : quia tu reddes unicuique juxta opera sua. » Cum tanta ad nostram institutionem præmissa fuissent, consequenter de justo Dei judicio verba facit, ut illud præ oculis statuentes, neque injustitiæ, neque rapinis, neque temporaneis cæcisque divitiis nos dedamus. Neque enim semel tantum de judicio Deus præcepta dedit, sed etiam secundo : Et hæc ego sedulo audivi, inquit, animoque hæc duo præcepta consideravi. Semel quippe Deus locutus est; sed ego hæc duo audivi : locutus namque est per prophetas, locutus per apostolos : atque sermonem illum unum semel, cum per Vetus tum per Novum Testamentum a Deo pronuntiatum, audivi. Quis ille erat, nisi « quia potestas Dei est, et tibi, Domine, misericordia; » et, « quia tu reddes unicuique juxta opera sua? » Misericordia, ait, et potestas; potestas ad ulciscendum et humiliandum effrenes homines; misericordia ad salvos faciendos sperantes in se. « Vide ergo bonitatem et severitatem Dei [77], » inquit Apostolus : severitatem in lapsos per potestatem suam; erga te vero bonitatem per misericordiam. Postquam hæc dixerat, erecto sursum vultu Deum sic alloquitur : « Quia tu reddes unicuique juxta opera sua. » Aquila etiam hæc sic interpretatus est : « Locutus est Deus, et secundo audivi, quia

[76] Psal. cxi, 9. [77] Rom. xi, 22.

fortitudo Dei, et tibi, Domine, misericordia. Tu vero redde singulis viris secundum opera sua. »

Θεοῦ, καὶ σοὶ, Δέσποτα, τὸ ἔλεος. Σὺ δὲ ἀπόδος κατ' ἄνδρα ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. »

1. PSALMUS DAVIDI, CUM ESSET IN DESERTO (1) JUDÆÆ LXII.

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΕΝ ΤΩ ΕΙΝΑΙ ΑΥΤΟΝ ΕΝ ΤΗ ΕΡΗΜΩ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΞΒ'

Vers. 2, 3. « Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. » Cum fugeret David, accessit ad Achimelech sacerdotem; hinc ad Achus regem Geth; inde vero in Massepha Moab. Gad autem propheta, qui aderat, auctor est ipsi ut ne ultra apud allophylos moras trahat. Quare inde profectus, in deserto Judææ habitat, de quo tempore hæc Scriptura enarrat: « Et morabatur David in deserto Masseneth in angustis, et sedes habebat in deserto in monte Ziph. Et quærebat eum Saul omnibus diebus, et non tradidit eum Dominus in manus ejus [78]. » In hoc rerum statu, hunc psalmum adornat, notato per titulum tempore. Quare dictum est, « Psalmus Davidi, cum esset in deserto Judææ. » E re autem fuerit hic rursum observare, non ex serie historiæ et temporum, ordinem psalmorum constitutum, sed valde permista tempora esse. Nam historia primo recenset, Saulem nuntios misisse in domum David, qui interficerent eum, et Melchol uxorem ejus demisisse eum per fenestram; Psalmorum vero scriptura eam rem in LVIII memorat. Deinde historia Scripturæ narrat venisse Davidem in Noba ad Achimelech sacerdotem; sed Psalmorum liber hanc rem gestam meminit in XXXIII psalmo. Rursumque scriptura Regnorum ait: « Et abiit David inde, et venit, et salvatus est in spelunca Odollam [79]; » liber autem Psalmorum hujus negotii in LVI mentionem facit. Sub hæc iterum scriptura Regnorum Doec memorat, quo pacto scilicet Achimelech sacerdotem apud Saulem calumniatus sit; at Psalmorum liber in LII hoc tempus commemorat. Agnita porro David ipsius Doec calumnia, fugit et in desertum Judææ se contulit, quo tempore hunc quem tractamus psalmum adornavit. Et scriptura quidem Regnorum post præsentis, scilicet LXII psalmi tempus, quædam gesta commemorat, v. g. ut Ziphæi David apud Saulem calumniati sunt; de quibus Psalmorum liber, in LIII, mentionem habet, cujus titulus est: « In finem, in hymnis, intellectus David, cum venissent Ziphæi, et dixissent ad Saul, Ecce David absconditus est apud nos. » Et LV inscriptus est: « Quando tenuerunt eum Allophyli in Geth. » Illud autem Regnorum scriptura in postrema historiæ parte reponit. Viden' quo pacto prima postrema, et postrema prima constituantur? Quod si secundum temporum seriem digesti fuissent, primus statuendus erat LVIII, secundus XXXIII, tertius deinde LVI, quartus LII, et consequenter quintus LXII, sextus LIII, ac postremus omnium LV. Post mortem vero Saulis primum psallit LIX, cum percussit Joab vallem Salinarum, cepitque duodecim millia hominum Moabitarum; » L vero postea,

« Ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω. » Φεύγων ὁ Δαυὶδ παραγίνεται πρὸς Ἀχιμέλεχ τὸν ἱερέα· ἔνθεν πρὸς Ἀχοῦς τὸν βασιλέα Γὲθ, κἀκεῖθεν εἰς Μάσσηφα τῆς Μωάβ. Συνὼν δὲ αὐτῷ Γὰδ ὁ προφήτης, παραινεῖ μὴ ποιεῖσθαι παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις τὰς διατριβάς. Διὸ μεταστὰς ἐντεῦθεν, τὴν ἐρημίαν τῆς Ἰουδαίας οἰκεῖ· ὅτε καὶ ἱστορεῖ λέγουσα ἡ Γραφή· « Καὶ ἐκάθισε Δαυὶδ ἐν τῇ ἐρήμῳ Μασσενὲθ ἐν τοῖς στενοῖς· καὶ ἐκάθητο ἐν τῷ ὄρει ἐν τῇ ἐρήμῳ Ζείφ. Καὶ ἐζήτει αὐτὸν Σαοὺλ πάσας τὰς ἡμέρας, καὶ οὐ παρέδωκεν αὐτὸν Κύριος εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ. » Ἐν τούτοις ὢν, τὸν προκείμενον ψαλμὸν συντάττει, τὸν καιρὸν διὰ τῆς προγραφῆς σημήνας. Διὸ εἴρηται, « Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας. » Εὔλογον δὲ ἐνταῦθα γενομένους ἐπισημήνασθαι πάλιν, ὅτι μὴ κατὰ ἀκολουθίαν τῶν τῆς ἱστορίας χρόνων ἡ τῶν ψαλμῶν σύγκειται τάξις· ἐνήλλακται δὲ παρὰ πολὺ τοῖς χρόνοις. Αὐτίκα γοῦν ἡ μὲν ἱστορία πρώτην περιέχει τὴν διήγησιν καθ' ἣν ἀπέστειλε Σαοὺλ ἀγγέλους εἰς τὸν οἶκον Δαυὶδ, τοῦ θανατῶσαι αὐτόν· ὅτι Μελχὸλ ἡ γυνὴ αὐτοῦ καθῆκεν αὐτὸν διὰ τῆς θυρίδος· ἡ δὲ τῶν ψαλμῶν γραφὴ ἐν τῷ νη' ταύτης μέμνηται τῆς πράξεως. Εἶθ' ἑξῆς ἡ μὲν Γραφὴ τῶν ἱστοριῶν διδάσκει, ὡς ἔρχεται Δαυὶδ εἰς Νοβᾶ πρὸς Ἀχιμέλεχ τὸν ἱερέα· ἡ δὲ βίβλος τῶν Ψαλμῶν ταύτης μέμνηται τῆς πράξεως ἐν τῷ λγ' ψαλμῷ. Καὶ πάλιν ἡ μὲν γραφὴ τῶν Βασιλειῶν φησι· « Καὶ ἀπηλλάγη Δαυὶδ ἐντεῦθεν, καὶ ἔρχεται, καὶ διεσώθη εἰς τὸ σπήλαιον τὸ Ὀδολλάμ· » ἡ δὲ βίβλος τῶν Ψαλμῶν ἐν τῷ νς' μέμνηται τῆς τάξεως. Καὶ αὖθις μετὰ ταῦτα ἡ μὲν γραφὴ τῶν Βασιλειῶν τοῦ Δωὴκ μέμνηται, ὡς διαβέβληκε τῷ Σαοὺλ τὸν ἱερέα Ἀχιμέλεχ· ἡ δὲ βίβλος τῶν Ψαλμῶν ἐν τῷ να' τοῦτον σημαίνει τὸν χρόνον. Γνοὺς δὲ ὁ Δαυὶδ τὴν τοῦ Δωὴκ διαβολὴν, φεύγει καὶ παραγίνεται εἰς τὴν ἔρημον τῆς Ἰουδαίας, ὅτε καὶ συντάττει τὸν μετὰ χεῖρας ψαλμόν. Καὶ ἡ μὲν γραφὴ τῶν Βασιλειῶν μετὰ τὸν χρόνον τοῦ μετὰ χεῖρας ψαλμοῦ, λέγω δὲ τοῦ ξβ', πράξεών τινων μέμνηται, ὡς οἱ Ζιφαῖοι διαβάλλουσι τῷ Σαοὺλ τὸν Δαυὶδ· ἡ δὲ βίβλος τῶν Ψαλμῶν τούτων μέμνηται ἐν τῷ νγ', ὃς ἐπιγράφεται, « Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις, συνέσεως τῷ Δαυὶδ, ἐν τῷ ἐλθεῖν τοὺς Ζιφαίους, καὶ εἰπεῖν τῷ Σαούλ· Ἰδοὺ Δαυὶδ κέκρυπται παρ' ἡμῖν. « Καὶ ὁ νε' ἐπιγέγραπται· « Ὅτε ἐκράτησαν αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι ἐν Γέθ. » Τοῦτο δὲ ἡ τῶν Βασιλειῶν γραφὴ ἐν ὑστέροις τίθησι τῆς ἱστορίας. Ὁρᾷς ὅπως τὰ πρῶτα ὕστερα, καὶ τὰ ὕστερα πρῶτα τέτακται; ὡς εἰ κατὰ ἀκολουθίαν τῶν χρόνων τέθειτο, πρῶτος ἂν τέτακτο ὁ νη', ἑξῆς τούτῳ ὁ λγ', καὶ τρίτος καὶ μετὰ τούτων ὁ νς', καὶ τούτοις τέταρτος ὁ να', εἶτ' ἀκολούθως πέμπτος ὁ ξβ', καὶ ἕκτος ὁ νγ', καὶ μετὰ πάντας τούτους ὁ νε'. Μετὰ δὲ τὸν θάνατον τοῦ Σαοὺλ πρῶτον ψάλλει τὸν

[78] I Reg. XXIII, 14.15. [79] I Reg. XXII, 1.

(1) Græc. et Vulg. *Idumææ*.

νθ', ἡνίκα ἐπάταξεν Ἰωὰβ τὴν φάραγγα τῶν Ἁλῶν, καὶ ὑποχειρίους εἶλε τοὺς Μωὰβ ιϐ' χιλιάδας. Τὸν δὲ ν'· μετὰ ταῦτα, ὅτε ἦλθε πρὸς αὐτὸν Ναθὰν ὁ προφήτης, ἡνίκα καὶ εἰσῆλθε πρὸς Βηθσαβεέ. Εἶτα τὸν τρίτον συντάττει, ὅτε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλὼμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· καὶ μετὰ ταῦτα τὸν ζ' ὑπὲρ τῶν λόγων Χουσὶ υἱοῦ Ἰεμινεί. Τίς οὖν οὐκ ἂν τὴν τούτων ζητήσειεν αἰτίαν; Οὐ γὰρ ἔχει λόγον τὸ μὴ διά τινας ἀναγκαίας ὑποθέσεις ταῦτα τοῦτον διατετάχθαι τὸν τρόπον. Ἄλλος μὲν οὖν τοὺς ἀριθμοὺς αὐτοὺς οἰήσεται ἔχειν τινὰ δύναμιν· διὸ καταλλήλως ἑκάστῳ ἀριθμῷ ἐφηρμόσθαι τὴν διάνοιαν τῶν ἐμφερομένων λόγων· οἷον ὡς ἐπὶ παραδείγματος ὁ ν' ἀριθμὸς τὸν περὶ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων λόγον περιέχει διὰ τὴν ἐν τῷ νόμῳ φερομένην πεντηκονταετερίδα, ἣν Ἰωβηλαῖον παῖδες Ἑβραίων ἐκάλουν, ἐν ᾧ ἀφέσεις καὶ συγχωρήσεις ἐγένοντο τοῖς χρεωφειλέταις, ἐλευθερία τε οἰκέταις, καὶ ἄλλα τινὰ τοιαῦτα πράττειν νενομοθέτητο. Τούτου χάριν τὴν ἐξομολόγησιν τοῦ πλημμελήματος ὑπὲρ συγχωρήσεως καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν τῷ ν' ψαλμῷ ἐφήρμοσεν. Οὕτως οὖν καὶ ἐφ' ἑκάστῳ ψαλμῷ κατά τινας λόγους τῇ τῶν ἀριθμῶν δυνάμει τὰς οἰκείας διανοίας εἴποι ἂν ἐφηρμόσθαι. Ἀλλ' ὁ ταῦτα λέγων οὔ μοι δοκεῖ τυγχάνειν τοῦ σκοποῦ· πρῶτον μὲν ὅτι οὐδὲ ὅλως ἀριθμός τις ἐν τῇ Ἑβραϊκῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν φέρεται· ἄνευ δὲ τῆς τοῦ ἀριθμοῦ προσθήκης ἀνεγράφησαν· εἶθ' ὅτι διαφόρως οἱ μὲν εἰσὶ συνημμένοι, οἱ δὲ διῃρημένοι. Αὐτίκα γοῦν ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς βίβλου συνημμένοι εἰσὶ κατὰ τὸ Ἑβραϊκόν· καὶ πάλιν ὁ θ' συνημμένος παρ' ἡμῖν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ διῄρηται εἰς δύο. Καὶ πᾶσα δὲ ἡ τῶν Ψαλμῶν βίβλος εἰς μέρη ε' διῄρηται, καθὼς ἤδη πρότερον εἴρηται. Ὧν οὕτως ἐχόντων, σχολάζοι ἂν ἡ προλεχθεῖσα τῶν ἀριθμῶν θεωρία. Ποῖον δὲ καὶ λόγον εἴποι ἄν τις ἔχειν, φέρ' εἰπεῖν, τοῦ μετὰ χεῖρας ψαλμοῦ, λέγω δὲ τοῦ ξϐ', τὴν διάνοιαν πρὸς τὸν τοιόνδε ἀριθμὸν ἐφαρμόττειν, ἢ τῶν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ρν' ἀριθμῶν ἴδιον ἀφοριεῖσθαι νοῦν προσήκοντα τῷ τοιῷδε, ἢ τῷ τοιῷδε ἀριθμῷ; ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅπῃ τις ἐθέλοι παραδεχέσθω. Ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι τῆς τῶν ἐγγεγραμμένων διανοίας ἕνεκεν ἐφεξῆς ἀλλήλων τοὺς ψαλμοὺς κεῖσθαι κατὰ τὸ πλεῖστον, οὕτως ἐν πολλοῖς ἐπιτηρήσας καὶ εὑρών· διὸ καὶ συνῆφθαι αὐτοὺς ὡσανεὶ συγγένειαν ἔχοντας καὶ ἀκολουθίαν πρὸς ἀλλήλους. Ἔνθεν μὴ κατὰ τοὺς χρόνους ἐμφέρεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῆς διανοίας ἀκολουθίαν. Δέδεικται δὲ τοῦτο ἤδη πρότερον καὶ ἀπὸ πλειόνων μὲν ἑτέρων, μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ μα' μέχρι τοῦ ν', ἐν οἷς ἀποδεικτικῶς παρεστήσαμεν τοὺς μὲν ἐπιγεγραμμένους τῶν υἱῶν Κορὲ πολλὴν σώζειν ἀκολουθίαν πρὸς τὸν νοῦν τὸν ἐξ αὐτῶν δηλούμενον· ἑφεξῆς δὲ τούτοις κείμενον τὸν τοῦ Ἀσὰφ καὶ πάλιν τούτων συνημμένην τοῦ Δαυὶδ τὴν ἐξομολόγησιν τὴν ἐν τῷ ν' φερομένην, ἀδίαστον τὴν ἀποδοθεῖσαν ἡμῖν θεωρίαν παρέχειν. Μία μὲν οὖν αὕτη ἡ αἰτία, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῆς ἀκολουθίας γένοιτ' ἂν τῶν ψαλμῶν· ἔχω δὲ καὶ ἄλλην εἰπεῖν. (1) Πολλῆς γὰρ εἰδωλολατρείας κατακρατησάσης τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, λήθην αὐτοὺς πε-

A « quando venit ad ipsum Nathan propheta, postquam ingressus est ad Bersabee. » Deinde tertium composuit, « cum aufugit a facie Absalom filii sui ; » sub hæc septimum « pro verbis Chusi filii Jemini. » Quis horum causam non perquirat? Non enim rationi consentaneum esset, sine ulla necessaria causa hæc tali modo ordinata fuisse. Erit fortasse qui numeros ipsos vim aliquam habere putet; ideoque singulis numeris congruentem aptari verborum sententiam; exempli causa, quinquagenarius numerus remissionis peccatorum rationem continet, ob quinquagesimum illum annum in lege memoratum, jubilæum ab Hebræis vocari solitum, quo remissiones concessionesque debitoribus erant, libertas famulis, et similia quædam agi lege constiB tutum erat. Cujus rei gratia confessionem sceleris pro venia et remissione peccatorum quinquagesimo psalmo aptaverit. Sic igitur ille singulis in psalmis, secundum quasdam rationes, numerorum virtuti sententiam propriam accommodari dixerit. At qui talia dicat, non videtur mihi scopum attingere : primo quidem quod nullus omnino numerus in Hebraico Psalmorum libro feratur; sed ii nullo addito numero inscribantur : deinde quia diverso modo illi vel disjuncti vel conjuncti sunt. Nam vel ab ipso initio primus et secundus in Hebraico exemplari copulati sunt : rursumque nonus qui conjunctus in nostro, in Hebraico divisus in duos est. Totusque Psalmorum liber, ut dictum C superius, in quinque partes distributus est. Quæ cum ita se habeant, vacet profecto inutilisque sit prædicta numerorum consideratio. Ecqua, amabo, ratio fuerit, exempli causa, præsentis, nimirum LXII psalmi sententiam, cum hujusmodi numero coaptare; vel in singulis CL numeris propriam et congruentem tali vel tali numero mentem assignare? Sed hæc quidem arbitrio suo quivis accipiat. Ego vero arbitror pro sententiæ ratione et similitudine, psalmos ut plurimum digestos esse, quia hoc in multis observatum comperi : ideoque ordine conjunctos esse qui affinitatem et consequentiam invicem præferrent : indeque non pro temporis ratione, sed pro sententia in serie ferri. Idque jam superius commonstratum est, cum ex multis D aliis, tum maxime a XLI ad quinquagesimum, in quibus clare comprobavimus, eos qui filiorum Core inscripti sunt, multam habere quod ad sensum in iis deprehensum, inter se affinitatem : sequentem vero qui Asaphi est, et iis subnexam in quinquagesimo Davidis confessionem, opinioni nostræ, quod scilicet vim nullam rebus inferat, astipulari. Hæc una causa fuerit, ut mihi quidem videtur, cur psalmi eo ordine positi sint : aliam tamen proferre valeo. Cum multo idololatriæ genere Judaicus populus detineretur, ipsos patrias scripturas e memoria obliterasse narrat Regnorum historia; ita ut neque Mosaicæ legis liber ultra reperiretur, neque paternæ pietatis memoria penes illos servare-

(1) Iis fere similia in prologis supra habentur.

tur. Sic itaque prophetas impietatem suam coarguentes interficiebant : quibus de causis in captivitatem Assyriorum primo traditi sunt. Nihil itaque mirum est in tali temporum conditione quædam, quæ in libro Psalmorum exstabant, longo annorum curriculo oblivione obliterata, excidisse. Sub hæc autem sive Esdras, sive quispiam alius prophetarum ipsos colligendi curam suscepit, atque una cum aliis librum quoque Psalmorum consecravit : neque confertim omnes reperit, sed diversis temporibus. In primis autem locavit eos, qui primi inventi fuerant : hincque factum, ut ii qui Davidis sunt, non consequenter omnes jaceant; sed commisti cum iis qui filiorum Core, Asaph, Solomonis, Moysis, Æthan, Æman, rursumque Davidis in libro deprehenduntur, non ratione temporis quo prònuntiati, sed quo reperti sunt. Hincque contigit, ut qui tempore posteriores erant, quia primi reperti, primi repositi sint; ac vice versa, qui primi fuerant, quia post alios eruti sunt, posteriorem in locum sint constituti. Et hæc nobis de quæstione proposita conjectando dicta sint. Jam tempus est, ut ad dicta hujus quem tractamus psalmi accedamus.

εἰς τὴν προταθεῖσαν ζήτησιν ἐξ εἰκότων εἰρήσθω. Ἤδη δὲ καὶ τῶν ἐμφερομένων ἐν τῷ μετὰ χεῖρας ψαλμῷ ἐφάψασθαι καιρός.

Cum pari atque cæteri prophetæ modo David erraret in solitudinibus, in montibus, in speluncis et in foraminibus terræ, exercitatus laboribus, quos sibi oblivio injuriarum pepererat, hunc quoque psalmum cecinit, otium solitudinis, divinæ philosophiæ consecrans : excitansque suum erga res divinas amorem, confitetur se immortalitatis poculum sitire : quare ad Deum ita clamat : « Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. Sitivit tibi anima mea, quam simpliciter tibi caro mea. » Pro illo autem, « quam simpliciter tibi caro mea, » Aquila, « expansa est tibi caro mea, » interpretatus est; Symmachus vero, « concupiscit te caro mea; » ita ut non sola Davidis anima ad Deum expanderetur, sed ipsa quoque caro et corpus ejus, utpote qui, cum Deo vacaret, caste et pure ageret. Illud vero, « Deus Deus meus, ad te de luce vigilo, » nocturnæ suæ puritatis argumentum erat. Nemo enim qui in cubilibus atque impudicitiis animam suam commaculaverit, corporeque turpis immundusque fuerit, talibus possit uti vocibus. Cæterum magnus ille David fidenti conscientia, non simpliciter Deum invocabat, dicens, « Deus; » sed bis eum quasi sibi proprium ascribit : quare adjicit, « Deus meus. » Deinde quia ut sibi proprium Deum pronuntiare ausus erat, talis ausus causam edocet his verbis, « Ad te de luce vigilo. Sitivit tibi anima mea, quam simpliciter tibi caro mea. » Nam ideo Deum meum compellavi, quia nullo terrenarum, vel quæ oculis carnalibus percipiuntur, rerum desiderio teneor. Quemadmodum enim Apostolus dixit : « Vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Christus[80]; »

[80] Gal. II, 20.

ποιῆσθαι τῶν πατρίων γραφῶν ἡ τῶν Βασιλειῶν ἱστορία διδάσκει· ὡς μηδὲ φαίνεσθαι βίβλον τοῦ Μωϋσέως νόμου, μηδὲ μνήμην τῆς τῶν πατέρων εὐσεβείας σώζεσθαι παρ' αὐτοῖς. Οὕτω γοῦν καὶ τοὺς προφήτας ἀνῄρουν διελέγχοντας αὐτῶν τὰς δυσσεβείας, καὶ τούτων ἕνεκα τὸ πρῶτον τῇ τῶν Ἀσσυρίων παρεδόθησαν αἰχμαλωσίᾳ. Οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ἐν τοιαύτῃ καταστάσει καιρῶν, καὶ τὰ ἐμφερόμενα τῇ βίβλῳ τῶν Ψαλμῶν διαπεπτωκέναι, λήθῃ τε μακροῖς παραδεδόσθαι χρόνοις. Μετὰ δὲ ταῦτα εἴτε Ἔσδραν, εἴτε τινὰ ἕτερον προφητῶν, περὶ τὴν συναγωγὴν αὐτῶν ἐσπουδακέναι, μετά τε τῶν λοιπῶν καὶ τὴν βίβλον τῶν Ψαλμῶν συναγηοχέναι, οὐκ ἀθρόως εὑρόντα τοὺς πάντας, ἀλλὰ κατὰ διαφόρους χρόνους. Κατατάττειν δὲ ἐν πρώτοις τοὺς πρώτους εὑρισκομένους· διὸ μηδὲ τοῦ Δαυὶδ ἐφεξῆς κεῖσθαι τοὺς πάντας· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ καὶ τῶν υἱῶν Κορὲ, καὶ τοῦ Ἀσὰφ, καὶ Σολομῶνος καὶ Μωϋσέως, Αἰθάν τε καὶ Αἱμάν, καὶ πάλιν τοῦ Δαυὶδ εὑρίσκεσθαι ἀναμὶξ ἐν τῇ βίβλῳ κατατεταγμένους, οὐ καθ' οὓς ἐλέχθησαν χρόνους, ἀλλὰ καθ' οὓς εὑρηνται. Ἔνθεν συμβῆναι τοὺς τοῖς χρόνοις ὑστέρους πρώτους εὑρεθέντας ἀναληφθῆναι πρώτους, καὶ τοὺς τοῖς χρόνοις προτέρους, μετὰ ταῦτα εὑρημένους, ἐν δευτέρᾳ καταταγῆναι χώρᾳ. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν

Πλανώμενος Δαυὶδ ὁμοίως τοῖς λοιποῖς προφήταις ἐν ἐρημίαις καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, τοῖς τε τῆς ἀνεξικακίας πόνοις ἐγγυμναζόμενος, καὶ τὸν μετὰ χεῖρας ᾖδε ψαλμὸν, τῇ κατὰ Θεὸν ἀνατιθεὶς φιλοσοφίᾳ τὴν ἐπὶ τῆς ἐρήμου σχολήν· καὶ τὸν ἑαυτοῦ περὶ τὰ θεῖα ἔρωτα διεγείρων, ὁμολογεῖται διψῆν τοῦ τῆς ἀθανασίας πόματος· διὸ ἐβόα πρὸς τὸν Θεὸν λέγων· « Ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω. Ἐδίψησέ σοι ἡ ψυχή μου, πῶς ἁπλῶς σοι ἡ σάρξ μου. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « πῶς ἁπλῶς σοι ἡ σάρξ μου, » ὁ μὲν Ἀκύλας, « ἐπετάθη σοι ἡ σάρξ μου, » ἡρμήνευσεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, « Ἱμείρεταί σε ἡ σάρξ μου· » ὥστε οὐχ ἡ ψυχὴ μόνη τοῦ Δαυὶδ πρὸς τὸν Θεὸν τέτατο, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ σὰρξ καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἁγνεύοντος δηλαδὴ καὶ καθαρεύοντος διὰ τὸ τῷ Θεῷ σχολάζειν. Καὶ τὸ λέγειν δὲ, « Ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω, » παραστατικὸν ἦν τῆς νυκτερινῆς καθαρότητος. Οὐδεὶς γὰρ ἐν κοίταις καὶ ἀσελγείαις ῥυπάνας ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ σῶμα μιαρὸς ὢν καὶ ἀκάθαρτος, οἷός τ' ἂν εἴη τὰς τοιαύτας προσίεσθαι φωνάς. Πλὴν ὁ μέγας Δαυὶδ πεπαῤῥησιασμένῃ συνειδήσει οὐχ ἁπλῶς τὸν Θεὸν ἀνεκαλεῖτο, λέγων, « Ὁ Θεός· » δεύτερον δὲ ὡς ἑαυτοῦ ἴδιον ὄντα ἐπεγράφετο· διὸ προστίθησι φάσκων· « Ὁ Θεός μου. » Εἶτ' ἐπειδήπερ ἑαυτοῦ Θεὸν ἀναγορεῦσαι αὐτὸν τετόλμηκε, τῆς τόλμης τὴν αἰτίαν διδάσκει λέγων, « Πρὸς σὲ ὀρθρίζω. Ἐδίψησέ σοι ἡ ψυχή μου, πῶς ἁπλῶς σοι ἡ σάρξ μου. » Διὰ ταῦτα γὰρ Θεόν μου προσεῖπον, ἐπειδήπερ οὐδενὸς τῶν ἐπιγείων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ὀφθαλμοῖς σαρκὸς ὁρωμένων περιέλκει με πόθος. Ὥσπερ δὲ ὁ Ἀπόστολος, « Ζῶ, φησὶν, οὐκέτι ἐγώ· ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός· » τοιαύτῃ διανοίᾳ

καὶ Δαυὶδ τῷ Θεῷ ἔλεγε· « Πρὸς σὲ ὀρθρίζω. Ἐδίψησέ σοι ἡ ψυχή μου. » Ὡσεὶ καὶ χώρα τις, μὴ τυχοῦσα τοῦ συνήθους ὑετοῦ, διψῇν λέγοιτο τούτου· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἐδίψησέ σοι, ἢ ἐμείρεταί σε πρὸς τῇ ψυχῇ μου καὶ αὐτὴ ἡ σάρξ μου, πολυπλάσιον ὡς διψῶσα. Ὅσπερ γὰρ φυσικοῖς λόγοις τὴν γῆν αὐτήν φαμεν διψῆν ὕδατος, οὕτω καὶ ἡ σάρξ μου ἐδίψησέ σοι, φησί· διὸ ἐπιφέρει· « Ἐν γῇ ἐρήμῳ καὶ ἀβάτῳ, καὶ ἀνύδρῳ, » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· « Ὡς ἐν γῇ διψάδι καὶ ἐκλύσει μὴ ὑπάρχοντος ὕδατος. » Δύναται δὲ καὶ τὴν ἔρημον αὐτὴν σημαίνειν διὰ τούτων, ἐν ᾗ φεύγων τὸν Σαοὺλ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. Πάντως γάρ που ἐν ταύτῃ τυγχάνων καὶ μακρὰν ἀπῳκισμένος τῆς κιβωτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς τοῦ ἁγιάσματος σκηνῆς, ἐν ᾗ τὰς κατὰ νόμον ἐποιοῦντο λατρείας, τούτων ἐπόθει τὴν θέαν. Ὅσπερ δὲ γῆ διψῶσα ὕδατος ὀρέγεται, οὕτω, φησὶ, καὶ ἡ ἐμὴ ψυχὴ τὰ σοὶ τῷ Θεῷ ἀρεστὰ καὶ φίλα διψεῖ· ὡς ἐκλείπειν καὶ ἐκτήκεσθαι, εἰ μὴ μεταλάβοι τῆς παρὰ σοὶ πηγῆς· περὶ ἧς εἴρηται· « Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς. Διὸ ἐδίψησέ σοι ἡ ψυχή μου. » Ἐδίψησε δὲ πῶς, ἑρμηνεύει λέγων ἑξῆς· « Οὕτως ἐν τῷ ἁγίῳ ὤφθην σοι, » ὡσεὶ ἔλεγε τοῦτο· Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου τὸ ὀφθῆναί σοι ἐν τῷ σῷ ἁγιάσματι, « τοῦ ἰδεῖν τὴν δύναμίν σου καὶ τὴν δόξαν σου. » Τοιοῦτον δέ ἐστι καὶ τὸ διὰ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένον· « Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα, πότε ἥξω καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ. » Γενόμενος γὰρ ἐν τῷ ἁγίῳ σου, περὶ οὗ εἴρηται ἐν ἑτέρῳ, « Ἅπαξ ὠμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, » πρῶτον μὲν αὐτὸς ὀφθήσομαί σοι, δοκιμασθησόμενος εἰ ἄξιος εἴην τῆς σῆς θέας. Εἶτα ἄξιος ὀφθείς, ὄψομαι τὴν δύναμίν σου καὶ τὴν δόξαν σου· ὧν ἀδύνατόν ἐστιν εἰς θεωρίαν ἐλθεῖν, μὴ οὐχὶ πρότερον ἐν τῷ ἁγίῳ γενόμενον, καὶ πρῶτον ὀφθέντα ἄξιον τῶν τοῦ Θεοῦ ἀγαθῶν. Μετὰ γὰρ ταῦτα ὄψεταί τις, ὡς ἂν ἤδη δεδοκιμασμένος, τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ. Καὶ τέλος τῶν ἀγαθῶν τοῦτ' ἂν εἴη τὸ ἐν θεωρίᾳ τούτων γενέσθαι· διὸ λέλεκται· « Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. » Τοῦτο οὖν ἐδίψησεν ἡ ψυχὴ τοῦ Δαυὶδ· διὸ ἔλεγεν· « Ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω. Ἐδίψησέ σοι ἡ ψυχή μου. »

A eadem sententia David Deo dicebat : « Ad te de luce vigilo. Sitivit tibi anima mea. » Ceu ager consueta orbatus pluvia, eam sitire dicatur, sic sitivit tibi, vel concupiscit te, cum anima mea, tum ipsa caro mea, quam multipliciter sitiens. Sicut enim physice loquendo terram dicimus sitire aquam, ita et caro mea, inquit, sitivit tibi : quare infert, « In terra deserta, et invia, et inaquosa; » sive secundum Symmachum : « Quasi in terra sitienti et languida non exsistente aqua. » His vero ipsam solitudinem significare potest, in qua, Saulem fugiens, moras trahebat. Siquidem dum ibi versaretur, ab arca Dei et a tabernaculo sanctificationis, in quo legalem cultum exsequebantur, procul remotus erat. Horum ille conspectum exoptabat. B Quemadmodum autem terra sitiens aquam expetit, sic anima mea, ait, quæ tibi placita et dilecta sunt sitibunda concupiscit; ita ut si illius qui penes te est fontis particeps non fuerit, deficiat et contabescat; de quo fonte dictum est : « Quoniam apud te est fons vitæ [81]. » Quare « sitivit tibi anima mea. » Quo pacto sitiat, mox aperit : « Sic in sancto apparui tibi, » ac si diceret : Sitivit anima mea aspectum tuum in sanctuario tuo, « ut videam virtutem tuam et gloriam tuam. » Simile huic est illud superius dictum : « Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum, quando veniam et apparebo ante faciem Dei [82]. » In sancto quippe tuo constitutus, de quo in alio psalmo dictum est : « Semel juravi in sancto meo [83], » primo apparebo tibi, C ut probetur num dignus conspectu tuo sim. Deinde cum dignus comperiar, videbo virtutem tuam et gloriam tuam : ad quarum conspectum admitti nemo potest, quin prius in sancto sit, ac prius divinis bonis dignus appareat. Postea enim quivis, utpote jam probatus, virtutem et gloriam Dei videbit. Isque finis bonorum fuerit, ad eorum contemplationem admitti : quare dictum est : « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt [84]. » Hoc itaque sitiebat Davidis anima : quare dicebat, « Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. Sitivit tibi anima mea. »

« Ὅτι κρεῖσσον τὸ ἔλεός σου ὑπὲρ ζωάς, τὰ χείλη μου ἐπαινέσουσί σε. » Ὁ τὴν φύσιν τοῦ θνητοῦ βίου κατανοήσας, καὶ τὴν πρόσκαιρον ζωὴν ὅση τίς ἐστι καὶ ὁποία ἐξητακὼς, ἀποστρέφεται μὲν ταῦτα ὡς μικρὰ καὶ οὐδενὸς λόγου ἄξια· ὅλος δὲ τῆς ἄνω ἐλπίδος γενόμενος, ἐκείνης τυχεῖν εὔχεται, ἐλέῳ Θεοῦ χορηγουμένης. Οὐ γὰρ δὴ κατὰ ὀφειλὴν, οὐδὲ κατ' ἀξίαν τῆς ἑαυτοῦ δικαιοσύνης τεύξεταί τις τῶν ἐπουρανίων. Διόπερ ἀλλαχοῦ που εἴρηται· « Τί γάρ μοι ὑπάρχει ἐν τῷ οὐρανῷ; » τὸ δὲ πᾶν ἐλέῳ Θεοῦ καὶ φιλανθρωπίᾳ δωρεῖται, τοῖς σμικρὰ κατορθωκόσι τὰ μεγάλα χαριζομένου. Ὁ δὴ σημαίνει ὁ παρὼν λόγος φάσκων· « Ὅτι κρεῖσσον τὸ ἔλεός σου ὑπὲρ ζωάς. » Κἂν γὰρ μακρόβιος καὶ μακροχρόνιος ἐπὶ τοῦ παρόντος βίου τις ᾖ, καὶ πολλὰ ἔτη ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ διαγάγῃ, ἀλλ' ὅμως ἐν τῷ μέλλοντι ἀπολεῖται, καὶ οὐκ ἔσται· ἐν δὲ τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ ἡ ἀθανασία καὶ ἡ ἀφθαρσία τοῖς ἁγίοις ἐπαγγέλλεται. Διὸ καὶ ἐν τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ τὰ χείλη τῶν ἁγίων αἰνέσουσι τὸν Θεόν· ἐν τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ ἡ ἀθανασία καὶ ἡ ἀφθαρσία τοῖς ἁγίοις ἐπαγγέλλεται. Διὸ καὶ ἐν τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ τὰ χείλη τῶν ἁγίων αἰνέσουσι τὸν Θεόν·

Vers. 4-6. « Quoniam melior est misericordia tua super vitas, labia mea laudabunt te. » Qui D mortalis vitæ naturam consideravit, et quæ qualisve temporanea vita sit, exploravit, hæc utpote parva et nullius pretii aversatur; sed supernæ spei sese totum applicans eam misericordia Dei consequi exoptat. Neque enim quispiam ex debito aut ex justitiæ suæ merito cœlestia adipiscetur. Quamobrem alibi dicitur : « Quid enim mihi est in cœlo [85]? » Sed totum Dei misericordia et humanitate datur, qui modica præstantibus magna elargitur. Quod his verbis significatur : « Quoniam melior est misericordia tua super vitas. » Nam etiamsi quis longævus et annosus in hac vita sit,

[81] Psal. xxxv, 10. [82] Psal. xli, 3. [83] Psal. lxxxviii, 36. [84] Matth. v, 8. [85] Psal. lxxii, 25

ita ut in multis annorum periodis multorum vitam expleat; hoc sane nihil est, misericordiæ Dei comparatum, quæ vitæ æternæ et cœlestium bonorum causa est. Quare misericordiæ confisus tuæ, totam hanc vitam, ceu quædam pretiosa donaria et opulenta cimelia tibi consecrabo; membra scilicet et sensus meos ministerio addicam tuo. Quapropter labia mea nihil aliud eloquentur, sed pura castaque servabuntur, ut tuis vacent hymnis et sermonibus. Vita autem mea tibi benedicendo nocte dieque semper incumbet: manus corporis mei, operaque iis edita, in nomine tuo levabo extollamque in altum, pravo quovis facinore puras efferam, ut dicit quidam: « Volo viros orare, levantes puras manus sine ira et disceptatione[86]. » Sic autem labia mea et manus meæ tibi destinabuntur, ut labia quidem a thymiamate boni odoris nihil differant, manus vero ab efficaci et vero sacrificio non discrepent, ut opportune dicam de labiis meis, « Fiat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo[87]; » de operibus autem, « Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum[88]. » Atque ita caro et corpus meum ministerio tuo addicentur; anima vero mea majoris consors erit virtutis: quare de illa dico: « Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea. » Neque enim pari atque corpus ratione, anima labils, aut manibus, aut alia quapiam parte vel membro; sed ipsa tota ac per se præstantior omni sacrificio holocausti, omniique animali pingui adipe et pinguedine referto, tibi Deo offeretur, pretiosiorque vitulo, tauro ac quovis bruto animali abs te reputabitur. Quare hanc pinguissimam acceptamque tibi hostiam, animam dico meam, tibi dicabo. Atque hac de causa gratiam tibi professus, pleno ore ipsisque labiis gaudio repletis te celebrabo: ideo sic loquor: « Et labiis exsultationis laudabit os meum; » sive, secundum Symmachum, « Et labiis benedictionis celebrabit os meum. »

A ρόντος γένηταί τις, ὥσπερ πολλὰς ζωὰς ἐν πολλαῖς ἐτῶν περιόδοις κτηαάμενος· ἀλλ' οὐδέν ἐστι ταῦτα συγκρινόμενα πρὸς τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ, τὸ τῆς αἰωνίου ζωῆς καὶ τῶν ἐπουρανίων ἀγαθῶν αἴτιον. Διόπερ καὶ τῷ σῷ ἐλέῳ ἐπιθαρσήσας, πᾶσάν μου τὴν παροῦσαν ζωήν σοι ἀναθήσω, ὥσπερ τινὰ τίμια ἀναθήματα, καὶ πολυτελῆ κειμήλια τὰ μέλη μου καὶ τὰ αἰσθητήρια τῇ σῇ ἀφορίσας λειτουργίᾳ. Διὸ τὰ μὲν χείλη μου οὐδὲν ἕτερον λαλήσει, ἀγνεύσει δὲ καὶ καθαρὰ φυλαχθήσεται, εἰς τὸ σχολάζειν τοῖς σοῖς ὕμνοις καὶ λόγοις· ἡ δὲ ζωή μου αὕτη περὶ τὸ εὐλογεῖν σε πάντοτε νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἀσχοληθήσεται· καὶ τὰς χεῖρας δὲ τοῦ σώματός μου, τάς τε διὰ τούτων ἐπιτελουμένας πράξεις, ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀρῶ μετεωρίζων εἰς ὕψος, καὶ σοὶ καθαρὰς πάσης παρανόμου πράξεως ἐπιδεικνὺς αὐτὰς κατὰ τὸν φήσαντα· « Βούλομαι τοὺς ἄνδρας προσεύχεσθαι ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμῶν. » Οὕτως δὲ τὰ χείλη μου καὶ αἱ χεῖρες ἀφορισθήσονταί σοι, ὡς τὰ μὲν χείλη θυμιάματος εὐώδους τὸ μηθὲν διαφέρειν, τὰς δὲ χεῖρας θυσίας ἐνεργοῦς καὶ ἀληθινῆς μὴ λείπεσθαι· ὡς εἰπεῖν με εὐκαίρως περὶ μὲν τῶν χειλέων μου τὸ, « Γενηθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου· » περὶ δὲ τῶν πράξεών μου τὸ, « Ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή. » Καὶ ἡ μὲν σὰρξ καὶ τὸ σῶμα οὕτως ἀνατεθήσεται τῇ σῇ λειτουργίᾳ· ἡ δὲ ψυχή μου πλείονος μεθέξει δυνάμεως· διὸ καὶ περὶ αὐτῆς φημι· « Ὡσεὶ στέατος καὶ πιότητος ἐμπλησθείη ἡ ψυχή μου. » Οὐκέτι γὰρ ὁμοίως τῷ σώματι καὶ ἡ ψυχὴ χείλεσιν οὐδὲ χερσὶν, οὐδὲ κατά τι μέρος ἢ μέλος ἕτερον, ὅλη δὲ αὕτη καθ' ἑαυτὴν ὑπὲρ πᾶσαν ὁλόκαυτον θυσίαν, καὶ ὑπὲρ πᾶν ζῶον εὐτραφὲς πιότητος καὶ στέατος γέμον, σοὶ τῷ Θεῷ προσενεχθήσεται, μόσχου καὶ ταύρου, καὶ παντὸς ἀλόγου ζώου τιμιωτέρα παρὰ σοὶ λελογισμένη. Διὸ καὶ ταύτην σοι πιοτάτην καί σοι προσφιλῆ θυσίαν, λέγω δὲ τὴν ἐμαυτοῦ ψυχήν, ἀναθήσω. Ἐπὶ τούτοις τε χάριτας ὁμολογῶν ὅλῳ τῷ στόματι καὶ αὐτοῖς χείλεσι χαρᾶς πεπληρωμένοις ἀνυμνήσω σε· διό φημι· « Καὶ χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· « Καὶ διὰ χειλέων εὐφήμων ὑμνήσει τὸ στόμα μου. »

B

C

Vers. 7-9. « Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabar in te, quia fuisti adjutor meus. Et in velamento alarum tuarum exsultabo, adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. » Cum in deserto Judææ versaretur admirabilis ille David, non animalia immolaturum se, neque brutorum pecorum, sed memoratas superius verborum, operum et ipsius animæ hostias, pollicetur. Sub hæc autem qua temperantia, quam perfecta castitate præditus esset, Deo declarat: quare ait: « Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabar in te; » sive secundum Symmachum, « Recordatus tui super stratum meum, per singulas custodias meditabar te. » Neque enim alio modo poteram, inquit, ad te de luce vigilare, neque precando dicere, « Deus Deus meus, ad te de luce vigilo, » nisi purum stratum habuis-

« Εἰ ἐμνημόνευόν σου ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μου, ἐν τοῖς ὄρθροις ἐμελέτων εἰς σέ, ὅτι ἐγενήθης βοηθός μου. Καὶ ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἀγαλλιάσομαι, ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου, ἐμοῦ δὲ ἀντελάβετο ἡ δεξιά σου. Ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας διατρίβων ὁ θαυμάσιος Δαυὶδ, οὐ ζῶα θύειν ἐπαγγέλλεται, οὐδὲ τὰς ἐξ ἀλόγων θρεμμάτων θυσίας, τὰς δὲ προλεχθείσας διὰ λόγων καὶ πράξεων, καὶ ψυχῆς αὐτῆς. Εἶτ' ἐπὶ τούτοις τῷ Θεῷ δείκνυσιν ὅπως ἀνέκειτο σωφροσύνῃ καὶ παντελεῖ ἁγνείᾳ· διό φησιν· « Εἰ ἐμνημόνευόν σου ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μου, ἐν τοῖς ὄρθροις ἐμελέτων εἰς σέ· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον· « Ἀναμιμνησκόμενός σου ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μου, καθ' ἑκάστην φυλακὴν ἐμελέτων σε. » Οὐ γὰρ ἄλλως, φησὶν, οἷός τε ἦμην πρὸς σὲ ὀρθρίζειν, οὐδὲ λέγειν εὐχόμενος· « Ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω, » εἰ μὴ καθαρὰν ἐκεκτήμην τὴν στρωμνήν. Ἐγινώ-

D

[86] I Tim. II, 8. [87] Psal. CXL, 2. [88] ibid.

σκετο δέ μου ἡ καθαρότης οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν ὀρθρον τὰ σὰ μελετᾷν λόγια. Δῆλον γὰρ ἦν ἐκ τούτου μηδ' ἄλλο τι πράττειν με τὰς νύκτας, ἢ σὲ τὸν Θεὸν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον λέγοντα, « καθ' ἑκάστην φυλακὴν ἐμελέτων σε, » καὶ κατὰ τὸν Ἀκύλαν φήσαντα, « ἐν φυλακαῖς φθέγγομαι ἐν σοί, » δηλοῦν ἔοικε τὰς νυκτερινὰς ὥρας ἀσκεῖσθαι ταῖς τῶν θείων Γραφῶν μελέταις. Διῄρηται μὲν γὰρ ὁ πᾶς τῆς νυκτὸς χρόνος εἰς φυλακὰς διαφόρους· οὕτω γοῦν εἴρηται ἐν εὐαγγελίοις τετάρτῃ φυλακῇ ἐληλυθὼς ὁ Σωτὴρ πρὸς τοὺς μαθητάς. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ αὐτός φησι· « Γρηγορεῖτε, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ φυλακῇ ὁ Κύριος ὑμῶν ἔρχεται· » καὶ πάλιν· « Ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι, εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται. » Ὁ δέ γε θεοφιλὴς καὶ τῷ Θεῷ ἀνακείμενος, ἀναμιμνησκόμενος ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ στρωμνῆς τοῦ Θεοῦ, ἄσπιλόν τε αὐτὴν καὶ ἁγνὴν, καὶ ἀμίαντον φυλάττων, καθ' ἑκάστην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἀνιστάμενος, εὐχαῖς προσεῖχε, καὶ τοῖς θείοις ἐνησκεῖτο μαθήμασιν· ὃ δὴ διδάσκων κατὰ τὸν Σύμμαχον ἔλεγεν· « Ἀναμιμνησκόμενός σου ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μου, καθ' ἑκάστην φυλακὴν ἐμελέτων. » Εἰς σὲ γὰρ αὐτὸν ἐμελέτων τὸν Θεὸν ἀντὶ πάσης βίβλου καὶ γραφῆς, ἄνω πρὸς σὲ τὸν νοῦν τεταμένος, μελετῶν τε καὶ ἀναμιμνησκόμενος ὅσων ἠξιώθην ὑπὸ σοῦ εὐεργεσιῶν, καὶ ὡς γέγονάς μου πάντοτε βοηθὸς, καὶ ἐκ μυρίων με πειρασμῶν διέσωσας, καὶ ὡς ἐκσπάσας με ταῖς σαυτοῦ πτέρυξι, δηλαδὴ ταῖς δυνάμεσι τῆς σαυτοῦ προνοίας· ἄτινα ἀναπεμπαζόμενος τῇ μνήμῃ, χαρᾶς ἐπληρούμην, ἢ ἀνηυφήμουν σε τὸν Θεὸν κατὰ τὸν Σύμμαχον φήσαντα, « καὶ σκεπόμενος ἐν ταῖς πτέρυξί σου ἀνηυφήμουν. » Μελετῶν δὲ τὰ σὰ λόγια καθ' ἑκάστην φυλακὴν τῆς νυκτὸς, κἄπειτα ἀκούσας τοῦ φήσαντος θείου νόμου· « Ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου πορεύσῃ, » καὶ πρὸς αὐτὸν « κολληθεὶς, ἢ διατεθεὶς τὴν ψυχὴν πειθήνιος γέγονα τῷ νόμῳ, ὅλος τε εἰχόμην τοῦ πράγματος, πάντα τε ἡγησάμενος, μᾶλλον δὲ ἀποστραφεὶς τὰ μετὰ τὸν Θεὸν πάντα, ἀνώτερος καὶ ὑψηλότερος τῷ πόθῳ τῆς ψυχῆς κατέστην, καὶ σοὶ τῷ Θεῷ μου συνήφθην, ὡς εἰπεῖν μὴ ψευσάμενον· « Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου. » Εἰς τοσαύτην δὲ ἥλασα προκοπὴν καὶ εἰς τοσοῦτον μέγεθος ἀρετῆς προῆλθον, οὐκ ἐμαυτοῦ δυνάμει χρησάμενος, ἀλλὰ τῇ σῇ δεσποτείᾳ· σὺ γὰρ αὐτὸς τῷ σῷ ἐλέῳ τοῦτό μοι ἐδωρήσω. Ὁρῶν γάρ μου τὸν περὶ σὲ πόθον καὶ ἀποδεξάμενος αὐτὸν, κατηξίωσας τὴν σαυτοῦ δεξιὰν ἐκτείνας ἐπιλαβέσθαι μου καὶ ἀνελκῦσαι ἄνω πρὸς ἑαυτόν· διὰ τοῦτο γὰρ δεδύνηται ἡ ψυχή μου ὑπὸ σοῦ βοηθηθεῖσα κολληθῆναι ὀπίσω σου· ἐπειδήπερ « ἐμοῦ ἀντελάβετο ἡ δεξιά σου. » Οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἐφικνούμην τοῦ τοσούτου ὕψους, εἰ μὴ ἀντελάβετό μου ἡ δεξιά σου. Διδάσκει δὲ ὁ Ἀπόστολος πῶς τις κολλᾶται τῷ Κυρίῳ, λέγων· « Ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστιν· ὡς καὶ ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστι. » Λέγων δὲ Δαυὶδ τῷ Κυρίῳ· « Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου, δῆλος ἦν καὶ ἐκ τούτου ἁγνείᾳ καὶ καθαρότητι σχολάζων.

sem. Mœque puritatis non aliud aderat argumentum, quam quod diluculo eloquia meditarer tua. Hinc enim palam erat, me aliud nihil noctu agere, quam te Deum præ oculis habere. Secundum Symmachum autem, qui sic habet, « per singulas custodias meditabar te, » et secundum Aquilam dicentem, « in custodiis loquor in te, » indicare videbatur se nocturnis horis divinarum Scripturarum meditationi vacare. Noctis quippe tempus totum in varias custodias distributum est : sic in Evangelio Salvator quarta noctis custodia ad discipulos venisse dicitur. Alibi vero ipse dicit : « Vigilate, quia nescitis qua custodia Dominus vester veniet[90]; » ac rursum : « Illud autem scitote, quia si sciret paterfamilias qua custodia fur venturus esset[90]. » Vir porro ille religiosus et Deo addictus, Dei in strato suo recordatus, immaculatum illud, castum et impollutum custodiebat, singulis noctis custodiis exsurgebat, precibus animum adhibebat, divinisque disciplinis exercitabatur. Quod his Symmachi verbis edocetur : « Recordatus tui super stratum meum, per singulas custodias meditabar. » Te quippe Deum contemplabar, ac vice librorum et scripturarum, mente ad te sursum elata, meditabar, recordatus quantis me beneficiis ornaveris, et quod mihi semper adjutor, a sexcentis me tentationibus eripueris, alisque tuis, nimirum providentiæ tuæ virtutibus, extuleris : quæ in memoriam repetens, gaudio replebar, teque Deum celebrabam secundum Symmachum qui sic habet, « et protectus alis tuis celebrabam. » Eloquia vero tua per singulas noctis custodias mecum reputans, auditaque post hæc divina lege quæ sic habet, « Post Dominum Deum tuum gradieris ; » ipsi hærens, ipsi addictus, morigerum me legi præbui, ipsique inhæsi totus, omnia pro nihilo habens, imo vero omnia quæ post Deum sunt aversatus, ex animi desiderio sublimior excelsiorque factus, tibi Deo meo conjunctus sum, ut vere dicere valeam : « Adhæsit anima mea post te. » Ad tantum vero profectum, ad tantum virtutis cumulum perveni, non mea potestate, sed tuo dominatu : tu enim ipse misericordia tua id mihi elargitus es. Meum quippe erga te amorem cernens acceptansque, extensa dextera tua me suscipere, sursumque trahere dignatus es ; ideoque anima mea, te opitulante, adhærere tibi potuit : quoniam « me suscepit dextera tua. » Non enim tantam sublimitatem attigissem, nisi me suscepisset dextera tua. Docet porro Apostolus quo pacto quis Domino hæreat, his verbis : « Qui adhæret Domino, unus spiritus est, quemadmodum qui adhæret meretrici, unum corpus est[91]. » Cum ergo David Domino diceret, « Adhæsit anima mea post te, » hinc se castitati puritatique deditum declarabat.

« Αὐτοὶ δὲ εἰς μάτην ἐζήτησαν τὴν ψυχήν μου. »

VERS. 10-12. « Ipsi vero in vanum quæsierunt ani-

[90] Matth. xxiv, 42. [90] ibid. 43. [91] I Cor. vi, 16,17.

mam meam. » Ego quidem, ait, tibi Servatori meo hærebam, atque perfugus et in solitudine degens, tibi animam copulabam meam, et sermones tuos meditabar: neque enim insequentes me propulsabam, neque etiam, dum tibi Deo vacarem, preces fundebam contra inimicos; sed tibi uni, ut dictum est, adhærebam. Illi vero futilem adversus animam meam sollicitudinem suscipere non desistebant: in vanum quippe quærebant eam, quæ, quoniam tibi hærebat, ab ipsis minime reperiri poterat: quare quæ se manent ipsi quidem ignorant, sed Spiritus sanctus vaticinatur. Deinde vero hæc prophetice vociferatur: « Introibunt in inferiora terræ. » Quandoquidem enim terrena sapiebant, et in infimis constituti erant, jure facinorum præmia recipient. Nam qui Deo conjunctus et anima ipsi conglutinatus est, regni cœlorum spem obtinebit; qui vero contrariam decurrunt viam, et infima sapiunt, in lacum alias memoratum dejecti, introibunt in inferiora terræ. Dum enim quivis homo superficiem terræ incolit, in inferioribus tantum habitare dicitur, ut dicit quidam, « Quia Deus in cœlo sursum, et tu in terra deorsum [92]. » Post exitum autem ex hac vita, religiosi quidem homines cœlum pro domicilio habebunt, sursum elati, ac rapiendi in nubibus obviam Domino, ac sic semper cum Domino futuri; impii vero et peccatores in inferiora terræ descendent: quæ commemorans Apostolus dicebat: « In inferiores partes terræ qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia [93]. » Etenim Servator et Dominus noster usque ad infima terræ descendit, ut salutari virtute impleret omnia. Hoc ipsum Jobo significat ille qui Dominus vocatur dicens: « Venisti autem in fontem maris, et in vestigiis abyssi ambulasti. Aperiuntur autem tibi timore portæ mortis: ostiarii inferni videntes te conterriti sunt [94]. » Sed ille quidem ad eos qui istic habitabant descendit, ut animas justorum ibidem jamdiu detentas libertate donaret. Impii vero in inferiora terræ dejecti, tradentur in manus gladii. Est enim ibidem gladius quidam mortis, quem Servator in XXI psalmo memorat his verbis: « Erue a framea, Deus, animam meam, et de manu canis unicam meam. Salva me ex ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam [95]. » Hæc autem omnia de adversariis potestatibus dicta sunt. Non enim in manus gladii tantum prædicti homines tradentur, sed etiam huc illuc distrahentur a sævis quibusdam versutisque spiritibus, qui vulpes hic nuncupantur, quia foveas subeunt, et in infimis penetralibus latibula habent. Hæ itaque vulpes impiorum animas istuc delapsas, ut oblatam prædam, comprehensas diripiunt atque inter se dividunt. Sane talem fore impiorum finem Spiritus sanctus vaticinatur. De

A Ἐγὼ μὲν, φησὶ, σοὶ τῷ ἐμαυτοῦ Σωτῆρι προσεῖχον, καὶ σοὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν συνῆπτον, τοῖς τε σοῖς ἐμελέτων λόγοις, ἐν φυγῇ τυγχάνων, καὶ ἐν ἐρημίαις ποιούμενος τὰς διατριβάς. Οὐ γὰρ ἠμυνόμην τοὺς ἐλαύνοντάς με, ἀλλ' οὐδὲ σοὶ τῷ Θεῷ σχολάζων εὐχὰς κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀνέπεμπον· σοὶ δὲ μόνῳ προσεῖχον, ὡς ἔφην. Οἱ δὲ οὐ διέλειπον ματαίαν σπουδὴν κατὰ τῆς ψυχῆς μου ποιούμενοι· εἰς μάταιον γὰρ ἐζήτουν αὐτὴν, ἀνεύρετον αὐτοῖς οὖσαν διὰ τὸ κεκολλῆσθαι ὀπίσω σου· διόπερ τὰ περιμένοντα αὐτοὺς αὐτοὶ μὲν οὐκ ἴσασι, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον θεσπίζει. Εἶθ' ἑξῆς τούτοις προφητικῶς ἀναφωνεῖ λέγων· « Εἰσελεύσονται εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς. » Ἐπειδὴ γὰρ τὰ τῆς γῆς ἐφρόνουν καὶ τῶν κάτω γεγόνασιν, εἰκότως τάπιB χειρα πείσονται οἷς ἔδρασαν. Ὁ μὲν γὰρ τῷ Θεῷ συναφθεὶς, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτῷ προσκολληθεὶς, ἐλπίδας ἕξει βασιλείας οὐρανῶν· οἱ δὲ τὴν ἐναντίαν δραμόντες καὶ τὰ κάτω φρονήσαντες, εἰς τὸν ἀλλαχοῦ λάκκον ὠνομασμένον καταχθέντες, ἐν τοῖς κατωτάτω τῆς γῆς ἐλεύσονται. Τέως μὲν γὰρ πᾶς ἄνθρωπος, τὴν ἐπιφάνειαν οἰκῶν τῆς γῆς, τὰ κάτω μόνα οἰκεῖν λέγεται κατὰ τὸν φήσαντα· « Ὅτι ὁ Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σὺ ἐν τῇ γῇ κάτω. » Μετὰ δὲ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν, οἱ μὲν θεοφιλεῖς οὐρανὸν ἕξουσιν οἰκητήριον, εἰς τὰ ἀνώτερα μετεωρισθέντες καὶ ἁρπαγησόμενοι ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου, οὕτω τε πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμενοι· οἱ δ' ἀσεβεῖς καὶ ἁμαρτωλοὶ εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς καταβήσονται· ὧν μεμνημένος ὁ Ἀπόστολος ἔλεγεν· « Εἰς τὰ Cκατώτερα τῆς γῆς ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστιν ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. » Καὶ μέχρι γὰρ τῶν κατωτάτω τῆς γῆς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν καταβέβηκεν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα τῆς σωτηρίου δυνάμεως. Τοῦτο δὲ καὶ τῷ Ἰὼβ σημαίνει ὁ χρηματίζων Κύριος ἐν οἷς φησιν· « Ἦλθες δὲ ἐπὶ γῆν [1] θαλάσσης, ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας. Ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου· πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν. » Ἀλλ' ὁ μὲν καὶ μέχρι τῶν ἐκεῖ καταβέβηκεν, ἵνα τὰς πάλαι τῶν ἁγίων αὐτόθι συνεχομένας ψυχὰς ἐλευθερίας ἀξιώσῃ· οἱ δὲ ἀσεβεῖς, εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς κατενεχθέντες, παραδοθήσονται εἰς χεῖρας ῥομφαίας. Ἔστι γάρ τις ἐκεῖ ῥομφαία θανάτου, ἧς ὁ Σωτὴρ μνημονεύων ἐν κα' ψαλμῷ ἔλεγε· « Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομD φαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου· σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου. » Ταῦτα δὲ πάντα περὶ ἀντικειμένων δυνάμεων ἐλέγετο. Οὐ μόνον δὲ εἰς χεῖρας ῥομφαίας παραδοθήσονται οἱ προλεχθέντες, ἀλλὰ καὶ διασπασθήσονται ὧδε κἀκεῖσε περιελκόμενοι ὑπὸ δεινῶν τινων καὶ πανούργων πνευμάτων, οὓς ἀλώπεκας ὀνομάζει ὁ παρὼν λόγος, διὰ τὸ καταδεδυκέναι καὶ τοῖς κατωτάτω μυχοῖς ἐμφωλεύειν. Οὗτοι δ' οὖν οἱ ἀλώπεκες ὥσπερ εὕρεμα τὰς ἐκεῖ καταπιπτούσας ψυχὰς τῶν ἀσεβῶν λαβόντες διαρπάζουσιν, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὰς μεριζόμενοι. Καὶ

[92] Deut. IV, 39. [93] Ephes. IV, 10. [94] Job XXXVIII, 16, 17. [95] Psal. XXI, 21, 22.

(1) In Bibliis, πηγήν.

τῶν μὲν ἀσεβῶν τοιοῦτον ἔσεσθαι τὸ τέλος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον θεσπίζει. Περὶ δὲ τοῦ δικαίου τοῦ τὰ προλεχθέντα κατωρθωκότος ἐπιφέρει λέγον· « Ὁ δὲ βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ Θεῷ· ἐπαινεθήσεται πᾶς ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ· ὅτι ἐνεφράγη στόμα λαλούντων ἄδικα. » Σφόδρα παραδόξως ἐνταῦθα τὸ τοῦ βασιλέως εἰσῆκται ὄνομα· Δαυὶδ μὲν γὰρ φεύγων τὸν Σαοὺλ, καὶ τὴν ἔρημον τῆς Ἰουδαίας οἰκῶν καθ' οὓς ταῦτα ἔλεγε χρόνους, δείκνυται, οὐ μὴν ἤδη που βασιλεύων· Σαοὺλ δὲ, κρατῶν τοῦ ἔθνους, τῆς βασιλείας ἠγεῖτο. Ποῖος οὖν βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ Θεῷ; Ἀλλ' ἐρεῖ τις κατὰ πρόγνωσιν τοῦ μέλλοντος αὐτὸν σημαίνεσθαι τὸν Δαυὶδ· ἤμελλε γὰρ ὅσον οὔπω τελευτήσαντος τοῦ Σαοὺλ βασιλεύειν αὐτός. Ἕτερος δέ φησι καὶ τότ' ἤδη βασιλέα εἶναι αὐτόν· ἐπειδὴ κέχριστο ὑπὸ τοῦ Σαμουὴλ εἰς βασιλέα, καὶ παρὰ τῷ Θεῷ λελόγιστο ἤδη βασιλεύς· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐβασίλευε τοῦ συνόντος αὐτῷ πλήθους, οὗ μέμνηται ἡ ἱστορία. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ τέλος τῶν ἐλαυνόντων αὐτὸν παρέστησεν ὁ λόγος, εἰκότως καὶ αὐτοῦ ὡς ἂν πολλὴν ἐνδειξαμένου προκοπὴν τὰ τέλη τῶν πόνων προφητεύεται. Διὸ λέγεται· « Ὁ δὲ βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ Θεῷ. » Ὡς γὰρ γενναῖος τοῦ Θεοῦ ἀθλητὴς, μεγάλους ἀγῶνας διεξελθὼν, βραβείων τε καὶ θείων στεφάνων κατηξιωμένος, εὐφροσύνης ἀπολαύσει τῆς παρ' αὐτῷ τῷ ἀγωνοθέτῃ. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ τέλος οὐκ αἴσιον εἰλήφασιν, εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς εἰσελθόντες, καὶ παραδοθέντες εἰς χεῖρας ῥομφαίας, μερίδες τε ἀλωπέκων γενόμενοι· ἃ δὴ καὶ ἐπληροῦτο πρὸς λέξιν κατὰ τὴν ἱστορίαν, ὁπηνίκα, φεύγων ὁ Σαοὺλ τοὺς πολεμίους, ἐκρυπτάζετο, ζητῶν τε παρὰ τοῦ Θεοῦ βοήθειαν, οὐχ εὑρισκεν· ἀλλ' οὐδὲ ἀποκρίσεως θείας ἠξιοῦτο· ὡς διὰ τοῦτ' ἐλθεῖν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἐγγαστρίμυθον, καὶ πολυπραγμονεῖν τὰ ἀπηγορευμένα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Τότε γοῦν ἀληθῶς μερίδες ἀλωπέκων γεγόνασιν αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. Διὸ καὶ καταλειφθέντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τῇ τῶν πολεμίων ῥομφαίᾳ παρεδόθησαν πεσόντες ἐν τῷ πολέμῳ. Ὥσπερ οὖν ταῦτα μηδέπω γενόμενα κατὰ πρόγνωσιν εἴρητο μέλλοντα ἔσεσθαι τοῖς τὸν Δαυὶδ ἐλαύνουσιν· οὕτω καὶ αὐτῷ τὰ αἴσια τέλη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνεφώνει λέγον· « Ὁ δὲ βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ Θεῷ. » Ἐλπίσας γὰρ ἐπὶ τὸν Θεὸν, καὶ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν συνάψας αὐτῷ, ὡς εἰπεῖν, « Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου, » τῆς ἀνωτάτω τεύξεται παρὰ τῷ Θεῷ εὐφροσύνης. Καὶ πᾶς δὲ ὁ ἐπὶ τούτοις ὀμνὺς ὡς ἂν εὐορκῶν ἐπαινεθήσεται· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « Καυχήσεται ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ. » Ὁ γὰρ μὴ ἀμφιβάλλων, ἀλλὰ καὶ ὅρκον τιθέμενος περὶ τοῦ μήποτε ἐκπεσεῖσθαι τὸν βασιλέα τῆς ἐπηγγελμένης ἐλπίδος, ὡσανεὶ εὐορκῶν, ἐπαινεθήσεται. Καὶ ταῦτα ἔσται περὶ τὸν βασιλέα καὶ περὶ πάντα τὸν ὀμνύντα περὶ αὐτοῦ, « Ὅτι ἐνεφράγη τὸ στόμα λαλούντων ἄδικα. » Καθ' ἑτέραν δὲ διάνοιαν τοῦ δικαίου τελειουμένου κατὰ τὰς ἀποδοθείσας ἐν ἀρετῇ προκοπὰς, χαίρει καὶ εὐφραίνεται ὁ βασιλεὺς, ὁ τοῦ Θεοῦ Μονογενὴς Υἱὸς εὐχαριστῶν τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ, τῷ τὰ τηλικαῦτα χαρίσματα δεδωρημένῳ τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει. Τοῦτον δὲ τὸν βασιλέα ὁ γνοὺς, καὶ ὅρκιον αὐτοῦ ποιούμενος τοὔνομα,

justo autem, qui supra memorata præclara opera edidit, hæc subjungit: « Rex vero lætabitur in Deo: laudabuntur omnes qui jurant in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua. » Mirum in modum hic regis nomen inductum est: siquidem David cum, ut demonstravimus, quo tempore hæc dicebat a Saule fugeret, desertumque Judææ incoleret, nondum rex erat, sed Saul genti imperans regnum obtinebat. Quis ergo rex lætabitur in Deo? Sed dicet quispiam, ex præscientia futuri ipsum Davidem indicare: brevi namque, post mortem Saulis, regnaturus ipse erat. Dicet alius, jam tum Davidem fuisse regem, utpote a Samuele in regem unctum, atque ut talem a Deo reputatum; imo etiam tunc temporis regnasse in gentem sese comitantem, cujus meminit historia. Quia igitur insequentium ipsum finem sermo declaravit, consequenter ipsius quoque, utpote magno profectu aucti, laborum finem vaticinatur. Quare dicitur: « Rex vero lætabitur in Deo. » Nam ut generosus Dei athleta, magnis editis certaminibus, præmiis divinisque coronis donatus, ea, quæ penes ipsum agonothetam est, lætitia fruetur. Ut e converso inimici ejus non faustum finem obtinuerunt, quippe qui in inferiora terræ ingressi, et traditi in manus gladii, partes vulpium fuerint. Quæ ad litteram impleta esse in historia narratur, quando ab inimicis fugiens Saul latebras quærebat, petitamque a Deo opem non obtinuit, neque divino responso dignatus est; ita ut ideo engastrimytham adiret, et a Deo vetita curiosius inquireret. Tunc revera partes vulpium fuere, cum ille, tum comites ejus. Quare abs Deo derelicti, gladio inimicorum traditi sunt, et in bello ceciderunt. Sicut igitur illa nondum edita, insequentibus Davidem obventura, ex præscientia renuntiabantur, ita et ipsi Davidi prosperum finem Spiritus sanctus prædicebat his verbis, « Rex vero lætabitur in Deo. » Cum enim in Deo spem posuerit, ipsique animam conjunxerit suam, ita ut dicat, « Adhæsit anima mea post te, » supernam a Deo lætitiam obtinebit. Ac quisquis hac de re juravit, ut bene prolato juramento laudabitur; sive, secundum Aquilam, « Gloriabitur qui jurat in eo. » Nam quisquis nihil dubitans, juramento affirmaverit, regem a proposita spe nunquam lapsurum esse, ut qui recte juraverit, laudabitur. Et hæc contingent tum regi, tum iis qui de ipso juraverint, « quia obstructum est os loquentium iniqua. » Secundum aliam vero sententiam cum justus virtutum profectu auctus consummatur, tunc gaudet rex et exsultat, Unigenitus scilicet Dei Filius, Patri suo gratias referens, qui humanæ naturæ tanta gratiarum dona contulerit. Hunc porro regem qui noverit, ejusque nomine ad juramentum usus fuerit, is sane omni laude dignus habeatur; utpote qui edidicerit, ejus virtute justum consummatum, et os quodlibet injusta multa proferens obstructum fuisse. Etiamsi enim aliquanto tempore concessum impiis fuit, ut ore

injusta multa proferrent, et blasphema dicta contra justum ipsumque Deum spargerent, utpote, qui viros sui causa pulsos non ulciscceretur; illis sane non permittetur ut ad finem usque talia deblatereñt; sed os impium ipsorum obstruetur, cessabitque illa contra pios homines arrogantia, cum illos memoratus finis exceperit.

παντὸς γένοιτ' ἂν ἐπαίνου ἄξιος, ὡς ἂν μεμαθηκὼς ὅτι τῇ αὐτοῦ δυνάμει καὶ ὁ δίκαιος ἐτελειώθη, καὶ πᾶν στόμα τὸ πολλὰ λαλοῦν ἄδικα ἐνεφράγη. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα καιρῷ τινι συνεχωρεῖτο τῷ τῶν ἀσεβῶν στόματι λαλεῖν ἄδικα καὶ καταβλασφημεῖν τοῦ δικαίου, καὶ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, ὡς μηδὲν ἐπαμύνοντος τοῖς δι' αὐτὸν ἐλαυνομένοις· ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος τοιαῦτα λαλεῖν συγχωρηθήσονται· φραγήσεται δὲ αὐτῶν τὸ ἀσεβὲς στόμα, καὶ ἡ κατὰ τῶν θεοφιλῶν ἀνδρῶν μεγαλαυχία παυθήσεται, ἐπειδὰν καταλάβῃ αὐτοὺς τὰ προλεχθέντα τέλη.

1. IN FINEM PSALMUS DAVID LXIII.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΞΓ.

VERS. 2, 3. « Exaudi, Deus, orationem meam, cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. » Præsens quoque psalmus in finem remittit, quo bravia supernæ vocationis, et justitiæ coronas, qui bonum certamen certaverunt, a magno illo agonotheta accepturi sunt. Quare in principio psalmi, inimici et iniqui homines contra justum insurgentes inducuntur; in fine autem totius sermonis spem bonam obsignat his verbis, « Lætabitur justus in Domino, et sperabit in eo, et laudabuntur omnes recti corde. » Talem futurum esse finem docet eorum qui pro justitia concertarunt. Religiosus vero athleta, a sexcentis hostibus inimicisque animæ, non solum visibilibus, sed etiam occultis impetibus, ad unum Deum confugit, ejusque auxilium postulat, hæc tantum non proferens: « Si Deus pro nobis, quis contra nos[96]? » Quamobrem precibus dat operam, Deum invocans et dicens: « Exaudi, Deus, orationem meam, cum deprecor. » Qui vero hujusmodi non est, sed divinis præceptis non obtemperat, tanta fiducia uti non valet: qua mensura enim metimur, eadem remetietur nobis. Quapropter in Proverbiis hæc inobsequentibus Dei Sapientia edicit: « Quia vocavi, et non obedistis, extendi sermones, et non attendistis; sed irrita fecistis consilia mea, præceptis autem meis non obtemperastis. Itaque ego quoque in interitu vestro ridebo[97]. » Erit enim tempus quo invocabitis me, et ego non exaudiam. Si igitur exaudiri volumus cum invocamus Deum, idipsum nos divinis præceptis obtemperantes faciamus. Tunc enim multa cum fiducia nos quoque Deo dicere poterimus: « Exaudi, Deus, orationem meam cum deprecor. » Quid autem beatus David precabatur (illius namque, ut æstimo, verba sunt, eo tempore prolata quo a Saule et comitibus ejus fugiebat), ut anima ipsius a timore inimici eriperetur, non autem ut inimicos non haberet, aut ut consilia eorum eliminarentur; sed anima ipsius imperterrita et intrepida maneret; ut imperturbatum gerens animum, ipse perinde atque Paulus diceret: « In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur; persecutionem patimur, sed non derelinquimur; dejicimur, sed non perimus[98]. » Hæc cum Deo diceret David, non erat beneficiorum, quæ sibi pridem collata fuerant, immemor. Quare de præteritis gratias agens, infert: « Pro-

« Εἰσάκουσον, ὁ Θεὸς, προσευχῆς μου ἐν τῷ δέεσθαί με, ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ ἐξέλου τὴν ψυχήν μου. » Καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς εἰς τὸ τέλος ἀναπέμπει· ἐν ᾧ τὰ βραβεῖα τῆς ἄνω κλήσεως, καὶ τοὺς τῆς δικαιοσύνης στεφάνους οἱ τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν διηγωνισμένοι παρὰ τοῦ μεγάλου λήψονται ἀγωνοθέτου. Διὸ τὰ μὲν πρῶτα τοῦ ψαλμοῦ ἐχθροὺς εἰσάγει καὶ πονηρευομένους ἐπανισταμένους τῷ δικαίῳ· ἐν δὲ τῷ τέλει τοῦ παντὸς λόγου χρηστὰς ἐλπίδας ἐπισφραγίζεται λέγων· « Εὐφρανθήσεται δίκαιος ἐν τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐλπιεῖ ἐπ' αὐτόν· καὶ ἐπαινεθήσονται πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. » Τοιαῦτα τὰ τέλη τῶν ὑπὲρ εὐσεβείας ἠγωνισμένων εἶναι διδάσκει. Ὁ γέ τοι τῆς θεοσεβείας ἀθλητής, μυρίους ἔχων ἐχθροὺς καὶ πολεμίους τῆς αὐτοῦ ψυχῆς, οὐχ ὁρατοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφανεῖς, μόνῳ προσφεύγει τῷ Θεῷ καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν αἰτεῖ, μονονουχὶ λέγων· « Εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; » Διὸ ταῖς εὐχαῖς σχολάζει τὸν Θεὸν ἀνακαλούμενος καὶ λέγων· « Εἰσάκουσον, ὁ Θεὸς, προσευχῆς μου ἐν τῷ δέεσθαί με. » Ὁ δὲ μὴ τοιοῦτος, παρακούων δὲ τῶν τοῦ Θεοῦ παραγγελμάτων, οὐκ ἂν δύναιτο χρῆσθαι τῇ τοσαύτῃ παῤῥησίᾳ· ᾧ γὰρ μέτρῳ μετροῦμεν ἀντιμετρεῖται ἡμῖν. Διόπερ ἐν Παροιμίαις ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία πρὸς τοὺς ἀπειθεῖς ἀποτείνεται λέγουσα· « Ἀνθ' ὧν ἐκάλουν, καὶ οὐχ ὑπηκούσατε, καὶ ἐξέτεινον λόγους, καὶ οὐ προσείχετε· ἀλλ' ἀκύρους ἐποιεῖτε τὰς ἐμὰς βουλὰς, ταῖς δὲ ἐμαῖς ἐντολαῖς οὐ προσείχετε. Τοιγαροῦν κἀγὼ τῇ ὑμετέρᾳ ἀπωλείᾳ ἐπιγελάσομαι. » Ἔσται γὰρ ὅτε ἐπικαλέσεσθέ με, ἐγὼ δὲ οὐκ εἰσακούσομαι. Εἰ τοίνυν εἰσακούεσθαι βουλόμεθα ἐν οἷς δεόμεθα τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτοὶ τοῦτο πράττωμεν τοῖς τοῦ Θεοῦ παραγγέλμασι καταπειθεῖς γιγνόμενοι. Τότε γὰρ σὺν πολλῇ παῤῥησίᾳ καὶ αὐτοὶ φάναι δυνησόμεθα τῷ Θεῷ· « Εἰσάκουσον, ὁ Θεὸς, τῆς προσευχῆς μου ἐν τῷ δέεσθαί με. » Τί δὲ ἐδεῖτο ὁ μακάριος Δαυὶδ; (αὐτοῦ γάρ εἰσιν οἱ λόγοι, ὡς οἶμαι, κατὰ τοὺς χρόνους εἰρημένοι, καθ' οὓς τὸν Σαοὺλ ἔφευγε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ·) τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ῥυσθῆναι ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ, οὐκ ἐχθροὺς μὴ ἔχειν, οὐδὲ τὰς ἐκείνων ἀποκρουσθῆναι προαιρέσεις· τὴν δὲ αὐτοῦ ψυχὴν ἄτρομον καὶ ἀπτόητον, καὶ ἄφοβον διατηρεῖσθαι, ὅπως, ἐν ἕξει γενόμενος ἀταραξίας, λέγῃ καὶ αὐτὸς ὁμοίως Παύλῳ· « Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι· διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι· καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι. » Λέγων δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Θεὸν ὁ Δαυὶδ, οὐκ ἠμνημόνει τῶν ἤδη πρότερον εἰς αὐτὸν γε-

[96] Rom. VIII, 31. [97] Prov. I, 24-26. [98] II Cor. IV, 8, 9.

νομένων ευεργεσιῶν. Διὸ εὐχαριστῶν ἐπὶ τοῖς παρ- A texisti me a conventu malignántium, a multitudine operantium iniquitatem.» Cum jam enim præteritorum experimentum ceperim, nunquam ea oblivisci possim; sed semper memoria tenens, grato semper animo sum. Sed tamen jam idem abs te auxilium postulo. Secundum reliquos autem interpretes una eademque servatur verbi expostulatio, unaque sermonis sententia: nam apud Symmachum dicitur: « Exaudi, Deus, vocem mei invocantis, a terrore inimici circummunies vitam meam: abscondes me a moliminibus malignorum, a perturbatione operantium iniquitatem. » Non enim quasi de præteritis, sed quasi de futuris, omnia dicta sunt, ac similiter secundum reliquos interpretes.

ηχηκόσιν, ἐπιλέγει· « Ἐσκέπασάς με ἀπὸ συστροφῆς πονηρευομένων, ἀπὸ πλήθους ἐργαζομένων ἀδικίαν. » Ἤδη γὰρ πεῖραν εἰληφὼς τῶν φθασάντων εἰς ἐμὲ, οὔποτε λήθην αὐτῶν ποιήσασθαι δύναμαι· φέρων δὲ αὐτὰ διὰ παντὸς ἐν μνήμῃ, εὐχάριστος εἰσαεὶ τυγχάνω. Ὅμως δὲ καὶ νῦν τῆς αὐτῆς ἀξιῶ παρὰ σοῦ βοηθείας τυχεῖν. Κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, μία καὶ ἡ αὐτὴ πεφύλακται τοῦ λόγου ἔγκλησις, καὶ μία διάνοια τῶν εἰρημένων· διὸ λέλεκται κατὰ τὸν Σύμμαχον· « Εἰσάκουσον, ὁ Θεὸς, τῆς φωνῆς μου προσλαλοῦντος, ἀπὸ ἐκπλήξεως ἐχθροῦ περιφράξεις τὴν ζωήν μου· κρύψεις με ἀπὸ συσκέψεων κακούργων, ἀπὸ κυκήσεως ἐργαζομένων ἀδικίαν. » Οὐ γὰρ ὡς περὶ παρῳχηκότων, ἀλλ' ὡς περὶ μελλόντων τὰ ὅλα εἴρηται, καὶ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς B ὁμοίως.

« Οἵτινες ἠκόνησαν ὡς ῥομφαίας τὰς γλώσσας αὐτῶν, ἐνέτειναν τόξον πρᾶγμα πικρόν, τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον. Ἐξάπινα κατατοξεύσουσιν αὐτὸν, καὶ οὐ φοβηθήσονται. » Εἰ καὶ προῆγε τοῖς χρόνοις εἰς τὴν σωτήριον ἐπιδημίαν ὁ Δαυὶδ, ἀλλ' οὐκ ἠγνόει τὰ εὐαγγελικὰ μαθήματα θείῳ Πνεύματι μεμαθητευμένος· ᾔδει δὲ εὖ μάλα τὸ σωτήριον λόγιον τὸ φῆσαν· « Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· » διὸ οὐκ ἠγωνία στρατιωτικῆς παρατάξεως πληθὺν, οὐδὲ τοὺς παντευχίαις καὶ δόρασι παραττομένους· ἀλλὰ τούτων μὲν κατεφρόνει, ὡς ἂν τὸν τοσοῦτον Γολιὰδ ἀκμητὶ καὶ ἀνιδρωτὶ καταβαλών· ἐκείνους δὲ ἠγωνία C οὓς ἡνίττετο διὰ τῶν προκειμένων λέγων· « Οἵτινες ἠκόνησαν ὡς ῥομφαίαν τὰς γλώσσας αὐτῶν, ἐνέτειναν τόξον πρᾶγμα πικρόν. » Ὁρᾷς ὁποίαν διαγράφει πανοπλίαν ἐχθρῶν; Καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν δὲ ἐλέγετο· « Υἱοὶ ἀνθρώπων, οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὅπλον καὶ βέλη, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν μάχαιρα ὀξεῖα. » Ταῦτα δὲ ἀναγέγραπται εἰρηκὼς, « ὁπότε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον. » Ἀπὸ τῶν ὁμοίων τοιγαροῦν λόγων φαίνεται ὁ αὐτὸς ὢν χρόνος, καθ' ὃν καὶ τὰ μετὰ χεῖρας περὶ αὐτῶν ἐκείνων καὶ τῶν ἐκείνοις παραπλησίων λέλεκτο. Ἀλλὰ καὶ « ὅτε ἀπέστειλε Σαοὺλ, καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ τοῦ θανατῶσαι αὐτὸν, » περὶ τῶν αὐτῶν πάλιν τὰς ὁμοίας ἠφίει φωνὰς λέγων· « Ἰδοὺ ἀποφθέγξονται ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ ῥομφαία ἐν τοῖς στό- D μασιν αὐτῶν. » Ἀλλ' ἐν ἐκείνοις μὲν ταῦτ' ἐλέγετο· ἐν δὲ τοῖς μετὰ χεῖρας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, ὧν ἀπὸ φόβου ῥυσθῆναι ηὔχετο, ἠκονηκέναι φησὶ τὰς γλώσσας αὐτῶν δίκην ῥομφαίας· ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, « ὡς μάχαιραν· » ἀλλὰ καὶ ἐνέτειναν τὸ τόξον αὐτῶν, κατὰ μὲν τοὺς Ἑβδομήκοντα ἑρμηνευτὰς, « ἐν πράγματι πικρῷ· » διὰ γὰρ πικροῦ πράγματος κατατοξεύειν ἐπειρῶντο τὸν δίκαιον· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, « Ἐπλήρωσαν, φησὶ, τὸ τόξον αὐτῶν λόγῳ πικρῷ. » Ἦσαν γὰρ ἀληθῶς πικροὶ, οὐδὲν γλυκὺ περιέχοντες, οἱ τὸν Δαυὶδ διαβάλλοντες πρὸς τὸν Σαούλ· οἷος ἦν ὁ Δωὴκ, καὶ οἱ Ζιφαῖοι, καὶ οἱ

Vers. 4-7. « Qui exacuerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum, rem amaram; ut sagittent in occultis immaculatum. Subito sagittabunt eum, et non timebunt.» Etiamsi David salutarem adventum tempore prævérterit, evangelicas tamen disciplinas, magistro Spiritu divino, non ignorabat; sed salutare illud eloquium probe noverat: « Nolite timere ab iis qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere[a]: » quare militaris aciei multitudinem, ac omni genere armorum hastisque instructos homines non reformidabat; sed illos quidem, utpote qui sine sudore et labore immanem illum Goliath prostravisset, despiciebat; eos autem pertimescebat, quos hisce verbis antea subindicavit: « Qui exacuerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum, rem amaram. » Viden' quæ describat inimicorum arma? Supra vero dicebatur: « Filii hominum dentes eorum arma et sagittæ, et lingua eorum gladius acutus [1]. » Hæc autem dixisse scribitur, « cum fugeret a facie Saulis in speluncam [2]. » A verborum sane similitudine videntur illa eodem tempore scripta esse, quo hæc, quæ jam tractamus, de iis et similibus dicta fuere. Sed etiam « quando misit Saul, et custodivit domum ejus, ut eum interficeret [3], » de iisdem iterum similes proferebat voces dicens: « Ecce loquentur in ore suo, et gladius in oribus eorum [4]. » Sed hæc quidem ibi; in his vero de quibus nunc sermo, inimicos suos, a quorum metu eripi precabatur, exacuisse ait ut gladium linguas suas, sive secundum reliquos interpretes, « sicut machæram; » imo intenderunt arcum suum, secundum LXX Interpretes, in re amara: per rem quippe amaram justum sagittis confodere tentabant; secundum Symmachum autem, « impleverunt, inquit, arcum suum verbo amaro. » Nam qui Davidem apud Saulem criminabantur, vere amari erant, dulcedine affecti nulla: qualis erat Doec, quales Ziphæi et iis similes. Quin et quivis sermo impius, amarus; ut et divinus, dulcis et suavis fuerit. Quare dictum est:

[a] Matth. x, 28. [1] Psal. LVI, 5. [2] ibid. 1. [3] Psal. LVIII, 1. [4] ibid. 8.

« Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus [5]. » Sævi porro arcus et vere acuti gladii impiorum heterodoxorum, qui simplicium animas sagittis impetunt, gladiisque suis eas trucidant. Sapientes quoque hujus sæculi, fucatis et sophisticis verbis utentes, multas animas sustulerunt. Opus ergo nobis ferventi oratione, ut ab iis omnibus eripiamur. Ii vero in primis qui supra memorati sunt, simplicem et rudem hominem sagittis confodere satagunt; quare dictum est · « Intenderunt arcum, rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum. » Inculpatum hic immaculatum vocat, his indicans sycophantiam contra eos, qui nihil injuriæ intulissent, paratam. Pro illo autem, « immaculatum, » Aquila, « simplicem, » interpretatus est. Nam ii simplicem et nequitiæ expertem sagittis confodere maxime satagunt : quare infert, « Subito sagittabunt, eum et non timebunt. » Nam tempus observantes, confertim et inopinanter immaculatum, sive simplicem, aut innocentem invadunt. Quare ad homines iis similes rescribens Apostolus, ait : « Timeo autem, ne sicut serpens Evam seduxit, ita corrumpantur sensus vestri et excidant a simplicitate, quæ est in Christo [6]. » Eum quippe cujus anima circummunita fuerit, dejicere nunquam valeant ii qui supra memorati sunt, « qui exacuerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum, rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum; » sive, « ut sagittent in occultis simplicem. Subito sagittabunt eum, et non timebunt. » At vide quo pacto dicat, sagittabunt eum, non me qui talia profero; sed simplicem, id est rudem et innocentem, et adhuc parvulum, ut quis dixerit, ex eorum numero de quibus Servator hæc docuit : « Ne contemnatis unum ex pusillis qui sunt in Ecclesia mea [7]; » et : « Si quis scandalizaverit unum ex pusillis, expedit ei ut demergatur in mare [8]. » Neque enim hic magnum hominem scandalizari Servator inducit, sed eum, qui in Ecclesia pusillus sit; ut hoc in loco simplicem dicit. Inimici ergo magnos et qui apud Deum sapientes sunt, adoriri non audent, sed simplices et innocentes maxime venantur. Quamobrem David cum inimicos memorasset, ad quos præsertim irrepere soleant declaravit.

« Firmaverunt sibi sermonem nequam : narraverunt ut absconderent laqueos. » Postquam tropice inimicos gladios suos exacuere et arcus intendere dixerat, jam apertius qui sit gladius, qualis arcus, enarrat his verbis : « Firmaverunt sibi sermonem nequam. » Non enim sermonem a Deo mutuati sunt; sed postquam sibi ipsis confinxerunt et commenti sunt, hunc firmaverunt. Tales sunt sycophantæ, et quotquot falsas, quas sibi confinxerunt et commenti sunt, sententias firmare et stabilire satagunt. Deinde vero ubi sermonem illum nequam, quem sibi firmaverant, pravum esse adverterunt,

A τούτοις παραπλήσιοι. Ἀλλὰ καὶ πᾶς ἄθεος λόγος πικρὸς ἂν εἴη, ὥσπερ ὁ θεῖος, χρηστὸς καὶ γλυκύς. Διὸ εἴρηται· « Γεύσασθε, καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. » Δεινὰ δὲ τόξα καὶ μάχαιραι ὡς ἀληθῶς ὀξεῖαι αἱ τῶν ἀθέων ἑτεροδόξων, τῶν τὰς ἀκεραίους ψυχὰς κατατοξευόντων, καὶ ταῖς ἑαυτῶν ῥομφαίαις κατασφαττόντων αὐτάς. Καὶ οἱ σοφοὶ δὲ τοῦ αἰῶνος τούτου, τὸν ἀπατηλὸν καὶ σεσοφισμένον λόγον προβαλλόμενοι, πολλὰς ἀνεῖλον ψυχάς. Εὐχῆς οὖν ἡμῖν δεῖ συντεταμένης, πρὸς τὸ ῥυσθῆναι τούτων ἁπάντων. Μάλιστα δὲ οἱ προλεχθέντες τὸν ἁπλοῦν καὶ ἀφελῆ κατατοξεύειν πειρῶνται· διὸ λέλεκται· « Ἐνέτειναν τόξον, πρᾶγμα πικρὸν, τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον. » Καὶ τὸν ἀναίτιον δὲ ἄμωμον καλεῖ, τὴν κατὰ τῶν μηδὲν ἠδικηκότων ὑπογράφων συκοB φαντίαν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « ἄμωμον, ἁπλοῦν, » ἡρμήνευσεν ὁ Ἀκύλας. Τὸν γὰρ ἁπλοῦν καὶ ἀπειράκακον μάλιστα κατατοξεύειν οἱ τοιοῦτοι πειρῶνται· διὸ ἐπιλέγει· « Ἐξάπινα κατατοξεύσουσιν αὐτὸν, καὶ οὐ φοβηθήσονται. » Καιροφυλακοῦντες γὰρ οὗτοι, ἀθρόως καὶ ἀπροσδοκήτως ἐπέρχονται τῷ ἀμώμῳ, ἢ τῷ ἁπλῷ καὶ ἀκεραίῳ. Διὸ γράφων που ὁ Ἀπόστολος πρὸς τοὺς τοιούτους φησί· « Φοβοῦμαι μή πως, ὡς ὁ ὄφις ἐξηπάτησεν Εὔαν, φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς ἐν Χριστῷ. » Τὸν γὰρ πεφραγμένον τὴν ψυχὴν οὐκ ἂν ποτε δύναιντο καταβαλεῖν οἱ προλεχθέντες, « οἵτινες ἐκάνησαν ὡς ῥομφαίαν τὰς γλώσσας αὐτῶν, καὶ ἐνέτειναν τόξον, πρᾶγμα πικρὸν, τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον· » ἢ, « τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἁπλοῦν. Ἐξάπινα κατατοC ξεύσουσιν αὐτὸν, καὶ οὐ φοβηθήσονται. » Καὶ ὅρα τίνα τρόπον κατατοξεύσουσιν αὐτόν φησιν, ἀλλ' οὐκ ἐμὲ τὸν ταῦτα λέγοντα· τὸν δὲ ἁπλοῦν, τουτέστι τὸν ἀφελῆ καὶ ἀκέραιον, καὶ ἔτι μικρὸν, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐξ ἐκείνων ὄντα περὶ ὧν ὁ Σωτὴρ ἐδίδασκε λέγων· « Μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ μου· » καὶ, « Ὅστις ἐὰν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν, συμφέρει αὐτῷ βληθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν. » Σκανδαλιζόμενον γὰρ κἀκεῖ ὁ Σωτὴρ οὐ μέγαν εἰσάγει, ἀλλὰ τὸν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ μικρὸν, ὥσπερ ἐνταῦθα τὸν ἁπλοῦν. Οἱ τοίνυν ἐχθροὶ οὐδὲ τολμῶσι προσιέναι τοῖς μεγάλοις, οὐδὲ τοῖς παρὰ Θεῷ σοφοῖς· τοὺς δὲ ἁπλοῦς καὶ ἀκεραίους μάλιστα θηρεύουσι. Διόπερ ὁ Δαυὶδ, μνημονεύσας τῶν ἐχθρῶν, καὶ περὶ τίνας μάλιστα εἰλεῖσθαι εἰώθασιν οὗτοι παρέστησεν.

A sustulit, sed præparavit et ad supplicium destinavit, et a tyrannide quam in homines exercebant semovit : imo etiam profundum maris potentia sua sedavit. Quapropter dicitur : « Conturbans profundum maris, sonum fluctuum ejus. » Pro illo autem, « conturbans, » Aquila, « comprimens; » Theodotio, « mitigans; » quinta item editio, « mitigans, » interpretati sunt. Ait igitur Aquila : « Comprimens sonum maris, tumultum fluctuum ejus, et turbam nationum. » Quemadmodum enim prædictos montes ad futurum ipsis inferendum supplicium præparavit, ita quoque sonum maris et tumultum fluctuum ejus compressit. Quodnam illud mare, quis sonus ejus, quis tumultus fluctuum ejus sit, sub hæc declarat Aquila dicens : « Et B turbam nationum. » Siquidem multa olim turba gentium et nationum totius humani generis erat : hujusce autem mortalis vitæ fluctus et mare, malitia repletum, tumultum magnum excitabat, et ingentem emittebat sonitum ; utpote quod draconem in medio sui habitantem contineret, de quo dictum est : « Inducet Dominus Deus gladium super draconem, serpentem tortuosum, et occidet draconem qui est in mari [28]. » Et alibi postquam dixisset : « Hoc mare magnum et spatiosum [29], » subdit : « Illic draco iste quem formasti ad illudendum ei [30]. » Imo confertim draconem, mare et sonum fluctuum ejus compressit et sedavit spes illa omnium finium terræ, quæ hominibus affulsit, C et turbam nationum exstinxit. His peractis consequenter subjungitur : « Et timebunt qui habitant terminos a signis tuis. » Nam prædicta signa, nempe montes depressi, sonus maris sedatus, tumultus fluctuum, non ut olim perturbans ; turba item nationum exstincta, erant ad terrorem habitantibus terminos incutiendum satis ; ita ut non ista jam memorata, sed unum eorum omnium victorem, ultra reformidarent : quem demum cognoscentes ac timentes, beatitudinem sic expressam consequuntur : « Beati omnes qui timent Dominum [31]. » Quinam vero sint illi, hisce verbis edocetur : « Et timebunt qui habitant terminos a signis tuis. » Terminos autem inhabitare dicuntur non prorsus ii qui extrema terræ incolunt, sed D qui una cum Paulo dicere possunt : « In carne viventes, non secundum carnem militamus [32], » et : « Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus [33]. » Illi enim humanis non sese negotiis immergentes, neque tamen iis sese prorsus subducentes, quasi in finibus consistunt, et circa vitæ humanæ terminos versantur. Qui sane multo sensu præditi, conspectis Servatoris nostri signis, ad principium sapientiæ, timorem Dei assumentes, devenerunt. Quis vero eorum, qui variis temporibus imperium tenuere, sublimitatem et insultus in Ecclesiam Dei conspicatus, quis impiorum hominum persecutiones et minas intuitus, non dicat

[28] Isa. xxvii, 1. [29] Psal. ciii, 25. [30] Ibid. 26. [31] Psal. cxxvii, 1. [32] II Cor. x, 3. [33] Gal. ii, 20

montes exaltatos, mare concussum fuisse, et sonum fluctuum esse impiorum et atheorum blasphema dicta? Quæ sane omnia ille omnium terræ terminorum Servator, vel solo nutu in virtute sua deprimere consuevit; ita ut qui ruinam et perniciem eorum conspiciunt turbentur; alii vero hinc utilitatem nanciscantur, Deique timorem assumant, impiorum perniciem divinæ Salvatoris potestatis signa perspicua esse confitentes.

A δὴ, πολλῆς αἰσθήσεως μετασχόντες, τὰ σημεῖα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θεασάμενοι, οἱ ἐν ἀρχῇ γεγόναμι σοφίας, τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἀνειληφότες. Τίς δὲ τὰ ὑψώματα τῶν κατὰ χρόνους ἀρχόντων καὶ τὰς κατὰ ·ῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ἐπαναστάσεις, τούς τε διωγμοὺς καὶ τὰς ἀπειλὰς τῶν ἀσεβῶν ἀνδρῶν τεθεαμένος, οὐκ ἂν εἴποι ὄρη εἶναι ὑψούμενα καὶ θάλασσαν ἀληθῶς κυμαίνουσαν, ἠχόν τε κυμάτων τὰς τῶν ἀσεβῶν καὶ ἀθέων βλασφημίας; Ἃ δὴ πάντα ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ ὁ Σωτὴρ πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς μιᾷ ῥοπῇ ταπεινοῦν εἰωθεν· ὡς τοὺς ὁρῶντας τὴν πτῶσιν αὐτῶν καὶ τὴν ἀπώλειαν ταράττεσθαι· τοὺς δὲ ὠφελεῖσθαι καὶ φόβον ἀναλαβάνειν Θεοῦ, σημεῖα ἐναργῆ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐνθέου δυνάμεως τὴν τῶν ἀσεβῶν καθαίρεσιν εἶναι ὁμολογοῦντας.

Vers. 10, 11. « Exitus matutini et vesperæ delectationes. Visitasti terram et inebriasti eam. » Ad ea quæ prius enumerata sunt, alia item signa virtutis Servatoris declarat his verbis : « Exitus matutini et vesperæ delectationes. » Pro quo Symmachus : « Progressus diluculi et hymni vesperæ. » Unum quippe hoc maximumque signum est salutaris virtutis, quod postquam supra dicta depresserat, exitus matutini et delectationes vesperæ hominibus constituerit; sive, secundum Symmachum, « hymnos, » aut, secundum Aquilam, « laudes. » Nam quod per universum orbem in ecclesiis Dei in matutino solis exitu, et vespertinis horis, hymni, laudes et divinæ vere delectationes Dei constituantur, id sane Dei virtutis non modicum signum est. Dei vero delectationes sunt hymni ubique terrarum in Ecclesia ejus matutinis et vespertinis horis emissi. Quare dictum est alicubi : « Jucunda sit ei laus mea [36]; » ac rursum : « Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum [38]; » et : « Fiat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo [39]. » Ipsæ itaque delectationes Servatoris signa sunt. Ad hæc aliud maximum signum memorat dicens : « Visitasti terram, et inebriasti eam. » Ut enim ægrum medicus inspicit ac visitat, morbique curam gerit, omniaque ad medelam et salutem opportuna confert; eodem modo tu Servator noster et spes omnium finium terræ, accinctus potentia virtutis tuæ, hæc omnia operatus es : adversarias potestates de medio sustulisti, matutinas vespertinasque delectationes in terra constituisti : et hæc effecisti, homines visitatione dignatus tua, qua infinita ipsis bona collata sunt, ita ut optimis illis tuis muneribus replerentur et inebriarentur, atque divites evaderent secundum Apostolum qui ait : « In omni divites facti estis in ipso, in omni verbo et in omni scientia [37]; » sive secundum Symmachum : « Fructuum ubertate ditabis ipsam. » Quomodo inebriaverit terram, quomodo locupletaverit et fructuum ubertate repleverit, sub hæc declarat dicens : « Flumen Dei repletum est aquis. » Nam tuum sancti Spiritus flumen, quod ex fonte scaturit tuo, terræ habitatoribus elargitus, atque rationabilem spiritualemque ipsorum agrum, qui terra vocatur, magno inundans fluxu,

« Ἐξόδους πρωΐας καὶ ἑσπέρας τέρψεις· ἐπεσκέψω τὴν γῆν καὶ ἐμέθυσας αὐτήν. » Πρὸς τοῖς κατειλεγμένοις καὶ ἄλλα σημεῖα τῆς τοῦ Σωτῆρος δυνάμεως B παρίστη λέγων· « Ἐξόδους πρωΐας καὶ ἑσπέρας τέρψεις· » ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε· « Τὰς προελεύσεις τοῦ ὄρθρου καὶ τῆς ἑσπέρας τὰς ὑμνολογίας. » Ἐν γὰρ καὶ τοῦτο μέγιστον σημεῖον τυγχάνει τῆς σωτηρίου δυνάμεως, τὸ μετὰ τὴν ταπείνωσιν τῶν προλεχθέντων συστήσασθαι ἐν ἀνθρώποις ἐξόδους πρωΐας καὶ ἑσπέρας τέρψεις· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « ὑμνολογίας, » ἢ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « αἰνοποιήσεις. » Τὸ γὰρ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ κατὰ τὰς πρωϊνὰς τοῦ ἡλίου ἐξόδους, κατά τε τὰς ἑσπερινὰς ὥρας ὑμνολογίας καὶ αἰνοποιήσεις, καὶ θείας ἀληθῶς τέρψεις τῷ Θεῷ συστήσασθαι, οὐ τὸ τυχὸν ἦν Θεοῦ ἀρετῆς σημεῖον. Θεοῦ δὲ τέρψεις οἱ πανταχοῦ τῆς γῆς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἀναπεμπόμενοι κατὰ τοὺς ὀρθρινοὺς καὶ κατὰ τοὺς ἑσπερινοὺς καιροὺς ὕμνοι τυγχάνουσι. Διὸ λέλεκταί που· C « Ἡδυνθείη αὐτῷ ἡ αἴνεσίς μου· » καὶ πάλιν· « Ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἑσπερινή· » καί· « Γενηθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου. » Καὶ αὗται οὖν αἱ τέρψεις σημεῖα τυγχάνουσι τοῦ Σωτῆρος. Καὶ ἄλλο δὲ πρὸς τούτοις σημεῖον μέγιστον καταριθμεῖται ἐξῆς λέγων· « Ἐπεσκέψω τὴν γῆν, καὶ ἐμέθυσας αὐτήν. » Ὡς γὰρ νοσοῦντα ἰατρὸς ἐφορᾷ καὶ ἐπισκέπτεται, ἐπιμέλειαν ποιούμενος τοῦ πάθους, πάντα τε τὰ πρὸς ἴασιν καὶ σωτηρίαν συντελοῦντα συμβαλλόμενος· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ σὺ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, περιζωσάμενος δυναστείαν τῇ ἰσχύϊ σου, ταῦτα πάντα εἰργάσω· τὰς μὲν ἀντικειμένας καθεῖ- D λες δυνάμεις, συνεστήσω δὲ ἐπὶ γῆς πρωϊνὰς καὶ ἑσπερινὰς τέρψεις· καὶ ταῦτ' ἔπραξας, καταξιώσας τῆς σεαυτοῦ ἐπισκοπῆς τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους, δι' ἧς μυρία αὐτοῖς ἀγαθὰ δεδώρηται· ὡς πλησθῆναι αὐτοὺς καὶ μεθῦσαι ταῖς ἀγαθαῖς σου χορηγίαις, πλουτίσαι τε αὐτοὺς κατὰ τὸν Ἀπόστολον φήσαντα· « Ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον φήσαντα· « Πολυκαρπίᾳ πλουτίσεις αὐτήν. » Πῶς δὲ ἐμέθυσε τὴν γῆν, καὶ πῶς ἐπλούτισε καὶ ἐπλήρωσεν αὐτὴν πολυκαρπίας, διασαφεῖ λέγων ἑξῆς· « Ὁ ποταμὸς τοῦ Θεοῦ ἐπληρώθη ὑδάτων. » Τὸν γὰρ σεαυτοῦ ποταμὸν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὸν ἀπὸ τῆς ἐν σοὶ

[36] Psal. CXLVI, 1. [38] Psal. CXL, 2. [39] ibid. [37] I Cor. I, [illegible]

πηχῆς ἀναβλυσταίνοντα, τοῖς ἐπὶ γῆς οἰκοῦσι ζωρησάμενος, τὴν λογικὴν καὶ νοερὰν αὐτῶν χώραν γῆν ὀνομαζομένην, πολλῷ τῷ ῥεύματι κατακλύσας, μεθύσας τοῖς τῆς σοφίας ὀμβρήμασιν, « ἐπλήθυνάς τε τοῦ πλουτίσαι αὐτὴν » τοῖς τοῦ ἁγίου Πνεύματος διαφόροις χαρίσμασι. Τούτου δὲ « τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ. » Καὶ ὁ Σωτὴρ δὲ περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐδίδασκε λέγων· « Ὃς ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος, ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. Τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ Πνεύματος, οὗ ἤμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. » Οὗτος οὖν ὁ ποταμὸς τοῦ Θεοῦ ἐπληρώθη ὑδάτων· ὥστ' ἂν εἰπεῖν· « Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. » Πολλῶν δὲ ὑδάτων ὁ ποταμὸς πεπλήρωται, διὰ τὸ μὴ ὁμοίους εἶναι τοὺς ἐξ αὐτοῦ ποτιζομένους. Διαφόρων δὲ ὄντων ταγμάτων τῶν μεταλαμβανόντων αὐτοῦ, εἰκότως ἑκάστῳ παρέχων τὰ πρόσφορα, πολλῶν ὑδάτων πεπληρῶσθαι λέγεται· ὧν μεταλαβοῦσα ἡ λογικὴ χώρα, τὰς ἐπιτηδείους ἑκάστῳ δίδωσι τροφὰς, καὶ τοὺς ἐπαξίους τοῦ τοσούτου ποταμοῦ καρποὺς. Διὸ λέλεκται· « Ἡτοίμασας τὴν τροφὴν αὐτῶν, ὅτι οὕτως ἡ ἑτοιμασία. » Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· « Τελεσφορήσεις, φησὶ, τὴν σπερματίαν αὐτῆς, ὅτι οὕτως ἥδρασας αὐτὴν, » δηλονότι τὴν γῆν, « καὶ ἐμέθυσας αὐτὴν, ἐπλήθυνας τοῦ πλουτίσαι αὐτήν. » Τῷ οὖν ποταμῷ τῷ σῷ τελεσφορήσεις τὴν σπερματίαν αὐτῆς, τουτέστι τὰ σπέρματα ἐν αὐτῇ καταβληθέντα σὺ αὐτὸς διὰ τοῦ σαυτοῦ ποταμοῦ τελεσφορηθῆναι ποιήσεις, ὡς τελείους ἀποδοῦναι τοὺς στάχυς. Οὕτω γοῦν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, ἡ μὲν ποιήσει λ', ἡ δὲ ξ', ἡ δὲ ρ', τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς γῆς ὀνομαζομένης, καὶ κατὰ τὴν σωτήριον παραβολήν· « Τοὺς αὐλακας αὐτῆς μέθυσον· πλήθυνον τὰ γεννήματα αὐτῆς· ἐν ταῖς σταγόσιν αὐτῆς εὐφρανθήσεται ἀνατέλλουσα. » Διεξελθὼν ὁ προφητικὸς λόγος τὰ σημεῖα τῆς τοῦ Σωτῆρος ἀρετῆς, καὶ τῇ τοῦ Πνεύματος προγνώσει τὰ ἐσόμενα, ὡς ἤδη δι' ἔργων κεχωρηκότα τεθεαμένος· ὅπως μὲν τῶν ἀντικειμένων ἀνατροπὴν εἰργάσατο, ὅπως δὲ ἐπεσκέψατο τὴν γῆν καὶ ἐμέθυσεν αὐτὴν, καὶ ὡς ἐπλήθυνε τοῦ πλουτίσαι αὐτὴν, πληρωθέντος ὑδάτων τοῦ ποταμοῦ τοῦ Θεοῦ. Ταῦτα θεσπίσας, καὶ ὡς ἤδη πρὸ ὀφθαλμῶν ὁρώμενα θεασάμενος, ἐπ' εὐχὴν τρέπεται, καὶ τὸν Θεὸν ἱκετεύει λέγων· « Τοὺς αὐλακας αὐτῆς μέθυσον, καὶ πλήθυνον τὰ γεννήματα αὐτῆς. » Αὐλακες δὲ ψυχῆς εἶεν ἂν οἱ κατὰ βάθους αὐτῆς λογισμοὶ, καὶ τῆς συνειδήσεως αὐτῆς ἡ κρύφιος καὶ τοὺς πολλοὺς λανθάνουσα δύναμις, ἣν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἀρότρου δίκην ἀνατέμνων καὶ μεταβάλλων, λεῖον ἀπεργάζεται· περιελών τε τὰς ἀκάνθας, καὶ τὴν περιττὴν ὕλην, ἐντίθησι τὰ ἑαυτοῦ σπέρματα· εἶτα τοῖς λογικοῖς νάμασιν ἀρδεύων, μεθύσκει αὐτήν. Διὸ λέλεκται· « Τοὺς αὐλακας αὐτῆς μέθυσον, καὶ πλήθυνον τὰ γεννήματα αὐτῆς. » Εἶτα ἀντὶ τοῦ· « Ἐν ταῖς σταγόσιν αὐτῆς εὐφρανθήσεται ἀνατέλλουσα· » κατὰ τὸν Σύμμαχον· « Ταῖς ψεκάσιν αὐτῆς χαυνώ-

sapientiæque imbribus inebrians, « multiplicasti locupletare eam » variis Spiritus sancti charismatibus. Hujus porro « fluminis impetus lætificant civitatem Dei. » Salvator item de eadem ipsa re hæc docuit : « Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, salientis in vitam æternam. Hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum [38]. » Hoc itaque flumen Dei repletum est aquis; ita ut dicant : « Ex plenitudine ejus nos omnes accepimus [39]. » Multis autem aquis repletum flumen est, quoniam qui eo potantur, inter se dissimiles sunt. Cum diversi porro sint ordines eorum, qui ejus consortes sunt, jure singulis congruentia præbens, multis aquis repletum esse dicitur : quarum particeps rationabilis ager, congruentes singulis præbet escas, atque condignos tanti fluminis fructus. Quare dictum est : « Parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio. » Secundum Symmachum vero : « Fructificare facies semen ejus, quoniam ita fundasti eam, » videlicet terram, « et inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. » Flumine itaque tuo fructum parere facies semini ejus, id est, semina istuc conjecta, tu ipse, tuoque flumine fructum parere facies, ita ut perfectas spicas præbeat. Sic secundum Evangelium alia terra tricesimum, alia sexagesimum, centesimum alia proferet : nam in Salvatoris parabola anima hominis terra vocatur. « Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus : in stillicidiis ejus lætabitur germinans. » Postquam propheticus sermo signa virtutis Servatoris recensuit, et ex præscientia Spiritus futura, ut jam opere completa, prævidit; quomodo scilicet adversarios prostraverit, quomodo terram visitaverit et inebriaverit, quo pacto multiplicaverit locupletare eam, flumine Dei aquis repleto. Hæc vaticinatus, et quasi præ oculis haberet contemplatus, ad preces vertitur, Deoque supplicat his verbis : « Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus. » Rivi animæ ejusdem profundæ cogitationes fuerint, et abscondita multisque latens conscientiæ vis, quam Dei verbum ceu aratrum sulcans et immutans, planam efficit : spinisque ac superflua materia amotis, semina sua inserit : deindeque rationabilibus fluentis irrigans, ipsam inebriat. Quare dictum est : « Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus. » Postea vero illius loco : « In stillicidiis ejus lætabitur germinans, » Symmachus sic habet : « Stillis ejus emollies ipsam et germen ejus. » Et hæc omnia visitantis Ecclesiam suam signa sunt : quæ sane olim prænuntiata, non alio modo quam per Servatoris nostri adventum completa sunt : per quem qui ejus gratia dignati sunt, cœlestia semina in animabus suis excipientes, uberes fructus proferunt; alii nempe centesimum, alii sexagesimum, alii tricesimum. Quisquis vero in Dei Ecclesia diversos eorum qui in Christo profi-

[38] Joan. VII, 38, 39. [39] Joan. I, 16.

ciunt ordines conspicit, is eorum quæ in vaticinio feruntur ubertatem probe cognoscet.

Vers. 12, 14. « Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, et campi tui replebuntur ubertate. » Quia ad prædicandum annum Dei acceptabilem, et diem retributionis, venisse Servator dicitur, secundum Scripturam ex ejus persona sic loquentem : « Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me : evangelizare pauperibus misit me; prædicare captivis dimissionem, et cæcis visus restitutionem; vocare annum Domini acceptabilem, et diem retributionis [40]; » jure hic retributionis diem indicat. Est autem illa futurum sæculum, quod post præsentis consummationem veniet. Illum itaque annum quasi corona novisque ac speciosis floribus, qui in eo versaturi sunt, ornandum, sermo præsens vaticinatur dicens : « Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. » Nam ille futuri sæculi annus, cum sit annus benignitatis Dei, benedictam coronam habebit, totum nempe sanctorum chorum. Quam coronam cum benedixerit, imponet sibi Christus Dei, eorum agriculturæ floribus decoratus. Sed etiam ipse eorumdem corona erit secundum Isaiam sic loquentem : « Et erit Dominus Sabaoth corona gloriæ. Tunc campi Dei replebuntur ubertate, et montes deserti tunc pinguescent [41]. » Ad hæc etiam tunc « colles exsultatione accingentur. » Præter hæc autem omnia arietes ovium proprio vellere induentur. Hæc porro intelliges, si eorum qui salutem nanciscuntur discrimina tecum reputes. Quorum alii quidem comparatione præstantiorum quasi inferiore gradu vitæ incedentes, allegorice campi Dei ubertate repleti vocati sunt; quare dictum est : « Campi tui replebuntur ubertate; » alii vero variis jam virtutibus florentes, montes Ecclesiæ prius desertæ nuncupati sunt. Qui et ipsi ubertim irrigati a memorato flumine, pinguedine replendi dicuntur; sed etiam colles iis quoque sublimiores, sic tropice vocati, exsultatione accingentur. Et hi quidem tres ordines in futuro benignitatis Dei anno beatitudinem consequentur : qui fortasse ex eorum numero sunt, qui fructum ferunt, alii centesimum, alii sexagesimum, alii tricesimum. Qui vero eorum præfecti futuri sunt, principes ac duces quidam ipsorum, præcellentibus virtutibus exornabuntur; quare dicitur : « Induti sunt arietes ovium, » ac si diceret, « induentur. » Arietes autem ovium principes ac duces memoratorum hominum intelligas, qui induti sunt, imo potius induentur. Quid induentur cogitandum nobis reliquit; sed tale nobis indumentum declarat divinus Apostolus dicens : « Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem [42]; » ac rursum : « Eo quod nolumus exspoliari, sed supervestiri,

σεις αὐτὴν καὶ τὸ βλάστημα αὐτῆς, » εἴρηται. Καὶ πάντα δὲ ταῦτα σημεῖα τυγχάνει τοῦ ἐπισκεψαμένου τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ· ἃ δὴ πάλαι προλεχθέντα οὐδ' ἄλλως εἰς ἔργα κεχώρηκεν ἢ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας· δι' ἧς οἱ κατηξιωμένοι τῆς αὐτοῦ χάριτος, τὰ ἐξ οὐρανῶν σπέρματα ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς ἀποδεξάμενοι, καρποὺς εὐθαλεῖς παρέχουσιν· οἱ μὲν ρ' ποιοῦντες, οἱ δὲ ξ', οἱ δὲ λ'. Ὁρῶν δέ τις ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τὰ διάφορα τάγματα τῶν ἐν Χριστῷ προκοπτόντων, τὴν παγκαρπίαν εἴσεται τῶν διὰ τῆς προκειμένης προφητείας θεσπιζομένων.

« Εὐλογήσεις τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου, καὶ τὰ πεδία σου πλησθήσεται πιότητος. » Ἐπειδὴ κηρῦξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως ἐληλυθέναι λέγεται ὁ Σωτὴρ, κατὰ τὴν φάσκουσαν ἐξ αὐτοῦ προσώπου Γραφήν· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με· κηρῦξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν· καλέσαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως· » εἰκότως καὶ ἐνταῦθα τὴν ἡμέραν σημαίνει τῆς ἀνταποδόσεως. Ἔστι δὲ αὕτη ὁ μέλλων ἐπιστήσεσθαι αἰὼν μετὰ τὴν τοῦ ἐνεστῶτος συντέλειαν. Ἐκεῖνον τοίνυν τὸν ἐνιαυτὸν ὥσπερ στεφάνῳ κοσμηθήσεσθαι διὰ τῶν νεαρῶν καὶ ὡραίων ἀνθῶν τῶν μελλόντων ἐν αὐτῷ πολιτεύεσθαι, τὸ παρὸν θεσπίζει λόγιον φάσκον· « Εὐλογήσεις τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου. » Ὁ γὰρ ἐνιαυτὸς ἐκεῖνος ὁ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, χρηστότητος ὢν Θεοῦ, στέφανον ἕξει ηὐλογημένον, σύμπαντα χορὸν τῶν ἁγίων. Ὄντινα στέφανον, εὐλογήσας, περιθήσεται ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, τοῖς τῆς αὐτῶν γεωργίας ἄνθεσιν ὡραϊζόμενος. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς αὐτῶν γενήσεται στέφανος κατὰ τὸν Ἡσαΐαν φήσαντα· « Καὶ ἔσται Κύριος Σαβαὼθ ὁ στέφανος τῆς δόξης. Τότε δὲ καὶ τὰ πεδία τοῦ Θεοῦ πλησθήσεται πιότητος, καὶ τὰ ὄρεα δὲ τῆς ἐρήμου τότε πιανθήσεται. » Ἔτι μὴν καὶ « οἱ βουνοὶ » τότε « ἀγαλλίασιν περιζώσονται. » Καὶ πρὸς τούτοις ἅπασιν οἱ κριοὶ τῶν προβάτων τοὺς ἰδίους ἐνδύσονται πόκους. Νοήσεις δὲ ταῦτα, τὴν διαφορὰν ὑποθέμενος ἑαυτῷ τῶν σωζομένων· ὧν οἱ μὲν, ὡς ἐν παραθέσει τῶν κρειττόνων τὸν βίον ὑποβεβηκότες, ἀλληγορικῷ τρόπῳ πεδία Θεοῦ προσηγορεύθησαν πιότητος πληρούμενα· διὸ λέλεκται· « Τὰ πεδία σου πλησθήσεται πιότητος· » οἱ δὲ ἤδη ἐν διαφόροις ἀρεταῖς ἀνθοῦντες ὄρεα τῆς πρὶν ἐρήμου Ἐκκλησίας ὠνομάσθησαν· οἱ, καὶ αὐτοὶ πλουσίως ἀρδόμενοι ἐκ τοῦ δηλωθέντος ποταμοῦ, πιανθήσεσθαι λέγονται· ἀλλὰ καὶ οἱ ἔτι τούτων ὑψηλότεροι βουνοὶ τροπικῶς καλούμενοι ἀγαλλίασιν περιζώσονται. Καὶ τρία μὲν ταῦτα τάγματα κατὰ τὸν μέλλοντα ἐνιαυτὸν τῆς χρηστότητος τοῦ Θεοῦ τεύξεται τῆς μακαριότητος· τάχα που ἐξ ἐκείνων ὄντες, ὧν οἱ μὲν ἑπτοίουν ρ', οἱ δὲ ξ', οἱ δὲ λ'. Οἱ δὲ τούτων ἐπιστητσόμενοι ἄρχοντές τινες καὶ ἡγεμόνες τινὲς αὐτῶν, ἐν δυνάμεσιν ἐξαιρέτοις κοσμηθήσονται· διὸ λέλεκται· « Ἐνεδύσαντο οἱ κριοὶ τῶν προβάτων· » ἀντὶ τοῦ· « Ἐνδύσονται. » Κριοὺς δὲ προβάτων τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἡγουμένους τῶν προλεχθέντων νοήσεις, οἵτινες ἐνεδύσαντο ἢ καὶ μᾶλλον ἐνδύσονται. Τί δὲ ἐνδύσονται, ἡμῖν καταλέλοιπεν νοεῖν· διδάσκει δὲ τὸ ἔνδυμα τούτων ὁ θεῖος Ἀπόστολος λέγων· « Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο

[40] Isa. LXI, 1. [41] Isa. XXXVIII, 5. [42] I Cor. XV, 53.

ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν· » καὶ πάλιν· « Ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐνδύσασθαι (1), ἀλλ' ἐπενδύσασθαι, ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς. » Ἐνδύσονται τοίνυν οἱ κριοὶ τὸ ἐμπρέπον αὐτοῖς ἔνδυμα, τοῦ φθαρτοῦ σώματος αὐτοῖς μεταβάλλοντος εἰς ἀφθαρσίαν, καὶ τοῦ θνητοῦ εἰς ἀθανασίαν. Οὕτω γοῦν κατὰ τὸ παράδειγμα καὶ οἱ κριοὶ οἰκοθεν ἐπάγονται τὸ ἔνδυμα, τοῦ σώματος αὐτοῖς καρποφοροῦντος τὸν πόκον. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐνδύσονται τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸ ἐξαίρετον ἔνδυμα τὸ φῶς τῆς θεότητος αὐτοῦ περιβαλούμενοι. Ἔτι μὲν καὶ « αἱ κοιλάδες » τότε « πληθυνοῦσι σῖτον. » Ἔδει γὰρ μηδὲ τῶν κοιλάδων ἀμνημονῆσαι· ἀνωτέρω μὲν γὰρ πεδιάδες ὠνομάσθησαν καὶ δρεα ἐρήμου καὶ βουνοί. Ἐπειδὴ δέ εἰσι καὶ παρὰ τὰ λεχθέντα τάγματα ἄλλοι τινὲς ταπεινότεροι, καὶ οὐκ ἀπόβλητοι μὲν τῆς βασιλείας, πλὴν ὡς ἐν παραθέσει τῶν προλεχθέντων σμικροὶ καὶ βραχεῖς, πάντων τε ὡς ἂν εἴποι τις, ἔσχατοι· ἀναγκαίως οὐδὲ τούτων παρῆλθε τὴν μνήμην ὁ λόγος· ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς καρπὸν οἴσειν τὸν ἐπιβάλλοντα διδάσκει λέγων· « Καὶ αἱ κοιλάδες πληθυνοῦσι σῖτον » προφέρουσαι, ἤ, « τὴν τροφὴν, » κατὰ τὸν Σύμμαχον. « Κεκράξονται. » Τί δὲ κεκράξονται, ἑρμηνεύει ἑξῆς λέγων· « Καὶ γὰρ ὑμνήσουσιν· » ὡσεὶ σαφέστερον εἰρήκει· Εἰ γὰρ κοιλάδες τυγχάνουσιν, ὅμως δ' οὖν ὑμνήσουσι τὸν καὶ αὐτοῖς τῶν ἀγαθῶν πάροχον. Ὑμνοῦσαι δὲ κεκράξονται, παῤῥησίᾳ χρώμεναι καὶ βοῇ μεγάλῃ. Βοῶσαι δὲ κραυγῇ καὶ ὑμνοῦσαι ποίας προήσονται φωνὰς, ἢ τὰς ἐν ἀρχῇ παντὸς ψαλμοῦ φερομένας· « Σοὶ πρέπει ὕμνος, ὁ Θεὸς, ἐν Σιὼν, » λέγουσαι; Ἀναγκαίως δὲ πρόκειται τό· « Κεκράξονται, καὶ γὰρ ὑμνήσουσι, » περὶ τῶν κοιλάδων, ἢ καὶ περὶ τῶν προλεχθέντων ἁπάντων, ὡς ἂν μάθοιμεν, ὅτι μὴ περὶ αἰσθητῶν καὶ σωματικῶν τόπων ὁ λόγος ταῦτα διδάσκει· καίτοι καὶ περὶ τούτων εἰκὸς ἦν τὰ προλεχθέντα λέγεσθαι νομίζειν ἐπὶ τοῖς αἰσθητοῖς τοῦ Θεοῦ δωρήμασιν, ὥστ' εἶναι εὐχαριστήριον ὕμνον, ὡς πρὸς τὴν λέξιν, ὑπὲρ τῶν κατ' ἔτος ἀνθρώποις χορηγουμένων τὸν παρόντα λόγον. Καθ' ἕκαστον γοῦν ἐνιαυτὸν ὁ φιλάνθρωπος καὶ παντὸς ἀγαθοῦ δοτὴρ Θεὸς, ἐπισκεπτόμενος τὴν γῆν, μεθύσκει αὐτὴν, ἄρδων τοῖς συνήθεσιν ὄμβροις, πλήρεῖ τε αὐτῆς τοὺς αὔλακας ταῖς τῶν ὑετῶν χορηγίαις. Τά τε γεννήματα αὐτῆς πληθύνων εὐλογήσει. Ἡ δὲ εὐφραίνεται, νεαροποιηθεῖσά τε ἀνατέλλει. Κἄπειτα πληρουμένη παντοίων καρπῶν, σπορίμων τε καὶ ἀκροδρύων στεφανοῦται, ὡς μὴ ἂν ὀκνῆσαι κατὰ τὸν τοῦ ἔαρος καιρὸν ἐστεφανῶσθαι λέγειν αὐτὴν, τά τε πεδία πληθύεσθαι πιότητος· καὶ μὴν καὶ τὰ δρεα τῆς ἐρήμου ἀνθεῖν, καὶ τοὺς βουνοὺς ἀγαλλίασιν περιζώννυσθαι· ἀλλὰ καὶ τοὺς κριοὺς τῶν προβάτων τοῖς ἑαυτῶν πόκοις ἐνδιδύσκεσθαι, αὐτάς τε τὰς κοιλάδας χώρας πολλάκις πληροῦσθαι σίτου, καὶ μονονουχὶ τῷ ἔργῳ βοᾷν καὶ τὸν Θεὸν δοξάζειν. Ταῦτα δὲ εἰ καὶ ὅτι μάλιστα αἰσθητῶς πληροῦται καθ' ἕκαστον ἔτος, ἀλλ' ἡ σύμφρασις τῆς τοῦ παντὸς λόγου ἀκολουθίας ἐπὶ τὴν θεωρίαν ἡμᾶς ἀναπέμπουσα ἀποδέδεικται. Ὁμοῦ δὴ οὖν τὰ προλεχθέντα πάντα, λέγω

ut absorbeatur quod mortale est a vita [43]. » Induentur itaque arietes congruenti sibi vestimento, mutato corruptibili corpore in incorruptionem, et mortali in immortalitatem. Sic itaque secundum exempli rationem, arietes vestimentum sibi producunt, corpore ipso vellus emittente. Imo vero ipsum Dominum nostrum Jesum Christum induent præstantissimo illo indumento, luce nempe deitatis vestiendi. Ad hæc autem tunc « valles abundabunt frumento. » Par quippe fuit valles non silentio præterire; nam superius campi, montes deserti, et colles nominati sunt. Quia vero alii sunt memoratis ordinibus viliores, neque tamen ex regno ejiciendi, licet prædictis comparati, parvi, pusilli, ac, ut ita dicam, postremi habeantur; necesse fuit ut neque eorum mentio præteriretur; sed eos quoque congruentem fructum laturos esse declaratur his verbis: « Et valles abundabunt frumento, » quod proferent, sive « escam, » secundum Symmachum. « Clamabunt. » Quid autem clamabunt, sub hæc explicat dicens: « Etenim hymnum dicent; » ac si apertius dixisset: Etiamsi valles sint, attamen talium sibi bonorum auctori hymnum dicent. Hymnum vero dicentes clamabunt, fiducia clamoreque magno utentes. Clamantes autem voce magna et hymnum dicentes quas voces emittent, nisi eas quæ initio totius psalmi feruntur: « Te decet hymnus, Deus, in Sion? » Necessario autem illud, « clamabunt, etenim hymnum dicent, » enuntiatur tam de vallibus quam de memoratis omnibus, ut ediscamus, hæc non de sensibilibus et corporeis locis doceri: tametsi prædicta verba de sensibilibus quoque Dei donis dicta putare par est, ita ut sit hymnus in gratiarum actionem pro iis, si verba spectentur, quæ quotannis a Deo hominibus subministrantur. Singulis itaque annis hominum illo amator largitorque bonorum omnium Deus, visitans terram, inebriat eam solitisque imbribus irrigat, rivos ejus pluviis tumere procurat, genimina ejus multiplicans benedicit. Illa vero læta et renovata iterum efflorescit. Deinde fructibus omnis generis referta, segetibus et pomis coronatur, ut ne pigeat eam verno tempore coronatam dicere: campi replentur ubertate; quin etiam et montes deserti efflorescunt, et colles exsultatione accinguntur: arietes ovium velleribus suis vestiuntur; ipsæ convalles plerumque frumento abundant, et ipsis operibus tantum non clamant Deumque laudibus efferunt. Hæc porro etiamsi quotannis sensibili modo impleantur, ex serie tamen narrationis commonstratum est, eadem nos ad contemplationem evocare. Nihilominus memorata omnia, nimirum campi, montes deserti, colles et arietes ovium, atque insuper prius explicatæ convalles, tum secundum datam interpretationem, tum obvio sensu accepta, unam vocem, melodiamque consonam Deo emissura esse dicuntur. Quare in omnibus hæc intelligas: « Clamabunt et hymnum dicent. »

[43] II Cor. v, 4.

(1) Forte ἐκδύσασθαι.

δὲ τὰ πεδία καὶ τὰ ὄρεα τῆς ἐρήμου, οἵ τε βουνοὶ καὶ οἱ κριοὶ τῶν προβάτων, καὶ πρὸς τούτοις αἱ ἀποδοθεῖσαι κιλάδες κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν ἑρμηνείαν, κατά τε τὴν πρόχειρον διάνοιαν, μίαν ἀφῆσειν φωνὴν καὶ σύμφωνον μελῳδίαν τῷ Θεῷ εἴρηνται. Διὸ κατὰ πάντων ἀκούσῃ τό· « Κεκράξονται καὶ ὑμνήσουσιν. »

1. IN FINEM, CANTICUM PSALMI. LXV.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΩΔΗ ΨΑΛΜΟΥ. ΞΕ'.

A

Vers. 2. « Jubilate Deo, omnis terra, psallite nomini ejus, date gloriam laudi ejus. » Evangelicus hic item psalmus est : nam gentium vocationem complectitur. Neque enim eo quo canebatur tempore finem consecuturus erat, sed in consummatione sæculorum. Quare memoratarum ibi rerum prophetiam ad finem remittit. Estque rursus canticum psalmi ; sive, prout in præcedenti psalmo inscribitur, « Psalmus cantici. » Spiritus quippe sanctus per propheticam animam, quæ se receperat, cum lætitia multa canebat psallebatque, pro bonis in vaticinio suo annuntiatis : quorum causa omnibus gentibus salutarem gratiam suscepturis quædam agenda præcipit, quæ nos exsequi, ad quos præmissæ voces spectant, necessarium est. Præcipit itaque omni terræ, id est, omnibus terræ elementum incolentibus, ne sese Moysis mandatis et gravi legis jugo subjiciant ; sed ea solum, quæ in præsenti psalmo jubentur, peragant ; et primo quidem Deo jubilent ; secundo, psallant nomini ejus ; tertio, dent gloriam laudi ejus ; quarto, dicant Deo : « Quam terribilia sunt opera tua ! » et : « In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. » Primum itaque per scientiam et veram cognitionem exsequemur Deo jubilantes, militum instar qui in bellis acclamant et jubilant, quique vocis magnitudine sese terribiles et formidabiles inimicis exhibent. Quoniam ergo Servator noster inimicos nostros, qui olim animas nostras in multorum numinum errorem captivas egerant, propellens ac oppugnans, nos omnes milites suos armis adversus eosdem instruit ; jure precibus ad Deum effusis jubilare, ac gemitibus inenarrabilibus victoriæ Regis nostri operam dare jubemur. Jubilatio autem per orationes, per theologiam, per sanam et claram cognitionem emittitur, itemque per spirituale sacerdotium, quod gratiarum actionibus, in mysteriis Novi Testamenti, per universam terram persolvimus, quando immolationis Agni Dei commemorationem agentes, hanc implemus prophetiam : « Circuivi et immolavi in tabernaculo ejus hostiam laudis et jubilationis [46]. » Quare in alio eloquio horum eruditus populus, beatus prædicatur his verbis : « Beatus populus qui scit jubilationem [47]. » Hoc itaque primum, ut necessario præstandum, omnes homines Spiritus sanctus agere jubet dicens : « Jubilate Deo, omnis terra. » Secundo, psallere nomini ejus præcipit, quod a nobis omnibus in locis observari consuetum est. Nam in omnibus Dei ecclesiis apud gentes constitutis, hæc ipsa modulari et psallere, non Græcis tantum, sed etiam barbaris præcipitur. Alias quoque, allegoriæ ritu, corpus humanum, quod ceu instrumentum animæ traditum est, psalterium vocari solet : quo cum pulsatur interior

[46] Psal. XXVI, 6. [47] Psal. LXXXVIII, 16.

« Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ πᾶσα ἡ γῆ, ψάλατε δὴ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, δότε δόξαν αἰνέσει αὐτοῦ. » Εὐαγγελικὸς ὑπάρχει καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς, τὴν τῶν ἐθνῶν περιέχων κλῆσιν. Ἤμελλε δὲ ἄρα οὐ καθ' οὓς ᾖδετο χρόνους τέλους τυγχάνειν, ἀλλ' ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων. Διὸ ἀναπέμπει τὴν τῶν δηλουμένων προφητείαν εἰς τὸ τέλος. Ἔστι δὲ ᾠδὴ ψαλμοῦ ἔμπαλιν· ἢ κατὰ τὸν πρὸ αὐτοῦ, ὡς ἐπεγέγραπτο, « Ψαλμὸς ᾠδῆς. » Ἦδε γὰρ καὶ ἔψαλλε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον σὺν πολλῇ χαρᾷ διὰ τῆς ὑποδεξαμένης αὐτὸ προφητικῆς ψυχῆς ἐπὶ τοῖς δι' αὐτοῦ θεσπιζομένοις ἀγαθοῖς, ἐφ' οἷς καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς τὴν σωτήριον χάριν ὑποδεξομένοις παρακελεύεται πράττειν τινὰ, ἅπερ ἀναγκαῖον ἐπιτελεῖν ἡμᾶς, οἷς ταῦτα προανεφωνεῖτο. Προστάττει τοίνυν πάσῃ τῇ γῇ, τουτέστι τοῖς τὸ τῆς γῆς στοιχεῖον οἰκοῦσιν ἅπασι, μὴ τοῖς Μωϋσέως παραγγέλμασι καὶ τῷ βαρεῖ ζυγῷ τοῦ νόμου ἑαυτοὺς ὑποτάττειν· μόνα δὲ τὰ διὰ τῶν μετὰ χεῖρας κελευόμενα ποιεῖν· καὶ πρῶτον μὲν ἀλαλάζειν τῷ Θεῷ, δεύτερον ψάλλειν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, τρίτον δόξαν διδόναι τῇ αἰνέσει αὐτοῦ· τέταρτον λέγειν τῷ Θεῷ· « Ὡς φοβερὰ τὰ ἔργα σου· » καί· « Ἐν τῷ πλήθει τῆς δυνάμεώς σου ψεύσονταί σε οἱ ἐχθροί σου. » Τὸ μὲν οὖν πρῶτον δι' ἐπιστήμης καὶ γνώσεως ἀληθοῦς ἐπιτελέσωμεν ἀλαλάζοντες τῷ Θεῷ, δίκην τῶν ἐν πολέμοις ἀναφωνούντων καὶ ἀλαλαζόντων στρατιωτῶν, οἳ τῇ δυνάμει τῆς φωνῆς καταπληκτικοὺς καὶ φοβεροὺς ἑαυτοὺς τοῖς πολεμίοις ἐμφαίνουσιν. Ἐπεὶ τοίνυν τοὺς ἡμετέρους ἐχθροὺς, τοὺς πάλαι τὴν ψυχὴν ἡμῶν εἰς τὴν πολύθεον πλάνην ἠχμαλωτικότας, ἐλαύνων καὶ πολεμῶν ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, καὶ πάντας ἡμᾶς τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας κατ' αὐτῶν ὁπλίζει, εἰκότως διὰ τῶν πρὸς τὸν Θεὸν εὐχῶν ἀλαλάζειν κελευόμεθα· στεναγμοῖς τε ἀλαλήτοις συμπράττειν τῇ νίκῃ τοῦ Βασιλέως ἡμῶν. Γίνεται δὲ ὁ ἀλαλαγμὸς δι' εὐχῶν, γίνεται καὶ διὰ θεολογίας, γίνεται δὲ καὶ δι' ὑγιοῦς καὶ τετρανωμένης γνώσεως, γίνεται καὶ διὰ τῆς πνευματικῆς ἱερουργίας, ἣν ἐν ταῖς εὐχαριστίαις κατὰ τὰ μυστήρια τῆς Καινῆς Διαθήκης καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐπιτελοῦμεν, ὀπηνίκα, τῆς θυσίας τοῦ Ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀνάμνησιν ποιούμενοι, τὴν προφητείαν πληροῦμεν τὴν φάσκουσαν· « Ἐκύκλωσα καὶ ἔθυσα ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ θυσίαν αἰνέσεως καὶ ἀλαλαγμοῦ. » Διὸ καὶ ἕτερον λόγιον τὸν τούτων ἐπιστήμονα λαὸν μακαρίζει φάσκον· « Μακάριος ὁ λαὸς ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν. » Τοῦτο δὴ οὖν πρῶτον ἀναγκαίως τὸ προφητικὸν Πνεῦμα πᾶσιν ἀνθρώποις πράττειν διακελεύεται φάσκον· « Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ, πᾶσα ἡ γῆ. » Εἶτα δεύτερον ψάλλειν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ προστάττει· ὃ καὶ αὐτὸ κατὰ πάντα τόπον εἴωθεν ὑφ' ἡμῶν ἐπιτελεῖσθαι. Ἐπεὶ κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ τὴν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἱδρυμένην, αὐτὰ δὴ ταῦτα μελῳδεῖσθαι καὶ ψάλλεσθαι, οὐχ Ἕλλησι μόνοις, ἀλλὰ καὶ βαρβάροις παραδέδοται. Καὶ ἄλλως δὲ, νόμοις

ἀλληγορίας, τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπειον, ὥσπερ ὄργανον τῇ ψυχῇ δεδομένον, ψαλτήριον εἴωθεν ὀνομάζεσθαι· δι' οὗ ὁ εἴσω ἄνθρωπος, ἀνακρουόμενος, ἐπιστημόνως τὰ μέλη καὶ τὰ αἰσθητήρια τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ λέγοιτ' ἂν εἰκότως ψάλλειν. Τὰ μὲν οὖν τῆς γνώσεως καὶ διὰ τοῦ ἀλαλαγμοῦ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ κατώρθου· διὸ αὐτῷ τῷ Θεῷ ἠλάλαξε· τὰ δὲ τοῦ ψάλλειν διὰ τῆς τοῦ σώματος ἠθικῆς καὶ πρακτικῆς κινήσεως ἐνεργεῖ· διὸ λέλεκται· « Τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. » Εὐφημίαν γὰρ τῷ τοῦ Θεοῦ ὀνόματι φέροι ἂν ἡ διὰ τῶν πράξεων τοῖς πολλοῖς θεωρουμένη κατόρθωσις. Καὶ τρίτον δὲ, πρόσταγμα πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἐξ ἐθνῶν τὸν Θεὸν ἐπεγνωκόσι παρήγγελται, τὸ κελεῦον διδόναι δόξαν οὐ τῷ Θεῷ, ἀπήρκει γὰρ ἀλαλάζειν αὐτῷ· ἀλλ' οὐδὲ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, τούτῳ γὰρ ψάλλειν ἐκελευόμεθα· τῇ δὲ αἰνέσει αὐτοῦ. Αἰνοῦντας γὰρ αὐτὸν προσήκει μὴ ταπεινῶς, μηδὲ ἀδόξως αἰνεῖν, σὺν πολλῇ δὲ τιμῇ καὶ δόξῃ. Πρὸς γὰρ τῇ κατὰ διάνοιαν ἐρρωμένῃ περὶ Θεοῦ γνώσει δι' ὀργάνου κατορθουμένῃ προσήκει καὶ διὰ λόγων θείων αἴνους καὶ ὕμνους τοὺς εἰς τὸν Θεὸν περιεχόντων σὺν εὐλαβείᾳ καὶ σεβασμίῳ τιμῇ τὸ πρῶτον ἀποπληροῦν πρόσταγμα. Διὸ λέλεκται· « Δότε δόξαν αἰνέσει αὐτοῦ· » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « Δότε δόξαν ὑμνήσει αὐτοῦ· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Τάξατε εἰς τιμὴν τὸν ὕμνον αὐτοῦ. » Ἔτι πρὸς τούτοις τὸ Πνεῦμα τὸ προφητικὸν παρακελεύεται πᾶσιν ἡμῖν τεθεωρημένως ἐνατενίζειν τοῖς ἔργοις τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν νοῦν ἐφιστᾷν, ὅπως φόβου καὶ ἐκπλήξεως γέμῃ τὸ τῆς σοφίας αὐτοῦ μεγαλουργήματα. « Ἐκ μεγέθους γὰρ καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς θεωρεῖται· » καί· « Τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται· ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. » Ταῦτ' οὖν θεωροῦντας, ὑπερεκπλήττεσθαι δεῖ, καὶ λέγειν τῷ Θεῷ· « Ὡς φοβερὰ τὰ ἔργα σου. » Ἀλλ' ἡμῖν μὲν τοῖς ὑπὸ σοῦ πεφωτισμένοις ἔγνωσται καὶ κατείληπται τὰ ἔργα σου ὄντα φοβερά· οἱ δὲ ἐχθροί σου ἐν σκότῳ καλινδούμενοι, κἂν ἐθέλωσί ποτε περὶ τῶν σῶν ἔργων διεξιέναι, καὶ λόγους ὡς οἷόν τε φυσικοὺς ἀποδιδόναι, μακρὰν ἀποπίπτουσι τοῦ πλήθους τῆς σῆς δυνάμεως, οὐδὲν ὑγιὲς οὐδὲ ἀληθὲς ἔχοντες λέγειν. Διό φαμεν· « Ἐν τῷ πλήθει τῆς δυνάμεώς σου ψεύσονταί σε οἱ ἐχθροί σου. Πᾶσα ἡ γῆ προσκυνησάτωσάν σοι καὶ ψαλάτωσάν σοι, ψαλάτωσαν τῷ ὀνόματί σου. Διάψαλμα. » Τὰ μὲν πρῶτα παραγγέλματα ἦν πάσῃ τῇ γῇ, δηλαδὴ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, προφητικῶς παρηγγελμένα· ἐπεὶ δὲ εὐχῆς ἦν χρεία εἰς τὸ δυνηθῆναι δι' ἔργων ταῦτα χωρῆσαι, ἀναγκαίως τὸ θεῖον Πνεῦμα μετὰ τὰ πρῶτα πρὸς αὐτὸν ἐπιστρέφει τὸν Θεὸν, εὐχὴν ὑπὲρ πάσης τῆς γῆς ἀναπέμπον. Διό φησι· « Πᾶσα ἡ γῆ προσκυνησάτωσάν σοι καὶ ψαλάτωσάν σοι, ψαλάτωσαν τῷ ὀνόματί σου. » Ἀντὶ δὲ τοῦ· « Πᾶσα ἡ γῆ, » ὁ Σύμμαχος σαφέστερον ἡρμήνευσεν εἰπών· « Πάντες οἱ ἐπὶ γῆς· » λευκότερον δηλώσας, ὅτι μὴ Ἰουδαίοις τὸ παράγγελμα δέδοτο, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς ἐπὶ γῆς ἀνθρώποις. Μεγίστης γὰρ ἐδέοντο εὐχῆς, ὡς ἂν δυνάμει Θεοῦ παράδοξος γένοιτό τις ἐν αὐτοῖς μεταβολὴ πρὸς

homo, membra et sensus ejus scite legi Dei psallere jure dicantur. Quæ igitur ad cognitionem pertinent anima in seipsa per jubilationem exsequebatur, quamobrem ipsi Deo jubilabat; per consuetum autem corpori agendi motum psallendi ritum exsequebatur: quare dicitur: « Nomini ejus. » Laudem quippe nomini Dei conciliant recte facta, quæ a multis conspiciuntur. Tertio, mandatum nobis omnibus, qui ex gentibus ad Dei cognitionem accessimus, traditum est, quo jubemur gloriam dare, non Deo, satis enim erat jubilare ipsi; non nomini ejus, huic enim psallere jubemur, sed laudi ejus. Laudantes enim ipsum par est non humiliter, nec sine gloria id agere, sed magno cum honore et gloria. Siquidem præter cognitionem Dei in mente defixam, quæ per instrumentum celebratur, par est etiam divinis sermonibus laudes et hymnos Dei complectentibus cum pietate ac veneratione primum præceptum implere. Quare dictum est: « Date gloriam laudi ejus; » vel, secundum Aquilam: « Date gloriam hymnis ejus; » vel, secundum Symmachum: « Constituite in honorem hymnum ejus. » Ad hæc vero Spiritus propheticus jubet nos omnes attento animo opera Dei considerare, atque mente perpendere, quo pacto magna sapientiæ illius opera timorem stuporemque inferant. « Nam ex magnitudine et pulchritudine creaturarum proportione quadam opifex intelligitur [46]; » et: « Invisibilia ipsius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus et divinitas [47]. » Hæc contemplantes, stupore affici par est, ac dicere Deo: « Quam terribilia opera tua! » Sed a nobis quidem abs te illuminatis cognoscitur et comprehenditur opera tua terribilia esse. Inimici vero tui in tenebris volutati, etiamsi nonnunquam velint de operibus tuis verba facere, naturalesque sermones pro facultate texere, longe aberrant a magnitudine virtutis tuæ, nihilque sanum, verum nihil efferre valent. Quare dicimus: « In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te, et psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo. Diapsalma. » Priora quidem præcepta omni terræ, videlicet omnibus gentibus, prophetice tradita fuerant. Quia vero, ut hæc opere compleri possent, oratione opus erat, Spiritus divinus post priora illa, necessario ad Deum vertitur, orationemque pro universa terra emittit. Quamobrem ait: « Omnis terra adoret te, et psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo. » Pro illo autem: « Omnis terra, » clarius Symmachus interpretatur dicens: « Omnes qui in terra sunt, » apertius declarans, non Judæis traditum præceptum esse, sed omnibus qui in terra sunt hominibus. Precibus namque maxime opus erat, ut ex Dei potestate, inexspectata quædam mutatio ipsis accederet, ut ne ultra multorum numinum errori animo adhærerent; sed unum Deum, solum adorandum reapse colerent et adorarent, at-

[46] Sap. XIII, 5. [47] Rom. I, 20.

que præceptum hujusmodi observarent : « Psallite nomini ejus. » Ut itaque hæc eveniant, Spiritus sanctus ita precatur : « Omnis terra adoret te et psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo. »

τὸ μηκέτι μὲν τῇ πολυθέῳ προσέχειν πλάνῃ, μόνον δὲ σέβειν ὃν δεῖ καὶ προσκυνεῖν, τὸν ἕνα καὶ μόνον καὶ προσκυνητὸν Θεὸν, ἐπιτελεῖν τε τὸ πρόσταγμα δι' οὗ ἐλέγετο· « Ψάλατε δὴ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. » Ἵν' οὖν ταῦτα γένηται, εὔχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγον· « Πᾶσα ἡ γῆ προσκυνησάτωσάν σοι καὶ ψαλάτωσάν σοι, ψαλάτωσαν τῷ ὀνόματί σου. »

Vers. 5, 6. « Venite et videte opera Dei, terribilis in consiliis super filios hominum. » Ut longe dissitis iis qui invocant nomen Dei, ut propius accedant præcipit dicens : « Venite. » Quod ipsum divinus Apostolus declaravit his verbis : « Et veniens annuntiavit pacem vobis qui longe fuistis, et pacem iis qui prope[48]. » Omnes porro per orbem gentes ad Dei notitiam, et ad contemplationem operum ejus sermo evocat. Nam procul Deo positæ, neque videbant, neque noverant. Quamobrem ait : « Venite et videte opera Dei : » de quibus supra dictum est : « Dicite Deo : Quam terribilia sunt opera tua! » Sed olim quidem præcipiebat dicere : « Quam terribilia sunt opera tua! » Quoniam autem verisimile erat eos, procul positos, quæ essent opera Dei ignorare, hic consequenter eosdem sic alloquitur : « Venite et videte opera Dei. » Cum autem ea videritis, ediscetis, eum terribilem esse in consiliis pro filiis hominum. Horum sententiam sic clarius interpretatur Symmachus dicens : « Venite et videte opera Dei, terribiles machinationes pro filiis hominum. » Omnia quippe pro salute filiorum hominum machinatus est. Sub hæc docet quanta apud antiquos illos Deus fecisse narretur. Quænam vero illa sint, postea declarat : « Qui convertit mare in aridam; in flumine pertransibunt pede » Secundum Symmachum autem : « Convertit, inquit, mare in aridam; fluvium pertransierunt pede. » Hæc porro in historia Scripturæ feruntur : quæ gentibus, utpote ignorantibus, necessario enarrantur, ut ediscant, eum qui olim populus Dei erat, in servitute Ægyptiorum aliquando fuisse, et Ægyptiacæ idololatriæ subjectum; sed Deum pro illis magna et terribilia edidisse, divinitus scilicet immissis plagis Ægyptios verberasse, ipsumque populum a dira servitute liberasse. Hæc quippe erant terribilia Dei opera· neque tantum ea ibi edita, sed etiam in mari Rubro : quo in aridam mutato, suos quidem eripuit, impios vero in profundum perniciei conjecit. Hæc edocti, heus! vos, inquit, confidite, ac credite eum qui talia pro antiquis illis operatus est, non imparem futurum ad similia pro vobis agenda. Quare « venite et videte opera Dei, » quam terribilis sit « in consiliis pro filiis hominum. » Convertit igitur mare in aridam; et in Jordane fluvio alia quædam terribilia opera designavit, quando demisso flumine pedibus pertransierunt, qui ex deserto ad istam terram accesserant. Ipsis igitur iisdemque calceamentis usi, confidite ipsum Deum spirituales Ægyptios, dæmones nempe maliguos, qui olim animas vestras in servitutem

« Δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, φοβερὸς ἐν βουλαῖς παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. » Ὡς μακρὰν ἀφεστηκόσι τοῖς καλουμένοις τὸ θεῖον ὄνομα πλησίον ἔρχεσθαι προστάττει λέγων· « Δεῦτε. » Τοῦτο δὲ ὁ θεῖος Ἀπόστολος παρίστη εἰπών· « Καὶ ἐλθὼν εὐηγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακράν, καὶ εἰρήνην τοῖς ἐγγύς. » Καλεῖ δὲ ὁ λόγος τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν, ἐπί τε τὴν θεωρίαν τῶν ἔργων αὐτοῦ. Μακρὰν γὰρ ἀφεστῶτα τοῦ Θεοῦ οὔτε ἑώρα, οὔτε ἐγίνωσκε. Διό φησι· « Δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ· » περὶ ὧν ἀνωτέρω ἐλέγετο· « Εἴπατε τῷ Θεῷ· Ὡς φοβερὰ τὰ ἔργα σου! » Ἀλλὰ πάλαι μὲν προσέταττε λέγειν· « Ὡς φοβερὰ τὰ ἔργα σου! » Ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς ἦν ἀγνοεῖν τοὺς μακρὰν ἀφεστῶτας τίνα ἦν τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, ἀκολούθως ἐνταῦθα πρὸς τοὺς αὐτοὺς φάσκει· « Δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ· » ἰδόντες δὲ ταῦτα μαθήσεσθε, ὅτι φοβερός ἐστιν ἐν βουλαῖς ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Τρανώτερον τὴν διάνοιαν ἀπέδωκεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· « Ἔλθετε καὶ ἴδετε πράξεις τοῦ Θεοῦ, φοβερὰ μηχανήματα ὑπὲρ υἱῶν ἀνθρώπων. » Πάντα γὰρ ὑπὲρ σωτηρίας τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων ἐμηχανήσατο. Εἶτα διδάσκει ὅσα πρότερον παρὰ τοῖς παλαιοῖς πεποιηκὼς ὁ Θεὸς ἱστορεῖται. Τίνα δὲ ταῦτα, ἐπιλέγει ἑξῆς· « Ὁ μεταστρέφων τὴν θάλασσαν εἰς ξηράν· ἐν ποταμῷ διελεύσονται ποδί. » Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· « Μετέβαλε, φησὶ, τὴν θάλασσαν εἰς ξηράν· ποταμὸν διέβησαν ποδί. » Ταῦτα δὲ φέρεται ἐν τῇ τῆς ἱστορίας γραφῇ· ἃ δὴ ἀναγκαίως ὡς μὴ εἰδόσι τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγέλλεται, ὡς ἂν μάθοιεν, ὅτι καὶ ὁ πάλαι τοῦ Θεοῦ λαὸς ἦν ποτε Αἰγυπτίοις δεδουλωμένος, καὶ τῇ πλάνῃ τῆς Αἰγυπτιακῆς εἰδωλολατρείας ὑπηγμένος· ἀλλ' εἴργασται ὑπὲρ αὐτῶν ὁ Θεὸς μεγάλα καὶ φοβερὰ, πληγαῖς μὲν τοὺς Αἰγυπτίους θεηλάτοις μαστίξας, αὐτοὺς δὲ τῆς πικρᾶς δουλείας ἐλευθερώσας. Ταῦτα γὰρ ἦν τὰ φοβερὰ τοῦ Θεοῦ ἔργα, οὐ μόνα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Ἐρυθρᾶς· ἣν εἰς ξηρὰν μεταβαλών, διέσωσε μὲν τοὺς οἰκείους, τοὺς δὲ ἀσεβεῖς βυθῷ παρέδυκεν ἀπωλείας. Ταῦτα δὲ μανθάνοντες, ὦ οὗτοι, φησὶ, θαρσεῖτε, πιστεύοντες, ὅτι ὁ τὰ τοσαῦτα ἐργασάμενος ἐπὶ τῶν παλαιῶν οὐκ ἀδυνατήσει τὰ ὅμοια καὶ ἐφ' ὑμῶν καταπράξασθαι. Διὸ « δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, » ὡς φοβερός ἐστιν « ἐν βουλαῖς ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. » Μετέστρεψε γοῦν τὴν θάλασσαν εἰς ξηράν· καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου δὲ ποταμοῦ ἄλλα τινὰ φοβερὰ θαύματα εἰργάσατο, ὅτε διῆλθον τοῖς ποσὶν, ὑποσταλέντος τοῦ ποταμοῦ, οἱ ἀπὸ τῆς ἐρήμου παριόντες ἐπὶ τήνδε τὴν γῆν. Τούτοις δὴ οὖν αὐτοῖς ὑποδήμασι χρησάμενοι, θαρσεῖτε, ὡς καὶ τοὺς ὑμετέρους νοητοὺς Αἰγυπτίους,

[48] Ephes. II, 17.

δαίμονας πονηρούς, τοὺς πάλαι καταδυναστεύοντας ἀνθρώπων ὑμετέρων ψυχῶν, ἀπελάσει ὁ αὐτὸς Θεός. Κἂν κυμαίνῃ δὲ ἡ τῶν ἀνθρώπων θάλασσα, κἂν ὁ τῶν ἀθέων καὶ ἀσεβῶν βίος κλύδωνας καὶ κινδύνους ἐγείρῃ καθ' ὑμῶν· θαρσεῖτε ὑμεῖς, ἐναργὲς ἔχοντες ὑπόδειγμα τὴν πάλαι στραφεῖσαν θάλασσαν εἰς ξηράν. Οὕτως γὰρ καὶ ὑμῖν ὁμαλή τις ἔσται, καὶ ἀπαραπόδιστος ἡ ἀπὸ τῆς πλάνης πρὸς τὴν ἀλήθειαν διάβασις. Εἰ δὲ καὶ ποταμόν ποτε τὸν Ἰορδάνην παραδόξως διῆλθον οἱ παλαιοὶ, ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς ἐντεῦθεν ἤδη εὐαγγελίζεσθε, γινώσκοντες, ὅτι ἡμεῖς αὐτοὶ οἱ ταῦτα λέγοντες καὶ ὑμεῖς οἱ ἀκούοντες « ἐκεῖ εὐφρανθησόμεθα ἐν αὐτῷ. » Ἐκεῖ, δηλαδὴ ἐν τῷ μνησθέντι ποταμῷ. Ἔσται γὰρ, ἔσται καιρὸς, καθ' ὃν, ὥσπερ εἰς συμπόσιον παρασκευαζόμενοι, ἐπὶ λουτροῦ παλιγγενεσίας ἀπαντήσουσιν εἰς τὴν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ μυστικὴν ἀποκάθαρσιν οἱ τῆς Αἰγυπτιακῆς ἐλευθερούμενοι πλάνης. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων ὁ λόγος τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ, ὁπηνίκα ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας παρῆει, κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας, προσίετό τε πάντας Ἕλληνας καὶ Ἰουδαίους ἐπὶ τὴν ἐξομολόγησιν τῶν παραπτωμάτων· ὅτε καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν ἐπιστὰς ἐν αὐτὸν κατηξίωσε ποταμὸν τῆς θεϊκῆς αὐτοῦ ἐπιβάσεως. Διὸ ἐν τοῖς προκειμένοις λέλεκται· « Ἐκεῖ εὐφρανθησόμεθα ἐν αὐτῷ. » Ἔνθεν εἰκότως τὸ αὐτὸ προφητικὸν πνεῦμα διὰ Ἡσαΐου τὴν ἔρημον εὐαγγελιζόμενον καὶ αὐτοῦ μνήμην πεποίηται τοῦ Ἰορδάνου λέγον· « Εὐφράνθητι, ἔρημος διψῶσα· ἀλλ' ἀγαλλιάσθω ἔρημος, καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον· καὶ ἐξανθήσει καὶ ἀγαλλιάσεται τὰ ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου. Ἰσχύσατε, χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα· παρακαλέσατε οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ. Ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε. Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδέδωκεν· αὐτὸς ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς. Τότε ἀνοιχθήσονται ὀφθαλμοὶ τυφλῶν, καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται. Τότε ἁλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλὸς, καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων· ὅτι ἐρράγη ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ φάραγξ ἐν γῇ διψώσῃ. » Ταύτην διαλέλεκται ἐπὶ τοῦ παρόντος· « Ἐκεῖ εὐφρανθησόμεθα ἐν αὐτῷ· » ἃ δὴ ἐπληροῦτο κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἀνθρώπους θεοφάνειαν. Ἔνθεν εἰκότως ὁ παρὼν ψαλμὸς ἅπασι τοῖς ἔθνεσι προσφωνῶν ἔλεγε· « Δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ· » καὶ πάλιν· « Εἴπατε τῷ Θεῷ· Ὡς φοβερὰ τὰ ἔργα σου! » Σφόδρα δὲ ἀκολούθως εἰπών· « Ἐκεῖ εὐφρανθησόμεθα ἐν αὐτῷ, » ἐπιφέρει· « Τῷ δεσπόζοντι ἐν τῇ δυναστείᾳ αὐτοῦ τοῦ αἰῶνος. » Νοήσεις δὲ καὶ τοῦτο αὐτοῦ λέγοντος ἀκούων τοῦ Σωτῆρος· « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· πορεύοντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματί μου. » Διὸ κατὰ μὲν τὸν Ἀκύλαν εἴρηται· « Τῷ ἐξουσιάζοντι ἐν τῇ δυναστείᾳ αὐτοῦ δι' αἰῶνος. » Καὶ ἄλλως δὲ εὐφρανθησόμεθα ἐν αὐτῷ τῶν προειρημένων καταξιωθέντες. Ἡότε δὲ εὐφρανθησόμεθα, ἀλλ' ἐπειδὰν ὁ μέλλων ἐπιστῇ αἰὼν, οὗ τὴν δεσποτείαν καὶ τὴν ἐξουσίαν οὐδ' ἕτερος ἕξει, ἢ μόνος αὐτὸς ὁ τὴν δυνα-

redigebant, expulsurum. Etiamsi mare illud hominum fluctibus intumescat, etiamsi atheorum et impiorum genus fluctus et pericula vobis suscitet; confidite tamen, cum exemplum vobis conspicuum offeratur, mare scilicet olim versum in aridam. Sic quippe vobis expeditus, ac nullo obice interclusus erit ab errore ad veritatem transitus. Quod si Jordanem fluvium antiqui illi inexspectato modo transierunt; at vos quoque hoc exemplo Evangelium excipite, scientes quod tum nos ipsi qui hæc dicimus, tum vos qui auditis, « ibi lætabimur in ipso. » Ibi, scilicet in memorato fluvio. Erit tempus, erit, inquam, quo ceu ad convivium apparantes se, ad lavacrum regenerationis accedent, ad mysticam in Jordane fluvio peragendam sordium purgationem, qui ab Ægyptiaco errore liberati sunt. His porro significatur lavacrum regenerationis, quod ab Jordane fluvio incepit, cum Joannes Baptista Judæam percurreret, prædicans baptismum pœnitentiæ, omnesque cum Græcos tum Judæos admitteret ad confessionem delictorum: cum ipse Servator et Dominus noster astans, ipsum fluvium divino suo aditu dignatus est. Quapropter supra dictum est: « Ibi lætabimur in ipso. » Unde et merito quidem idem propheticus spiritus, ubi deserto per Isaiam fausta denuntiat, ipsius Jordanis mentionem facit dicens: « Lætare, desertum sitiens; sed etiam exsultet solitudo, et floreat quasi lilium: et efflorescent et exsultabunt deserta Jordanis. Confortamini, manus remissæ et genua dissoluta; consolamini, qui mente pusillanimes estis. Confortamini, nolite timere. Ecce Deus noster judicium retribuit: ipse veniet et salvabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum audient. Tunc saliet quasi cervus claudus, et lingua balbutientium clara erit: quia erupta est in deserto aqua, et torrens in terra sitienti [49]. » De hoc loquitur in præsenti: « Ibi lætabimur in ipso. » Quæ in divino Servatoris nostri ad homines adventu impleta sunt. Unde merito præsens psalmus omnes gentes compellans dicebat: « Venite et videte opera Dei; » ac rursum: « Dicite Deo: Quam terribilia sunt opera tua! » Et valde consequenter postquam dixerat: « Ibi lætabimur in ipso, » infert: « Qui dominatur in virtute sæculo. » Id quoque porro intelligas, Servatorem audiens dicentem: « Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra. Euntes docete omnes gentes in nomine meo [50]. » Quare secundum Aquilam dicitur: « Qui potestatem habet in virtute sua per sæculum. » Alias quoque lætabimur in ipso, jam memoratis bonis donati. Quandonam exsultabimus, nisi cum futurum sæculum advenerit, cujus dominatum et potestatem nullus alius obtinebit, nisi ille qui dominatum a Patre accepit? Nunc enim in præsenti sæculo principatus sunt multi, potestates et dominationes, spiritualia nequitiæ et rectores mundi. Tunc vero, postquam sustulerit omnem

[49] Isa. xxxv, 1 6. [50] Matth. xxviii, 18, 19

principatum, potestatem et virtutem, ipse solus imperium obtinebit in sæculum illud, in quo lætitiam nobis hic sermo pollicetur.

docens eum ad prædictum occasum per œconomiam ad breve tempus ascendisse. Domicilium quippe ejus et condigna ipsius habitatio non in occasu est; sed « in loco sancto; » sive secundum Aquilam, « in habitaculo sanctificato suo; » aut secundum Symmachum, « in regia sancta sua. » Est enim ipsi locus condecens, et deitati cjus consentaneus; sed tamen humanus cum sit, a propria magnitudine descendit, orphanisque et viduis in occasu habitantibus sese attemperat. Quare alibi dicitur : « Quia ecce Dominus Dominus egreditur et descendet de loco suo. » Cum autem inde descenderit, et ascenderit super occasum, quæ operetur, videamus. « Inhabitare facit, inquit, unius moris in domo. » Secundum Symmachum autem, « Dat inhabitandam monachis domum; » secundum Aquilam, « Sedere facit unigenitos domi; » secundum quintam editionem, « Inhabitare facit una zona præcinctos domi. » Et illud erat primum ejus præclarum opus, quod maximum ejus facinus est in gratiam humani generis editum. Primus itaque ordo eorum qui in Christo proficiunt, est monachorum. Sed rari sunt illi; quare secundum Aquilam unigeniti vocati sunt, similes facti unigenito Filio Dei. Secundum LXX autem, unius, non diversi moris sunt, neque subinde morem variant, sed unum colunt qui ad virtutis cacumen advenit. Ipsos vero unius zonæ quinta editio vocavit, utpote qui solitarii, et per seipsos præcincti sint. Tales autem sunt, quotquot monasticam castamque vitam agunt, quorum primi fuere Salvatoris nostri discipuli, quibus dictum est : « Nolite possidere aurum neque argentum in zonis vestris, neque peram in viam, neque calceamenta, neque virgam [11]. » Cum dicitur enim, non oportere possidere aurum neque argentum in zonis, ipsos zonis præcinctos indicat. Sic autem omnibus nobis Apostolus præcipit dicens : « State igitur præcincti lumbos vestros in veritate [12]. » Itemque qui pascha comedebant, lumbos præcinctos habere jubebantur. Id igitur primum opus habitantibus in occasu adventans exhibet is qui in vaticinio fertur. Nam ex memoratis orphanis et viduis adlectum sibi præstantem illum et pretiosissimum unius moris ordinem, inhabitare facit in domo, scilicet in Ecclesia sua, dignosque eos habuit qui in ea manerent et habitarent. Postquam ipsos delegit, aliud opus præstat, in multorum utilitatem et emolumentum, « educens vinctos in fortitudine : » nam virtute sua eos qui pridem peccatorum vinculis constringebantur, educit. Pro illo autem, « in fortitudine, » Symmachus « in dimissionem » interpretatus est dicens : « Educit vinctos in dimissionem. » Hæc porro intelligas ex prophetia Isaiæ, quæ ex ipsius Domini persona sic loquitur : « Ecce dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, ad aperiendum oculos cæcorum, ad educendum ex vinculis ligatos, et ex

[11] Matth. x, 9, 10. [12] Ephes. vi, 14.

ipsam mortem subiisset, ascendisse dicitur super occasum. Huic igitur Domino, qui ascendit super occasum, cujus nomen Jesu per *ia* significatur, iter facite. Hæc porro apostolico choro spiritus propheticus præcipit, et illud cum alacritate et fiducia magna ipsum peragere jubet. Quamobrem deinde infert : « Et exsultate in conspectu ejus; » sive secundum Symmachum, « Et gloriamini in facie ejus. » Aliam quoque prædicti Domini notitiam præbet dicens : « Patris orphanorum et judicis viduarum. » Nisi enim pater orphanorum et vindex judexque viduarum effici dignatus esset, nulla ipsi ratio fuisset cum humilibus terræ. At quia per humanitatis excessum dignatus est ascendere super occasum, et in tenebris orphanorum pater vocari, et viduarum patrocinio carentium, animarumque orbarum, judex et ultor effici; jure ad orphanos cœlestis Patris ignaros, et ad viduas animas sponso orbas viam apparari jubet. Alias quoque Providentiæ rationem hæc sententia declaraverit, docens viduas et orphanos, orbos et patrocinio carentes in mundo relinqui non sine ratione et sapientia Dei; sed ad ejus gloriam, ejusque divinæ providentiæ argumentum. Sæpe itaque orphani parentibus orbi, accuratius edocti et litteris instituti fuere, quam ii qui a parentibus educati sunt; itemque diuturnæ vitæ et annosi exstiterunt : neque solum iis victui necessaria adfuere; imo etiam præclari et illustres evasere viri. Parique modo mulieres in viduitatis infortunium lapsæ, alacriori, feliciori ac religiosiori vita perfunctæ sunt, quam illæ quæ in conjugio vitam egerant. Deus quippe plus orphanis prospicit, quam patres filiis; et viduarum patronus vindexque est. Quare dictum est : « Patris orphanorum et judicis viduarum. » Pro illo autem, « Qui ascendit super occasum; » Symmachus, « Qui vehitur in inhabitata. » Inhabitatam porro vocat, alienigenarum et extranearum gentium regionem; quæ aliis in locis desertum nuncupari solet. Ac rursus pro illo, « judicis viduarum; » Aquila, « judicantis viduas; » Symmachus, « ulciscentis viduas. » Apposite admodum patrem orphanorum, viduarum judicem vocat. Quia enim non omnes viduæ eodem vitæ instituto sunt, dijudicans ipse quænam se dignæ, quæ non dignæ sint, judex earum constituitur. Neque tamen pari modo orphanorum judex fuerit : æque enim illis ceu pater prospicit.

τὰς ἀκτῖνας τῆς ἑαυτοῦ θεότητος συστείλας, καὶ ὥσπερ καταδὺς ἐν τῷ σώματι, ἐπὶ δυσμῶν τε γενόμενος τοῦ θνητοῦ βίου, (ὃν ὁ θεῖος Ἀπόστολος σκότος ὠνόμασεν εἰπών· « Πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου·) » ἢ ἐν αὐτῷ καταδὺς τῷ θανάτῳ, λέλεκται ἐπιβεβηκέναι ἐπὶ δυσμῶν. Τούτῳ οὖν, φησὶ, τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν Κυρίῳ, οὗ τὸ Ἰησοῦ ὄνομα διὰ τοῦ *ια* σημαίνεται, ὁδοποιήσατε. Προστάττει δὲ ταῦτα τὸ Πνεῦμα τὸ προφητικὸν τῷ ἀποστολικῷ χορῷ, καὶ τοῦτο πράττειν σὺν πολλῇ προθυμίᾳ καὶ παῤῥησίᾳ ἐπικελεύεται. Διὸ ἐπιλέγει ἑξῆς· « Καὶ ἀγαλλιᾶσθε ἐνώπιον αὐτοῦ· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Καὶ γαυριᾶσθε εἰς πρόσωπον αὐτοῦ. » Καὶ ἄλλο δὲ γνώρισμα δίδωσι τοῦ προδηλωθέντος Κυρίου, λέγων· « Τοῦ πατρὸς τῶν ὀρφανῶν καὶ κριτοῦ τῶν χηρῶν. » Εἰ μὴ γὰρ ὀρφανῶν ἠξίωσε γενέσθαι πατὴρ, χηρῶν τε ἔκδικος καὶ κριτὴς, οὐδεὶς ἦν αὐτῷ λόγος πρὸς τοὺς ἐπὶ γῆς ταπεινούς. Ἐπεὶ δὲ καθ' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας κατηξίωσεν ἐπιβῆναι ἐπὶ δυσμῶν, καὶ τῶν ἐν τῷ σκότῳ ὀρφανῶν χρηματίσαι πατὴρ, τῶν τε ἀπεριστάτων χηρῶν τε καὶ ἐρήμων ψυχῶν κριτὴς καὶ ἔκδικος γενέσθαι· εἰκότως τὴν ὁδὸν τὴν ἄγουσαν ἐπὶ τοὺς ὀρφανοὺς τοὺς τὸν ἐπουράνιον ἀγνοοῦντας Πατέρα, ἐπί τε τὰς ἐστερημένας τοῦ νυμφίου χήρας ψυχὰς ὁδοποιεῖν παρακελεύεται. Καὶ ἄλλως δὲ, τοῦ περὶ Προνοίας λόγου γένοιτ' ἂν ἡ διάνοια παραστατικὴ, διδάσκουσα, ὅτι χῆραι καὶ ὀρφανοὶ ἔρημοι καὶ ἀπερίστατοι καταλείπονται ἐν τῷ βίῳ οὐκ ἄνευ λόγου καὶ σοφίας Θεοῦ, ἀλλ' εἰς δόξαν αὐτοῦ καὶ εἰς ἔνδειξιν τῆς αὐτοῦ θείας ἐπισκοπῆς. Πολλάκις γοῦν οἱ γονέων ἐστερημένοι παῖδες ὀρφανοὶ μᾶλλον τῶν ὑπὸ πατράσι τραφέντων λόγων καὶ παιδείας μετέσχον, μακρόβιοί τε καὶ πολυχρόνιοι γεγόνασι· καὶ οὐ μόνον τροφῆς ηὐπόρησαν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἐπισήμους ἄνδρας προῆλθον. Καὶ γυναῖκες ὡσαύτως χηρίαν δυστυχήσασαι μᾶλλον τῶν ἐν συζυγίᾳ βίον εὔθυμον καὶ ἄλυπον καὶ θεοσεβῆ διεξῆλθον· τοῦ Θεοῦ τοῖς μὲν ὀρφανοῖς ὑπὲρ πάντα πατέρα καταστάντος, ταῖς δὲ χήραις ἀντιλήπτορος καὶ ἐκδίκου. Διὸ εἴρηται· « Τοῦ πατρὸς τῶν ὀρφανῶν καὶ κριτοῦ τῶν χηρῶν. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « Τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν, » ὁ Σύμμαχος· « Τῷ ἐποχουμένῳ ἐν τῇ ἀοικήτῳ. » Ἀοίκητον δὲ καλεῖ τὴν τῶν ἀλλογενῶν καὶ ἀλλοφύλων ἐθνῶν χώραν· ἣν ἔρημον ὀνομάζειν ἐν ἑτέροις εἴωθεν ὁ λόγος. Καὶ πάλιν ἀντὶ, « τοῦ κριτοῦ τῶν χηρῶν, » ὁ μὲν Ἀκύλας, « δικαστοῦ χηρῶν, » ὁ δὲ Σύμμαχος, « καὶ ὑπερδικοῦντος χηρῶν, » ἡρμήνευσαν. Σφόδρα δὲ ἀκριβῶς ὀρφανῶν μὲν αὐτὸν πατέρα ἀποκαλεῖ, χηρῶν δὲ κριτήν. Ἐπεὶ γὰρ μὴ πᾶσαι χῆραι τῆς ἴσης ὑπάρχουσι προαιρέσεως, διακρίνων τὰς ἀξίας αὐτοῦ καὶ τὰς μὴ τοιαύτας, κριτὴς αὐτῶν καθίσταται. Οὐ μὴν καὶ ὀρφανῶν ὁμοίως γένοιτ' ἂν κριτὴς· ἐξ ἴσου γὰρ τούτων πατρὸς δίκην προνοεῖ.

Vers. 7. « Deus in loco sancto suo, Deus inhabitare facit unius moris in domo. » Quia memoratum Dominum quasi deprimens humilem in locum deduxerat, dicens ascendisse super occasum, esseque patrem orphanorum et judicem viduarum; necessario ad ejus deitatem prædicandam vertitur,

« Ὁ Θεὸς ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ, ὁ Θεὸς κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ. » Ἐπειδὴ τὸν προδηλωθέντα Κύριον κάτω που ἐπὶ τὸ ταπεινὸν κατήγαγεν ὁ λόγος, ἐπιβεβηκέναι ἐπὶ δυσμῶν φήσας αὐτὸν, ὀρφανῶν τε εἶναι πατέρα καὶ χηρῶν κριτὴν, ἀναγκαίως ἐπανέρχεται ἐπὶ τὴν περὶ αὐτοῦ θεολογίαν, διδάσκων,

ὅτι ταῖς μὲν προλεχθείσαις δυσμαῖς διά τινας οἰκονομίας πρὸς βραχὺν ἐπιβαίνει χρόνον· τό γε μὴν οἰκητήριον αὐτοῦ καὶ ἡ πρέπουσα αὐτῷ διατριβὴ οὐκ ἐν δυσμαῖς ἐστιν, « ἀλλ' ἐν τόπῳ ἁγίῳ· » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « ἐν οἰκητηρίῳ ἡγιασμένῳ αὐτοῦ· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « ἐν βασιλείοις ἁγίοις αὐτοῦ. » Ἔστι μὲν γὰρ αὐτῷ τόπος ἐμπρέπων καὶ ἁρμόζων τῇ αὐτοῦ θεότητι· ὅμως δ' οὖν, φιλάνθρωπος ὢν, τοῦ οἰκείου μεγέθους ὑποκαταβαίνει, συγκαταβαίνει τε τοῖς ἐν δυσμαῖς οἰκοῦσιν ὀρφανοῖς καὶ χήραις. Διὸ καὶ ἀλλαχοῦ εἴρηται· « Ὅτι ἰδοὺ Κύριος Κύριος ἐκπορεύεται καὶ καταβήσεται ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. » Κατιὼν δὲ ἐνθένδε καὶ ἐπιβαίνων ἐπὶ δυσμὰς, ὁποῖα διαπράττεται θεασώμεθα. « Κατοικίζει, φησὶ, μονοτρόπους ἐν οἴκῳ. » Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, « Δίδωσιν οἰκεῖν μοναχοῖς οἰκίαν· » καὶ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « Καθίζει μονογενεῖς οἰκονδε· » κατὰ δὲ τὴν πέμπτην ἔκδοσιν, « Κατοικίζει μονοζώνους ἐν οἴκῳ. » Καὶ τοῦτ' ἦν τὸ πρῶτον αὐτοῦ κατόρθωμα· ὃ δὴ καὶ μέγιστον τῶν αὐτοῦ κατορθωμάτων τῷ τῶν ἀνθρώπων δεδώρηται γένει. Τὸ γοῦν πρῶτον τάγμα τῶν ἐν Χριστῷ προκοπτόντων τὸ τῶν μοναχῶν τυγχάνει. Σπάνιοι δέ εἰσιν οὗτοι· διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν μονογενεῖς ὠνομάσθησαν ἀφωμοιωμένοι τῷ μονογενεῖ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Κατὰ δὲ τοὺς Ἑβδομήκοντα μονότροποι τυγχάνουσιν, ἀλλ' οὐ πολύτροποι, οὐδὲ ἄλλοτε ἄλλως τὸν ἑαυτῶν μεταβάλλοντες τρόπον, ἕνα δὲ μόνον κατορθοῦντες, τὸν εἰς ἄκρον ἥκοντα ἀρετῆς. Μονοζώνους δὲ αὐτοὺς ἡ πέμπτη ἔκδοσις ὠνόμασεν, ὡς ἂν μονήρεις καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἀνεζωσμένους. Τοιοῦτοι δὲ πάντες εἰσὶν οἱ τὸν μονήρη καὶ ἁγνὸν κατορθοῦντες βίον, ὧν πρῶτοι γεγόνασιν οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθηταὶ, οἷς εἴρητο· « Μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν, μὴ πήραν εἰς ὁδὸν, μηδὲ ὑποδήματα, μηδὲ ῥάβδον. » Ἐν γὰρ τῷ λέγειν μὴ δεῖν κτήσασθαι χρυσὸν μηδὲ ἄργυρον εἰς τὰς ζώνας ἀνεζωσμένους αὐτοὺς εἰσάγει. Οὕτω δὲ καὶ πᾶσιν ἡμῖν ὁ Ἀπόστολος παρακελεύεται λέγων· « Στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ. » Καὶ οἱ τὸ Πάσχα δὲ ἐσθίοντες ἐκελεύοντο τὰς ὀσφῦς ἔχειν περιεζωσμένας. Τοῦτο δὴ οὖν πρῶτον κατορθοῖ τοῖς ἐν δυσμαῖς οἰκοῦσιν ἐπιδημήσας ὁ θεσπιζόμενος. Ἀπὸ γὰρ τῶν προλεχθέντων ὀρφανῶν καὶ τῶν δηλωθεισῶν χηρῶν ἀφορίσας, ἐξαίρετον καὶ τιμιώτατον ἑαυτῷ τάγμα τὸ τῶν μονοτρόπων κατοικίζει αὐτοὺς ἐν οἴκῳ, δηλαδὴ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ, παραμένειν καὶ κατοικεῖν ἐν αὐτῇ καταξιῶν αὐτούς. Μετὰ δὲ τούτους δεύτερον ἔργον κοινωφελὲς καὶ εἰς πολλοὺς διαβαῖνον κατορθοῖ, « ἐξάγων πεπεδημένους ἐν ἀνδρείᾳ· » τῇ γὰρ ἑαυτοῦ ἀνδρείᾳ ἐξάγει τοὺς πρότερον σειραῖς ἁμαρτιῶν πεπεδημένους. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « ἐν ἀνδρείᾳ, εἰς ἀπόλυσιν, » ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος, εἰπών· « Ἐξάγει δεδεμένους εἰς ἀπόλυσιν. » Νοήσεις δὲ καὶ τοῦτο ἐκ τῆς λεγούσης ἐν Ἡσαΐᾳ προφητείας εἰς αὐτοῦ πρόσωπον τοῦ Κυρίου· « Ἰδοὺ δέδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξάγειν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, καὶ ἐξ

docens eum ad prædictum occasum per œconomiam ad breve tempus ascendisse. Domicilium quippe ejus et condigna ipsius habitatio non in occasu est; sed « in loco sancto; » sive secundum Aquilam, « in habitaculo sanctificato suo; » aut secundum Symmachum, « in regia sancta sua. » Est enim ipsi locus condecens, et deitati ejus consentaneus; sed tamen humanus cum sit, a propria magnitudine descendit, orphanisque et viduis in occasu habitantibus sese attemperat. Quare alibi dicitur : « Quia ecce Dominus Dominus egreditur et descendet de loco suo. » Cum autem inde descenderit, et ascenderit super occasum, quæ operetur, videamus. « Inhabitare facit, inquit, unius moris in domo. » Secundum Symmachum autem, « Dat inhabitandam monachis domum; » secundum Aquilam, « Sedere facit unigenitos domi; » secundum quintam editionem, « Inhabitare facit una zona præcinctos domi. » Et illud erat primum ejus præclarum opus, quod maximum ejus facinus est in gratiam humani generis editum. Primus itaque ordo eorum qui in Christo proficiunt, est monachorum. Sed rari sunt illi; quare secundum Aquilam unigeniti vocati sunt, similes facti unigenito Filio Dei. Secundum LXX autem, unius, non diversi moris sunt, neque subinde morem variant, sed unum colunt qui ad virtutis cacumen advenit. Ipsos vero unius zonæ quinta editio vocavit, utpote qui solitarii, et per seipsos præcincti sint. Tales autem sunt, quotquot monasticam castamque vitam agunt, quorum primi fuere Salvatoris nostri discipuli, quibus dictum est : « Nolite possidere aurum neque argentum in zonis vestris, neque peram in viam, neque calceamenta, neque virgam [11]. » Cum dicitur enim, non oportere possidere aurum neque argentum in zonis, ipsos zonis præcinctos indicat. Sic autem omnibus nobis Apostolus præcipit dicens : « State igitur præcincti lumbos vestros in veritate [12]. » Itemque qui pascha comedebant, lumbos præcinctos habere jubebantur. Id igitur primum opus habitantibus in occasu adventans exhibet is qui in vaticinio fertur. Nam ex memoratis orphanis et viduis adlectum sibi præstantem illum et pretiosissimum unius moris ordinem, inhabitare facit in domo, scilicet in Ecclesia sua, dignosque eos habuit qui in ea manerent et habitarent. Postquam ipsos delegit, aliud opus præstat, in multorum utilitatem et emolumentum, « educens vinctos in fortitudine : » nam virtute sua eos qui pridem peccatorum vinculis constringebantur, educit. Pro illo autem, « in fortitudine, » Symmachus « in dimissionem » interpretatus est dicens : « Educit vinctos in dimissionem. » Hæc porro intelligas ex prophetia Isaiæ, quæ ex ipsius Domini persona sic loquitur : « Ecce dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, ad aperiendum oculos cæcorum, ad educendum ex vinculis ligatos, et ex

[11] Matth. x, 9, 10. [12] Ephes. vi, 14.

domo custodiæ sedentes in tenebris [13]. » Eos enim qui olim diabolicis vinculis constringebantur, diabolico multorum numinum errori deditos, solutis vinculis eduxit, concessa peccatorum remissione. Imo etiam eos qui a sæculo in morte colligati erant secum resuscitavit, cum acerba mortis vincula solvisset. Hoc autem fecit « in virtute; » nam accepta hominis forma perque humanum corpus viriliter agens, vinctos superius memoratos ex vinculis eduxit. Hæc erant præclara Dei Verbi ad homines adventantis facinora, quibus deinde subjungitur : « Similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris. » Quod Symmachus hoc pacto clarius et apertius explicavit : « Inobsequentes autem inhabitabunt æstus siccitatem; » Aquila vero, « Verumtamen absistentes inhabitarunt lævem petram. » Ipse quippe volebat exacerbantes a vinculis eruere et liberare. At illi in hujusmodi inobsequentia perseverantes, Deumque ea in re exacerbantes et exasperantes, in sepulcris suis habitabunt, ita ut de illis dicatur : « Sine mortuos sepelire mortuos suos [14]; » sive etiam « inhabitabunt æstus siccitatem; » utpote qui ituri sint « in ignem æternum, paratum diabolo et angelis ejus [15]. »

Vers. 8, 9. « Deus, cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto. Diapsalma. » Dei Verbum non modo in consummatione sæculorum ad homines advenisse, sed etiam ipsum fuisse quod per Moysem oracula fundebat, hic docetur his verbis : « Deus, cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto, terra mota est, etenim cœli distillaverunt. » Tunc enim, inquit, cum educeres filios Israel ex terra Ægypti, fama rerum in Ægypto gestarum ad omnes pervadante, universa terra mota est. Sed tunc quidem terra mota est; sive fama, ut dictum est, omnium terrigenarum aures implente; sive etiam ipso terræ elemento de adventu Dei lætante. Quod item docet alius psalmus his verbis : « In exitu Israel de Ægypto, domus Jacob de populo barbaro, montes exsultaverunt ut arietes, et colles sicut agni ovium [16]. » Terra itaque gaudens commovebatur; cœli autem distillaverunt : quid distillaverunt, nisi cibum inexspectatum in deserto degentibus delapsum, sive etiam divinos sermones et leges quæ animarum rationabilium cibi sunt? Mota est autem terra, et cœli distillaverunt « a facie Dei Sinai, » id est, in monte Sinai oracula edentis. Hæc vero clarius interpretatus Symmachus est dicens : « Terra movebatur, cœlum vero distillavit a facie Dei hujus Sinai, et a facie Dei, Dei Israel. » Num forte cœlestes virtutes ceu nutrices quædam e mamma lac infantibus distillare facientes, sic et ipsæ alimentum ex se iis qui tunc infantes animo erant, submiserunt? Quare lex a Moyse edicta, pædagogus ab Apostolo vocata fuit [17].

οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. » Τοὺς γὰρ πάλαι δεσμοῖς διαβολικοῖς κατεσφιγμένους, καὶ τῇ πολυθέῳ καὶ δαιμονικῇ πλάνῃ προστετηκότας, λύσας τῶν δεσμῶν ἐξήγαγε, δοὺς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῷ θανάτῳ δεσμίους ὄντας ἐξ αἰῶνος συνανέστησεν ἑαυτῷ, λύσας τῶν πικρῶν τοῦ θανάτου δεσμῶν. Καὶ τοῦτο ἔπραξεν « ἐν ἀνδρείᾳ· » ἀνδρὸς γὰρ σχῆμα λαβών, καὶ δι' ἀνθρωπείου σώματος ἀνδρισάμενος, ἐξήγαγε τῶν δεσμῶν τοὺς προλεχθέντας. Ταῦτ' ἦν τὰ κατορθώματα τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας τοῦ Θεοῦ Λόγου, οἷς ἑξῆς εἴρηται· « Ὁμοίως τοὺς παραπικραίνοντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν τάφοις. » Ὅπερ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε λευκότερον, διασαφήσας τὴν διάνοιαν καὶ εἰπών· « Οἱ δὲ ἀπειθεῖς κατοικήσουσι καύσωνος ξηρότητα· » ὁ δὲ Ἀκύλας, « Πλὴν ἀφιστάμενοι, φησίν, ἐσκήνωσαν λεωπετρίανδε. » Ἐβούλετο μὲν γὰρ αὐτὸς καὶ τοὺς παραπικραίνοντας ἐξαγαγεῖν καὶ ἐλευθερῶσαι τῶν δεσμῶν. Ἐπιμένοντες δὲ οὗτοι τῇ ἀπειθείᾳ, παροξύνοντές τε ἐν αὐτῷ τούτῳ καὶ παραπικραίνοντες τὸν Θεὸν, κατοικήσουσι τοὺς ἑαυτῶν τάφους, ὡς λέγεσθαι περὶ αὐτῶν· « Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάπτειν τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς· » ἢ « κατοικήσουσι καῦσωνος ξηρότητα· » ὡς ἂν μέλλοντες πορεύεσθαι « εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. »

« Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε ἐνώπιον τοῦ λαοῦ σου, ἐν τῷ διαβαίνειν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ. Διάψαλμα. » Ὅτι μὴ μόνον ἐν τῇ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἀνθρώποις ἐπεδήμει ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλὰ καὶ πρότερον αὐτὸς ἦν ὁ διὰ Μωϋσέως χρηματίζων, ὁ παρὼν διδάσκει λόγος φάσκων· « Ὁ Θεὸς, ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε ἐνώπιον τοῦ λαοῦ σου, ἐν τῷ διαβαίνειν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ, γῆ ἐσείσθη, καὶ γὰρ οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν. » Καὶ τότε γὰρ, φησὶ, καθ' ὃν χρόνον ἐξῆγες τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἀπὸ γῆς Αἰγύπτου, ἡ σύμπασα γῆ ἐσείετο τῆς φήμης τῶν ἐν Αἰγύπτῳ πεπραγμένων διατρεχούσης εἰς πάντας. Ἀλλ' ἡ μὲν γῆ τότε ἐσείετο· ἤτοι τῆς φήμης, ὡς εἴρηται, τὰς πάντων τῶν ἐπὶ γῆς ἀκοὰς πληρούσης, ἢ καὶ αὐτοῦ τοῦ στοιχείου χαίροντος ἐπὶ τῇ ἐπιβάσει τοῦ Θεοῦ. Ὃ δὴ διδάσκει καὶ ἕτερος ψαλμὸς λέγων· « Ἐν ἐξόδῳ Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, οἴκου Ἰακὼβ ἐκ λαοῦ βαρβάρου, τὰ ὄρη ἐσκίρτησαν ὡς κριοὶ, καὶ οἱ βουνοὶ ὡς ἀρνία προβάτων. » Ἡ μὲν οὖν γῆ χαίρουσα ἐσείετο· οἱ δὲ οὐρανοὶ ἔσταξαν. Τί δὲ ἔσταξαν, ἀλλ' ἤτοι τὴν τροφὴν τὴν παραδόξως ἐνεχθεῖσαν τοῖς ἐπὶ τῆς ἐρήμου, ἢ καὶ τοὺς θείους λόγους τε καὶ νόμους τροφὴν ὄντας ψυχῶν λογικῶν; Ἐσείετο δὲ ἡ γῆ, καὶ ἔσταξαν οἱ οὐρανοὶ « ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ τοῦ Σιναῖ, » τουτέστι τοῦ ἐν τῷ ὄρει Σιναῖ χρηματίσαντος. Καὶ ταῦτα δὲ σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· « Γῆ ἐσείετο, οὐρανὸς δὲ ἀπέσταξεν ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ τούτου τοῦ Σιναῖ, καὶ ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, Θεοῦ Ἰσραήλ. » Μήποτε δὲ καὶ αἱ οὐράνιοι δυνάμεις ὥσπερ τροφοί τινες καὶ τιθηνοὶ ἀπὸ θηλῆς γάλα νηπίοις ἀποστάζουσαι, οὕτως καὶ αὗται τὴν ἐξ αὐτῶν χορηγίαν παρεῖχον τοῖς τότε τὰς ψυχὰς νηπίοις; Δι' ὃ καὶ παιδαγωγὸς ὠνόμασται παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ ὁ διὰ Μωϋσέως λαληθεὶς λόγος.

[13] Isa. xlii, 6, 7. [14] Luc. ix, 60. [15] Matth. xxv, 41. [16] Psal. cxiii, 1, 4. [17] Gal. iii, 24.

« Βροχὴν ἑκούσιον ἀφοριεῖς, ὁ Θεὸς, τῇ κληρονομίᾳ σου, καὶ ἠσθένησε, σὺ δὲ κατηρτίσω αὐτήν. » Τότε μὲν, φησὶν, « ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε ἐνώπιον τοῦ λαοῦ σου, καὶ ἐν τῷ διαβαίνειν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ, γῆ ἐσείσθη, καὶ οἱ οὐρανοὶ ἔσταξαν · » ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος, ὅτε ἐπιβέβηκας ἐπὶ δυσμῶν, ἕτερα παράδοξα εἰργάσω. Τῇ γὰρ κληρονομίᾳ σου ἀφώρισας βροχὴν ἑκούσιον. Κληρονομία δὲ αὐτοῦ τίς ἦν μετὰ τὸν πρότερον λαὸν ἀλλ' ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, ὥσπερ οὖν διδάσκει λέγων αὐτὸς ἐν δευτέρῳ ψαλμῷ · « Κύριος εἶπε πρὸς μέ · Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Υἱὸς γὰρ Θεοῦ κελευόμενος πρὸς τοῦ Πατρὸς αἰτεῖν κληρονομίαν, οὔτε Ἰουδαίων ἔθνος, ἀλλὰ πάντα τὰ ἔθνη καὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς, τίς ἂν γένοιτο ἢ ὁ τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν συστησάμενος ; Ταύτῃ οὖν τῇ κληρονομίᾳ αὐτοῦ ἀφώρισε βροχὴν ἑκούσιον · διὸ λέλεκται περὶ αὐτοῦ · « Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγόνες στάζουσαι ἐπὶ τὴν γῆν. » Λόγος δὲ ἦν εὐαγγελικὸς ἡ βροχὴ ἡ ἑκουσία, καὶ τὸ τῆς Καινῆς Διαθήκης κήρυγμα τῇ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίᾳ παραδεδομένον. Καλὴ δὲ ἡ προσθήκη τῆς « ἑκουσίας βροχῆς · » διὰ Μωϋσέως μὲν γὰρ οὐχ ἑκούσιος τοῖς παλαιοῖς παρείχετο λόγος, ἐπεὶ οὐ κατὰ γνώμην τὴν αὐτοῦ ἐνομοθετεῖτο · διὸ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν ὁ Σωτήρ · « Μωϋσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν · » ὁ δὲ λόγος ὁ εὐαγγελικὸς κατὰ βουλὴν καὶ κατὰ προαίρεσιν Θεοῦ ἀφωρίσθη « τῇ κληρονομίᾳ » αὐτοῦ, ἣν ὁ Θεὸς ἠσθένησαν σὺ, φησὶ, κατηρτίσω · κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, « Μεμοχθηκυῖαν, φησὶ, σὺ ἤδρασας αὐτήν · » κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, « Ἣν ἐξεπόνησας, φησὶ, καὶ ἤδρασας. » Οὐ δεῖ δὲ πολλῶν λόγων εἰς τὸ παραστῆσαι ὅπως ἡ ἐξ ἐθνῶν πάλαι πρότερον ἦν μεμοχθηκυῖα πόνοις καὶ μόχθοις τῆς εἰδωλολάτρου πλάνης καταπονηθεῖσα · ἀσθενήσασά τε ἦν εἰς ὑπερβολὴν, ὡς μηδεμίαν ἐν αὐτῇ καταλειφθῆναι δύναμιν. Ἀλλ' ἀναλαβὼν αὐτὴν ὁ Σωτὴρ κατηρτίσατο αὐτὴν, ἑδράσας ἐπὶ τὴν πέτραν τὴν ἀῤῥαγῆ καὶ ἄσειστον τῆς αὐτοῦ πίστεως · ὃ δὴ καὶ ἐπηγγείλατο ποιήσειν εἰπών · « Ἐπὶ τὴν πέτραν οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν · καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. » Ἑδράσας δὲ αὐτὴν καὶ καταρτισάμενος, τὰ ξῶα ἐαυτοῦ κατῴκισεν ἐν αὐτῇ. Ζῶα δὲ τίνα ἂν εἴποις τοῦ Θεοῦ ἢ τὰς ἐκ τῆς παρ' αὐτῷ ζωῆς ἀρυομένας καὶ ζωοποιουμένας ψυχάς; Καὶ ταῦτα πάντα, φησὶν, « ἡτοίμασας » διὰ τῆς σῆς χρηστότητος καὶ φιλανθρωπίας, ἢ διὰ « τῆς σῆς ἀγαθωσύνης, » κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτάς, « τῷ πτωχῷ. » Πτωχὸν δὲ ἐνταῦθα κέκληκε μυστικῶς τὸν κατὰ σάρκα ἄνθρωπον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὃς « πλούσιος ὢν ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. » Ἐδήλου δὲ αὐτοῦ τὴν πτωχείαν καὶ αὐτὸς λέγων · « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. » Τούτῳ οὖν τῷ πτωχῷ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ αὐτοῦ τῇ αὐτοῦ φιλανθρωπίᾳ καὶ χρηστότητι ἡτοί-

A Vers. 10, 11. « Pluviam voluntariam segregabis, Deus, hæreditati tuæ, et infirmata est, tu vero perfecisti eam. » Tunc, inquit, « cum egredereris in conspectu populi tui, et cum pertransires in deserto, terra mota est, et cœli distillaverunt. » In præsenti autem cum ascendisti super occasum, mirabilia alia perpetrasti. Nam hæreditati tuæ segregasti pluviam voluntariam. Hæreditas porro illius quænam erat post priorem illum populum, nisi Ecclesia gentium, ut ipse docet in secundo psalmo : « Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [18]. » Nam Filius Dei, cui Pater præcipit ut petat in hæreditatem, non Judæorum gentem, sed omnes gentes et termi-
B nos terræ, quisnam fuerit, nisi qui Ecclesiam ex gentibus constituit? Huic itaque hæreditati suæ segregavit pluviam voluntariam : quare de illo dictum est : « Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram [19]. » Pluvia autem voluntaria erat verbum evangelicum, et prædicatio Novi Testamenti Ecclesiæ gentium tradita. E re adjicitur ad « pluviam » illud, « voluntariam : » nam per Moysem non voluntarium antiquis illis tradebatur verbum, quia non secundum ipsius sententiam lex dabatur. Quamobrem illos sic Salvator alloquitur : « Moyses ad duritiam cordis vestri scripsit [20]. » At verbum evangelicum secundum voluntatem et electionem Dei « hæreditati » ejus traditum est : quam infirmam tu, inquit, perfecisti;
C secundum Aquilam, « laborantem, inquit, tu fundasti eam; » secundum Symmachum vero, « quam elaborasti, inquit, et fundasti. » Neque multis opus sermonibus est ad declarandum quo pacto gentium Ecclesia pridem defessa, laboribusque erroris idolorum confecta esset, ac supra modum infirma, ut nulla ipsi virtus superesset. Sed ipsam Servator susceptam perfecit, inque firma et immota petra fidei suæ fundavit : quod se facturum pollicitus erat dicens : « Supra petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam. [21] » Postquam vero fundavit et perfecit, animalia sua habitare fecit in ea. Animalia vero Dei quæ dixeris esse, nisi animas vita
D quæ apud ipsum est, instructas et donatas? Et hæc inquit, omnia per dulcedinem et humanitatem tuam, sive per « bonitatem tuam » secundum reliquos interpretes, « pauperi parasti. » Pauperem hic mystice vocat hominem Salvatoris nostri secundum carnem, qui « cum dives esset, egenus propter nos factus est, ut nos ejus inopia divites essemus [22]. » Suam vero ipse inopiam his verbis declaravit : « Discite a me, quia mitis sum et humilis corde [23]. » Huic igitur pauperi Deus et Pater ejus humanitate ac dulcedine sua prædicta omnia præparavit; videlicet pluviam voluntariam, præfatam hæreditatem et memorata

[18] Psal. II, 7, 8. [19] Psal. LXXI, 6. [20] Marc. X, 5. [21] Matth. XV, 18. [22] II Cor. VIII, 9. [23] Matth. XI, 29.

animalia. Quamobrem post hæc omnia infertur : « Parasti in dulcedine tua pauperi. Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa. » Hæc sunt præclara Domini opera, qui ascendit super occasum. Quoniam vero ea omnibus declarari oportuit, id etiam ipse Dominus post reliqua omnia efficit. Quomodo et qua ratione ? Hominibus quidem qui nec proprium verbum nec propriam sapientiam habent, sed qui omnino rudes et ineruditi sunt, ipse verbum suppeditabit plenum inenarrabili virtute. Ipsi vero roborati et tradito sibi verbo diserti, præcones bonorum totius mundi constituentur, ut memorata hominibus omnibus annuntient. Quare consequenter post præclara illa Domini opera adjicitur illud :

A μασε τὰ προλεχθέντα πάντα· λέγω δὲ τὴν ἐκούσιον βροχὴν, τὴν δηλωθεῖσαν κληρονομίαν, τὰ προλεχθέντα ζῶα. Διὸ τοῖς πᾶσιν ἐπενήνεκται τὸ, « Ἡτοίμασας ἐν τῇ χρηστότητί σου τῷ πτωχῷ. Κύριος δώσει τὸ ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. » Τὰ μὲν κατορθώματα τοῦ ἐπιβεβηκότος ἐπὶ δυσμῶν Κυρίου τοσαῦτα. Ἐπεὶ δ' ἐχρῆν αὐτὰ ἑξάκουστα πᾶσιν ἀνθρώποις γενέσθαι, πάλιν ὁ αὐτὸς Κύριος καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐπιτελεῖ. Πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον; Ἀνθρώποις μὴ ἔχουσιν ἴδιον λόγον, μηδὲ οἰκείαν σοφίαν, παντελῶς δὲ ἰδιώτας ἀνεπιστήμοσιν, αὐτὸς ἐπιχορηγήσει ῥῆμα μεστὸν ἀφάτου καὶ πολλῆς δυνάμεως. Οἱ δὲ δυναμωθέντες καὶ στομωθέντες ὑπὸ τοῦ δωρηθέντος αὐτοῖς ῥήματος κήρυκες ἀγαθῶν τοῦ παντὸς κόσμου καταστήσονται εὐαγγελιζόμενοι πᾶσιν ἀνθρώποις τὰ προλελεγμένα. Διὸ ἀκολούθως τοῖς τοῦ Κυρίου κατορθώμασιν ἐπενήνεκται τό·

« Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa. » Necessarium vero fuit id nos cognoscere, quia superius quidam jussi sunt canere et psallere Deo, iterque facere ei qui ascendit super occasum : idque declarat dicens : « Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa. » His enim evangelizantibus, qui suo ad homines transitui viam parabunt, ipse qui annuntiandus ab ipsis est, dabit verbum divinum. Nam multi erant ejusdem verbi capaces cum virtute multa : magnumque ipsis erat hujusmodi verbum, quod ad Evangelii ministerium sufficeret. Ipse namque Dominus perfectum erat Dei Verbum. Ii vero qui verbum acceperunt brevi quodam virtutis ejus afflatu dignati, virtute cum multa prædicantes, universum orbem Evangelio repleverunt : quod ipse iisdem pollicitus his verbis erat : « Vos autem accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos [24] ; » Secundum Symmachum autem : « Dominus, inquit, dedit verba evangelizanti exercitui multo. » Ingens autem erat Salvatoris nostri exercitus, eorum scilicet quibus verba illa data et annuntiata fuerant ; primo quidem apostolorum duodecim ; secundo discipulorum septuaginta ; præter hæc vero aliorum quingentorum, quibus simul post resurrectionem apparuit, ut divinus Apostolus testificatur his verbis : « Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul : ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt [25] ; » postea subjungit : « Deinde visus est apostolis omnibus [26]. » Et erant sane cum illis duodecim, cum illis septuaginta, et cum illis quingentis, alii bene multi Evangelii præcones, apostolicis temporibus, et post illos alii, qui per totum orbem in Ecclesiis Evangelium ejus prædicarunt, quibus rex virtutum Dilecti virtutem suppeditabat. Aliæ item præter illas erant Dilecti virtutes, cœlestes nimirum exercitus, angeli, archangeli et divini spiritus. Hæ virtutes Dilecti erant. Qua-

B « Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. » Ἀναγκαῖον δὲ ἦν γνῶναι ἡμᾶς καὶ τοῦτο. Ἐπειδὴ ἀνωτέρω παρεκελεύετό τισιν ᾄδειν καὶ ψάλλειν τῷ Θεῷ, ὁδοποιεῖν τε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν, παρέστησεν εἰπών· « Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. » Τούτοις γὰρ τοῖς εὐαγγελιζομένοις καὶ ὁδοποιοῦσιν αὐτῷ τὴν εἰς ἀνθρώπους πάροδον αὐτὸς ὁ πρὸς αὐτῶν καταγγελλόμενος δώσει ῥῆμα θεῖκόν. Τοσοῦτοι γὰρ ἦσαν χωρητικοὶ σὺν πολλῇ δυνάμει· καὶ μέγα ἦν αὐτοῖς τοιοῦτο τὸ ῥῆμα καὶ αὐτάρκες εἰς τὴν τοῦ Εὐαγγελίου διακονίαν. Αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Κύριος ὁ τέλειος ἦν τοῦ Θεοῦ Λόγος. Οἱ δὲ ῥῆμα λαβόντες καὶ βραχείας τινὸς τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐμπνεύσεως κατα-
C ξιωθέντες τὴν σύμπασαν ἐπλήρουν οἰκουμένην τοῦ Εὐαγγελίου σὺν πολλῇ δυνάμει κηρύττοντες. Τοῦτο γοῦν καὶ ἐπήγγελτο αὐτοῖς δι' ἑαυτοῦ φήσας· « Ὑμεῖς δὲ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς. » Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, « Κύριος, φησὶν, ἔδωκε ῥήσεις (1) εὐαγγελιζομένῃ στρατιᾷ πολλῇ. » Στρατιὰ δὲ ἦν πολλὴ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡ τῶν εὐαγγελιζομένων τὰς δοθείσας αὐτοῖς ῥήσεις, πρῶτον μὲν ἀποστόλων ιβ'· ἔπειτα μαθητῶν ο'· καὶ ἐπὶ τούτοις ἑτέρων φ', οἷς ἀθρόως ἐφάνη μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ὡς ὁ θεῖος ἐμαρτύρησεν Ἀπόστολος εἰπών· « Ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω φ' ἀδελφοῖς ἐφάπαξ· ἐξ ὧν οἱ πλείονες
D μένουσι ἕως ἄρτι, τινὲς δὲ καὶ ἐκοιμήθησαν· » οἷς ἐπιλέγει· « Ἔπειτα ὤφθη τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν. » Ἦσαν γὰρ (*sic*) ἦσαν καὶ μετὰ τοὺς ιβ', καὶ μετὰ τοὺς ο', καὶ μετὰ τοὺς φ' ἕτεροι πλείους κήρυκες τοῦ Εὐαγγελίου, κατά τε τοὺς χρόνους τοὺς ἀποστολικοὺς, καὶ μετ' ἐκείνους ἕτεροι οἱ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις αὐτοῦ τὸ Εὐαγγέλιον αὐτοῦ κηρύττοντες, οἷς ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τὴν τοῦ Ἀγαπητοῦ δύναμιν ἐχορήγει. Ἕτεραι δὲ παρὰ ταύταις τοῦ Ἀγαπητοῦ δυνάμεις ἦσαν αἱ κατ' οὐρανὸν στρατιαὶ, ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ πνεύματα θεῖα. Αὗται γὰρ ἦσαν αἱ δυνάμεις τοῦ Ἀγαπητοῦ.

[24] Act. I, 8. [25] I Cor. XV, 6. [26] ibid. 7.

(1) *Drusius*, εὐαγγελιζομένοις.

Διὸ Κύριος τῶν δυνάμεων ἀνηγόρευται. Ἀγαπητὸς δὲ τοῦ Θεοῦ τίς ἦν ἢ ὁ Μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ; ᾧ ἡ πατρικὴ φωνὴ ἐμαρτύρει φήσασα· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, εἰς ὃν ηὐδόκησα· » Οὗτος τοίνυν ὁ βασιλεὺς τῶν τοῦ Ἀγαπητοῦ δυνάμεων, ὥσπερ ταῖς κατ' οὐρανὸν δυνάμεσιν ἐχορήγει τὰς ἑαυτοῦ εὐεργεσίας, οὕτως καὶ τοῖς ἐπὶ γῆς εὐαγγελιζομένοις δίδωσι τὸ εὐαγγελικὸν ῥῆμα σὺν δυνάμει πολλῇ. Καὶ αὐτοὶ δὲ οὗτοι οἱ ἐπὶ γῆς στρατιαὶ ἦσαν αὐτοῦ καὶ δυνάμεις αὐτοῦ. Διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον λέλεκται· « Βασιλεῖς τῶν στρατειῶν ἠγαπήθησαν, » ἤ, ἀγαπητοὶ ἐγένοντο. Τούτοις δὲ αὐτοῖς καὶ ἄλλο χάρισμα ἐδωρήσατο· τοῦτο δὲ ἦν τὸ διελέσθαι σκύλα εἰς ὡραιότητα τοῦ οἴκου. Ὡραιότης μὲν οἴκου τὰ διαπρέποντα ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ εἴη ἂν τάγματα· ὧν καὶ ἐπιθυμητής ὁμολογεῖ τις γεγονέναι, φήσας· « Κύριε, ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου, καὶ τόπον σκηνώματος δόξης σου. » Καὶ πάλιν· « Μίαν ᾐτησάμην παρὰ Κυρίου, ταύτην ζητήσω, τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα Κυρίου καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτοῦ. »

Τὰ Ἅγια τοίνυν τῶν ἁγίων εἴη ἂν ἡ τερπνότης καὶ ὡραιότης τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. Ταῦτα δέ ἐστι τὰ ἐν σωφροσύνῃ καὶ ἁγνείᾳ, καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς διαλάμποντα τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ τάγματα. Εἰς δὲ τὴν ὡραιότητα ταύτην σκύλα διελέσθαι τοῖς αὐτοῦ στρατιώταις ἐδωρήσατο ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων. Τῶν γὰρ πολεμίων ἀνατραπέντων καὶ εἰς φυγὴν κεχωρηκότων, λέγω δὲ τῶν ἀφανῶν καὶ ἀοράτων δυνάμεων, περὶ ὧν ἀνωτέρω ἐλέγετο· « Ἀναστήτω ὁ Θεὸς καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, φυγέτωσαν πάντες οἱ μισοῦντες αὐτὸν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, » οἱ τοῦ νικητοῦ βασιλέως στρατιῶται τὰ σκύλα τούτων εἰς ἑαυτοὺς διῃροῦντο. Σκύλα δὲ ἦμεν ἡμεῖς καὶ πᾶν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, τὸ πάλαι πρότερον ὑποχείριον τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων γεγενημένον· ὧν ἀπελασθεισῶν, οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι, καὶ εὐαγγελισταὶ, ἥ τε λοιπὴ αὐτοῦ στρατεία, τὰς πάλαι πρότερον ἐσκυλευμένας ψυχὰς, κτῆμα ἴδιον ποιησάμενοι, διενείμαντο εἰς ἀλλήλους. Παῦλος μὲν οὖν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ τὰ ἐξ ἐθνῶν ἐκληροῦτο σκύλα· Πέτρος δὲ πάλιν ἑτέρων ἐθνῶν καὶ Ἰωάννης ὡσαύτως ἑτέρων, καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων ἕκαστος παραπλησίως. Ἀφ' ὧν σκύλων τὰ ἐξαίρετα ἀναθήματα, εἰς ὡραιότητα τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ ἀφώριζον. Διὸ λέλεκται· « Καὶ ὡραιότητι τοῦ οἴκου διελέσθαι σκύλα. Ἐὰν κοιμηθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων πτέρυγες περιστερᾶς περιηργυρωμέναι, καὶ τὰ μετάφρενα αὐτῆς ἐν χλωρότητι χρυσίου. » Μνημονεύσας ὁ λόγος τῶν εὐαγγελιζομένων δυνάμει πολλῇ τοῦ τε οἴκου καὶ τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ, ἔτι μὴν καὶ τῶν ἐν αὐτῷ σκύλων, δι' ὧν ἠμίττετο τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ διατρέποντας· ἀκολούθως διὰ τῶν μετὰ χεῖρας καὶ τῶν θεοπνεύστων ἀναγνωσμά-

re Dominus virtutum vocatur. Dilectus autem Dei quis fuerit, nisi Unigenitus Filius Dei, cui hæc paterna vox testificabatur : « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui [27] ? » Ille itaque rex virtutum Dilecti, quemadmodum cœlestibus virtutibus beneficia sua subministrabat, sic et evangelizantibus in terra verbum dat evangelicum cum virtute multa. Ii vero ipsi, qui in terra degebant, exercitus et virtutes ejus erant. Quare secundum Symmachum dicitur, « Reges exercituum dilecti sunt, » sive dilecti evaserunt. His vero ipsis altera gratia collata est; id erat, ut dividerent spolia in speciem domus. Species quidem domus fuerint ornati et decori illi in Ecclesia Dei ordines; quorum se cupidum quispiam fatetur, dicens : « Domine, dilexi decorem domus tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ [28]; » ac rursum : « Unam petii a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ ; ut videam voluptatem Domini et visitem templum ejus [29]. »

Sancta sanctorum itaque voluptas ac species domus Dei fuerint. Hi porro sunt Ecclesiæ Dei ordines, temperantia, castitate, justitia et cæteris virtutibus fulgentes. Ad talem ergo speciem spolia dividere rex virtutum militibus suis concessit. Versis enim et fugatis inimicis, occultis videlicet et invisibilibus virtutibus, de quibus superius dicebatur : « Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, fugiant omnes qui oderunt eum a facie ejus ; » victoris regis milites spolia eorum inter se distribuerunt. Spolia autem nos eramus ; totumque hominum genus, olim adversariis virtutibus subditum. Quibus repulsis Salvatoris nostri discipuli, apostoli et evangelistæ, et reliquus ejus exercitus animas, quæ olim raptæ fuerant, quasi in potestatem et ditionem suam redactas, inter se distribuerunt. Paulus siquidem ab Jerusalem et vicinis locis usque ad Illyricum, gentium spolia sortitus est : Petrus item aliarum gentium, Joannes pariter aliarum, ex reliquis apostolis singuli aliarum similiter gentium spolia obtinuere. Ex quibus spoliis excellentiora donaria ad speciem domus Dei segregarunt. Quamobrem dictum est : « Et speciei domus dividere spolia. Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, et posteriora ejus in pallore auri. » Postquam evangelizantium virtute multa domusque ac speciei ejus, necnon spoliorum quæ in ipsa erant, queis Ecclesia Dei et ii qui in ipsa conspicui fuere subindicabantur, mentio facta est ; consequenter in iis quæ jam tractamus divinitus inspiratas lectiones commemorat, nos ita compellans : « Si dormiatis inter medios cleros. » Cleri autem, sive sortes Ecclesiæ, sunt Vetus et Novum Testamentum Dei : docetque, eos qui in medio eorum versantur pennas columbæ deargentatas inventuros esse; ea-

[27] Matth. III, 17 ; XVII, 5. [28] Psal. XXV, 8. [29] Psal. XXVI, 4.

jus columbæ posteriora dicit esse in pallore auri. Nam cum Spiritus sanctus columba esse intelligatur, quæ verba in Veteri et Novo Testamento leguntur, secundum nudam et obviam lectionem, quasi sub alis occulta sunt, alis, inquam, deauratis, quia eloquia Domini argentum sunt igne examinatum, probatum terræ. Sensa autem in profundo abscondita, quæ memoratæ columbæ, nimirum Spiritus sancti, posterioribus comparanda, in pallore dicuntur esse, quia sententia et purissima mens sub dictione abscondita auri instar effulget. Hisque rursum nos compellat omnes, qui in domo Dei congregati sumus, quos spolia superius nuncupavit. Pro illo autem, « Si dormiatis, » Symmachus sic habet, « Si recideritis inter cleros. » Nam dormire, nunc requiescere significat. Iis igitur qui sacrorum verborum exercitationi vacant, hortatorio modo promittitur divinarum Scripturarum utilitas : nam sacrarum lectionum dictio purgata est instar argenti igne examinati, secundum hanc sententiam : « Eloquia Domini igne examinata [30] ; » ac rursum : « Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum [31]. » Sententia vero spiritualis præstans et magni pretii esse, cum dicitur, « In pallore auri, » declaratur.

A των τὴν μνήμην ποιεῖται ὡς πρὸς ἡμᾶς λέγων· « Ἐὰν κοιμηθῆτε ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων. » Κλῆροι δὲ τῆς Ἐκκλησίας εἰσὶν ἥ τε Παλαιὰ καὶ ἡ Καινὴ Διαθήκη τοῦ Θεοῦ· ὧν τοὺς ἐν μέσῳ διαστρεφομένους διδάσκει πτέρυγας περιστερᾶς περιηργυρωμένας εὑρήσειν· ἧς περιστερᾶς τὰ μετάφρενα εἶναι ἐν χλωρότητι χρυσίου. Τοῦ γὰρ ἁγίου Πνεύματος περιστερᾶς νοουμένου, οἱ ἐν Παλαιᾷ καὶ Καινῇ λελαλημένοι λόγοι, κατὰ μὲν τὴν ἐπιπόλαιον ἀνάγνωσιν, πτέρυξιν ὥσπερ ἐγκεκαλυμμένοι τυγχάνουσι, καὶ πτέρυξι περιηργυρωμέναις, ἐπειδὴ τὰ λόγια Κυρίου ἀργύριόν ἐστι πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ· τὰ δὲ κατὰ βάθους ἐγκεκρυμμένα νοήματα, ἅπερ ἔοικε μεταφρένοις τῆς ἀποδοθείσης περιστερᾶς, δηλαδὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐν χλωρότητι λέγεται εἶναι, τῆς ἐγκεκρυμμένης B τῇ λέξει διανοίας καὶ τοῦ καθαρωτάτου νοῦ χρυσοῦ δίκην ἀπαστράπτοντος. Ταῦτα δὲ ἀναφωνεῖται πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ συνηγμένοις, οὓς διὰ τῶν ἔμπροσθεν σκύλα ὁ λόγος ὠνόμαζεν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « Ἐὰν κοιμηθῆτε, » κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Ἐὰν ἀναπέσητε μεταξὺ τῶν κλήρων, » εἴρηται. Τὸ γὰρ κοιμηθῆναι νῦν διαναπαύεσθαι δηλοῖ. Τοῖς οὖν τῶν ἱερῶν ἀσκηταῖς λόγων προτρεπτικῶς ἡ προσφώνησις ἐπαγγέλλεται τὴν ἐκ τῶν θείων λόγων ὠφέλειαν· ἥ τε γὰρ λέξις τῶν ἱερῶν ἀναγνωσμάτων κεκάθαρται δίκην ἀργυρίου πεπυρωμένου, κατὰ τὸν φήσαντα λόγον· « Τὰ λόγια Κυρίου πεπυρωμένα· » καὶ πάλιν· « Τὰ λόγια Κυρίου λόγια ἁγνὰ, ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ, κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως· » ἥ τε διάνοια ἡ πνευματικὴ ἐξαίρετος καὶ πολυτίμητος διὰ τοῦ λέγεσθαι, « Ἐν χλωρότητι χρυσίου, » παρίσταται.

VERS. 15-17. « Dum discernit cœlestis reges super eam nive dealbabuntur in Selmon. » Pro illo, « Dum discernit cœlestis, » et cætera, sic interpretatur Symmachus : « Quando dispensavit potens regnare illam, quasi nive dealbata erat. Selmon mons Dei, mons pinguis, mons altissimus, mons pinguis : quare curiose investigantur montes excelsi ? Mons in quo desideravit Deus habitare, et Dominus habitabit in finem. » His autem docemur, cum cœlestis ille, sive cœlestium incolarum Deus, prædictam columbam regibus terræ donavit, id est, iis qui in terra regni ejus consortes fuerunt (hi porro erant prophetæ, justi et pii viri, ac discipuli et apostoli Salvatoris nostri, quibus Spiritum sanctum cœlestis ille Deus distribuit); tunc eos qui divini Spiritus donis ornati fuerant, instar nivis candidos clarosque fuisse. Quare dictum est : « Utquid suspicamini montes coagulatos? » Objurgantur scilicet qui aliquid simile exsistere arbitrantur : addit vero qua de causa non oporteat quidvis aliud cum ipso conferre, dicens : « Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo : etenim Dominus habitabit in finem. » Nam ille solus mons est in quo Deus habitare cooptavit, et in quo Pater domicilium habet in sæcula infinita; quare non decet alium cum illo conferre. Nam etsi de aliis dictum fuit illud, « Inhabitabo in illis et inambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus [32]; » at non perinde in ipsis habitat et am-

C « Ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν οὐράνιον βασιλεῖς ἐπ' αὐτὴν, χιονωθήσονται ἐν Σελμών. » Ἀντὶ τοῦ, « Ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν ἐπουράνιον » καὶ τὰ ἑξῆς, ὁ Σύμμαχος τοῦτον ἡρμήνευσε τὸν τρόπον· « Ὁπότε κατεμέριζεν ὁ ἱκανὸς βασιλεύειν αὐτὴν, ὡς χιονισθεῖσα ἦν. Σελμὼν ὄρος Θεοῦ, ὄρος εὐτροφίας, ὄρος ὑψηλότατον, ὄρος εὐτροφίας· εἰς τί περισπουδάζεται τὰ ὄρη τὰ ὑψηλά; Τὸ ὄρος ὅπερ ἐπόθησεν ὁ Θεὸς εἰς τὸ κατοικεῖν ἐν αὐτῷ, καὶ Κύριος κατασκηνώσει εἰς τέλος. » Διδάσκει δὲ ὁ λόγος, ὡς ἄρα κατὰ τὸν καιρὸν ἐν ᾧ ὁ ἐπουράνιος, δηλαδὴ ὁ τῶν ἐν οὐρανοῖς οἰκούντων Θεὸς, τὴν προλεχθεῖσαν περιστερὰν κατεμέριζε τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς βασιλεῦσι, τουτέστι τοῖς ἐν τῇ γῇ μετόχοις τῆς αὐτοῦ βασιλείας, (προφῆται δὲ ἦσαν οὗτοι, δίκαιοί τε καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρες, οἵ τε μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, οἷς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ D Θεὸς διεμέριζεν ὁ ἐπούρανιος,) χιόνος δίκην ἐλαμπρύνοντο οἱ τῶν τοῦ θείου Πνεύματος χαρισμάτων καταξιούμενοι. Διὸ λέλεκται· « Ἵνα τί ὑπολαμβάνετε ὄρη τετυρωμένα; » Ἐπιτιμῶντος τοῦ λόγου τοῖς ἕτερόν τι νομίζουσιν ὅμοιον αὐτῷ εἶναι. Ἐπιλέγει δὲ καὶ αἰτίαν δι' ἣν οὐ προσήκει ἀντιπαραβάλλειν αὐτῷ ἕτερον· διό φησι· « Τὸ ὄρος ὃ ηὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ· καὶ γὰρ ὁ Κύριος κατασκηνώσει εἰς τέλος. » Μόνον γάρ ἐστι τοῦτο ἐν ᾧ ηὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν, καὶ ἐν ᾧ ὁ Πατὴρ κατασκηνοῖ εἰς ἀπείρους αἰῶνας· διὸ οὐ προσήκει ἕτερον ἀντιπαραβάλλειν αὐτῷ. Εἰ γὰρ καὶ λέλεκται περὶ ἑτέρων τὸ, « Ἐνοικήσω ἐν

[30] Psal. xvii, 31. [31] Psal. xi, 7. [32] Levit. xxvi, 12; II Cor. vi, 16.

αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μου λαός· » ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐνοικεῖ καὶ ἐμπεριπατεῖ ἐν τούτοις, ὡς ἐν τῷ αὐτοῦ ὄρει· ὁ γὰρ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ καὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρί· « καὶ ἐν αὐτῷ ηὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατοικῆσαι· » καὶ οὐ ποτὲ μὲν ὤκησεν ἐν αὐτῷ, ἄλλοτε δὲ αὐτοῦ ἀπέστη· ἀλλ' εἰς τὸ ἄπειρον τέλος ἀεὶ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ κατοικεῖ. Αὐτὸς δέ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Διὸ καὶ Σαλμὼν (*sic*) ὠνόμασται, ὅπερ ἐστὶν Εἰρήνη· καὶ τόπος τοῦ Θεοῦ ἡ εἰρήνη λέλεκται, κατὰ τὸ, « Ἐν εἰρήνῃ ἁγίᾳ ὁ τόπος αὐτοῦ. »

bulat, atque in monte suo : etenim Pater in Filio, et Filius in Patre, « et in ipso complacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare [33] : » neque enim modo habitavit in illo, modo recessit ab eo; sed in infinitum ac semper Pater in Filio inhabitat. Ipse autem est pax nostra, secundum Apostolum [34]. Quare Selmon vocatur, id est, Pax; et locus Dei pax dicitur, secundum illud, « In pace sancta locus ejus [35]. »

« Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον, χιλιάδες εὐθηνούντων· Κύριος ἐν αὐτοῖς ἐν Σινaῒ ἐν τῷ ἁγίῳ. » Ἀποδοὺς ὁ λόγος πρώτην τὴν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διδασκαλίαν διὰ τῆς περιστερᾶς, ἔπειτα τὴν περὶ τοῦ Υἱοῦ διὰ τοῦ ὄρους τοῦ Θεοῦ, καταβαίνει λοιπὸν ἐπὶ τὰς ὑποβεβηκυίας δυνάμεις· παριστὰς, ὅτι, εἰ καὶ τὰ μάλιστα τὸ ὄρος τὸ ἀποδοθὲν τοιοῦτον τυγχάνει, ὡς ἐν αὐτῷ κατοικεῖν πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς πατρικῆς θεότητος, ἀλλ' οὐ μόνον τοῦτο κτῆμά ἐστι τοῦ Πατρὸς, ἔχει δὲ καὶ ἄλλας ὑποβεβηκυίας διακονικὰς καὶ λειτουργικὰς δυνάμεις, ἃς μυρίας οὔσας καὶ πολλὰς, τῇ τε ἀρετῇ διαφερούσας ὑφ' ἕνα ζυγὸν καταδησάμενος, ἅρμα ἑαυτῷ κατέζευξεν ὁ παμβασιλεὺς Θεὸς, ὑφ' ἡνιόχῳ τῷ Μονογενεῖ αὐτοῦ Λόγῳ. Τὸ δὲ τούτων πλῆθος καὶ Δανιὴλ ὁ προφήτης ἐν τῇ θεοπτίᾳ παρίστησι λέγων· « Μύριαι μυριάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες παρειστήκεισαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. » Ὃ συμφώνως καὶ νῦν λέλεκται· « Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον, χιλιάδες εὐθηνούντων. » Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· « Ὄχησις τοῦ Θεοῦ μυριάδων, χιλιάδες ἠχούντων. » Τί δὲ « ἠχούντων » ἢ πάντως πνευμάτων πλήρεις δοξολογίας καὶ θεολογίας; Οἷα καὶ τὰ σεραφεὶμ ἀναγέγραπται παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ βοῶντα καὶ λέγοντα· « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. » Ἐν ταύταις δὲ ταῖς χιλιάσι καὶ ταῖς μυριάσι ταῖς ὑπεζευγμέναις τῷ ἅρματι τοῦ Θεοῦ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος μέσος ἐμπολιτεύεται, ὥσπερ ἡνιοχῶν αὐτὰς καὶ τῷ Πνεύματι παρασκευάζων. Διὸ ἐπιλέγεται, « Κύριος ἐν αὐτοῖς. » Ποῖος δὲ Κύριος, σημαίνει προϊὼν καὶ φάσκων· « Ἐν Σινaῒ ἐν τῷ ἁγίῳ. » Αὐτὸς γὰρ ἐκεῖνος, φησὶν, ὁ Κύριος ὁ ἐν Σινaῒ τῷ ἁγίῳ ὄρει ὀφθείς· ἦν δὲ οὗτος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, δηλαδὴ τοῖς ὑπὸ τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ ἐζευγμένοις. Διὸ οὐ τῷ [יהוה] τετραγράμμῳ κέχρηται ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις, στοιχείοις δὲ κοινοῖς τὸν Κύριον περιέχει ἐν τῷ, « Κύριος ἐν αὐτοῖς. » Ἵνα γὰρ ἕτερον παραστήσῃ τοῦτον τοῦ ἀνωτέρω διὰ τοῦ τετραγράμμου σημανθέντος Θεοῦ, ὅτε μὲν « τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ » ἐλέγετο, διὰ τῶν ἀνεκφωνήτων παρ' Ἑβραίοις ἐδηλοῦτο στοιχείων· νυνὶ δὲ τοῖς κοινοτέροις χαρακτῆρσιν, οἷς καὶ ὁ παρ' ἀνθρώποις γράφεται κύριος. Ἀκριβῶς δὲ καὶ τὸν τόπον ἐπισημαίνεται τὸν « ἐν Σινaῒ, » ἵνα σημήνῃ τὸν ἐπὶ γῆς ὀφθέντα Κύριον. Σφόδρα δὲ ἀκολούθως ἐπιλέγει ἑξῆς·

Vers. 18. « Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium, Dominus in eis, in Sinai, in sancto. » Post primam traditam de Spiritu sancto doctrinam per columbæ similitudinem, deindeque de Filio per figuram montis Dei, ad inferiores denique potestates descendit; declarans, etiamsi mons ille memoratus hujusmodi sit, ut in ipso inhabitet omnis plenitudo paternæ divinitatis, non esse tamen solam Patris possessionem; sed ipsum alias habere administras et subditas virtutes, quas, licet infinito numero sint, atque virtute præstantes, sub uno jugo colligans omnium rex ille Deus currui adjunxit suo, aurigante Unigenito Verbo suo. Harum vero multitudinem in divina sua visione declarat Daniel, dicens : « Decies millies dena millia ministrabant ei, et millia millium astabant in conspectu ejus [36]. » Cui accinit hic locus : « Currus Dei multiplex millia lætantium. » Pro quo Symmachus sic interpretatur, « Vectura Dei denorum millium, millia sonantium. » Quid illud, « sonantium, » nisi voces laudibus divinisque sermonibus plenas emittentium? Qualia seraphim apud Isaiam clamare ac dicere scriptum est : « Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus [37]. » Inter hæc millia et dena millia, quæ Dei currui juncta sunt, medius versatur ipse Dominus, quasi aurigans ac Spiritui præparans ipsas. Quamobrem subjungitur, « Dominus in eis. » Qui sit Dominus subinde declarat his verbis, « In Sinai, in sancto. » Nam ipse, inquit, Dominus est qui in monte sancto Sinai visus est; erat autem ille Dei Verbum, visus scilicet iis qui sub curru Dei juncti erant. Quare Hebraica lectio, non tetragrammo, sive voce quatuor litterarum utitur, sed elementa communia Dominum memorans usurpat in illo, « Dominus in eis. » Ut enim eum alium esse declararet ab eo, qui superius per nomen quatuor litterarum indicabatur, Deo, cum « currus Dei » diceretur, elementis apud Hebræos ineffabilibus usus est; nunc vero communioribus characteribus, quibus indicatur dominus quilibet apud homines. Locum item accurate indicat, « in Sinai, » ut significaret Dominum in terra visum. Deinde consequenter admodum infert :

« Ἀνέβης εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν· ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώποις. » Αἰνίτ-

Vers. 22. « Ascendisti in altum, cepisti captivitatem, accepisti dona in hominibus. » Descensum

[33] Coloss. I, 19. [34] Ephes. II, 14. [35] Psal. LXXV, 3. [36] Dan. VII, 10. [37] Isa. VI, 3.

porro ejus subindicat cum ait, « ascendisti : » neque enim ascensurus erat, nisi prius descendisset. « Nam qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos, ut impleret omnia [58]. » Quid autem fecit cum ascendisset? Captivam duxit captivitatem, et accepit dona in hominibus. Quam vero captivitatem captivam duxit, nisi prædicta spolia, quæ milites sui diviserant? Sed etiam largiente Patre suo accepit dona in hominibus, secundum promissionem ad ipsum factam his verbis : « Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam et possessionem tuam terminos terræ. [59] » Acceptis a Patre hujusmodi donis « in hominibus, » suam constituit Ecclesiam. His subjicitur : « Etenim non credentes inhabitare ; » quod clarius interpretatus Symmachus est, « Adhuc et in non credentibus inhabitare. » Nam et illud, inquit, a Patre accepit, ut inhabitaret in eis qui olim non crediderant, et pietati in Deum contradixerant. Nam hanc quoque potestatem accepit, ut in medio non credentium inhabitaret, atque ex ipsis non credentibus dona acciperet. Postquam autem tot præcepta post prophetiam data sunt, deinceps Spiritus sanctus, quasi præclaris mirabilibusque gestis operibus, tot bonorum largitori benedicit his verbis : « Dominus Deus benedictus, benedictus Dominus quotidie. » Non ultra enim, inquit, homines malignos spiritus errore ducti colunt, sed singulis diebus et horis prædictum Dominum benedicunt. Ipse vero Dominus « prosperum iter faciet nobis, » cum ipse sit « Deus salutarium nostrorum. » Hæc vero ex persona chori apostolorum Spiritus sanctus loquitur, ut ab initio sermonis declaravimus. Quoniam igitur prosperum iter a Deo illi precabantur, ut eum adirent, uti jam antea dictum est, necessario dicunt : « Benedictus Dominus quotidie, prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. » Pro illo autem, « salutarium nostrorum, » Symmachus « Salvatoris nostri » interpretatus est ; pro quo rursum Hebraicum exemplar, Salvatoris nostri Jesu nomen commemoravit. « Deus noster, Deus salvos faciendi, et Domini Domini exitus mortis. » Hæc rursum ex persona apostolorum prophetice dicta sunt. Quia enim de Deo prius locuti sunt, consequenter in præsenti dicunt : « Deus noster, Deus salvos faciendi, et Domini Domini exitus mortis ; » sive secundum Symmachum : « Deus nobis, Deus in salutem, et Domini dominatoris exitus in mortem. » Nam cum hic solus Deus sit, is sane exitus invenit queis a morte evaderet. Quandoquidem omnis homo ad ingressum quidem mortis pervenit, nondum tamen ab eo exire potuit. Dominus autem hic memoratus, qui jam communibus elementis in Hebraico libro scribitur, cum exitus a morte aperuerit, Deus saluti cognominis effectus est. Quamobrem dicitur : « Deus noster, Deus salvos faciendi. » Quare hic ipse Jobo vaticinans dicebat : « Venisti autem in fontem maris, et in

[58] Ephes. IV, 10. [59] Psal. II, 8.

A « Quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos[67]. » Quod autem non omnes qui ex Israele sunt, Israel vocandi sint; neque quia semen Abrahæ sunt, ideo omnes filii ejus sint; quodque filii carnis non filii Dei sint[68], neque qui palam Judæus, vere talis sit, neque vera circumcisio sit ea quæ in carne fit; sed Judæus verus in occulto, et circumcisio cordis in spiritu, non in littera sit[69], clare docet Apostolus. Super Israel igitur magnificentia ejus; sed etiam « virtus ejus in nubibus: » de quibus Isaias vaticinatur dicens: « Et nubibus mandabo ne pluant supra vineam pluviam[70]; » indicans scilicet prophetas, et divinarum disciplinarum doctores, qui, subministrante Spiritu, cœlesti pluvia animas hominum ut bonum agrum irrigabant. Ita ergo virtus ejus in nubibus. « Mirabilis Deus in sanctis suis, » qui alii sunt a supra memoratis prophetis et apostolis. Quinam illi, nisi qui ex omnibus gentibus castitate et sanctimonia donati sunt? in quibus mirabilis Deus est, qui virtutem et robur ipsis impertiit. Quare deinde subjungitur: « Deus Israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus. » Hic rursum virtutem sancto populo ejus necessario dari ait, ut possit dicere: « Omnia possum in eo qui me confortat[71]. » Oportuit enim, ut evangelizantibus verbum datum fuerat cum virtute multa, ita quoque populo ejus robur et virtutem subministrari, ut possit contra versutias diaboli consistere, ac perinde atque Paulus dicere: « Quis nos separabit a charitate Dei? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames[72]? » et his similia.

B

C

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΑΛΛΟΙΩΘΗΣΟΜΕΝΩΝ, ΤΩ ΔΑΥΙΔ. ΞΗ'.

IN FINEM, PRO IIS QUI COMMUTABUNTUR, IPSI DAVID. LXVIII.

« Σῶσόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι εἰσῆλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. » Τέτταρές εἰσιν οἱ ἐπιγεγραμμένοι « Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων· » δύο μὲν τοῦ Δαυΐδ, ὁ μετὰ χεῖρας καὶ ὁ νθ'· τῶν δὲ υἱῶν Κορὲ εἷς, ὁ μδ', καὶ τοῦ Ἀσὰφ ὁμοίως ὁ οθ'. Ἐπὶ πάντων δὲ ἀντὶ τοῦ, « Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, » ὁ μὲν Ἀκύλας, « Ἐπὶ κρίνων, » ἐκδέδωκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, « Ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν. » Ὁ μὲν οὖν μδ' τὴν περὶ τοῦ Ἀγαπητοῦ προφητείαν περιείχε, τῆς τε ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας τὴν ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττω ἀλλοίωσιν· ὁ δὲ πεντηκοστὸς ἕνατος ἀποβολὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους καὶ τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν τὴν ἐπὶ τὰ κάλλιστα μεταβολήν· ὁ δὲ οθ' αὖθις τὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἀπόπτωσιν, καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν ἐνανθρώπησιν σημαίνει. Εἰκότως οὖν καὶ ὁ μετὰ χεῖρας, « Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, » ἤ, « Ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν, » κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἤ, « Ἐπὶ κρίνων, » κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἐπιγέγραπται· ἐπειδὴ τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀλλοίωσιν τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ καὶ αὐτὸς περιέχει, οὓς, κρίνα καὶ ἄνθη κατὰ καιρὸν ὀφθέντας, ἡ ἐπὶ τὰ χείρω διεδέξατο μεταβολή. Ἄνθεσι δὲ αὐ-

VERS. 2, 3. « Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. » Quatuor psalmi « Pro iis qui commutabuntur » inscripti sunt. Duo Davidis, nempe hic quem tractamus et LIX: filiorum Core unus, scilicet XLIV; Asaphi similiter LXXIX. In omnibus porro illius loco, « Pro iis qui commutabuntur, » Aquila, « Super lilia, » edidit; Symmachus vero, « Pro floribus. » Quadragesimus itaque quartus de Dilecto prophetiam, atque gentium Ecclesiæ a pejoribus ad meliora immutationem, complectitur; quinquagesimus nonus abjectionem Judaici populi, alienigenarumque gentium ad præstantissima conversionem; rursum septuagesimus nonus Judaici populi lapsum, et Salvatoris nostri incarnationem significat. Jure itaque præsens item psalmus, « Pro iis qui commutabuntur; » aut « Pro floribus, » ut Symmachus; aut, « Super lilia, » ut Aquila, inscriptus est, quia populi ex circumcisione ad pejora mutationem continet, qui cum liliis et floribus olim similes visi fuissent, jam ad deteriora declinarunt. Floribus

[67] Psal. VIII, 2. [68] Rom. IX, 6-8. [69] Rom. II, 28, 29. [70] Isa. V, 6. [71] Philipp. IV, 13. [72] Rom. VIII, 35.

autem illos Isaias comparat dicens : « Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos feni. Exsiccatum est fenum, et flos decidit [74]. » Queis speciosum illum ad breve tempus florentem corporeum Judæorum cultum feno et floribus confert. In præsenti quoque floridi eorum status ad deteriora mutationem et conversionem declarat in sequentibus, ubi dicitur : « Fiat menga eorum coram ipsis in laqueum, et in retributionem et in scandalum. Obscurentur oculi eorum, ne videant, » etc. Et quia longis postea temporibus hæc eventura erant, necessario, « In finem, » inscriptum est. Et vero neque psalmus, neque canticum, neque hymnus, neque quid simile est : quia ea quæ subsequuntur non consentanea tali titulo erant. Quare dixeris prophetiam esse ex persona Servatoris nostri enarrantis ea quæ sibi postea contigerunt ; prædictionemque eorum quæ Judæis post tantos ausus illata sunt. Orditur itaque Servator orationem emittens ad Patrem his verbis : « Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. » Videnturque mihi de industria hæc cum dictis in præcedenti psalmo conjuncta esse. In illo namque dicebatur : « Dixit Dominus : Ex Basan convertam, convertam ex profundo maris [75] ; » in hoc vero, « Veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me. » Oportuit enim edoceri nos quo pacto descenderit Dominus in Basan, quod est ignominia, et quomodo dixerit, « Convertam ex profundo maris. » Quare hæc ipsa in præsenti declarat : de ignominia quidem in sequentibus, dicens : « Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam ; » ac rursus : « Tu scis improperium meum et confusionem meam et reverentiam meam. » De profundo autem maris illud, « Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, et non est substantia. Veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me. » Hæc enim magnam affinitatem habeant cum iis quæ in præcedenti psalmo dicta sunt, nempe in illo : « Dixit Dominus : Ex Basan convertam, convertam ex profundo maris. » Quia in illo ipse Dominus sic dicebat ; et nunc quoque eumdem ipsum esse qui hæc loquitur existimandum.

Ipse igitur quem non alium esse quam Dei Verbum superius demonstravimus, orationem effundit ad Patrem, hominis quem assumpsit cruciatus sibi proprios reputans, quare ait : « Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, et non est substantia. Veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me. » Præcedens utique psalmus his compellabat : « Iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi [76]. » Deinde suam cum

τοὺς παραβάλλει καὶ ὁ Ἡσαΐας λέγων· « Πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα αὐτῆς ὡς ἄνθος χόρτου· ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσε· » δι' ὧν τὸ πρὸς βραχύν τινα χρόνον ἀνθῆσαν καὶ ὡραῖον ὀφθὲν τῆς σωματικῆς Ἰουδαίων θρησκείας χόρτῳ καὶ ἄνθεσιν ἀπεικάζει. Καὶ διὰ τῶν προκειμένων τοίνυν τὴν ἀλλοίωσιν καὶ τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴν τῆς ἄνθης (*sic*) αὐτῶν παρίστησι προῶν ὁ λόγος ἐν οἷς φησι· « Γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτῶν εἰς παγίδα καὶ εἰς ἀνταπόδοσιν καὶ εἰς σκάνδαλον. Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἐπειδήπερ μακροῖς ὕστερον χρόνοις ταῦτα δι' ἔργων χωρεῖν ἔμελλον, ἀναγκαίως « Εἰς τὸ τέλος » προγέγραπται. Οὔτε δὲ ψαλμός ἐστιν, οὔτε ᾠδή, οὔτε ὕμνος, οὔτε τι τοιοῦτον· ἐπεὶ μηδὲ κατάλληλα ἦν τὰ ἐπιλεγόμενα τοιαύτῃ προγραφῇ. Διὸ εἴποις ἂν προφητείαν ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διεξιόντος τὰ περὶ αὐτὸν συμβεβηκότα, προαναφώνησίν τε τῶν Ἰουδαίοις ἐπελθόντων μετὰ τὰ κατ' αὐτοὺς τετολμημένα. Ἀρχόμενος δ' οὖν ὁ Σωτὴρ, εὐχὴν ἀναπέμπει πρὸς τὸν Πατέρα λέγων· « Σῶσόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι εἰσῆλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. » Καί μοι δοκεῖ κατὰ λόγον ταῦτα τοῖς ἐν τῷ προλεχθέντι συνῆφθαι ψαλμῷ. Ἐν ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἐλέγετο· « Εἶπε Κύριος· Ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, ἐπιστρέψω ἐκ βυθῶν θαλάσσης· » ἐν τούτῳ δὲ, « Ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με. » Ἔδει γὰρ ἡμᾶς διδαχθῆναι πῶς εἰς τὴν Βασὰν κατῆλθεν ὁ Κύριος, ὅπερ ἐστὶν αἰσχύνη, καὶ πῶς ἔλεγεν, « Ἐπιστρέψω ἐκ βυθῶν θαλάσσης. » Διὸ δὴ ταῦτα αὐτὰ διὰ τῶν προκειμένων παρίστησι· περὶ μὲν τῆς αἰσχύνης προῶν καὶ λέγων· « Ὅτι ἕνεκα σοῦ ὑπήνεγκα ὀνειδισμὸν, ἐκάλυψεν ἐντροπὴ τὸ πρόσωπόν μου· » καὶ αὖθις· « Σὺ γινώσκεις τὸν ὀνειδισμόν μου καὶ τὴν αἰσχύνην μου καὶ τὴν ἐντροπήν μου· » περὶ δὲ τοῦ βυθοῦ τῆς θαλάσσης τὸ, « Σῶσόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι εἰσῆλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. Ἐνεπάγην εἰς ὕλην (1) βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. Ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με. » Ταῦτα γὰρ πλείστην ἔχοι ἂν ἀκολουθίαν πρὸς τὰ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ λελεγμένα· ἐν τῷ, « Εἶπεν ὁ Κύριος· Ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, ἐπιστρέψω ἐκ βυθῶν θαλάσσης. » Ἐπειδὴ ἐν ἐκείνῳ αὐτὸς ἦν ὁ Κύριος ὁ ταῦτα λέγων· ἔπειτα καὶ νῦν τὸν αὐτὸν εἶναι ἡγεῖσθαι τὸν τὰ προκείμενα διεξιόντα.

Αὐτὸς τοιγαροῦν, ὃν οὐδ' ἕτερον εἶναι ἢ τοῦ Θεοῦ Λόγον διὰ τῶν ἔμπροσθεν παρεστήσαμεν, εὐχὴν ἀναπέμπει τῷ Πατρὶ, ἰδιοποιούμενος τὰ καθ' οὗ ἀνείληφεν ἀνθρώπου πάθη· διό φησι· « Σῶσόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι εἰσῆλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. Ἐνεπάγην εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. Ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με. » Ὁ μὲν οὖν πρὸ τούτου ψαλμὸς προσεφώνει φάσκων· « Ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν, Κύριος ὄνομα αὐτῷ· » εἶθ' ἑξῆς τὴν ἅμα ἀνθρώποις διατρι-

[74] Isa. XL, 6, 7. [75] Psal. LXVII, 23. [76] ibid. 5.

(1) Ὑλην. Interpres legisse videtur ἰλύν, quod verisimilius est et nobis quoque magis placet. EDIT.

δὴν αὐτοῦ παρίστησι λέγων· « Καὶ ἀγαλλιᾶσθε ἐνώπιον αὐτοῦ, τοῦ πατρὸς τῶν ὀρφανῶν καὶ κριτοῦ τῶν χηρῶν. » Καὶ τῶν μαθητῶν δὲ αὐτοῦ καὶ τῶν ἀποστόλων τὴν κλῆσιν ἐδήλου ἐν τῷ, « Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. » Εἶθ' ἑξῆς εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ κάθοδον καὶ τὴν διέξοδον τὴν ἐντεῦθεν ἐδίδασκεν ἐν τῷ, « Καὶ τοῦ Κυρίου Κυρίου αἱ διέξοδοι τοῦ θανάτου· » καὶ ἐν τῷ, « Εἶπε Κύριος· Ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, ἐπιστρέψω ἐκ βυθῶν θαλάσσης· » ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὴν εἰς οὐρανοὺς ἐπάνοδον αὐτοῦ διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐδήλου λέγων· « Ψάλατε τῷ Θεῷ τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ κατ' ἀνατολάς. » Ταῦτα μὲν οὖν ἐν ἐκείνοις· διὰ δὲ τῶν προκειμένων τὰ ὡς ἐν παραδρομῇ τότε λελεγμένα πλατύνει, δεικνὺς ὅπως λέλεκτο· « Καὶ τοῦ Κυρίου Κυρίου αἱ διέξοδοι τοῦ θανάτου, » καὶ τὸ, « Εἶπε Κύριος· Ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, ἐπιστρέψω ἐκ βυθῶν θαλάσσης. » Ταῦτα γὰρ εἰς πλάτος ἐπὶ τοῦ παρόντος διεξέρχεται λέγων· « Σῶσόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι εἰσῆλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. Ἐνεπάγην εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. Ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με. » Πειρασμοὺς δὲ καὶ διωγμοὺς καὶ ἐπαναστάσεις ἀσεβῶν ἀνδρῶν ὕδατα καλεῖν εἰωθεν ὁ Λόγος· Οὕτω γοῦν εἴρηται ἀλλαχοῦ· « Τὸν χείμαρρον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν· ἄρα διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ ἀνυπόστατον. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Σωτὴρ ἐδίδασκε τοῦτο λέγων· « Κατέβη ἡ βροχὴ, ἦλθον οἱ ποταμοὶ, ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ προσέρρηξαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἔπεσε· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν. » Καὶ διὰ τῶν προκειμένων τοίνυν τοὺς πειρασμοὺς καὶ τὰς κατ' αὐτοῦ ἐπιβουλὰς, ὕδατα ὀνομάζων εἰσεληλυθέναι ἕως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ διδάσκει. Ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Ἰὼβ, καίπερ ὄντος ἀθλητοῦ γενναίου, γέγραπται εἰρηκὼς ὁ Θεὸς τῷ πειράζοντι· « Ἰδοὺ πάντα ὅσα ὑπάρχει αὐτῷ δίδωμι ἐν τῇ χειρί σου, μόνον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διαφύλαξον. » Ἐνταῦθα δὲ τὴν ψυχὴν αὐτὴν ὁ πειράζων πειράζει, ἥτις ποτὲ ἦν αὕτη, ἧς μέμνητο καὶ αὐτὸς λέγων· « Οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν· » καὶ πάλιν· « Τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων μου· » καὶ, « Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· » καὶ, « Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. » Ὅθεν καὶ νῦν φησιν· « Ὅτι εἰσῆλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου· » κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· « Ὅτι ἐπῆλθεν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. » Εἶτα ἐπιλέγει· « Ἐνεπάγην εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις· » κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· « Ἐβαπτίσθην εἰς ἀπεράντους καταδύσεις, καὶ οὐκ ἔστι στάσις, » ἡρμήνευσε· σφόδρα ἀκολούθως. Ἔνθα γὰρ οὐκ ἦν στάσις ἑτέροις, διὰ τὸ πάντας τοὺς αὐτόθι κατελθόντας ὀλίσθῳ περιπεσεῖν καὶ κατασύρεσθαι ὑπὸ τῶν τοῦ θανάτου ῥευμάτων, ἐνταῦθα καὶ αὐτὸς ἦλθον, ὁπηνίκα εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης ἐλήλυθα· ἤ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Εἰσῆλθον εἰς τὰ βάθη τῶν ὑδάτων, καὶ ῥεῖθρον ἐπέκλυσέ με. » Καὶ τὰ παραπλήσια δὲ τούτοις καὶ Ἰωνᾶς ὁ προφήτης ἀπὸ τῆς

hominibus commorationem enuntiabat dicens : « Et exsultate in conspectu ejus, patris orphanorum et judicis viduarum [76]. » Discipulorum item et apostolorum suorum vocationem declarabat in illo : « Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multa [77]. » Sub hæc ejus ad mortem descensum, et inde reditum docuit ita fatus : « Et Domini Domini exitus mortis [78] ; » et in illo, « Dixit Dominus : Ex Basan convertam, convertam ex profundo maris. » Ad hæc autem omnia, reditum ejus ad cœlum in eodem psalmo sic enarravit : « Psallite Deo qui ascendit super cœlum cœli ad orientem [79]. » Hæc ibi. In præsenti autem quæ quasi in transcursu tunc dicta fuerant fusius aperit, ostendens quo sensu dictum de Domino fuerit : « Et Domini Domini exitus mortis, » atque illud, « Dixit Dominus : Ex Basan convertam, convertam ex profundo maris. » Hæc enim fusius in præsenti enarrat dicens : « Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, et non est substantia. Veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me. » Tentationes autem, vexationes et insultus impiorum virorum, aquas vocare Scripturæ mos est. Ita enim dicitur alibi : « Torrentem pertransivit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam sine fundo [81]. » Idipsumque idem Servator docet his verbis : « Descendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti, et impegerunt in domum illam, et non cecidit : fundata enim erat supra petram [82]. » In his itaque dictis tentationes et insidias sibi paratas, aquas nuncupans, usque ad animam suam venisse docet. De Jobo sane, tametsi strenuus athleta erat, dixisse Deum tentatori fertur : « Ecce omnia quæcunque ipsi sunt do in manu tua, tantum animam ejus servato [83]. » Hic vero ipsam animam tentator aggreditur, eam ipsam scilicet de qua Dominus dicit : « Nemo tollit animam meam a me : potestatem habeo ponendi illam, et potestatem habeo accipiendi eam [84]. » Et iterum : « Animam meam pono pro ovibus meis [85], » et, « Nunc anima mea turbata est [86] ; » et, « Tristis est anima mea usque ad mortem [87]. » Quamobrem nunc quoque ait : « Quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam : » sive secundum Symmachum : « Quoniam accesserunt aquæ usque ad animam meam. » Deinde subjungit : « Infixus sum in limo profundi, et non est substantia ; » secundum Symmachum vero : « Immersus sum in infinitas voragines, et non est status, » explicatur ; et quidem e re admodum. Nam ubi nullus standi modus aliis erat, quia quotquot eo descenderant in perniciem ibant, et a fluctibus mortis detrahebantur, eodem accessi quando veni in altitudinem maris ; sive, secundum Symmachum, « Ingressus sum in profundum aquarum, et fluctus inundavit me. » Et his similia Jonas propheta a ventre ceti precatus scribitur ; ait igitur ille : « Circumfusa est mihi aqua

[76] Psal. LXVII, 5, 6. [77] ibid. 12. [78] ibid. 21. [79-80] ibid. 34. [81] Psal. CXXIII, 5. [82] Matth. VII, 25. [83] Job II, 6. [84] Joan. X, 18 [85] ibid. 15. [86] Joan. XII, 27. [87] Matth. XXVI, 38.

usque ad animam meam, abyssus ultima circumdedit me. Subiit caput meum ad divisiones montium, descendi in terram, cujus vectes sunt adminicula æterna [88]. » Quapropter exemplo Jonæ prophetæ usus Servator est ad eos, qui signum ab se petebant, dicens : « Generatio prava et adultera signum quærit, et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ. Sicut enim fuit Jonas propheta in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit et Filius hominis in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus [89]. » Cor terræ vocat id quod hic dicitur profundum maris, inferni loca subindicans. Quamobrem in Job quoque oracula fundens ipse Dominus similia declaravit dicens : « Venisti autem ad fontem maris, in vestigiis vero abyssi deambulasti. Aperiuntur tibi timore portæ mortis : ostiarii inferni videntes te conterriti sunt [90]. »

A κοιλίας τοῦ κήτους ἀναγέγραπται ηὐγμένος. Λέγει δ' οὖν καὶ αὐτός· « Περιεχύθη μοι ὕδωρ ἕως ψυχῆς μου· ἄβυσσος ἐκύκλωσέ με ἐσχάτη. Ἔδυ ἡ κεφαλή μου εἰς σχισμὰς ὀρέων, κατέβην εἰς γῆν, ἧς οἱ μοχλοὶ αὐτῆς κάτοχοι αἰώνιοι. » Διόπερ τῷ παραδείγματι τοῦ Ἰωνᾶ κέχρηται ὁ Σωτὴρ πρὸς τοὺς αἰτήσαντας αὐτὸν σημεῖον, εἰπών· « Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. Ὥσπερ γὰρ ἐγένετο Ἰωνᾶς ὁ προφήτης ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, οὕτως ἔσται καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. » Καρδίαν δὲ γῆς τὰ ἐνταῦθα λεγόμενα βάθη θαλάσσης ὀνομάζει, τὰ τοῦ ᾅδου χωρία αἰνιττόμενος. Διὸ καὶ ἐν τῷ Ἰὼβ χρηματίζων ὁ αὐτὸς Κύριος τὰ ὅμοια παρίστη λέγων· « Ἦλθες δὲ ἐπὶ πηγὴν θαλάσσης, ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας. Ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου, πυλωροὶ ᾅδου ἰδόντες σὲ ἔπτηξαν. »

Vides autem quomodo hic quoque cum fontem maris nominasset, et adjecisset, « In vestigiis abyssi ambulasti, » declaret quid sit abyssus, quid mare, subjiciens : « Aperiuntur autem tibi timore portæ mortis, ostiarii vero inferni videntes te conterriti sunt. » Hic igitur etiam profundum maris mortis regiones adumbrat, quo descendens Salvator et Dominus noster, solus inde regressus est. Quare in præcedenti quoque psalmo dicebatur : « Et Domini Domini exitus mortis [91] ; » ac rursum : « Dixit Dominus : Ex Basan convertam, convertam ex profundo maris [92]. » Pro illo autem, « Et tempestas demersit me, » Aquila, « Et profluvium inundavit me ; » Symmachus vero, « Et fluctus inundavit me, » interpretati sunt. Nam verisimile est adversarias potestates in circuitu ejus stetisse, quando ingressus mare confregit capita draconum in aqua. Quocirca in præcedenti psalmo dicebatur : « Et Domini Domini exitus mortis. Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum [93]. » Non enim alio modo illos mortis exitus pertransisset, nisi confregisset capita inimicorum suorum, qui istic erant. Quod si quis hæc eo dixisse Davidem putet, quod ipse in multas tentationes inciderit, is perpendat quomodo possint isthæc Davidi competere : « Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto ; » aut illud, « Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, et in retributiones et in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper incurva. » Cæteraque his similia si quis sibi collegerit, Davidis personæ nullatenus congruere deprehendet. Interpretationi autem illi de Servatore nostro evidentibus argumentis fidem conciliat sacrorum Evangeliorum testimonium, cum ab allato Jonæ exemplo, tum ex hujus psalmi dicto, « Quoniam zelus domus tuæ comedit me, » quod in Evangelio secundum Joannem, ipsissimis verbis impletum declaratur, ubi

B Ὁρᾷς γὰρ ὅπως καὶ ἐν τούτοις πηγὴν θαλασσης ὀνομάσας, καὶ προσθεὶς τὸ, « Ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας, » τὴν ἄβυσσον καὶ τὴν θάλασσαν τίνα ἐστὶ διασαφεῖ ἐπιλέγων· « Ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου, πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν. » Οὐκοῦν καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις τὰ βάθη τῆς θαλάσσης τὰ τοῦ θανάτου χωρία αἰνίττεται, ἔνθα μόνος καταβὰς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν διεξῆλθεν. Διὸ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ ἐλέγετο· « Καὶ τοῦ Κυρίου Κυρίου αἱ διέξοδοι τοῦ θανάτου· » καὶ πάλιν· « Εἶπε Κύριος· Ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, ἐπιστρέψω ἐκ βυθῶν θαλάσσης. » Ἀντὶ δὲ τοῦ· « Καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με, » ὁ μὲν Ἀκύλας, « Καὶ ῥοῦς ἐπέκλυσέ με· » ὁ δὲ Σύμμαχος, « Καὶ ῥεῖθρον ἐπέκλυσέ με, » ἡρμήνευσεν. Εἰκὸς γὰρ περὶ αὐτὸν γεγονέναι τὰς ἀντικειμένας C δυνάμεις, ὅτε, ἐπιβὰς τῇ θαλάσσῃ, συνέτριβε τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος. Διὸ καὶ ἐν τῷ πρὸ τούτου ἐλέγετο ψαλμῷ· « Καὶ τοῦ Κυρίου Κυρίου αἱ διέξοδοι τοῦ θανάτου. Πλὴν ὁ Θεὸς συνθλάσει κεφαλὰς τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ. » Οὐ γὰρ ἂν ἄλλως διεξεληλύθει τὰς διεξόδους τοῦ θανάτου ἢ συνθλάσας τὰς κεφαλὰς τῶν αὐτόθι ἐχθρῶν αὐτοῦ. Ἐὰν δέ τις ταῦτα νομίζῃ λέγειν τὸν Δαυὶδ διὰ τὸ πολλοῖς περιπεπτωκέναι πειρασμοῖς, ἐπιστησάτω πῶς οἷόν τε ἦν τῷ Δαυὶδ ἁρμόζειν τὸ λέγειν· « Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος· » ἢ τὸ, « Γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτῶν εἰς παγίδα καὶ εἰς ἀνταποδόσεις καὶ εἰς σκάνδαλον. Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν. καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διὰ παντὸς σύγκαμψον. » Καὶ D τὰ λοιπὰ δὲ τούτοις παραπλήσια συναγαγών τις ἑαυτῷ, εὕροι ἂν οὐδαμῶς ἁρμόζοντα τῷ τοῦ Δαυὶδ προσώπῳ. Τὴν δέ γε ἐπὶ τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα ἑρμηνείαν πιστώσεται σφραγῖσιν ἀναμφιλέκτοις ἡ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων μαρτυρία, ἀπό τε τοῦ παρατεθέντος τοῦ Ἰωνᾶ παραδείγματος, καὶ ἀπὸ τοῦ λέγεσθαι ἐν τοῖς προκειμένοις, « Ὅτι ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με· » ὅπερ αὐτολεξεὶ μεμαρτύρηται εἰς

[88] Joan. II, 6, 7. [89] Matth. XII, 39, 40. [90] Job XXXVIII, 16, 17. [91] Psal. LXVII, 21. [92] ibid., 23. [93] ibid. 22.

αὐτὸν πεπληρωμένον ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ, ἐν ᾧ γέγραπται· « Καὶ ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ πρόβατα πωλοῦντας καὶ βόας καὶ περιστεράς. » Εἶθ' ὡς ἤλασε τούτους εἰπών· « Ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν, μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρός μου οἶκον ἐμπορίου, » ἐπιλέγει ὁ εὐαγγελιστής· « Ἐμνήσθησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅτι γεγραμμένον ἐστίν· Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με. » Ἀλλὰ καὶ τὸ, « Ἔδωκαν εἰς βρῶμά μου χολήν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος, » ἐν τοῖς μετὰ χεῖρας κείμενον, ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μεμαρτύρηται λελεγμένον, κατὰ τὸν Ἰωάννην, φήσαντα· « Μετὰ ταῦτα ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα τετέλεσται ἤδη, ἵνα πληρωθῇ ἡ Γραφὴ, λέγει· Διψῶ. Λεκάνη ἔκειτο ὄξους μεστή· σπόγγον οὖν μεστὸν ποιήσαντες ὄξους μετὰ χολῆς, ὑσσώπῳ περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. Ὅτε οὖν ἔλαβεν ὁ Ἰησοῦς τὸ ὄξος μετὰ χολῆς, εἶπε· Τετέλεσται καὶ αὕτη ἡ Γραφὴ, » καὶ τὰ λοιπὰ δὲ εἰς πρόσωπον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναφερόμενα, σώζοι ἀναβίαστον (1) τὴν ἑρμηνείαν.

A dicitur : « Et ascendit Jesus Jerosolymam, et invenit in templo vendentes oves et boves et columbas. » Deinde postquam ejecisset eos dicens : « Auferte ista hinc ; nolite facere domum Patris mei domum negotiationis, » subdit evangelista : « Recordati sunt discipuli ejus quia scriptum est : Zelus domus tuæ comedit me [94]. » Sed etiam illud, « Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto, » quod in hoc psalmo habetur, ex persona Salvatoris nostri dictum declaratur, secundum Joannem, qui ait : « Postea videns Jesus quia omnia consummata sunt, ut impleretur Scriptura, dixit : Sitio. Vas erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto cum felle hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus. Cum B ergo accepisset Jesus acetum cum felle, dixit : Consummata est et hæc Scriptura [95], » et cætera quæ ad personam Servatoris nostri referuntur ; et sine ulla violentia interpretationem hanc tuentur

« Ἐκοπίασα κράζων, ἐβραγχίασεν ὁ λάρυγξ μου, ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοί μου ἀπὸ τοῦ ἐλπίζειν με εἰς τὸν Θεόν μου. » Καὶ ταῦτα ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην ἐπληροῦτο Εὐαγγελίῳ· ἐν ᾧ εἱστήκει ὁ Ἰησοῦς καὶ ἔκραζε λέγων· « Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρὸς μὲ καὶ πινέτω· » αὖθις δὲ εἴρηται· « Ἰησοῦς δὲ ἔκραζε καὶ ἔλεγεν· Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με. Καὶ ὁ θεωρῶν ἐμὲ θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με. Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ. » Καὶ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου δὲ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπε· « Πάτερ, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου. Ἐγὼ δὲ ᾔδειν, ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, φωνῇ μεγάλῃ ἐκραύγασε· Λάζαρε, δεῦρο ἔξω. » Ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ πάθος ἱστορεῖ ὁ Ματθαῖος λέγων· « Ἀπὸ δὲ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐνάτης. Περὶ δὲ τὴν ἐνάτην ὥραν, ἀνεβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ λέγων· Ἠλεὶ, Ἠλεὶ, Λαμὰ Σαβαχθανεί. » Τότε μὲν οὖν συνὼν ἀνθρώποις, πάντας βοῶν παρεκάλει ἥκειν καὶ σπεύδειν ἐπὶ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν· καὶ τὸν τεταρταῖον δὲ νεκρὸν μετὰ μεγάλης ἀνεκαλεῖτο κραυγῆς. Ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν ἐνάτην ὥραν τοῦ πάθους ἀνεβόα φωνῇ μεγάλῃ· καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν· « Κράξας φωνῇ μεγάλῃ, ἀφῆκε τὸ πνεῦμα. Καὶ ἰδοὺ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο, καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη, καὶ αἱ πέτραι ἐρράγησαν, καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθησαν· » τὰ τοσαῦτα τῆς μεγάλης αὐτοῦ φωνῆς ἐνεργεῖν δυναμένης. Εἰ δὲ ἐπιστήσειέ τις, ὡς ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης ἐν ταῖς ἐκκλησίαις αὐτοῦ βοᾷ, σπεύδειν ἐπὶ τὸ ζωοποιὸν αὐτοῦ πόμα παρακαλῶν, καὶ τοὺς ταῖς πρὸς θάνατον ἁμαρτίαις νενεκρωμένους ἀνακαλούμενος· τῷ τε

Vers. 4, 5. « Laboravi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ, defecerunt oculi mei dum spero in Deum meum. » Hæc quoque in Evangelio secundum Joannem impleta feruntur, quando stabat Jesus et his verbis clamabat : « Si quis sitit, veniat ad me et bibat [96]. » Rursus quoque dictum est : « Jesus autem clamabat et dicebat : Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui me misit. Et C qui videt me, videt eum qui misit me. Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat [97]. » Et super Lazarum elevatis oculis suis in cœlum dixit : « Pater, gratias ago tibi quia audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis. Et cum hæc dixisset, voce magna clamavit : Lazare, veni foras [98]. » Sed etiam de ipso passionis tempore hæc narrat Matthæus : « A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna dicens : Eli, Eli, Lama Sabachthani [99]. » Tunc itaque cum hominibus degens, clamando omnes cohortabatur, ut venirent maturarentque ad ejus doctrinam : et quatriduanum mortuum clamore magno evocabat. D Sed etiam circa nonam passionis horam, clamabat voce magna : ac postea rursum : « Clamans voce magna, emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duo, et terra mota est, et petræ scissæ sunt, et monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum qui dormierant resurrexerunt [1]. » Hæc scilicet magna ipsius vox edere poterat. Quod si quis consideret qui ab illo ad hoc usque tempus per totum orbem in ecclesiis suis ipse clamet, cohortans singulos ut maturent ad vivificum ipsius potum ; ac revocans illos qui mortalibus peccatis exstincti sunt ; audiat item clamantem passione

[94] Joan. II, 13-17. [95] Joan. XIX, 28-30. [96] Joan. VII, 37. [97] Joan. XII, 44-46. [98] Joan. XI, 41-43. [99] Matth. XXVII, 45, 46. [1] ibid. 50-52.

(1) *Σώζοι ἀναβίαστον.* Forte σώζει ἀκαταβίαστον, vel ἀβίαστον. Edit.

sua ad totum orbem, magis quam tunc ad Sionem, siquidem « in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum [1]; » is sane sciet cur in præsenti ex ejus persona dictum sit : « Laboravi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ. » Nam vocis ejus perseverantiam his indicat. Non enim cum semel clamasset abscessit; sed semper discipulorum voce clamat et ad omnium animas vociferatur : semper item ad Patrem clamat pro iis qui in ipsum crediderunt. Quare deinde subjungit : « Defecerunt oculi mei dum spero in Deum meum. » Pro illo autem, « defecerunt, » Aquila, « confecti sunt, ait, oculi mei, exspectantes Deum. » Clamabat porro et vociferabatur ob multitudinem inimicorum suorum. Quod his verbis declarat : « Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis. » Quod si Ecclesia ejus sit corpus ejus, secundum Apostolum, qui id docet his verbis : « Vos autem estis corpus Christi, et membra ex parte [2]; » dixeris membra corporis quæ magis necessaria sunt, atque, ut ita dicam, sensus, eos ex populo esse qui necessarii habentur; ut, verbi causa, caput præfecti fuerint; os, magistri; aures, prudentes auditores; oculi, qui in Scripturis perspicaces sunt; manus, qui rebus agendis promptiores : atque cum quadam proportione sic reliqua corporis membra distribuantur. Pari modo capillos intelligas esse multitudinem totam, ac superfluam turbam eorum, qui aliquem ornatum toti corpori conciliant, neque tamen perinde necessarii sunt ac reliqua membra. Talibus igitur capillis multo plures numero fuerint qui alieni sunt a fide, utpote qui in lata et spatiosa via incedant. Quamobrem dictum est : « Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis. » Gratis autem odisse dicuntur, qui nullam proferre valent odii causam, ut qui salutare verbum persequuntur, cum nulla incusandi ejus ratio suppetat. Pro illo autem, « qui oderunt me gratis, » Symmachus, « odientes me, inquit, sine causa. » Illi itaque, ait, multiplicati sunt plus quam capilli capitis mei. Quin etiam confortati sunt inimici persequentes eum. Et sane videre est, quo tempore persequendi facultas datur, confortari, extolli, multaque posse inimicos ejus. Injuste autem persequuntur illum, et gratis oderunt. Cum enim nulla subsit inimicitiæ causa, neque consentaneam rationem proferre valeant cur persequantur, injuste tamen vexant. Ille vero cum nihil rapuerit, nihil injuriæ intulerit, supplicium luit. Nam si secundum leges pœnæ a reis repetendæ sint, neque ipse neque germani ejus discipuli aliquo in facinore deprehensi sunt. Jure ergo ait : « Quæ non rapui tunc exsolvebam. » Ac tempore passionis suæ gratis cruciabatur, et supplicium luebat, cum nulli injuriam fecisset. Quare tunc dicebat : « Quæ non rapui tunc exsolvebam; » sive, secundum Aqui-

βωμένῳ αὐτοῦ πάθει τὴν σύμπασαν οἰκουμένην μᾶλλον ἢ τότε Σιών, ἐπείπερ « εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν· » εἴσεται ὅπως ἐν τοῖς προκειμένοις ἐξ αὐτοῦ προσώπου εἴρηται τὸ, « Ἐκοπίασα κράζων, ἐβραγχίασεν ὁ λάρυγξ μου. » Τὸ γὰρ παράμονον αὐτοῦ τῆς βοῆς διὰ τούτων σημαίνει. Οὐ γὰρ ἅπαξ ποτὲ βοήσας παρῆλθεν· ἀλλ' ἀεὶ βοᾷ καὶ κέκραγεν εἰς τὰς πάντων ψυχὰς διὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν· ἀεὶ δὲ καὶ πρὸς τὸν Πατέρα βοᾷ ὑπὲρ τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων. Διὸ ἐξῆς ἐπιλέγει· « Ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοί μου ἀπὸ τοῦ ἐλπίζειν με ἐπὶ τὸν Θεόν μου. » Ἀντὶ δὲ τοῦ, « ἐξέλιπον, » ὁ Ἀκύλας, « Ἐτελέσθησαν, φησὶν, οἱ ὀφθαλμοί μου περιμένοντες τὸν Θεόν. » Ἔδοα δὲ καὶ ἐκεκράγει διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ· ὃ δὴ παρίστησι λέγων· « Ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου οἱ μισοῦντές με δωρεάν. » Εἰ δὲ σῶμα αὐτοῦ τυγχάνει ἡ Ἐκκλησία αὐτοῦ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ὃς ἐδίδασκε λέγων· « Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ καὶ μέλη ἐκ μέρους· » εἴποις ἂν τὰ μὲν ἀναγκαιότερα μέλη τοῦ σώματος, καὶ τὰ, ἵν' οὕτως εἴπω, αἰσθητήρια, τοὺς ἀναγκαίους εἶναι τοῦ λαοῦ· οἷον κεφαλὴν τοὺς ἡγουμένους, στόμα τοὺς διδασκάλους, καὶ τοὺς συνετοὺς ἀκροατὰς τὰ ὦτα, τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς διορατικοὺς τῶν Γραφῶν, χεῖρας τοὺς πρακτικωτέρους, τούτοις τε ἀναλόγως τὰ λοιπὰ μέλη τοῦ σώματος, οἷς ἀκόλουθον εἶη νοεῖν τρίχας εἶναι τοῦ παντὸς τὰ πλήθη, καὶ τὸν περιττὸν ὄχλον φέροντας μέν τινα κόσμον ὅλῳ τῷ σώματι, μὴ μὴν ἀναγκαίαν τινὰ χρῆσιν ὁμοίαν τὰ λοιπὰ μέλη. Τῶν οὖν τοιούτων τριχῶν πολλῷ πλεῖστοι εἶεν ἂν οἱ ἀλλότριοι τῆς πίστεως, ἅτε δὴ τὴν πλατεῖαν καὶ τὴν εὐρύχωρον βαδίζοντες. Διὸ λέλεκται· « Ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου οἱ μισοῦντές με δωρεάν. » Δωρεὰν δὲ μισεῖν λέγονται οἱ οὐκ ἔχοντες αἰτίαν εἰπεῖν τοῦ μίσους, ὡς οἱ τὸν σωτήριον λόγον διώκοντες καὶ μηδὲν καταμέμφεσθαι αὐτῷ δυνάμενοι. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « οἱ μισοῦντές με δωρεάν, » ὁ Σύμμαχος, « Οἱ μισοῦντές με, φησὶν, ἀναιτίως. » Οὗτοι οὖν μᾶλλον ἐπλεόνασαν, φησὶν, ἢ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς μου. Ἀλλὰ καὶ ἐκραταιώθησαν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ οἱ διώκοντες αὐτόν. Ἴδοι γοῦν τις, καθ' ἕκαστον καιρὸν καθ' ὃν διώκειν συγχωροῦνται, κραταιουμένους καὶ ἐπαιρομένους, καὶ πολλὰ δυναμένους τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Ἀδίκως δὲ αὐτὸν διώκουσιν οὗτοι, καὶ ἐμίσουν αὐτὸν δωρεάν. Μηδεμίαν γὰρ ἔχοντες ὑπόθεσιν ἔχθρας, μηδὲ αἰτίας εἰπεῖν εὐλόγους οἷοί τε δι' ἃς διώκουσιν, ὅμως ἀδίκως αὐτὸν διώκουσιν. Ὁ δὲ ὑπὲρ ὧν μὴ ἥρπασε, μηδὲ ἠδίκησε, κόλασιν ὑπέμεινεν. Εἰ γὰρ κατὰ νόμους προσήκει δίκην εἰσπράττεσθαι τοὺς ἠδικηκότας, οὔτε δὲ αὐτὸς οὔτε οἱ αὐτοῦ γνήσιοι μαθηταὶ ἥλωσάν ποτε ἐπὶ παρανομίᾳ· εἰκότως φησίν· « Ἃ οὐχ ἥρπασα τότε ἀπετίννυον. » Καὶ κατὰ τὸν καιρὸν δὲ τοῦ πάθους αὐτοῦ δωρεὰν ἔπασχε, καὶ ὑπὲρ ὧν μὴ ἠδικήκει τιμωρίαν ἐδίδου. Διὸ καὶ τότε ἔλεγεν·

[1] Psal. xviii, 5. [2] I Cor. xii, 27.

« Ἃ οὐχ ἥρπαζον τότε ἀπετίννυον· » ἤ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν· « Ἃ οὐκ ἐδιασάμην τότε ἐπέστρεφον. »

« Ὁ Θεὸς, σὺ ἔγνως τὴν ἀφροσύνην μου. » Ὥσπερ ἀνεγκλήτως ὁ θεῖος Ἀπόστολος *μωρὸν τοῦ Θεοῦ* ὠνόμασε τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος, καὶ ἀσθένειαν τὸν σταυρὸν, εἰπών· « Ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας· » καὶ πάλιν· « Ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρίαν· ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ, καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων· » οὕτω καὶ νῦν οὐκ ἂν ἁμάρτοις τὴν ἐνταῦθα λεγομένην ἀφροσύνην παραπλησίως νοήσας τῇ ὀνομασθείσῃ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ μωρίᾳ. Ἀλλὰ καὶ ὥσπερ ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ, ἐπείπερ ἐξαίρετοί τινές εἰσιν οἱ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως κατηξιωμένοι· οὕτως καὶ ἡ ἐνταῦθα ἀφροσύνη, ἀξία τῆς γνώσεως τυγχάνουσα τοῦ Θεοῦ, μέγαν τινὰ καὶ βαθὺν εἶχε λόγον. Οὐ γὰρ παρὰ τὴν σὴν βουλὴν, οὐδὲ παρὰ τὴν σὴν γνῶσιν ἐγένετο, φησὶν, ἡ ἀφροσύνη μου. Ποία δὲ αὕτη εἰ μὴ ἡ νομιζομένη τοῖς πολλοῖς; Ὡς γὰρ ἡ μωρία Ἕλλησιν ἐνομίζετο μωρία, κατὰ βαθεῖς δὲ λόγους Θεοῦ συνεστελεῖτο· καὶ ἦν τὸ παρ' ἀνθρώποις μωρὸν νομιζόμενον σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων· ηὐδόκησε γὰρ ὁ Θεὸς διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας· οὕτως καὶ ἡ ἀφροσύνη, ἣν δι' ἡμᾶς ὑπῆλθε κενώσας ἑαυτὸν καὶ μορφὴν δούλου λαβὼν καὶ μέχρις θανάτου παρελθὼν, σοφωτέρα τῆς τῶν ἀνθρώπων σοφίας ἦν. Ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, μωρία ἐστὶν, εἰ δὲ μωρία, καὶ ἀφροσύνη, τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν δύναμις Θεοῦ ἐστι. Ταύτην οὖν τὴν ἀφροσύνην καὶ τὴν μωρίαν οὐκ ἠγνόησεν ὁ Θεός· αὐτοῦ γὰρ κρίσει γεγένηται. Διό φησιν· « Ὁ Θεὸς, σὺ ἔγνως τὴν ἀφροσύνην μου. » Ἀπήλλαξε δὲ ἡμᾶς πραγμάτων ὁ Σύμμαχος, ἑρμηνεύσας καὶ εἰπών· « Ὁ Θεὸς, σὺ οἶδας τὴν ἀπειρίαν μου· » ἀπειρίαν δηλαδὴ τὴν ἐν ἀνθρώποις. Τῆς γὰρ ἐν ἀνθρώποις κακίας ἀλλότριος ὢν, τὴν καλὴν ταύτην ἀπειρίαν ἀνατίθησι τῇ γνώσει τοῦ ἑαυτοῦ Πατρός. Καὶ ἄλλη δὲ Γραφὴ θεία ἀφροσύνης μέμνηται τοῦ Σωτῆρος συμφώνως τῇ προκειμένῃ. Γέγραπται γοῦν ἐν Παροιμίαις· « Τάδε λέγει ἀνὴρ τοῖς πιστεύουσι Θεῷ, καὶ παύομαι. Ἀφρονέστατος γάρ εἰμι πάντων ἀνθρώπων, καὶ φρόνησις ἀνθρώπου οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοί. Θεὸς δεδίδαχέ με σοφίαν, καὶ γνῶσιν ἁγίων ἔγνωκα. » Καὶ ἐν τούτοις γὰρ πάντων μὲν ἀνθρώπων ἀφρονέστατον ἑαυτὸν εἶναι λέγει, καὶ φρόνησιν ἀνθρώπου μὴ ἐσχηκέναι· ὅμως δὲ παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ δεδιδάχθαι τὴν πνευματικὴν σοφίαν, καὶ τὴν γνῶσιν τῶν ἁγίων ἐγνωκέναι. Ἀλλὰ καὶ « αἱ πλημμέλειαί μου, φησὶν, ἀπὸ σοῦ οὐκ ἀπεκρύβησαν. » Εἰ γὰρ ἦσάν τινες ἐν ἐμοὶ πλημμέλειαι, δι' ἃς τῷ σταυρῷ με προσετίμησαν, τάχα που σὺ πρῶτος ἔγνως, ὃν λανθάνειν οὐδὲν οἷόν τε· ἀλλ' οὐδένες (*sic*) ἦσαν. Διὸ οἱ μισοῦντές με δωρεὰν ἐμίσουν, καὶ οἱ ἐκδιώκοντές με ἀδίκως ἃ οὐχ ἥρπασα ἐξέπραττον. Ἐπεὶ δὲ ψευδομάρτυρας καὶ

lam : « Quæ non violenter abstuli tunc restituebam. »

Vers. 6. « Deus, tu scis insipientiam meam. » Quemadmodum divinus Apostolus *stultum Dei*, passionem Salvatoris, et crucem, infirmitatem inculpatim vocavit dicens : « Crucifixus est ex infirmitate [a]; » ac rursum : « Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus : et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus [b]; » sic et in præsenti non aberraveris, si insipientiam hic memoratam, pari ratione intelligas atque stultitiam ab Apostolo dictam. Sed sicut novit Dominus qui sunt ejus, quoniam quidam selecti homines sunt Dei cognitione dignati, ita hoc loco insipientia illa, quæ digna est Dei cognitione, magnam profundamque rationem habuit. Neque enim præter voluntatem ac præter cognitionem tuam fuit illa insipientia mea. Quænam illa, nisi quæ talis a multis reputatur? Sicut enim insipientia illa Græcis insipientia æstimabatur, secundum profundam vero Dei rationem, ad melius vertebatur; et quod ab hominibus stultum putabatur, sapientius erat hominibus; nam Deo placuit per stultitiam prædicationis credentes salvos facere, sic et stultitia, quam propter nos subiit, humilians seipsum, formam servi accipiens, et usque ad mortem accedens, sapientior ipsa hominum sapientia erat. Nam crucis ratio pereuntibus quidem, inquit Apostolus, stultitia est. Quod si stultitia et insipientia est, nobis tamen salutem nactis virtus Dei est. Hanc igitur insipientiam et stultitiam non ignoravit Deus; nam ipsius judicio exstitit. Ideo ait : « Deus, tu scis insipientiam meam. » Nos vero Symmachus ab hac re expedivit, sic interpretatus : « Deus, tu scis imperitiam meam, » imperitiam scilicet quæ in hominibus est. Nam cum ab hominum malitia alienus esset, hanc probam imperitiam Patris sui cognitioni assignat. Alibi quoque divina Scriptura insipientiæ Salvatoris meminit, hisque consonat. Scriptum itaque est in Proverbiis : « Hæc dicit vir credentibus Deo, et cesso. Stultissimus enim sum omnium hominum, et prudentia hominis non est in me. Deus docuit me sapientiam, et cognitionem sanctorum novi [c]. » In his namque se omnium hominum insipientissimum pronuntiat, et prudentiam hominis se non habere dicit : sed tamen ab ipso Deo edoctum se spiritualem sapientiam, et cognitionem sanctorum nosse narrat. Sed etiam, inquit, « delicta mea a te non sunt abscondita. » Nam si quædam in me delicta essent, ob quæ me cruci destinaverint, sane tu primus nosses, cui latere nihil potest; sed nulla erant. Quare qui oderant me, gratis oderant : et qui persequebantur me, injuste quæ non rapui exigebant. Quia vero falsos testes et sycophantas ad me accusandum subornarunt, tu nosti, inquit,

[a] II Cor. XIII, 4. [b] I Cor. I, 23-25. [c] Prov. XXX, 1-3.

Deus num quid peccatum a me sit. Neque enim si quædam mihi delicta inessent, tibi essent occulta. Et alias, si nostra ipse peccata abstersit, et factus est pro nobis maledictum, ita ut de illo dicatur : « Ipse peccata nostra portat, et pro nobis cruciatur. Et ipse vulneratus est propter peccata nostra, infirmatus est propter iniquitates nostras. Et Dominus tradidit eum peccatis nostris[1]. » Hæc, inquit, delicta pro hominibus suscepi : tu nosti, Deus, quia non abscondita tibi sunt. Neque enim præter consilium tuum isthæc suscepi. Quare illa notitia tua digna effecisti.

A συκοφάντας ἔστησαν ἐν τῇ κατ' ἐμοῦ κατηγορίᾳ, σὺ οἶδας, φησὶν, ὁ Θεὸς, εἴ τινά μοι πεπλημμέληται. Οὐ γὰρ ἂν ἐκρύβησάν σε, εἴ τινες ἦσαν ἐν ἐμοὶ πλημμέλειαι. Καὶ ἄλλως, εἰ τὰς ἡμετέρας ἀνεμάξατο ἁμαρτίας, καὶ γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, ὡς λέγεσθαι περὶ αὐτοῦ· « Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. Καὶ αὐτὸς ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. » Καὶ ταύτας, φησὶ, τὰς πλημμελείας ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀνεδεξάμην· σὺ ἔγνως, ὁ Θεὸς, ἐπεὶ μὴ ἀπεκρύβησάν σε. Οὐ γὰρ δίχα τῆς σῆς βουλήσεως ταύτας ἀνεδεξάμην· διὸ καὶ ἀξίας τῆς σαυτοῦ γνώσεως αὐτὰς ἐποιήσω.

Vers. 7. « Non erubescant in me qui exspectant te, Domine, Domine virtutum. » Quia doctrinam meam sapientes hujus sæculi criminantur, ipsamque pellunt ut insipientia et stultitia plenam propter ignominiosam crucem, precor ac rogo, eos qui credunt in me abs te servari immutabiles, ita ut nunquam erubescant. Quare tu ipse, Domine, Domine virtutum, eos qui propter cognitionem tuam a me traditam impugnantur, qui gravia semper patiuntur, et usque ad mortem perseverant, ne derelinquas, ne in me sperantes confundantur, qui te Deum Israel exquirunt. Etiamsi enim te olim non noscerent, quia dæmonibus malis subditi erant ; at jam cum te noscant, in omnium oblivionem venerunt, teque solum quærendo perseverant. Quamobrem supplicio ne confundantur, neu « ignominia afficiantur; » sic enim interpretatus Symmachus est : « Ne confundantur super me, qui exspectant te, Domine Deus virtutum, ne ignominia afficiantur super me qui quærunt te, Deus Israel. » Observes porro quomodo dictum sit, « Domine, Domine virtutum ; » ita ut nomen Domini repetitum, et ad Deum universorum relatum sit.

«Μὴ αἰσχυνθείησαν ἐπ' ἐμὲ οἱ ὑπομένοντες σε, Κύριε, Κύριε τῶν δυνάμεων. » Ἐπειδὴ τὴν ἐμὴν διδασκαλίαν οἱ σοφοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου διαβάλλουσιν, ἐλαύνουσί τε αὐτὴν ὡς μεστὴν ἀφροσύνης καὶ μωρίας διὰ τὸν ἐπονείδιστον σταυρὸν, ἀντιβολῶ καὶ δέομαι, τοὺς εἰς ἐμὲ πιστεύοντας φυλάττεσθαι ὑπὸ σοῦ ἀδιατρέπτους, ὡς μήποτε καταισχυνθῆναι. Διὸ σὺ αὐτὸς, ὦ Κύριε, Κύριε τῶν δυνάμεων, τοὺς πολεμουμένους διὰ τὴν σὴν γνῶσιν, ἣν ὑπ' ἐμοῦ παρειλήφασι, πάντοτε ὑπομένοντας τὰ δεινὰ καὶ μέχρι θανάτου καρτεροῦντας, μὴ ἐγκαταλείπῃς, μηδὲ ἐντραπείησαν θαρσήσαντες ἐπ' ἐμοὶ, οἱ σὲ τὸν Θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ ἐκζητοῦντες. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ἦσάν ποτε ἀγνοοῦντές σε διὰ τὸ δαίμοσι πονηροῖς δεδουλῶσθαι, ἀλλὰ νῦν, ἐπιγνόντες σε, πάντων μὲν λήθην ἐποιήσαντο, σὲ δὲ μόνον διατελοῦσι ζητοῦντες. Διὸ ἱκετεύω μὴ καταισχυνθῆναι αὐτοὺς, μηδὲ « ἀσχημονῆσαι· » οὕτω γὰρ ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· « Μὴ καταισχυνθείησαν ἐπ' ἐμοὶ οἱ προσδοκῶντές σε, Κύριε Θεὲ τῶν δυνάμεων· μὴ ἀσχημονήσαιεν ἐπ' ἐμὲ οἱ ἐκζητοῦντές σε, Θεὲ τοῦ Ἰσραήλ. » Ἐπιτήρει δὲ ὅπως εἴρηται τὸ, « Κύριε, Κύριε τῶν δυνάμεων, » δευτεροῦντος τοῦ λόγου τὴν κυριολογίαν καὶ ἐπὶ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἀναπέμποντος.

Vers. 8, 9. « Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. » Cæteri, inquit, homines ob peccata sua correptionibus et opprobriis subjiciuntur; ego vero qui peccatum non novi, propter te sustinui opprobrium, quia tu ipse, Deus hominum amator, pro humano genere me peccatum fecisti; ut qui credunt in me, justitia efficiantur. Imo etiam « propter te sustinui opprobrium, » cum ex voluntate tua me ad nihilum redegi, et ad mortem usque depressi, quo tempore prætereuntes blasphemabant, moventes capita sua et dicentes : « Vah, qui destruis templum, et in tribus diebus ædificas, salvum fac temetipsum. Si Filius Dei es, descende de cruce. Similiter et principes sacerdotum illudentes cum sacerdotibus et Scribis et Pharisæis dicebant : Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, et credemus ei. Speravit in Deum, eripiat eum, si

« Ὅτι ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμὸν, ἐκάλυψεν ἐντροπὴ τὸ πρόσωπόν μου. » Οἱ μὲν λοιποὶ, φησὶν, ἄνθρωποι δι' οἰκείας ἁμαρτίας ἐλέγχοις καὶ ὀνειδισμοῖς ὑποβάλλονται· ἐγὼ δὲ ὁ μὴ γνοὺς ἁμαρτίαν ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμόν· ἐπειδήπερ σὺ αὐτὸς ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ὑπὲρ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἁμαρτίαν με ἐποίησας. ὅπως οἱ πιστεύοντες εἰς ἐμὲ γένωνται δικαιοσύνη. Ἀλλὰ καὶ « ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμὸν, » διὰ τὴν σὴν βουλὴν κενώσας ἐμαυτὸν καὶ μέχρι θανάτου ταπεινώσας, καθ' ὃν καιρὸν οἱ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν καὶ λέγοντες· « Οὐὰ ὁ καταλύων τὸν ναὸν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν. Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐμπαίζοντες μετὰ τῶν ἱερέων καὶ Γραμματέων καὶ Φαρισαίων ἔλεγον· Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. Εἰ βασιλεὺς Ἰσραὴλ ἐστι, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ. Πέποιθεν ἐπὶ τὸν

[1] Isa. LIII, 4-6.

Θεόν· ῥυσάσθω αὐτὸν, εἰ θέλει αὐτόν. Εἶπε γὰρ, ὅτι Θεοῦ Υἱός εἰμι. » Ταῦτα δὴ οὖν θεσπίζων ἐπὶ τοῦ παρόντος, φησίν· « Ὅτι ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμὸν, ἐκάλυψεν ἐντροπὴ τὸ πρόσωπόν μου. » Οὐ γὰρ δι' ἁμαρτίας ἐμὰς, οὐδὲ διὰ παρανόμους πράξεις, ἀλλ', « ἕνεκά σου » καὶ τὸν προλεχθέντα « ὀνειδισμὸν ὑπέμεινα, καὶ τὸ πρόσωπόν μου ἐκάλυψεν ἐντροπή· » ἤ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Ἐκάλυψεν ἀτιμώνησις τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. » Καὶ ταῦτα πάντα ὑπέμεινα, φησὶν, ἕνεκά σου, τουτέστιν ἕνεκα τοῦ σοῦ θελήματος. Ἀλλὰ καὶ « ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ ξένος τοῖς υἱοῖς τῆς μητρός μου. » Δύο δὲ τάγματα ἐν τούτοις παρίστησιν· ἓν μὲν τὸ τῶν ἀληθῶς ἀδελφῶν αὐτοῦ, οἷς ἐγενήθη ἀπηλλοτριωμένος· ἕτερον δὲ τὸ τῶν υἱῶν τῆς μητρὸς αὐτοῦ, οὐ μὴν ἀδελφῶν αὐτοῦ, οἷς ἐγενήθη ξένος. Καὶ μὴν ἐχρῆν υἱοὺς μητρὸς αὐτοῦ, ὄντας ἀδελφοὺς, καὶ αὐτοὺς ὁμοίως τοῖς προτέροις χρηματίζειν. Ἀλλ' οὐκ ὠνόμασε τοὺς υἱοὺς τῆς μητρὸς ἀδελφοὺς, ὡς ἑτέρους ὄντας δηλαδὴ παρὰ τὸ πρῶτον τάγμα τῶν ὀνομασθέντων ἀδελφῶν αὐτοῦ. (1) Εἰς οὖν ἀδελφοὺς μὲν αὐτοῦ γεγενῆσθαι τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς, περὶ ὧν καὶ ἐν ἑτέρᾳ φησίν· « Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ ἐν μέσῳ Ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. » Καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τῇ Μαρίᾳ φανεὶς μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἔλεγε· « Πορεύου πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἶπον αὐτοῖς· Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Τούτοις οὖν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθη κατὰ καιρὸν τοῦ δηλουμένου πάθους, ὅτε πάντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀφέντες αὐτὸν ἔφευγον, αὐτός τε ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων Πέτρος ἠρνήσατο αὐτὸν τρίτον. Τούτοις ξένος καὶ ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθη· τοῖς δὲ υἱοῖς τῆς μητρὸς αὐτοῦ, οὐ μὴν καὶ ἀδελφοῖς οὖσιν αὐτοῦ, ξένος γέγονε. Μέμνηται δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἀδελφῶν αὐτοῦ καὶ μητρὸς, ὅτε, ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν ἐν τῇ συναγωγῇ, ὡς ἐκπλήσσεσθαι αὐτοὺς καὶ λέγειν· « Πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη; Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; Οὐχ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; Πόθεν τούτῳ ταῦτα πάντα; » Ἐὰν μὲν οὖν τοὺς ἐν τῷ μετὰ χεῖρας λεγομένους υἱοὺς μητρὸς αὐτοῦ τούτους εἶναι ἐκλάβοιμεν, ἀνάγκη τὴν ἁγίαν Παρθένον μητέρα φάναι γεγονέναι τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. Ἀλλ' ἐπιφαίνεται Ἰάκωβος ὁ χρηματίσας αὐτοῦ ἀδελφὸς οὐκ ἀπεξενωμένος αὐτοῦ γεγονὼς, οὐδὲ ἀλλότριος τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, εἷς δὲ τῶν σφόδρα γνησίων αὐτοῦ μαθητῶν· ὡς καὶ τὸν θρόνον ἀναδέξασθαι πρῶτον τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας. Καὶ οἱ λοιποὶ δὲ αὐτοῦ ἀδελφοὶ, εἰ καὶ τὰ μάλιστα κατ' ἀρχὰς οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα δῆλοί εἰσι πιστεύσαντες. Ἱστορεῖ δ' οὖν τὸ Εὐαγγέλιον, ὡς ἄρα ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἱστήκεισαν ἔξω ζητοῦντες λαλῆσαι αὐτῷ. Καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι δὲ τῶν ἀποστόλων λέλεκται, ὡς ἄρα ἦσαν οἱ ἀπόστολοι κοινῇ πάντες προσκαρτεροῦντες τῇ προσευχῇ σὺν Μαριὰμ

A vult eum. Dixit enim, quia Filius Dei sum [8]. » Hæc nunc vaticinans dicit : « Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam. » Non enim ob peccata et improba facinora mea ; sed « propter te » prædictum « opprobrium sustinui, et operuit confusio faciem meam ; » sive, secundum Symmachum : « Operuit ignominia faciem ejus. » Et hæc omnia, inquit, propter te passus sum, id est, propter voluntatem tuam. Quin etiam « extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filiis matris meæ. » Duos hic ordines significat ; alterum eorum qui vere fratres ejus erant, quibus extraneus factus est ; alterum eorum qui filii matris ejus erant, sed non fratres ejus, quibus peregrinus effectus est. Et tamen oportuit B filios matris ejus, cum fratres ejus essent, perinde atque priores nuncupari fratres. At filios matris fratres non vocavit, utpote alios et diversos a priore ordine eorum qui fratres vocati sunt. Fratres ergo ejus, discipuli existimandi, de quibus alibi dicit : « Narrabo nomen tuum fratribus meis, et in medio Ecclesiæ laudabo te [9]. » Et in Evangelio post resurrectionem ex mortuis, cum Mariæ visus est, dicebat : « Vade ad fratres meos, et dic illis : Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum [10]. » His itaque fratribus suis extraneus factus est tempore prædictæ passionis, quando omnes discipuli ejus relicto eo fugiebant, ipseque præcipuus apostolorum Petrus ter negavit eum. His peregrinus et extraneus effectus C est. Filiis item matris suæ, qui fratres sui non erant, peregrinus fuit. Meminit porro Evangelium fratrum et matris ejus, ubi cum venisset in patriam suam, docebat in synagoga, ita ut ipsi stuperent ac dicerent : « Unde huic sapientia hæc ? Nonne hic est fabri filius ? Nonne mater ejus et fratres ejus, et sorores ejus omnes apud nos sunt ? Unde huic hæc omnia [11] ? » Si igitur filios matris ejus in hoc psalmo sic vocatos, pro istis accipiamus, necesse est nos sanctam Virginem, reliquorum fratrum ejus matrem dicere. Verum Jacobus qui dicitur frater Domini, non videtur peregrinus D ipsi fuisse, nec fidei in ipsum extraneus ; imo vero unus ex iis qui cum primis inter germanos ejus discipulos erant ; ita ut ipse primus Hierosolymitanæ Ecclesiæ thronum acciperet. Reliqui item ejus fratres, etsi a principio non crederent in ipsum, at certum est eos postea credidisse. Narrat enim Evangelium [12], matrem et fratres ejus foras stetisse quærentes eum alloqui. Et in Actibus apostolorum [13] dicitur, fuisse apostolos una perseverantes in oratione cum Maria matre ejus et fratribus ejus. Qui ergo existimetur iis peregrinus esse ? Nullus itaque locus superest ut de iis dicatur : « Extraneus factus sum fratribus meis, et peregrinus filiis matris meæ. » Non enim iis peregrinus,

[8] Matth. XXVII, 40-43. [9] Psal. XXI, 23. [10] Joan. XX, 17. [11] Matth. XIII, 54-56. [12] Matth. XII, 47. [13] Act. I, 14.

(1) Textus vitiatus.

sed multum pretiosus erat, ita ut nullatenus credere liceat memoratos fratres ejus filios Mariæ fuisse. Alii sane fuerint qui in psalmo filii matris ejus dicuntur, quibusque extraneus factus est. Intelligas porro matrem quidem ejus esse Judæorum Synagogam omnemque cognationem secundum carnem, eorum scilicet qui ex circumcisione erant; filios vero hujusmodi matris, eos qui ipsum abnegarunt, ac dixerunt : « Hunc autem nescimus unde sit [14]. » Ideo, cum illum peregrinum existimarent, dicebat eis : « Cur loquelam meam non nostis? quia non potestis audire sermonem meum [15]. » Peregrinum etiam illum putabant cum dicerent : « Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, et dæmonium habes [16]? » Quare dicebat eis : « Ego veni in nomine Patris mei, et non accipitis me; si alius venerit in nomine proprio, ipsum accipietis [17]. » Sic igitur peregrinus et extraneus factus est filiis matris suæ. Hæc porro omnia sustinuit ob eam, quæ mox affertur, causam, quam necessario aperit, dicens :

δὲ προσέθηκαν ἐμοὶ τὰ ἑαυτῶν κακά. « Ἔδωκαν » γοῦν « εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος· » οὐ μόνον καθ' ὃν ἔπασχον ὑπ' αὐτῶν καιρὸν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ταῖς κατ' ἐμοῦ βλασφημίαις παραμένοντες. Διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἀντὶ τοῦ, « προσέθηκαν, » *διηγήσονται*, εἴρηται· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, « ἐξηγοῦντο. » Οὐ γὰρ ἀπήρκει τὸ ἅπαξ ποτὲ τραυματίσαι αὐτὸν, καὶ τοιαῦτα κατ' αὐτοῦ τολμῆσαι· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ κατορθώμασιν ἐγκαυχώμενοι τοῖς ἑαυτῶν τέκνοις, τὰ κατ' αὐτοῦ τολμηθέντα αὐτοῖς διηγοῦντο. Ἐπεὶ τοίνυν αὐτοὶ ταύτην εἵλαντο τὴν μερίδα, διώξαντες μὲν ὃν σὺ ἐπάταξας, ἀνομίας δὲ καὶ ἀσεβείας ἐφ' ἑαυτοὺς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα αὐτῶν σωρεύσαντες· εἰκότως ἐπιλέγεται τούτοις· « Πρόσθες ἀνομίαν ἐπὶ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν· » ἀντὶ τοῦ, « προσθήσεις· » ἔσται γὰρ αὐτοῖς κακῶν προσθήκη. Τὰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἀνθρώποις γίγνεται, τὰ δὲ ἐκ τῶν ἐπακολουθούντων ἔξωθεν τῷ ἐφ' ἡμῖν. Διὸ λέλεκταί που πρὸς τὸν Θεόν· « Μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις· » Καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ εἴρηται ἐκ προσώπου αὐτοῦ. « Καὶ ἐὰν πορευθῆτε πρὸς μὲ πλάγιοι, πορεύσομαι κἀγὼ πρὸς ὑμᾶς θυμῷ πλαγίῳ. » Ἐπεὶ τοίνυν αὐτοὶ ὥσπερ μακρῷ σχοινίῳ τὰς ἀνομίας ἑαυτῶν ἐπεσπάσαντο, εἰκότως καὶ σὺ ὁ δίκαιος κριτὴς προσθήσεις ἀνομίαν ἐπὶ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν· δευτέραν αὐτοῖς πρὸς τῇ προτέρᾳ λογιζόμενος. Ἀλλὰ καὶ « Μὴ εἰσελθέτωσαν, φησὶν, ἐν δικαιοσύνῃ σου. » Ἡ μὲν γὰρ σὴ δικαιοσύνη δικαίους εἰσκαλεῖται, καὶ πάντας εἰς τὰ ἐνδοτάτω τῆς σῆς βασιλείας κατὰ τὰς ἐπαγγελίας ὑποδέχεται· οἱ δὲ τοιαῦτα τολμήσαντες οὐκ εἰσελεύσονται μετὰ τῶν τῇ σῇ δικαιοσύνῃ συνελευσομένων· ἀλλ' οὐδὲ ἐγγραφήσονται ἐν βίβλῳ ζώντων· τοὐναντίον δὲ πείσονται τοῖς ἐγγραφομένοις. Εἰ γὰρ καὶ πρῶτοι τῆς ἐμῆς χάριτος ἀξιωθέντες ἐνεγράφησάν ποτε ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ζώντων διὰ τοὺς παρὰ τῷ Θεῷ ζῶντας πατέρας αὐτῶν, ὡς καὶ αὐτοῖς δεδόσθαι τὰς ἐπαγγελίας· ἀλλ' ἐπεὶ τοιαῦτα τετολμήκασιν, « Ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βίβλου ζώντων. » Διασαφῶν δὲ τὴν ἔννοιαν τῆς βίβλου τῶν ζώντων, ἐπιλέγει ἑξῆς· « Καὶ μετὰ δικαίων μὴ γραφήτωσαν. » Ἐκλογῆς γὰρ γιγνομένης τῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον, οἱ μὲν ζωῆς ἄξιοι τῆς παρὰ τῷ Θεῷ διὰ τὴν οἰκείαν δικαιοσύνην ἀνάγραπτοι γενήσονται παρ' αὐτῷ· οἱ δὲ ἀπόβλητοι τῆς βίβλου ἔσονται οἱ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς παραιτησάμενοι. Καὶ τοῦτο μὲν τὸ τέλος τῶν τὰ προλεχθέντα κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τετολμηκότων· τὰ δ' ἑξῆς ὁ λόγος ἐπὶ τὸ φαιδρότερον μεταβάλλει, ἐντεῦθεν λοιπὸν τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος ἀπαρχόμενος.

« Πτωχὸς καὶ ἀλγῶν ἐγώ εἰμι, ἡ σωτηρία σου, ὁ Θεὸς, ἀντελάβετό μου. » Ὁ εἰπὼν ἐν Εὐαγγελίοις· « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, » διὰ τῶν προκειμένων πτωχὸς καὶ ἀλγῶν ἐγώ εἰμι, φησί. Πτωχὸς δὲ ἦν τὸν πλοῦτον τῆς αἰωνίου βασιλείας ἀποθέμενος. Διό φησιν ὁ Παῦλος· « Ἰησοῦς Χριστὸς πλούσιος ὤν, δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. » Ἀλλὰ καὶ « ἀλγῶν »

mihi addiderunt. « Dederunt » igitur « in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto; » non solum tempore passionis meæ, sed in sequentibus blasphema contra me dicta proferre perseverantes. Quare, secundum Aquilam, pro illo, « addiderunt, » dicitur, « enarrabunt; » secundum Symmachum vero « enarrabant. » Non enim sat illis fuit quod semel ipsum vulnerassent, et talia contra cum ausi fuissent; sed quasi re bene gesta gloriosi, ausus suos filiis enarrabant. Quoniam igitur illi talem portionem cooptarunt, quem tu percussisti persequentes, iniquitates autem et impietates in se et in filios suos coacervantes; jure adjicitur: « Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum, » id est, « appones: » ipsis namque malorum accessio erit. Alia enim nobis hominibus ex interioribus eveniunt; alia vero aliunde ex sequentibus interiora nostra. Quare alicubi Deo dicitur: « Cum sancto sanctus eris, et cum perverso perverteris [48]. » In lege quoque ex ipsius persona dicitur: « Si veniatis ad me obliqui, accedam et ego ad vos animo obliquo [49]. » Quia igitur illi quasi funiculo oblongo peccata sua trahebant, jure tu quoque justus judex appones iniquitatem super iniquitatem ipsorum; ad priorem illam, aliam imputans. Imo quoque ait: « Non intrent in justitiam tuam. » Nam justitia quidem tua justos advocat, omnesque ad intima regni tui secundum promissionem recipit. Qui vero talia ausi sunt non intrabunt cum iis qui una cum justitia tua ingressuri sunt: sed neque in libro viventium scribentur; imo contraria iis qui descripti sunt patientur. Etiamsi enim gratia donati mea aliquando in libro viventium, patrum suorum apud Deum viventium causa, conscripti fuerint, ita ut et ipsis promissa oblata sint; at quoniam talia sunt ausi, « deleantur de libro viventium. » Libri autem viventium rationem explicans, subdit postea, « Et cum justis non scribantur. » Electione quippe facta eorum qui in mundo erant hominum, alii quidem vita quæ apud Deum est digni, ob propriam justitiam apud ipsum describentur; qui autem ex libro delebuntur, ii erunt qui vitæ principem repudiarunt. Et hic finis erit eorum qui jam memorata contra Servatorem nostrum aggressi sunt. Quæ sequuntur autem, in lætiorem formam mutantur: nam inde evangelicæ gratiæ initium ducitur.

Vers. 30, 31. « Ego sum pauper et dolens, salus tua, Deus, suscepit me. » Qui in Evangeliis dixit: « Discite a me quia mitis sum et humilis corde [50], » in præsenti se pauperem et dolentem dicit. Pauper autem erat, depositis æterni regni divitiis. Quamobrem ait Paulus: « Jesus Christus cum dives esset, propter nos inops effectus est, ut nos ejus inopia divites essemus [51]. » Sed etiam « dolens » fuit; quare

[48] Psal. xvii, 26, 27. [49] Levit. xxvi, 23, 24. [50] Matth. xi, 29. [51] II Cor. viii, 9.

supra dicebat : « Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt. » Dolebat enim pro iis qui in perniciem ibant, et patiebatur eorum causa qui ad salutem abs se procuratam non accederent. Ideo seu dolens clamabat : « O generatio incredula et perversa, quousque vobiscum ero ? quousque vos patiar [42] ? » Ideo dicit : « Ego sum pauper et dolens, salus tua, Deus, suscepit me. » His porro salutem subindicat qua post mortem donandus est. Nam cum pridem infixus in limo profundi, venerit in altitudinem maris, ut in prophetia dicebat, jam vero dicit, « Salus tua, Deus, suscepit me : » aperte declarat se, postquam in altitudinem maris venerat, postquam memorata superius passus fuerat, patrocinium consecutum esse. Quare in vicesimo primo psalmo hymnum « pro susceptione matutina [43] » emittit. Deinde vero, ut patrocinium consecutus, ad jucundiora sermonem convertit hymnis Patrem celebrans, cum ait, « Laudabo nomen Dei cum cantico. » Cum melodia autem et cantico sermones proferre, id signum gaudii et lætitiæ erat. Sed etiam « magnificabo eum, » inquit, scilicet Patrem suum. Qui magnificabit postea subjicit, « in laude, » sive, secundum Aquilam, « in gratiarum actione. » Gratiarum vero actionem et laudem qua Patrem Filius magnificat intelliges, si Novi Testamenti mysteriis animum adhibens, ubi Ecclesia Dei per totum orbem ad gratiarum actiones, ad rationabilem et sine fumo cultum Deo offerendum instituta est. Laus isthæc et gratiarum actio corporeis hostiis, quæ olim secundum legem Moysis offerebantur, multo præstantior est. Quamobrem adjicit : « Et placebit Domino super vitulum novellum, cornua producentem et ungulas. » Si namque de iis Judæi gloriantur, sciant utique longe meliorem Deoque acceptiorem meam gratiarum actionem et laudem supra memoratis esse. Quamobrem secundum Symmachum dicitur, « Et placebit Domino magis, quam bos taurus, ungulas diffindens, cornutus. » Cur hic vitulum dicat, non aliud animal in sacrificio offerri solitum, non sine examine prætermittendum. Nam ex animalibus secundum legem Moysis immolari jussis, alia ex armento boum, alia ex grege ovium adducebantur, alia ex volatilibus ; quorum alia masculi, alia feminæ erant ; alia spontanea ex arbitrio, alia ex debito ; alia sacrificium salutaris, alia pro peccato vocabantur ; alia pro summo sacerdote, alia pro universo populo, alia pro principe peccante offerebantur. Cum magnum itaque in his discrimen esset, nunquam tamen pro principe quolibet vel pro quopiam privato vitulus offerebatur. Vitulus masculus aliquando immolabatur ; aliquando vero, cum tota synagoga in peccatum lapsa esset, sacerdos, qui universi populi seu caput erat, ut peccati consors vitulum offerebat. Hæc porro in Levitico deprehendes, in quo scribitur : « Et locutus est Dominus ad Moysem

γέγονε· διὸ ἔλεγεν ἀνωτέρω· « Καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν. » Ἦλγει γὰρ ἐπὶ τοῖς ἀπολλυμένοις, καὶ ὑπερέπασχε τῶν μὴ προσιόντων τῇ δι' αὐτοῦ προξενουμένῃ σωτηρίᾳ. Διὸ ὥσπερ ἀλγῶν ἐβόα· « Ὦ γενεὰ ἄπιστε καὶ διεστραμμένη, ἕως πότε μεθ' ὑμῶν εἰμι; ἕως πότε ἀνέχομαι ὑμῶν; » Διό φησι· « Πτωχὸς καὶ ἀλγῶν ἐγώ εἰμι· ἡ σωτηρία σου, ὁ Θεός, ἀντελάβετό μου. » Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων τὴν μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ σωτηρίαν. Εἰ γὰρ ἐνεπάγη εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, ὡς διὰ τῶν τῆς προφητείας ἐδήλου, νυνὶ δέ φησιν· « Ἡ σωτηρία σου, ὁ Θεός, ἀντελάβετό μου· » σαφῶς παρίστησεν ἀντιλήψεως τετυχηκέναι, μετὰ τὸ ἐληλυθέναι εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, μετὰ τὸ πεπονθέναι τὰ προλεχθέντα. Διὸ καὶ ἐν κα' ψαλμῷ τὸν « ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἐωθινῆς » ἀνέπεμπεν ὕμνον. Εἶθ' ὡς τυχὼν ἀντιλήψεως, μεταβάλλει τοὺς λόγους ἐπὶ τὸ φαιδρότερον, ὕμνους ἀναπέμπων τῷ ἑαυτοῦ Πατρὶ, ἐν οἷς φησιν· « Αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ μετ' ᾠδῆς. » Τὸ δὲ μετὰ μέλους καὶ ᾠδῆς λόγους προσφέρεσθαι σύμβολον ἦν θυμηδίας καὶ εὐφροσύνης. Ἀλλὰ καὶ « μεγαλυνῶ αὐτὸν, » φησίν· δῆλον δ' ὅτι τὸν αὐτοῦ Πατέρα. Ἡνίκα δὲ καὶ αὐτὸν μεγαλυνεῖ, ἐπιλέγει ἑξῆς, « ἐν αἰνέσει· » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « ἐν εὐχαριστίᾳ. » Νοήσεις δὲ τὴν εὐχαριστίαν καὶ τὴν αἴνεσιν δι' ἧς ὁ Υἱὸς μεγαλύνει τὸν Πατέρα, ἐπιστήσας τοῖς μυστηρίοις τῆς Καινῆς Διαθήκης, ἐν οἷς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ τὰς εὐχαριστίας καὶ τὰς λογικὰς καὶ ἀκάπνους λατρείας ἀναφέρειν τῷ Θεῷ παρείληφεν. Αὕτη δὲ ἡ αἴνεσις καὶ ἡ εὐχαριστία πολὺ κρείττων τυγχάνει τῶν σωματικῶν θυσιῶν, τῶν κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον πάλαι προσαγομένων. Διὸ ἐπιλέγει· « Καὶ ἀρέσει τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ μόσχον νέον, κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς. » Εἰ γὰρ ἐπὶ τούτοις σεμνύνονται Ἰουδαίων παῖδες, ἴστωσαν, ὅτι πολὺ βελτίων καὶ τῷ Θεῷ προτιμοτέρα ἡ ἐμὴ εὐχαριστία καὶ ἡ ἐμὴ αἴνεσις τῶν προλεχθέντων. Διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· « Καὶ ἀρέσει τῷ Κυρίῳ μᾶλλον ἢ βοῦς ταῦρος διχηλῶν, κεράστης. » Διὰ τί δὲ ἐνταῦθα μόσχου μνημονεύει καὶ οὐχ ἑτέρου τινὸς τῶν προσφέρεσθαι εἰωθότων εἰς θυσίαν ζώων, ἄξιον μὴ ἀδασανίστως παρελθεῖν. Τῶν γὰρ κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον θύεσθαι προσταττομένων ζώων τὰ μὲν ἐξ ἀγέλης βοῶν προσήγετο, τὰ δὲ ἐκ προβάτων, τὰ δὲ ἀπὸ πετεινῶν· καὶ τὰ μὲν ἄρρενα, τὰ δὲ θήλεα· καὶ τὰ μὲν ἑκούσια κατὰ προαίρεσιν, τὰ δὲ κατὰ ὀφειλήν· καὶ τὰ μὲν ὠνομάζετο θυσία σωτηρίου, τὰ δὲ ὑπὲρ ἁμαρτίας· καὶ τὰ μὲν ὑπὲρ τοῦ ἀρχιερέως προσφέρετο, τὰ δὲ ὑπὲρ παντὸς τοῦ λαοῦ, τὰ δὲ ὑπὲρ ἄρχοντος ἡμαρτηκότος. Πολλῆς δὲ οὔσης ἐν τούτοις διαφορᾶς, οὐδὲ πώποτε ὑπὲρ τοῦ τυχόντος ἄρχοντος, οὐδ' ὑπὲρ ἰδιώτου ἀνδρὸς μόσχος ἀνεφέρετο. Ποτὲ δὲ ὁ μόσχος ὁ ἄρρην ἐθύετο, ἄλλοτε πᾶσα ἡ συναγωγὴ ἁμαρτίᾳ περιπεπτώκει, ὑπὲρ ἧς καὶ αὐτὸς ὁ ἱερεὺς ὥσπερ κεφαλὴ ὢν τοῦ παντὸς λαοῦ τῆς ἁμαρτίας κοινωνὸς τὸν μόσχον προσῆγε. Ταῦτα δὲ ἐν Λευιτικῷ εὕροις ἂν ἐπιστήσας, ἐν ᾧ

[42] Matth. xvii, 16. [43] Psal. xxi, 1.

γέγραπται· « Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν λέγων· Λάλησον πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ λέγων· Ἐὰν ὁ ἀρχιερεὺς ὁ κεχρισμένος ἁμάρτῃ τοῦ λαὸν ἁμαρτεῖν, καὶ προσάξει περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτοῦ ἧς ἥμαρτε, μόσχον ἐκ βοῶν ἄμωμον τῷ Κυρίῳ· » καὶ ἑξῆς· « Ἐὰν δὲ πᾶσα συναγωγὴ Ἰσραὴλ ἀγνοήσῃ, καὶ λάθῃ ῥῆμα ἐξ ὀφθαλμῶν τῆς συναγωγῆς· καὶ ποιήσωσι μίαν ἀπὸ πασῶν τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου, ἃ οὐ ποιηθήσεται, καὶ πλημμελῶσι, καὶ γνωσθῇ αὐτοῖς ἡ ἁμαρτία ἣν ἥμαρτον ἐν αὐτῇ· καὶ προσάξει ἡ συναγωγὴ μόσχον ἐκ βοῶν περὶ τῆς ἁμαρτίας. » Καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ἱστορία εἰσάγει ὑπὲρ τοῦ ἀρχιερέως θυσίαν μόσχον, ἐν οἷς εἴρηται· « Καὶ προσήγαγε Μωϋσῆς τὸν μόσχον τὸν περὶ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἐπέθηκεν Ἀαρὼν καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ τὰς χεῖρας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ μόσχου τοῦ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἔσφαξεν αὐτόν. » Ὁρᾷς ἐπὶ ποίοις ὁ μόσχος προσεφέρετο ἐπὶ πάσῃ τῇ συναγωγῇ Ἰσραὴλ ἁμαρτούσῃ, καὶ ἐπὶ ἀρχιερεῖ ἡμαρτηκότι· καὶ οὐχ ἁπλῶς ἡμαρτηκότι, ἀλλὰ καὶ τῷ λαῷ αἰτίῳ γενομένῳ ἁμαρτίας· λέγει γάρ· « Ἐὰν ὁ ἀρχιερεὺς ὁ κεχρισμένος ἁμάρτῃ τοῦ τὸν λαὸν ἁμαρτεῖν· » ἀνθ' οὗ ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν· « Εἰς πλημμέλησιν τοῦ λαοῦ. » Ἐπεὶ τοίνυν κατὰ τὸ σωτήριον πάθος οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, τῷ τε παντὶ λαῷ διαστροφῆς αὐτοὶ γεγόνασιν αἴτιοι· γέγραπται γάρ· « Καὶ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ τὸ συνέδριον ὅλον ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὅπως θανατώσωσιν αὐτόν· » καὶ πάλιν ἑξῆς· « Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεισαν τοὺς ὄχλους ἵνα αἰτήσωσι τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέσωσιν· » Χρεία δὲ ἦν καθάρσεως τοῖς ταῦτα τετολμηκόσι, καὶ θυσίας οὐκ ἄλλης, ἢ τῆς διὰ τοῦ μόσχου, ὡς μεμαρτύρηται διὰ τῆς προτεθείσης Γραφῆς· εἰκότως, Οὐκ αἰσθητὸν ἐγὼ, φησὶ, μόσχον προσφέρω, διὰ τῶν προκειμένων ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, ἀλλὰ τὴν καθαρὰν καὶ ἀναιμον θυσίαν, ἣν αὐτὸς ἐγὼ συνεστησάμην ἐν τῇ ἐμαυτοῦ Ἐκκλησίᾳ διὰ τῆς ἀναίμου καὶ ἀπύρου λειτουργίας, τῆς δι' αἰνέσεως· ἥτις ἀρέσει τῷ Θεῷ μᾶλλον ἢ ὁ παρὰ Μωϋσεῖ νενομοθετημένος μόσχος. Διὸ λέλεκται· « Μεγαλυνῶ αὐτὸν ἐν αἰνέσει. Καὶ ἀρέσει τῷ Θεῷ, » ἡ αἴνεσις δηλαδὴ, « ὑπὲρ μόσχον νέον, κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς. » Ἔτυχον δ' ἂν ἀφέσεως καὶ καθάρσεως τῶν ἡμαρτημένων αὐτοῖς οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ τοῦ παντὸς ἔθνους, εἰ κέχρηντο ταύτῃ τῇ θυσίᾳ, τὴν καινὴν καὶ σωτήριον Διαθήκην παραδεξάμενοι.

Εἶτα εὐχὴν ἀναπέμπει ὁ προλεχθεὶς πτωχὸς ὑπὲρ τῶν παραπλησίως αὐτῷ πτωχῶν, περὶ ὧν διδάσκει λέγων· « Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Καί φησι διὰ τῆς εὐχῆς· « Ἰδέτωσαν πτωχοὶ καὶ εὐφρανθήτωσαν. » Εὔχεται δὲ ἤδη ποτὲ εἰς ἔργα χωρῆσαι τὰ προλεχθέντα, ὥστε ὀφθαλμοῖς αὐτὰ θεάσασθαι τοὺς εἰρημένους πτωχοὺς, δηλαδὴ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀποστόλους. Ἰδεῖν δὲ τούτοις εὔχεται τὴν ἀποδομασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. »

dicens : Loquere ad filios Israel, dicens : Si summus sacerdos qui unctus est peccaverit, ut peccare faciat populum, offeret pro peccato suo quo peccavit, vitulum ex bobus immaculatum Domino [55]; » ac deinde : « Quod si omnis synagoga Israel ignoraverit, et latuerit verbum ex oculis synagogæ : aut fecerit unum ex omnibus præceptis Domini ; aut non fecerit, et deliquerit et cognoverit peccatum suum quo peccavit ; offeret synagoga vitulum ex bobus pro peccato [56]. » Sub hæc autem pro sacerdote inducitur in sacrificium vitulus, nam dicitur : « Et obtulit Moyses vitulum pro peccato : et imposuit Aaron et filii ejus manus super caput vituli pro peccato, et immolavit eum [57]. » Vides quibus de causis vitulus offerretur pro universa synagoga Israelis peccante, et pro summo sacerdote peccante ; nec modo peccante, sed etiam populum in peccatum inducente ; dicit enim : « Si summus sacerdos, qui unctus est, peccaverit, ut peccare faciat populum. » Pro quo Aquila sic interpretatus est : « In delictum populi. » Quia igitur tempore passionis Domini summi sacerdotes et principes Judaicæ gentis convenerant in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus, totique populo perversionis auctores fuere, scriptum est enim : « Principes sacerdotum et consilium totum quærebant falsum testimonium contra Jesum, quomodo morti traderent eum [58] ; » ac rursum : « Principes sacerdotum et seniores persuaserunt turbis ut peterent Barabbam, Jesum vero perderent [59]. » His porro qui talia ausi fuerant purgatione opus erat, et sacrificio, non alio quam vituli, ut Scriptura superius allata testificatur. Jure hic Servator noster ait : Non sensibilem ego vitulum profero, sed puram et incruentam hostiam, quam ego ipse in Ecclesia mea constitui, per incruentum et igne vacuum ministerium, quod laude persolvitur ; quod sane Deo longe acceptius et gratius erit, quam ille Moysis lege assignatus vitulus. Quapropter dictum est : « Magnificabo eum in laude. Et placebit Deo, » laus scilicet, « super vitulum novellum, cornua producentem et ungulas. » Et sane veniam purgationemque cum principes sacerdotum, tum populus omnis consecuti essent, si novum et salutare Testamentum suscipientes, tali sacrificio fuissent usi.

Deinde mendicus ille orationem effundit pro pauperibus sui similibus, de quibus hæc tradit : « Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum [60]. » In oratione vero sua ait : « Videant pauperes et lætentur. » Jam autem precatur ut quæ supra dicta sunt eveniant, ita ut pauperes isti, scilicet discipuli et apostoli sui, videant. Precatur vero ut laudem illam vitulo novello cornua producente et ungulas gratiorem conspiciant. Et sane « Ea vero quæ sursum est Jerusalem libera est,

[55] Levit. IV, 1-3. [56] ibid. 13, 14. [57] Levit. VIII, 14. [58] Matth. XXVI, 59. [59] Matth. XXVII, 20. [60] Matth. V, 3.

quoniam oratio ejus diuturnis postea temporibus effectum consecuta est, beatos prædicabat eos qui talium rerum spectaculo dignati essent : quare in Evangeliis discipulis suis dixisse scribitur : « Vestri autem beati oculi, quia vident ; et aures vestræ, quia audiunt [60]. » Hæc quippe affinia huic dicto erant, « Videant pauperes, et lætentur : quærite Deum, et vivet anima vestra. » Cum pro pauperibus rogasset, ipsos demum alloquitur, ipsisque vitam denuntiat, non corporum, sed animarum : quam ab ipsis Deum quærentibus reperiendam esse pollicetur, talia fatus : « Quærite Deum, et vivet anima vestra. » Fons quippe vitæ penes illum est. Quamobrem iisdem pauperibus præcipit, ut, omnia postponentes, illum fide bonaque spe muniti perquirant ; ita enim eos vita animæ victuros pollicetur : de qua vita hæc Apostolus docuit : « Nam vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos cum illo apparebitis in gloria [61]. » Postea subdit : « Quoniam exaudivit pauperes Dominus, et vinctos suos non despexit. » Hic rursum, « exaudivit, » pro, « exaudiet ; » et, « non despexit, » pro, « non despiciet, » dictum est. Cum jam enim dixisset, « Quærite Deum, et vivet anima vestra ; » fidenter ait, quærite, quoniam exaudiet pauperes. Neque enim voluptariorum, superborum et arrogantium Deus est ; sed humilium et pauperum. Quapropter dicitur : « In quem respiciam, nisi in mansuetum et humilem et quietum et trementem sermones meos [62] ? » Fiducia igitur instructi quærite Deum, gnari Dominum vos pauperes exauditurum, et vinctos suos non despecturum esse ; sive secundum Symmachum : « Et vinctos suos non parvi faciet. » Quo pacto autem hi pauperes, vincti et compediti fuerint intelliges, si Paulum audias dicentem : « Paulus vinctus Jesu Christi [63] : » ac similiter reliqui discipuli pro Christi vinctis habendi. Quin etiam ii qui in tabernaculo (corporis) quasi in vinculis sunt, lugent supplicantes a vinculis eripi : quare dicunt : « Infelix ego homo, quis me liberabit ex corpore mortis hujus [64] ? » Qui ergo corruptibili corpore onusti sunt, et corruptionem aversantur, gementes in hac corruptibili vita, vincti Dei sunt, et compediti ejus, quorum deprecationes non despiciet neque aversabitur. Qui vero vincula sua impinguant, et nimia voluptate fovent, vincti corruptionis et mortis jure dicantur.

θείσαν αὐτοῦ αἶνεσιν τὴν ὑπὲρ μοσχον νέον τὸν κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς. Καὶ δὴ πληρουμένης αὐτοῦ τῆς εὐχῆς μακροῖς ὕστερον χρόνοις, ἐμακάριζε τοὺς κατηξιωμένους τῆς τῶν πραγμάτων θέας· διὸ ἐν Εὐαγγελίοις ἀναγέγραπται τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς εἰπών· « Ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπουσι, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι ἀκούουσι. » Ταῦτα γὰρ σύμφωνα ἦν τῷ φήσαντι λόγῳ· « Ἰδέτωσαν πτωχοὶ καὶ εὐφρανθήτωσαν· ἐκζητήσατε τὸν Θεὸν, καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν. » Εὐξάμενος ὑπὲρ τῶν πτωχῶν, πρὸς αὐτοὺς λοιπὸν ποιεῖται τὸν λόγον, εὐαγγελίζεταί τε αὐτοῖς ζωὴν οὐ σωμάτων, ἀλλὰ ψυχῶν· καὶ ταύτην αὐτοῖς εὑρεθήσεσθαι ἐκζητήσασι τὸν Θεὸν ἐπαγγέλλεται· διό φησι· « Ἐκζητήσατε τὸν Θεὸν, καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν. » Πηγὴ γὰρ ζωῆς παρ' αὐτῷ. Διὸ πάντα δεύτερα θεμένους τοὺς εἰρημένους πτωχοὺς, ἐκζητεῖν αὐτὸν προστάττει μετὰ πίστεως καὶ ἀγαθῆς ἐλπίδος· ζήσεσθαι γὰρ αὐτοὺς ἐπαγγέλλεται ζωὴν ψυχῆς, περὶ ἧς καὶ ὁ Ἀπόστολος ἐδίδασκε λέγων· « Ἡ γὰρ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ. Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ὑμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ. » Εἶτ' ἐπιλέγει· « Ὅτι εἰσήκουσε τῶν πενήτων ὁ Κύριος, καὶ τοὺς πεπεδημένους αὐτοῦ οὐκ ἐξουδένωσε. » Πάλιν δὲ κάνταῦθα τὸ, « εἰσήκουσεν, » ἀντὶ τοῦ, « εἰσακούσεται, » εἴρηται, καὶ τὸ, « οὐκ ἐξουδένωσεν, » ἀντὶ τοῦ, « οὐκ ἐξουδενώσει. » Προειπὼν γὰρ, « Ζητήσατε τὸν Θεὸν, καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν, » θαρσούντως φησὶ, Ζητήσατε, ὅτι εἰσακούσεται τῶν πενήτων. Οὐ γὰρ τρυφώντων ἐστὶν ὁ Θεὸς, οὐδὲ ἐπῃρμένων καὶ ἀλαζονευομένων, ἀλλὰ ταπεινῶν καὶ πενήτων. Διὸ εἴρηται· « Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον καὶ ταπεινὸν, καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους ; » Θαρσοῦντες οὖν ζητήσατε τὸν Θεὸν, εἰδότες, ὅτι εἰσακούσεται ὑμῶν τῶν πενήτων Κύριος, καὶ τοὺς πεπεδημένους αὐτοῦ οὐκ ἐξουδενώσει· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Καὶ τοὺς δεσμώτας τοὺς ἑαυτοῦ οὐκ ἐξευτελίσει. » Νοήσεις δὲ ὅπως οἱ πτωχοὶ οὗτοι δεσμῶται καὶ πεπεδημένοι γεγόνασιν ἀκούων Παύλου λέγοντος· « Παῦλος δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ· » ᾧ παραπλησίως καὶ οἱ λοιποὶ μαθηταὶ δέσμιοι ἦσαν Χριστοῦ. Ἀλλὰ καὶ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει ὥσπερ ἐν δεσμοῖς ὄντες στένουσι λυθῆναι τῶν δεσμῶν ἱκετεύοντες· διό φασι· « Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ σώματος τοῦ θανάτου τούτου ; » Οἱ μὲν οὖν τὸ φθαρτὸν σῶμα βαρούμενοι, καὶ τὴν φθορὰν ἀποστρεφόμενοι, στένοντές τε ἐπὶ τῷ φθαρτῷ βίῳ, δεσμῶται τοῦ Θεοῦ τυγχάνουσι, καὶ πεπεδημένοι αὐτοῦ, ὧν τὰς εὐχὰς οὐκ ἐξουδενώσει, οὐδὲ ἀποστραφήσεται. Οἱ δὲ τοὺς ἑαυτῶν δεσμοὺς πιαίνοντες, καὶ διὰ πολλῆς τρυφῆς περιέποντες, δεσμῶται φθορᾶς καὶ θανάτου λεχθεῖεν ἂν εἰκότως.

Vers. 35. « Laudent illum cœli et terra, mare et omnia reptilia in eo. » Quoniam regnum cœlorum pauperibus pollicitus est his verbis : « Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum [65] ; » admodum consequenter postquam de pauperibus locutus est, infert : « Laudent illum

« Αἰνεσάτωσαν αὐτὸν οὐρανοὶ καὶ γῆ, θάλασσα καὶ πάντα τὰ ἕρποντα ἐν αὐτῇ. » Ἐπειδὴ τοῖς πτωχοῖς ἐπηγγείλατο βασιλείαν οὐρανῶν εἰπὼν, « Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· » σφόδρα ἀκολούθως μετὰ τὸν περὶ τῶν πενήτων λόγον ἐπιφέρει· « Αἰνεσάτωσαν αὐτὸν οὐρα-

[60] Matth. XIII, 16. [61] Coloss. III, 3, 4. [62] Isa. LXVI, 2. [63] Philem. 1, 1. [64] Rom. VII, 24. [65] Matth. V, 3.

νοί.» Ἐπειδὴ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κατά τε γῆν καὶ θάλασσαν ἤμελλον Ἐκκλησίαι τῷ Θεῷ συνίστασθαι ἐκ τῶν προλελεγμένων πτωχῶν, ἀκολούθως ἐπισυνῆπται, « καὶ γῆ καὶ θάλασσα καὶ πάντα τὰ ἕρποντα ἐν αὐτοῖς.» Ἕρποντα δὲ ἐπὶ γῆς καὶ θαλάσσης ἐνταῦθα κελευόμενα σὺν οὐρανῷ καὶ γῇ αἰνεῖν τὰ ἔθνη τυγχάνει τὰ ἐν τῷ θνητῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἑρπετῶν δίκην τὸ παλαιὸν ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ πορευόμενα. Καὶ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ θηρία καὶ ἑρπετὰ ἀλληγορικῷ τρόπῳ τὰ ἔθνη κέκληται, ἐν οἷς εἴρηται· « Καὶ συμβοσκήσεται λύκος μετὰ ἀρνὸς, καὶ πάρδαλις συναναπαύσεται ἐρίφῳ, καὶ λέων ὡς βοῦς φάγεται ἄχυρα. Καὶ παιδίον νήπιον ἐπὶ τρώγλην ἀσπίδων καὶ ἐπὶ κοίτην ἐγγόνων ἀσπίδων τὴν χεῖρα ἐπιβαλεῖ, καὶ οὐ μὴ ἀδικήσουσιν· » ἃ καὶ διερμηνεύων ἐξῆς ὁ λόγος ἐπιφέρει· « Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐν αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι.» Τῆς οὖν μεταβολῆς ταύτης τῶν ἐθνῶν ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ γιγνομένης, εἰκότως σὺν οὐρανῷ καὶ τοῖς κατ' οὐρανὸν ἀγγέλοις τὰ ἀποδοθέντα ἑρπετὰ αἰνεῖν προστάττεται τὸν Θεόν. Διὸ λέλεκται· « Αἰνεσάτωσαν αὐτὸν οὐρανοὶ καὶ γῆ, θάλασσα καὶ πάντα τὰ ἕρποντα ἐν αὐτοῖς. » Πῶς δὲ δύναται τὸν Θεὸν αἰνεῖν τὰ ἑρπετά, εἰ μὴ μετάσχοι φρονήσεως καὶ Θεοῦ γνώσεως; Οὐκοῦν θύσει τὴν θυσίαν τῆς αἰνέσεως καὶ τὰ ἑρπετά; Ὅτι δὲ ἀνθρώπους διὰ τούτων αἰνίττεται, διδάσκει τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν ᾧ γέγραπται· « Γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους μετανοίας. »

cœli. » Quia vero futurum erat, ut per totum orbem in terra et in mari Ecclesiæ Deo ex memoratis pauperibus constituerentur, secundum hæc additur : « et terra et mare et omnia reptilia in eis. » Quæ reptilia in terra et in mari una cum terra et cœlo laudare jubentur, gentes sunt, quæ olim in mortali hominum vita reptilium instar supra pectus et ventrem gradiebantur. In Isaia quoque feræ et reptilia allegorico more gentes vocantur, cum dicitur : « Et pascet lupus cum agno, et pardus cum hædo accubabit, et leo quasi bos comedet paleas. Et puer infans in foveam aspidum, et in cubile filiorum aspidum manum injiciet; et nihil lædent eum [66]. » Quæ sub hæc explicans infert : « Et erit radix Jessæ, et qui surgit ad imperandum gentibus, in eum gentes sperabunt [67]. » Tanta igitur gentium mutatione in adventu Christi effecta, jure cum cœlo et iis qui in cœlo sunt angelis prædicta reptilia Deum laudari jubentur. Quare dictum est : « Laudent illum cœli et terra, mare et omnia reptilia in eis. » Quomodo possunt reptilia Deum laudare, nisi prudentia et cognitione Dei instructa? An reptilia sacrificium laudis offerent? Quod reptilibus illis homines subindicentur, docet Evangelium his verbis : « Genimina viperarum, quis vos docuit fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ [68]. »

« Ὅτι ὁ Θεὸς σώσει τὴν Σιὼν, καὶ οἰκοδομηθήσονται αἱ πόλεις τῆς Ἰουδαίας.» Αἰτίαν ἀποδίδωσι δι' ἣν οὐρανοὶ καὶ γῆ καὶ θάλασσα καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς αἰνέσειν λέγονται τὸν Θεόν. Ἡ δὲ αἰτία ἐστὶν αὕτη, « Ὅτι ὁ Θεὸς σώσει τὴν Σιὼν, καὶ οἰκοδομηθήσονται αἱ πόλεις Ἰουδαίας.» Ποίαν δὲ Σιὼν, ἢ δηλονότι τὴν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἱδρυθεῖσαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἐκκλησίαν; Πόλεις δὲ Ἰουδαίας μὴ ὄκνει λέγειν τὰς θεοπνεύστους Γραφὰς, δι' ὧν ἡ Ἰουδαϊκὴ πολιτεία τετύπωται. Ἀλλ' αὗται μὲν αἱ πόλεις καθῃρηντο, ὅσον ἐπὶ Ἰουδαίοις, οἰκοδομὴν δὲ εἰλήφασι διὰ τῆς ἐν Χριστῷ καινῆς διδασκαλίας· δι' ἧς καὶ ἡ ἀληθινὴ περιτομὴ συνίσταται, καὶ τὰ πνευματικὰ Σάββατα, καὶ αἱ πνευματικαὶ θυσίαι καὶ πάντα τούτοις ἀκολούθως κατὰ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ πνευματικοῦ νόμου. Οὕτως οὖν οἰκοδομοῦνται αἱ πόλεις τῆς Ἰουδαίας, καὶ κατοικήσουσιν ἐν αὐταῖς οἱ πολῖται καὶ οἱ κληρονόμοι τῶν ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐπηγγελμένων· διὸ λέλεκται· « Καὶ κληρονομήσουσιν αὐτήν.» Ἀλλὰ καὶ « τὸ σπέρμα τῶν δούλων αὐτοῦ καθέξουσιν αὐτήν. » Δοῦλοι δὲ αὐτοῦ τίνες ἂν εἶεν, ἢ πάντως οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μαθηταὶ, καὶ τὸ σπέρμα τὸ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης κατασπαρὲν, ὅπερ τὴν κληρονομίαν τὴν ἐπηγγελμένην ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς καθέξει; Ἀλλὰ καὶ « οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομα αὐτοῦ κατασκηνώσουσιν ἐν αὐτῇ, » δῆλον δ' ὅτι τῇ κληρονομίᾳ· οἷς λεχθήσεται· « Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοι-

Vers. 36, 37. « Quoniam Deus salvam faciet Sion, et ædificabuntur civitates Judææ. » Causam effert cur cœli, terra, mare et omnia quæ in eis sunt Deum laudatura esse dicantur. Ea vero est : « Quoniam Deus salvam faciet Sion, et ædificabuntur civitates Judææ. » Quam Sionem dicit, nisi Ecclesiam Servatoris nostri in toto orbe fundatam? Civitates autem Judææ ne cuncteris dicere divinitus afflatas Scripturas, queis Judæorum respublica informatur. Sed hæ quidem civitates, quantum ad Judæos spectat, de medio sublatæ sunt; sed denuo ædificatæ per novam in Christo doctrinam fuere, qua et vera circumcisio consistit, necnon spiritualia Sabbata, spirituales hostiæ et omnia quæ hæc consequuntur secundum interpretationem spiritualis legis. Sic itaque ædificantur civitates Judææ, in eisque inhabitabunt cives et hæredes promissorum quæ in divinis Scripturis feruntur. Quare dictum est : « Et hæreditabunt illam. » Sed etiam « semen servorum ejus possidebit eam. » Servi autem ejus qui fuerint, nisi haud dubie Salvatoris nostri discipuli, et semen in universo orbe sparsum, quod hæreditatem in divinis Scripturis promissam obtinebit? Imo, « qui diligunt nomen ejus habitabunt in ea, » id est, in ea hæreditate. Quibus dicetur : « Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum vobis paratum a constitutione mundi [69]. » Quod si cœlestis sit Dei civitas Sion, de qua Apostolus hæc docuit :

[66] Isa. xi, 6-9. [67] ibid. 10. [68] Luc. iii, 8. [69] Matth. xxv, 34.

quæ est mater nostra [70]; et : « Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem [71];» fueritne Judææ civitas? sed consequenter dicamus esse cœlestem Sion ubi mansiones apud Patrem multæ [72]: quas incolent et hæreditate accipient omnes servi ejus, sive illi olim prophetæ et religiosi viri, sive qui postea ministri Evangelii ipsius fuere. Imo etiam semen eorum scilicet qui ab illis secundum Deum orti sunt, profectu aucti et ad perfectam Dei charitatem progressi, hoc munus condignumque præmium ab ipso recipient, quod inhabitent in promissa sibi hæreditate.

Εἰ δὲ ἐπουράνιός ἐστι τοῦ Θεοῦ πόλις Σιών, περὶ ἧς ὁ Ἀπόστολος ἐδίδαξεν εἰπών· « Ἡ δὲ ἄνω Ἰερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν· καὶ, « Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἰερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ, » εἶεν ἂν πόλις τῆς Ἰουδαίας; (1) δι' ἃς ἀκολούθως τῇ ἐπουρανίῳ Σιὼν αἱ πολλαὶ παρὰ τῷ Πατρὶ μοναὶ, ἐν αἷς κατοικήσουσι, καὶ ἃς κληρονομήσουσι πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ· οἵ τε πάλαι γενόμενοι προφῆται καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρες, καὶ οἱ μετὰ ταῦτα ὑπηρέται καὶ διάκονοι τοῦ Εὐαγγελίου αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν, οἱ ἐξ αὐτῶν δηλαδὴ κατὰ Θεὸν γεγενημένοι, προκόψαντες καὶ εἰς τὸ τέλειον ἐλθόντες τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγάπης, τοῦτο γέρας ἕξουσι καὶ μισθὸν ἐπάξιον παρ' αὐτοῦ, τὸ κατασκηνῶσαι ἐν τῇ ἐπηγγελμένῃ αὐτοῖς κληρονομίᾳ.

1. IN FINEM, IPSI DAVID IN REMEMORATIONEM. LXIX.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ ΤΩ ΔΑΥΙΔ ΕΙΣ ΑΝΑΜΝΗΣΙΝ. ΟΗ'.

Vers. 2-4. « Deus, in adjutorium meum intende. » Neque canticum, neque psalmus, neque quid simile hi, quos tractamus, sermones sunt : cæterum ad finem remittunt, quia de futuro supplicationem habent. Dicuntur autem, « ipsi David in rememorationem ; » utpote qui ideo dicti fuerint, ut posset eos in promptu ore proferre, utque iis pro remedio in casibus variis uteretur. Duo autem sunt « in rememorationem » inscripti; hic quem tractamus, et XXXVII, qui item « in rememorationem » inscriptus est. Sed ille non ad finem remittit, sed est « psalmus Davidi in rememorationem; » hic vero « in finem » inscriptus est. Nam XXXVII, non futura prænuntiabat, sed præteritarum rerum memoriam refricabat : quamobrem eodem quo sextus exordio utitur, nempe, « Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. » Et eodem uterque argumento erant. Siquidem sextus in sequentibus ait : « Laboravi in gemitu meo : lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo [73]. » Tricesimus vero septimus similia docet his verbis : « Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum : quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, sicut onus grave gravatæ sunt super me. Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ [74]. » Hæc porro et similia ad memoriam admissi sceleris referebat. Quare « in rememorationem » inscriptus est, frequenti confessione præterita repetens. Quæ item causa est, ut « in finem » non inscribatur. Illic vero « in finem » dicitur, quia exspectatarum rerum precatio est, prævertente Propheta ac rogante; ut si quando contingant inimicorum insultus et insidiæ in separatæ, his remediis usus, ea quasi antidota quodvis perniciosum amuletum depellentia afferat. Num etiam hæc dicta ad personam Salvatoris nostri prophetice referantur? Quandoquidem in præcedenti psalmo clare passionem ejus vaticinanti ex ejus persona dicebatur : « Ego sum pauper et dolens, salus tua, Deus, suscepit me [75]; » similiter

« Ὁ Θεὸς, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες. » Οὔτε ᾠδὴ, οὔτε ψαλμὸς, οὔτε τι τῶν τοιούτων οἱ προκείμενοι τυγχάνουσι λόγοι· πλὴν ἀναπέμπουσιν εἰς τὸ τέλος, ἐπεὶ περὶ μελλόντων τὴν ἱκετηρίαν ποιοῦνται. Εἴρηνται δὲ « τῷ Δαυὶδ εἰς ἀνάμνησιν· » ὡς ἂν εἰς αὐτὸ τοῦτο λεχθέντες, ἵν' ἔχοι προχείρως διὰ στόματος ἀπομνημονεύειν αὐτοὺς, καὶ ἀντὶ ἐπῳδῆς αὐτοῖς ἐν ταῖς περιστάσεσι χρῆσθαι. Δύο δέ εἰσιν οἱ « εἰς ἀνάμνησιν » ἐπιγεγραμμένοι, ὅ τε μετὰ χεῖρας, καὶ ὁ λζ' ἐπιγεγραμμένος καὶ αὐτὸς « εἰς ἀνάμνησιν. » Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν οὐκ εἰς τὸ τέλος ἀνέπεμπεν, ἀλλ' ἦν « ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ εἰς ἀνάμνησιν· » Οὗτος δὲ « εἰς τὸ τέλος » ἐπιγράφει. Ὁ μὲν οὖν λζ', οὐ μελλόντων ἦν προαγορευτικὸς, ἀλλὰ παρῳχηκότων πραγμάτων ὑπομνηστικός· διὸ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν εἶχε τῷ ς' λέγων· « Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. » Μίαν τε οἱ ἀμφότεροι ὑπόθεσιν περιεῖχον. Ὁ μὲν γὰρ ἕκτος προϊὼν ἐπιλέγει· « Ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου· λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου· ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω· » ὁ δὲ λζ' τὰ ὅμοια διδάσκει λέγων· « Οὐκ ἔστιν εἰρήνη ἐν τοῖς ὀστέοις μου ἀπὸ προσώπου τῶν ἁμαρτιῶν μου· ὅτι αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμέ. Προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου. » Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπὶ τὴν μνήμην τοῦ πραχθέντος αὐτῷ πλημμελήματος ἀνέφερε. Διόπερ « εἰς ἀνάμνησιν » ἐπέγραφεν, ἐπαναλαμβάνων τὰ παρελθόντα διὰ τῆς συνεχοῦς ἐξομολογήσεως. Διὸ οὐκ ἐπέγραφεν « εἰς τὸ τέλος. » Ὁ δὲ παρὼν « εἰς τὸ τέλος » εἴρηται, ἐπειδήπερ ἱκετηρία ἐστὶ προσδοκωμένων πραγμάτων, τοῦ Προφήτου προλαμβάνοντος καὶ εὐχομένου· ἵν', εἴ ποτε συμβαίεν ἐχθρῶν ἐπαναστάσεις καὶ ἐπιβουλαὶ κατ' αὐτοῦ, ταῖς προκειμέναις ἐπῳδαῖς χρώμενος ἀλεξιφάρμακα ὥσπερ ἀποτρόπαια παντὸς πονηροῦ ἀντιπεριάμματος ἐπάγοιτο. Μήποτε δὲ καὶ προφητικῶς εἰς πρόσωπον ἀναφέρεται τὰ λεγόμενα τοῦ Σωτῆρος; ἐπειδήπερ ἐν μὲν τῷ πρὸ τούτου σαφῶς θεσπίζοντι τὸ πάθος αὐτοῦ ἐλέγετο ἐξ αὐτοῦ προσώπου· « Πτωχὸς καὶ

[70] Galat. IV, 26. [71] Hebr. XII, 22. [72] Joan. XIV, 2. [73] Psal. VI, 7. [74] Psal. XXXVII, 4-6. [75] Psal. LXVIII, 30.

(1) Lectio, ut videtur, vitiata.

ἀλγῶν ἐγώ εἰμι, ἡ σωτηρία σου, ὁ Θεὸς, ἀντελάβετό μου· » ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας προϊὼν φάσκει· « Ἐγὼ δὲ πτωχὸς καὶ πένης, ὁ Θεὸς, βοήθησόν μοι. » Ὥστε καὶ διὰ τοῦτο ἀναγκαίως ἐπιγράφειν « εἰς τὸ τέλος. » Ἐὰν μὲν οὖν ἐκ προσώπου τοῦ Δαυὶδ λέγοιτο, εἴποι, ἂν ὅτι μεγάλου βασιλεύων ἔθνους, σφόδρα πλουσιώτατος ὤν, οὐκ ἠγνόει τὸ φάσκον λόγιον· « Ὅσῳ μέγας εἶ, τοσούτῳ ταπεινοῦ σεαυτὸν, καὶ ἐνώπιον Κυρίου εὑρήσεις χάριν. » Διὸ μετριοφρονῶν καὶ ταπεινοφρονῶν καὶ ἀληθῶς σμικρύνων ἑαυτὸν, καὶ πρὸς τὸ μέγεθος ἀφορῶν τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος τοῦ Θεοῦ, πτωχὸν καὶ πένητα ἑαυτὸν διὰ τῶν προκειμένων ὠνόμασε· καὶ ἀρχόμενος δὲ τοῦ λόγου, ὡς μηδὲν αὐτῷ συμβαλλομένου, μήτε πλούτου, μήτε βασιλείας, μήτε τῆς τοῦ παντὸς ἔθνους βοηθείας, μήτε τῆς ἐξ ἀσκήσεως ποριοθείσης αὐτῷ δικαιοσύνης, τὴν παρὰ μόνου τοῦ Θεοῦ βοήθειαν ἐξῄτει λέγων· « Ὁ Θεὸς, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες. Κύριε, εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. » Ὁρῶν δὲ πολλοὺς διαφθονουμένους τῇ κατὰ Θεὸν αὐτοῦ προκοπῇ καὶ βασκαίνοντας αὐτοῦ τῇ σωτηρίᾳ τῆς ψυχῆς, προστίθει τὸ, « Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐντραπήτωσαν οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου. Ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω καὶ καταισχυνθήτωσαν οἱ βουλόμενοί μοι κακά. Ἀποστραφήτωσαν παραυτίκα αἰσχυνόμενοι οἱ λέγοντές μοι, Εὖγε, εὖγε. » Διὰ τούτων γὰρ ὁμολογεῖ αὐτὸς μὲν ἑαυτῷ μὴ δύνασθαι ἐπαρκεῖν, δεῖσθαι δὲ τῆς παρὰ τοῦ κρείττονος βοηθείας· ὡς, εἰ μὴ τύχοι ταύτης, ἔρημος ἐσόμενος καὶ ἐλεγχθησόμενος ἀσθενὴς καὶ πλέον οὐδὲν ἢ θνητὸς ἄνθρωπος· καὶ ὡς οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ἐπιχαιρεσίκακοί τινες ὄντες πεσόντι αὐτῷ ἐπαναβήσονται. Εἰ δὲ βοηθοῦ τύχοι τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς μὲν ἔσται ἀνώτερος· αἰσχύνην δὲ καταχεοῦνται οἱ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἐπίβουλοι· οἵτινες ἐφ' ἑκάστῃ πράξει κατὰ πόδας αὐτοῦ βαίνοντες καὶ πειρώμενοι ἐπιλαμβάνεσθαι αὐτοῦ λέγειν εἰώθασιν, « Εὖγε, εὖγε, » ὡς ἂν ἐπιτυγχάνοντες καὶ κατ' εὐχὰς πράττοντες ἐν οἷς αὐτὸν σφάλλεσθαι ἐνόμιζον. Εἰ δὲ ἐπὶ τὸν Σωτῆρά τις ἀναφέροι ταῦτα διὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν, ἐρεῖ, ὅτι τοὺς ἐπιβουλεύοντας αὐτοῦ τῷ λόγῳ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, τῷ τε μεγάλῳ σώματι τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ θεωρῶν ἐπανισταμένους, καὶ τοὺς διωγμοὺς συνεχῶς κατ' αὐτῆς ἐνεργοῦντας, ἀποτροπιαζόμενος αὐτῶν τὴν κακίαν, ταύτην προφητικῶς ἀνέπεμπε τὴν εὐχὴν, οὕτω δεῖν εὔχεσθαι διδάσκων τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ.

« Ἀγαλλιάσθωσαν καὶ εὐφρανθήτωσαν ἐπὶ σὲ πάντες οἱ ζητοῦντές σε. » Τὰ μὲν πρῶτα ἀνατρεπτικὰ ἦν τῶν ἐναντίων· ἀκολούθως δὲ τὰ δεύτερα ὑπὲρ τῶν οἰκείων πρεσβεύει. Καὶ εἰ μὲν ὁ Δαυὶδ δικαίῳ πρέπουσαν εὐχὴν ἐποιεῖτο, ὡς ἂν πάντες οἱ τὸν Θεὸν ζητοῦντες, ὧν εἷς καὶ αὐτὸς ἦν, ἀγαλλιάσεως καὶ εὐφροσύνης μετέχοιεν τῶν ἐχθρῶν καταισχυνομένων· οἱ δὲ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ λέγοιεν ἄν, « Μεγαλυνθήτω ὁ Θεός· » καὶ τοῦτο μὴ εἰσάπαξ, μηδὲ ἐνί ποτε καιρῷ, ἀλλὰ διαπαντὸς λέγοιεν, νικῶντος ἐν αὐτοῖς καὶ δι' αὐτῶν πᾶν τὸν πολέμιον γένος τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ ὁ Σωτὴρ τοῖς προλεχθεῖσιν (1) ἀκολούθως εἴη ὑπὲρ τῶν ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν εἰς

in præsenti postea dicit : « Ego vero egenus et pauper sum, Deus, adjuva me. » Ita ut ea de causa « in finem » necessario inscribatur. Quod si ex persona Davidis proferatur, dicas licet ipsum magnæ gentis regem, ac ditissimum, non ignorasse tamen dictum illud : « Quanto major es, tanto magis teipsum humilia, et in conspectu Domini invenies gratiam [784]. » Quare moderate et humiliter sentiens, vereque sese parvum reputans, ac respiciens magnitudinem divitiarum bonitatis Dei, egenum se et pauperem in præsenti vocavit : atque sermonem ordiens, ac si divitiæ, regnum, totius populi auxilia, itemque justitia per exercitationem comparata, nihil sibi conferrent, solius Dei auxilium expetebat dicens : « Deus, in adjutorium meum intende ; Domine, ad adjuvandum me festina. » Animadvertens autem plurimos esse qui suo secundum Deum profectui, livore ducti, ac saluti animæ suæ inviderent, illud adjecit : « Confundantur et revereantur qui quærunt animam meam. Avertantur retrorsum et erubescant qui volunt mihi mala. Avertantur statim erubescentes qui dicunt mihi, Euge, euge. » His confitetur se non sibi satis esse, sed Dei auxilio egere. Futurum quippe erat, si id non consequeretur, ut desertus esset, ac infirmus nihilque magis quam mortalis homo deprehenderetur, inimicique alienis malis gaudentes, lapsum se invasuri essent. Si vero adjutorem Deum nancisceretur, superiorem se fore animæque suæ inimicos pudore suffusum iri sperabat. Hi enim ad singula gesta ejus e vestigio incedentes observabant, ipsumque comprehendere studentes dicere solebant, « Euge, euge, » quasi re bene gesta et pro voto succedente, cum lapsum eum putarent. Quod si quis hæc ad Salvatorem ob super traditam causam referat, is dicet, ipsum cum cerneret eos qui verbo et doctrinæ suæ magnoque Ecclesiæ suæ corpori insidiabantur, insurgere ac frequenter adversus illam persecutiones excitare ; eorum malitiam exsecratum, hanc prophetice orationem emisisse, hocque orandi institutum Ecclesiæ suæ tradidisse.

Vers. 5, 6. « Exsultent et lætentur super te omnes qui quærunt te. » Priora quidem ad inimicos avertendos dicta sunt ; secunda vero pro domesticis supplicant. Et sane quidem David orationem justo congruentem emisit, precatus ut universi qui Deum requirunt, ex quorum ille numero erat, inimicis pudore suffusis, exsultationis et gaudii participes sint. Ii vero qui diligunt salutare Dei, jure dixerint, « Magnificetur Dominus ; » ideoque non semel, sed omni tempore, quia ipse Dominus in ipsis ipsorumque opera genus omne adversariorum Dei profligat. Quod si Salvator prædictis verbis usus sit, consequenter de omnibus gentibus in se cre-

[784] Eccli. III, 20.

(1) Λείπει.

dentibus dixerit : « Exsultent et lætentur in te omnes qui quærunt te. » Non enim Judæi solum, neque ii qui se ex Abrahamo ortos gloriantur ; sed universim et indefinite omnes prorsus qui quærunt te, ex quovis genere fuerint, « exsultent et lætentur in te, et dicant, Magnificetur Deus : » idque omni tempore dicant qui diligunt salutare tuum, scilicet Salvatorem, qui sæpe in Scripturis salutare vocatur; quem diligunt ii, qui doctrinam ejus in dilectione pura operibus fovent. « Ego vero egenus et pauper sum : Deus, adjuva me. » David quoque, dives cum esset, humiliter sentiebat, gnarus scilicet magnitudinis Dei, et quod se nihil esse videret. Quare solius fortis [Dei] opem implorabat dicens : « Deus, adjuva me : adjutor meus et liberator meus es tu, Domine, ne moreris. » Christus quoque cum dives esset, propter nos egenus factus est, ut docuit divinus Apostolus [76]. Quamobrem seipsum Spiritus auxilio commendabat, pro populo suo deprecans, et pro Ecclesia ; ne diutius tempore persecutionum impugnata, gravi hinc detrimento afficeretur. Quamobrem ait : « Adjutor meus et liberator meus es tu, Domine, ne moreris. » An porro hæc ad tempus passionis Servatoris referantur, tu ipse consideres velim. Quandoquidem enim in præcedenti illatas sibi vexationes descripsit ; quomodo intraverint aquæ usque ad animam suam, qui infixus sit in limo profundi, venerit in altitudinem maris, multiplicati sint super capillos capitis sui qui se gratis oderunt, et alia multa ibidem allata perpessus sit ; jure hanc supplicationem Patri suo emittit dicens : « Deus, in adjutorium meum intende ; Domine, ad adjuvandum me festina. » et cætera. Quia apostolorum suorum ordinem amoris sui causa magna in confusione versantem videbat, secundas pro illo voces edebat ; ut accepto resurrectionis suæ, quam ejus videndi cupidi exspectabant, nuntio, exsultatione et lætitia repleti semper dicerent, « Magnificetur Dominus : » ipsi quippe erant qui diligebant salutare ipsius.

αὐτὸν πεπιστευκότων, λέγοι ἂν τὸ, « Ἀγαλλιάσθωσαν καὶ εὐφρανθήτωσαν ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ζητοῦντές σε. » Μὴ γὰρ μόνοι Ἰουδαῖοι, μηδὲ οἱ τὸν Ἀβραὰμ ἀγχοῦντες, ἀλλὰ καθόλου καὶ ἀορίστως πάντες ὅσοι δήποτε καὶ ἐξ οἵου γένους εἶεν οἱ ἐκζητοῦντές σε, « ἀγαλλιάσθωσαν καὶ εὐφρανθήτωσαν ἐπὶ σοί, καὶ λεγέτωσαν, Μεγαλυνθήτω ὁ Θεός · » καὶ τοῦτο λεγέτωσαν διαπαντὸς οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριόν σου · αὐτὸν δηλαδὴ τὸν Σωτῆρα σωτήριον πολλαχοῦ τῶν Γραφῶν ὠνομασμένον, ὃν ἀγαπῶσιν οἱ δι' ἔργων τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ καθαρᾷ περιέποντες. « Ἐγὼ δὲ πτωχὸς καὶ πένης · ὁ Θεός, βοήθησόν μοι. » Καὶ Δαυὶδ πλούσιος ὢν ἐταπεινοφρόνει, ἅτε γνῶσιν ἔχων τοῦ μεγέθους τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ μηδὲν ἑαυτὸν ὁρῶν. Διὸ τὴν παρὰ μόνου τοῦ ἰσχυροῦ βοήθειαν ἐξῃτεῖτο λέγων · « Ὁ Θεός, βοήθησόν μοι · βοηθός μου καὶ ῥύστης μου εἶ σὺ, Κύριε, μὴ χρονίσῃς. » Καὶ ὁ Χριστὸς δὲ πλούσιος ὢν δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν, ὡς ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Διὸ καὶ ἑαυτὸν ἀνετίθει τῇ τοῦ Πνεύματος βοηθείᾳ, πρεσβεύων ὑπὲρ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ καὶ τῆς Ἐκκλησίας, ὡς ἂν μὴ, εἰς μακροὺς χρόνους πολεμουμένη ἐν τοῖς καιροῖς τῶν διωγμῶν, μεγάλην ἀπενέγκοιτο βλάβην. Διό φησι · « Βοηθός μου καὶ ῥύστης μου εἶ σὺ, Κύριε, μὴ χρονίσῃς. » Εἰ δὲ καὶ ταῦτα ἀναφέροιτο ἐπὶ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ αὐτὸς ἐπιστήσεις. Ἐπειδὴ γὰρ διέγραψεν ἐν τῷ πρὸ τούτου τὰς κατ' αὐτοῦ ἐπαναστάσεις · ὅπως τε εἰσέλθοσαν ὕδατα ἕως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ἐνεπάγη εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ ὡς ἦλθεν εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης · ἐπληθύνθησάν τε ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ οἱ μισοῦντές με δωρεάν · πέπονθέ τε ὅσα καὶ εἴρηται · εἰκότως τὴν παροῦσαν δέησιν ἀναπέμπει πρὸς τὸν Πατέρα λέγων · « Ὁ Θεός, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες · Κύριε, εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον, » καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα. Ἐπειδὴ ἐώρα τὸ τάγμα τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἐν πολλῇ συγχύσει γεγενημένον διὰ τὴν περὶ αὐτὸν ἀγάπην, τὰς δευτέρας ὑπὲρ αὐτῶν προῄετο φωνὰς, ὅπως, ἀπολαβόντες αὐτοῦ τὴν ἀνάστασιν ἣν περιέμενον ποθοῦντες ἰδεῖν, πληρωθεῖεν ἀγαλλιάσεως καὶ εὐφροσύνης, λέγοντες διαπαντός · « Μεγαλυνθήτω ὁ Θεὸς, » αὐτοὶ ὄντες οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριον αὐτοῦ.

(1) LXX.

Vers. 1-5. « In te, Domine, speravi, non confundar in æternum, in justitia tua libera me et eripe me. » His similia tricesimus quoque psalmus circumfert, hoc item modo orsus : « In te, Domine, speravi, non confundar in æternum, in justitia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam [77]. » Sed ille quidem, « In finem, » et « Psalmus Davidi, » inscriptus est ; hic autem titulo caret. Ille confessionem cum supplicatione continet, hic vero prophetia videtur esse ex persona Salvatoris prolata. Quare « Davidis » consueto more non inscriptus est. Dixerit fortasse quispiam oportere illum præcedentibus conjungere, quod magnam cum illis ha-

Οʹ.

« Ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ῥῦσαί με, καὶ ἐξέλου με. » Τὰ ἰσοδυναμοῦντα τούτοις καὶ ὁ λʹ περιέχει ψαλμὸς, τοῦτον καὶ αὐτὸς ἀρχόμενος τὸν τρόπον. « Ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ῥῦσαί με. Κλίνον πρὸς μὲ τὸ οὖς σου. » Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, « Εἰς τὸ τέλος, » καὶ « Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, » ἐπεγέγραπτο · ὁ δὲ παρὼν ἀνεπίγραπτος τυγχάνει. Κἀκεῖνος μὲν ἐξομολόγησιν σὺν ἱκετηρίᾳ περιεῖχεν, ὁ δὲ προφητείᾳ ἔοικεν ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος προενηνεγμένῃ. Διὸ οὐδὲ ἐπιγέγραπται συνήθως, « τοῦ Δαυίδ. » Εἴποι δ' ἄν τις προσήκειν συμπεριλαμβάνειν αὐτὸν τοῖς

[76] II Cor. VIII, 9. [77] Psal. XXX, 2, 3.

(1) In Vulgata titulus, *Filiorum Jonadab et priorum captivorum.*

πρὸ αὐτοῦ τεταγμένους, διὰ τὸ πολλὴν πρὸς αὐτὰ σώζειν ἀκολουθίαν· ἐν γοῦν τῷ πρὸ τούτου ἐλέγετο· « Ὁ Θεὸς, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες. Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐντραπήτωσαν οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου. Ἀποστραφείησαν εἰς τὰ ὀπίσω καὶ κατεσχυνθείησαν οἱ βουλόμενοί μοι κακά· » καὶ ἐν τοῖς μετὰ χεῖρας δὲ προῖὼν ὁ λόγος ταῖς αὐταῖς κέχρηται φωναῖς λέγων· « Ὁ Θεὸς, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες, αἰσχυνθείησαν· » καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τῆς αὐτῆς ἔχεται διανοίας, εἰς πλάτος ἐκτεινομένου τοῦ λόγου διὰ τῶν προκειμένων, ἅπερ οὐκ ἀπὸ σκόπου ἂν τις εἴποι ἁρμόζειν τῷ Πατρί· Διά τε τὸ λέγεσθαι ἐν αὐτῷ· « Ὅτι σὺ εἶ ἡ ὑπομονή μου, Κύριε, Κύριε, ἡ ἐλπίς μου ἐκ νεότητός μου· » αὐτὰ γὰρ ταῦτα ἐν καὶ τῷ κα' ψαλμῷ ἐξ αὐτοῦ προσώπου ἐλέγετο ἐν τούτοις· « Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός· » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἑξῆς ἐπιλεγόμενον ἐν τῇ μετὰ χεῖρας προφητείᾳ ἐν τῷ, « Ὁ Θεός μου, μὴ ἐγκαταλίπῃς με, ἕως ἂν ἀπαγγελῶ τὸν βραχίονά σου τῇ γενεᾷ πάσῃ τῇ ἐρχομένῃ, » ἰσοδυναμεῖν ἔοικε τῷ ἐν κα' ψαλμῷ φάσκοντι λόγῳ· « Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη. » Πρόσχες γὰρ ἀκριβῶς ὅπως ἐν ἐκείνῳ μὲν ἐλέγετο, « Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη, » ἐν δὲ τῷ προκειμένῳ, « Ἕως ἂν ἀπαγγελῶ τὸν βραχίονά σου τῇ γενεᾷ πάσῃ τῇ ἐρχομένῃ. » Ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν αὐτοῦ σαφῶς παρίστησιν ἡ μετὰ χεῖρας προφητεία λέγουσα ἐξ αὐτοῦ προσώπου· « Ὁ Θεὸς, τίς ὅμοιός σοι; ὅσας ἔδειξάς μοι θλίψεις πολλὰς καὶ κακὰς καὶ ἐπιστρέψας ἐζωοποίησάς με, καὶ τῶν ἀναγκῶν τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με; » Εἶτ' οὖν ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος, εἴτε ἐκ προσώπου παντὸς δικαίου, τῶν προκειμένων ἀκουστέον. Περιέχει γὰρ διδασκαλίαν παιδεύουσαν ἡμᾶς μετὰ διαθέσεως ὑγιοῦς πάντα μὲν δεύτερα τίθεσθαι, ἐπὶ μόνον δὲ τὸν Κύριον τὰς ἑαυτῶν ἀναρτᾷν ἐλπίδας, ὥστε λέγειν αὐτῷ διαθέσει γνησίᾳ· « Ἐπὶ σοὶ, Κύριε, ἤλπισα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα. » Οἱ γὰρ ἐπὶ πλούτῳ καὶ πολλῇ περιουσίᾳ βίου, ἢ ἐπὶ ἀξιώμασι κοσμικοῖς, ἢ ἐπὶ ἀρχόντων οἰκειότητι καὶ προστασίᾳ, ἐφ' ἑτέρῳ τινὶ τῶν θνητῶν καὶ ἐπικήρων τὰς ἑαυτῶν ἀνατιθέντες ἐλπίδας, αἰσχύνην ὀφλήσουσιν. « Ἐπικατάρατος γὰρ ἄνθρωπος ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον, καὶ στηρίζει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ. » Κέκραγέ τε βοῶν ὁ λόγος· « Μὴ πεποίθατε ἐπ' ἄρχοντας, μηδὲ ἐφ' υἱοὺς ἀνθρώπων, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία· » καὶ πάλιν· « Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν. » Καὶ ἐν ἑτέροις δὲ λέγειν διδασκόμεθα· « Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπὶ ἄνθρωπον. Ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπὶ ἄρχοντας. » Ὁ δὲ ἀγαθὰ ἑαυτῷ συνειδὼς εἴποι ἂν τῷ Κυρίῳ καὶ τὸ, « Ἐν δικαιοσύνῃ σου ῥῦσαί με καὶ ἐξέλου με. » Πολλῇ γὰρ πεποιθήσει τεθάρρηκεν, ὅτι, κατὰ τὸ δικαιότατον κρίνας ὁ Θεὸς, εὑρήσει αὐτὸν οὐ κατακρίσεως, οὐδὲ ἀποβολῆς ἄξιον, ἀλλὰ βοηθείας καὶ ἀντιλήψεως· διό φησιν· « Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ῥῦσαί με καὶ ἐξέλου με. » Συνειδήσει

beat affinitatem. Nam in præcedenti dicebatur: « Deus, in adjutorium meum intende. Confundantur et revereantur qui quærunt animam meam. Avertantur retrorsum et erubescant qui volunt mihi mala [78]. » In hoc vero, quem nunc tractamus, ipsissimæ voces in sequentibus usurpantur: « Deus, in adjutorium meum intende, confundantur, » et cætera, quoque eidem sententiæ insistunt; sed hic fusius res enarrantur, quas Patri convenire non abs re quispiam dixerit. Cum item in hoc psalmo dicatur, « Quoniam tu es patientia mea, Domine, Domine spes mea a juventute mea; » hoc ipsum in psalmo XXI, ex eadem persona dicitur: « Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre [79], » et sequentia. Sed etiam quod in hac prophetia subjungitur, « Deus meus, ne derelinquas me, donec annuntiem brachium tuum generationi omni quæ ventura est; » simile videtur illi XXI psalmi dicto, « Annuntiabitur Domino generatio ventura [80]. » Attendas quippe velim, quomodo in illo quidem dicatur, « Annuntiabitur Domino generatio ventura; » in hoc autem, « Donec annuntiem brachium tuum generationi omni quæ ventura est. » Quin etiam ejus ex mortuis resurrectionem aperte declarat hæc prophetia, ex ejus persona dicens: « Deus, quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas, et conversus vivificasti me, et de necessitatibus terræ iterum reduxisti me? » Sive igitur ex persona Servatoris, sive ex persona cujuslibet justi hæc accipienda sunt. Doctrinam enim complectuntur, quæ nos instituit ut ex bono proposito omnia post ducamus, in unoque Domino spem statuamus nostram, ita ut sincero affectu dicamus: « In te, Domine, speravi, non confundar in æternum. » Qui enim in divitiis ac in copiosis vitæ facultatibus, sive in mundanis dignitatibus, sive in principum favore et patrocinio, sive in alia quapiam mortalium et fluxarum rerum spem reponunt, ignominiæ obnoxii erunt. « Maledictus enim homo qui spem habet in hominem, et firmat carnem brachii sui [81]. » Clamat item Scriptura, « Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est salus [82]; » et rursum, « Divitiæ si affluant, nolite cor apponere [83]. » In aliis item ad hæc dicenda instituimur: « Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus [84]. » Qui autem bonorum sibi conscius est, Domino dixerit illud: « In justitia tua libera me et eripe me. » Multa quippe fiducia repletur, quia justissimo secum judicio Deus agens, non damnatione, neque repulsa, sed auxilio et patrocinio dignum comperiet: quare ait: « In justitia tua libera me et eripe me. » Puraque conscientia supplices voces ad Deum emittens id quoque dicebat: « Inclina ad me aurem

[78] Psal. LXIX, 2-4. [79] Psal. XXI, 10. [80] ibid. 32. [81] Jerem. XVII, 5. [82] Psal. CXLV, 2. [83] Psal. LXI, 11. [84] Psal. CXVII, 7-9.

tuam, et salva me [65]. » Imo quasi ex necessitate Deum ita rogabat : « Esto mihi in Deum protectorem et in locum munitum, ut salvum me facias. » Nam cum Deus protegit et propugnat, non pro nullius pretii homine id agit, solusque perfectus id Deo dicere valeat : « Quoniam firmamentum meum et refugium meum es tu. » Pro quo Aquila, « Quoniam petra mea et præsidium meum, » interpretatus est; Symmachus vero, « Quoniam petra mea et refugium meum es tu. »—« Deus meus, eripe me de manu peccatoris, et de manu contra legem agentis et iniqui. Quoniam tu es patientia mea, Domine, spes mea a juventute mea. » Vir perfectus quasi propriam possessionem Deum invocat dicens, « Deus meus : » quia promissio dignis a Deo data est his verbis : « Ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus [66]. » Qui vero dicit, « In te, Domine, speravi, » et omnia post putavit ut uni Deo se committeret, jure dicat, « Deus meus. » Eripi vero se de manu peccatoris rogat, ne gestis suis peccatori vel iniquo similis evadat : quare addit, « De manu peccatoris et de manu contra legem agentis et iniqui; » ac neiis subjectus sit; sed merito Deum, non solum ob allata superius, sed etiam ob subsequentes causas, sibi Deum appellat. Nam, inquit, tu mihi patientia es, tu spes mea a juventute. Nunquam enim te exspectare destiti, neque fuit tempus quo non te mihi in spem proponerem. Quamobrem rogo ex manu peccatorum et iniquorum eripi.

A δὲ κεκαθαρμένῃ τὰς ἱκετηρίους φωνὰς πρὸς τὸν Θεὸν ἀναπέμπων, καὶ τὸ, « Κλῖνον πρὸς μὲ τὸ οὖς σου, καὶ σῶσόν με, » ἔλεγεν. Ἀλλὰ καὶ ὡς ἀναγκαίως τῷ Θεῷ παρεκάλει λέγων· « Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστὴν καὶ εἰς τόπον ὀχυρὸν τοῦ σῶσαί με. » Προασπίζων γὰρ ὁ Θεὸς καὶ ὑπερμαχῶν, οὐκ ἂν περὶ μικροῦ τινος τοῦτ' ἐποίησε· μόνος δὲ ὁ τέλειος εἴποι ἂν τῷ Θεῷ· « Ὅτι στερέωμά μου καὶ καταφυγή μου σὺ εἶ. » Ἀνθ' ὧν ὁ μὲν Ἀκύλας· « Ὅτι πέτρα μου καὶ ὀχύρωμά μου, » ἡρμήνευσεν· ὁ δὲ Σύμμαχος· « Ὅτι πέτρα μου καὶ καταφυγή μου σὺ εἶ. » —« Ὁ Θεός μου, ῥῦσαί με ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ, καὶ ἐκ χειρὸς παρανομοῦντος καὶ ἀδικοῦντος. Ὅτι σὺ εἶ ἡ ὑπομονή μου, Κύριε, ἡ ἐλπίς μου ἐκ νεότητός μου. » Ὁ τέλειος ὥσπερ ἴδιον κτῆμα τὸν Θεὸν ἐπικαλεῖται λέγων· B « Ὁ Θεός μου· » Ἐπειδήπερ ἐπαγγελία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ περὶ τῶν ἀξίων λέγουσα· « Ἔσομαι αὐτῶν Θεός, καὶ αὐτοί ἔσονταί μοι λαός. » Ὁ δὲ λέγων, « Ἐπὶ σοί, Κύριε, ἤλπισα, » καὶ πάντα δεύτερα θέμενος, ἐπὶ μόνον δὲ τὸν Θεὸν ἑαυτὸν ἐπιῤῥίψας, εἰκότως εἴποι ἄν, « Ὁ Θεός μου. » Ῥυσθῆναι δὲ ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ εὔχεται, ἵνα μὴ ταῖς πράξεσιν ὅμοιος γένηται τῷ ἁμαρτωλῷ, μηδὲ τῷ παρανομοῦντι· διὸ ἐπιλέγει· « Ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ, καὶ ἐκ χειρὸς παρανομοῦντος καὶ ἀδικοῦντος· » ἀλλὰ καὶ ὅπως μὴ ὑποχείριος γένηται τοῖς τοιούτοις, εὐλόγως δὲ τὸν Θεὸν ἑαυτοῦ Θεὸν ὀνομάζοι ἄν, οὐ μόνον διὰ τὰ ἔμπροσθεν λελεγμένα, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰς ἐξῆς ἐπιλεγομένας αἰτίας. Σὺ γάρ μου, φησὶ, τυγχάνεις ὑπομονή, καὶ σύ μου ἐλπὶς ἐκ νεότητος. Οὐ γὰρ πώποτε διέλιπόν σε ὑπομένων, οὐδὲ γέγονέ τις καιρὸς, ἐν ᾧ οὐχί σε προεθέμην ἐμαυτοῦ ἐλπίδα. Ὧν χάριν ἱκετεύω ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλῶν καὶ παρανομούντων ῥυσθῆναι.

Vers. 6, 7. « In te confirmatus sum ex utero, de ventre matris meæ tu es protector meus. » De David quoque dici valeat quod a tenera juventute in Deo speravit. Nam juvenis cum esset, et pasceret oves Jessæ patris sui, fide ac spe in Deum, in leones et ursos irruebat, ut servaret oves : bonum pastorem imitatus, de quo dicitur : « Quemadmodum cum extraxerit pastor ex ore leonis duo crura, aut particulam auriculæ [67]. » Sed etiam cum puer esset, spiritum malignum ex Saule pellebat, idque vi fidei et spei in Deum. Atenim id quoque juveni cuilibet, qui Dei electione dignatus sit, qualis erat Timotheus, qui a puero sacras Litteras ediderat, dicere competit, « Spes mea a juventute mea. » Illud autem, « In te confirmatus sum ex utero, de ventre matris meæ tu es protector meus, » soli conveniat Salvatori nostro, qui immaculatus et nihil inquinatus erat quo tempore in utero gestabatur. Nam reliqui homines omnes, dum utero gestantur et primam corporis constitutionem accipiunt, quasi rita plantarum viventes, neque sensibus neque mente sensus sequente utuntur; sed etiam ipsa principe animi parte et mente demersi nihil a vermе differunt. Qui autem Deo dicit, « In te confirmatus sum ex utero, » non modo se Dei

C « Ἐπὶ σὲ ἐπεστηρίχθην ἀπὸ γαστρὸς, ἐκ κοιλίας μητρός μου σύ μου εἶ σκεπαστής. » Τὸ μὲν ἐκ νέας ἡλικίας ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐλπίζειν λέγοιτ' ἂν καὶ περὶ τοῦ Δαυΐδ. Ἐπείπερ, νέος ὢν καὶ ποιμαίνων τὰ πρόβατα Ἰεσσαὶ τοῦ πατρὸς, πίστει καὶ ἐλπίδι τῇ εἰς τὸν Θεὸν καὶ λέουσι καὶ ἄρκτοις ἐπῆει τῆς τῶν προβάτων σωτηρίας ἕνεκα· τὸν καλὸν μιμούμενος ποιμένα, περὶ οὗ εἴρηται· « Ὃν τρόπον ὅταν ἐκσπάσῃ ὁ ποιμὴν ἐκ στόματος τοῦ λέοντος δύο σκέλη, ἢ λοβὸν ὠτίου. » Ἀλλὰ καὶ παιδάριον ὢν ἤλαυνε τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν ἀπὸ τοῦ Σαοὺλ δυνάμει πίστεως καὶ ἐλπίδος τῆς εἰς τὸν Θεόν. Ἐπειδὰν καὶ πᾶς ὁ ἐκ νέας ἡλικίας τῆς κατὰ Θεὸν ἐκλογῆς κατηξιωμένος, οἷος ἦν Τιμόθεος ἐκ παιδὸς ἅγια Γράμματα μεμαθηκὼς τὸ, « Ἡ ἐλπίς μου ἐκ νεότητός μου. » Τὸ δὲ, « Ἐπὶ σὲ ἐπεστηD ρίχθην ἀπὸ γαστρὸς, ἐκ κοιλίας μητρός μου, σύ μου εἶ σκεπαστής, » μόνῳ ἂν ἁρμόζοι τῷ Σωτῆρι ἡμῶν ἀθωλώτῳ καὶ ἀσυγχύτῳ γενομένῳ καθ' ὃν ἐκυοφορεῖτο καιρόν. Οἱ μὲν γὰρ λοιποὶ πάντες ἄνθρωποι ἐν τῷ κυΐσκεσθαι, καὶ πρώτην λαμβάνειν σύστασιν τοῦ σώματος, φυτικὴν ὥσπερ ζωὴν ζῶντες, οὔτε ταῖς τοῦ σώματος αἰσθητηρίοις, οὔτε τῇ διανοίᾳ παρακολουθούσῃ κέχρηνται· ἀλλὰ καὶ τὸ ἡγεμονικὸν αὐτὸ καὶ τὸν νοῦν βεβαπτισμένοι, οὐδὲν σκώληκος διενέγκειεν ἄν. Ὁ δὲ λέγων τῷ Θεῷ, « Ἐπὶ σὲ ἐπεστηρίχθην

[65] Psal. xxx, 3. [66] Ezech. xxxvii, 23. [67] Amos iii, 12.

ἀπὸ γαστρὸς, » οὐ μόνον γνῶσιν ἐμφαίνει κεκτῆσθαι Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ μεγίστην ἀρετὴν φιλοθέου δυνάμεως, δι' ἧς ἐπ' αὐτὸν τὸν Θεὸν ἐστηρίζετο. Καὶ τοιοῦτος ἦν κυϊσκόμενος καὶ ἐν γαστρὶ τῆς μητρὸς συλλαμβανόμενος. Τὸ δὲ, « Ἐκ κοιλίας μητρός μου εἶ σκεπαστὴς, » δύναται καὶ ἐπὶ πάντων ἁρμόζειν. Εἰ γὰρ μὴ Θεοῦ δύναμις ἐφρούρει καὶ ἐφύλαττε τὸ κατὰ γαστρὸς κυϊσκόμενον, οὐδ' ἂν συνέστη, οὐδ' ἂν μετέσχε ζωῆς, μήτε πνεῖν δυνάμενον, μήτε τοῖς λοιποῖς κεχρῆσθαι αἰσθητηρίοις. Πάλιν δὲ καὶ ἐν τούτῳ λέγων, « Σύ μου εἶ σκεπαστὴς, » ἐνέφαινεν ἐξαίρετόν τι ἐσχηκέναι παρὰ τοὺς λοιποὺς τοὺς ἐν κοιλίᾳ μητρὸς συλληφθέντας. Τάχα γὰρ ἐπὶ μὲν τῆς τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων γενέσεως ἄλλοι τινὲς ἐφεστήκασιν ἄγγελοι διακονούμενοι τῇ ἑκάστου εἰς τὸν βίον παρόδῳ· ἐπὶ δὲ τῆς γενέσεως τοῦ Σωτῆρος, αὐτὸς ἦν ὁ Πατὴρ σκεπαστὴς αὐτοῦ γιγνόμενος· διὸ καὶ ἐπὶ αὐτὸν ἐπεστηρίζετο. Οὕτως διαπαντὸς « ὕμνησιν » ἑαυτοῦ εἶχε τὸν Πατέρα. Διὸ ἐπιλέγει· « Ἐν σοὶ ἡ ὕμνησίς μου διαπαντός. » Οὐ γὰρ διέλιπέ τινα καιρὸν ὑμνῶν τὸν Πατέρα, ἢ καὶ ὑμνούμενος ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ὑπακοῇ. Ἀλλ', Ἡ μὲν ἐμὴ, φησὶν, αἴνεσις, ἡ καὶ ὕμνησις ἐν σοὶ γέγονε διαπαντός. Οἱ δὲ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, μηδὲν τούτων ἐπιστάμενοι, ὥσπερ τέρας ἐκτήσαντό με. Τεράστιον γοῦν τι πρᾶγμα τοῖς πολλοῖς ἐγενόμην, ὡς διάφορα περὶ ἐμοῦ δοξάζειν αὐτούς· καί τινας μὲν Θεὸν εἶναι ἄσαρκον καὶ ἀσώματον, δοκήσει μόνον ὀφθέντα ἐπὶ γῆς, ἡγεῖσθαι, τινὰς δὲ ψιλὸν ἄνθρωπον, ὡς μηδὲν πλέον παρὰ τοὺς λοιποὺς ἐσχηκότα· καὶ ἄλλους μὲν ἀραῖς καὶ δυσφημίαις ὑποβάλλειν, ἑτέρους δὲ σέβειν καὶ προσκυνεῖν. Τέρας δὲ τοῖς πᾶσιν ἀληθῶς γέγονεν ὁ ἐμὸς θάνατος. Τὸ γὰρ σταυρὸν ὑπομεῖναι Θεὸν ὄντα, καὶ τοιαῦτα παθεῖν τὸν ἑτέροις ζωὴν κεχαρισμένον, τέρας ἦν ἀληθῶς. Διό φησιν· « Ὡσεὶ τέρας ἐγενήθην τοῖς πολλοῖς. » Ἀλλ' ἐν πᾶσι τούτοις σὺ, φησὶ, « βοηθός » μου γέγονας « κραταιός· » οὐδὲ γὰρ ἄλλον ἐκτησάμην βοηθόν. Πάντα γὰρ ἦν δεύτερα καὶ ὑποδεέστερα τὴν ἐμὴν δύναμιν· σὺ δὲ μόνος, ὃν ἐλπίδα ἐμαυτὸν ὑπεγραψάμην, « βοηθός » μου γέγονας « κραταιός. » Καὶ κατὰ τὸν Σύμμαχον δὲ ὁμοίως εἴρηται· « Σοὶ ἐπεστηρίχθην ἀπὸ γαστρὸς, ἀπὸ τῶν ἐνδοσθίων τῆς μητρός μου σὺ ἐπιεικές με. Εἰς σὲ ἡ ἀναμονή μου ἐνδελεχῶς, ὡσεὶ τέρας ἐγενόμην τοῖς πολλοῖς· σὺ δὲ κεποίθησίς μου ἰσχυρά. »

« Πλησθήτω τὸ στόμα μου αἰνέσεως, ὅπως ὑμνήσω τὴν δόξαν σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν μεγαλοπρέπειάν σου. » Ἤδη μὲν κατὰ τὸν παρελθόντα χρόνον ὕμνησίς μου, φησὶν, ἐν σοὶ γέγονε διαπαντός· πλὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος δέομαι, ὡς ἂν μέχρις ἐσχάτης ὥρας τοῦ βίου τὸ στόμα μου τῆς σῆς αἰνέσεως πληρῶτο, καὶ οὕτως γε πληρῶτο, ὡς μηδένα χώραν σχολάζουσαν ἔχειν πρὸς τὸ ἕλιο τι φθέγγεσθαι, μηδὲ ἀνθρώπους ὁμιλεῖν· καὶ τοῦτό μοι ὑπάρξαι ἀξιῶ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν, καὶ ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ τῆς ἐμῆς ζωῆς μὴ ἀποστερηθῆναι καὶ ἀπορριφῆναι ταύτης τῆς χάριτος, κἂν ἐπὶ γήρους οὐδῷ δέοι φθάσαι, μηδὲ μέχρις ἐσχάτης τελευτῆς ἕλιο τί με πράττειν ἢ πληροῦσθαι τὸ στόμα μου τῆς σῆς αἰνέσεως καὶ τῆς σῆς μεγαλο-

cognitione imbutum fuisse ostendit, sed etiam magnam se virtutem, vimque amoris erga Deum, qua in ipso confirmabatur, habuisse demonstrat. Talis autem in utero et in ventre matris conclusus ille erat. Illud vero, « De ventre matris meæ tu es protector, » omnibus convenire possit. Nisi enim Dei virtus custodiret ac servaret fetum uteri, neque formaretur, neque vitæ particeps esset, cum nec respirare, nec reliquis sensibus uti valeret. Rursumque cum dicit, « Tu es protector meus, » se aliquid præstantius reliquis hominibus in ventre matris conceptis habuisse commonstrat. Fortasse quippe in reliquorum hominum generatione angeli quidam adsunt singulorum ad vitam ingressui ministrantes; in generatione vero Servatoris ipse Pater protector ejus erat; quare in ipso confirmabatur. Sic semper « cantationem » habuit in Patris laudem. Quare subdit : « In te cantatio mea semper. » Nullum enim prætermisit tempus, quin vel Patrem hymnis celebraret, vel ab ipso pro tanta obsequentia celebraretur. Verum ait, Laus sive cantatio mea in te fuit semper. Hominum vero multi horum ignari, tanquam prodigium me habuerunt. Prodigiosum ergo quidpiam multis effectus sum, ita ut in varias de me sententias abirent; et alii quidem Deum carne vacuum et incorporeum, sola specie visum in terra putarent; alii nudum hominem, nihil plus quam alii habentem; alii exsecrationibus et conviciis me subjicerent; alii colerent et adorarent. Mors vero mea omnibus prodigium plane fuit. Nam eum qui Deus esset crucem sustinere, et talia pati eum qui aliis vitam impertiret, vere prodigium erat. Quamobrem ait : « Tanquam prodigium factus sum multis. » Sed in his omnibus tu mihi, inquit, « adjutor fortis, » fuisti. Neque enim mihi alius adjutor exstitit. Omnia quippe virtuti meæ inferiora et imparia erant : tu vero solus, quem mihi in spem ascripsi, fuisti mihi « adjutor fortis. » Secundum Symmachum item similiter dicitur, « Tibi confirmatus sum ex ventre, ex visceribus matris meæ tu respexisti me. In te patientia mea perpetuo, tanquam prodigium factus sum multis : tu vero fiducia mea fortis. »

Vers. 8-11. « Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam. » Jam præterito, inquit, tempore, cantatio mea in te fuit semper : cæterum pro futuro quoque supplico, ut ad ultimam vitæ horam os meum laude tua repleatur, et ita repleatur, ut aliud quidpiam loquendi, vel cum hominibus versandi nullus supersit locus : neque quotidie et toto vitæ meæ decursu ita comparatum esse rogo, ut tali gratia orbatus nunquam nec depulsus sim : atque etiamsi ad limen senectutis devenero, nihil aliud ad mortem usque peragam, quam, quod repleatur os meum laude et magnificentia tua. Pro illo autem « tota die, » Symmachus, « per omnem

« Repleatur, inquit, os meum laude tua, per omnem diem, in decore tuo ne abjicias me tempore senectutis. » Nam si ad senectutem usque vitam devenire meam oporteat, non abnuo : id supplico tantum, ut os meum nunquam finem faciat celebrandi laudem tuam et magnificentiam tuam. Quod si senectutis causa aliquando vires me deficiant, ne tunc quidem me derelinquas. Hæc in oratione dicere convenit tum Davidem, tum quemvis hominem religiosum. Animadverte porro quomodo de Salvatore ab Apostolo dicatur : « Crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei [88]. » Etsi enim ex infirmitate crucifixus sit ; at non ab aliis superatus : ipse quippe sese infirmum effecit, seque deditium hominibus obtulit. Quod etiam ipse docet his verbis : « Nemo tollit animam meam a me : sed ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo recipiendi eam [89]. » Quemadmodum igitur humiliavit semetipsum, formam servi accipiens ; sic sese infirmum effecit, ut ab hominibus capi posset, utque crucem subiret, « factus obediens » Patri « usque ad mortem, mortem autem crucis [90]. » Quare ait, « Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. » Deinde cum passionem memorasset, passionis auctorum mentionem facit dicens : « Quia dixerunt inimici mei mihi, et qui custodiebant animam meam; » sive secundum Symmachum, « Et qui observabant animam meam, consilium inierunt simul dicentes, Deus dereliquit eum; persequimini et comprehendite eum, quia non est qui eripiat. » Hæc quippe dicebant principes sacerdotum et qui cum iis erant, in tempore passionis moventes capita sua et sic loquentes : « Qui destruit templum et in tribus diebus excitat illud, alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, et credemus ei [91]. »

Vers. 12-16. « Deus, ne elongeris a me, Deus in auxilium meum respice. » Inimici mei supra memorati dicebant, « Deus dereliquit eum : » ego autem rogo deprecorque te Deum meum, ut adsis semper mihi, neque procul a me recedas, sed ad auxilium meum respicias. Te quippe adjutorem nactus, probe scio me omnes inimicos meos pudore suffusos visurum esse. Illud autem, « confundantur, » pro consueto in divina Scriptura more, nunc quoque pro « confundentur » dictum est; illud item, « et deficiant, » pro « deficient detrahentes animæ meæ, » positum est ; sive secundum Symmachum, « adversarii animæ meæ. » Quomodo autem pudore suffusi defecerint qui necem ejus moliti sunt, non longo nobis sermone disquirere opus est : nam ex eo tempore princeps sacerdotum apud eos penitus defecit, Pharisæorum vero ne nomen quidem superest, neque memoria ulla dignitatum

A πρεπείας. Ἀντὶ δὲ τοῦ, « ὅλην τὴν ἡμέραν, » ὁ Σύμμαχος, « κατὰ πᾶσαν ἡμέραν » ἐξέδωκε· « Πλησθείη τὸ στόμα σου αἴνους σου κατὰ πᾶσαν ἡμέραν, ἐν τῇ εὐπρεπείᾳ σου μὴ ἀποβάλῃς με καιρῷ γήρως. » Εἰ γὰρ δέοι καὶ μέχρι γήρως παρατεῖναι τὴν ἡλικίαν, τοῦτο μὲν οὐ παραιτητέον, ἱκετεύω δὲ μὴ ἀποστερηθῆναί ποτε τοῦ πεπληρῶσθαι τὸ στόμα μου τῆς σῆς αἰνέσεως καὶ τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας. Εἰ δὲ καιρῷ τινι διὰ γῆρας ἐκλίποι ἡ ἰσχύς μου, μηδὲ τότε με σὺ ἐγκαταλίποις. Ταῦτα μὲν οὖν ἁρμόζοι ἂν λέγειν καὶ τῷ Δαυὶδ καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ θεοφιλεῖ ἐν ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν ἱκετηρίαις. Ἐπὶ δὲ τοῦ Σωτῆρος ἐπίστησον ὅπως εἴρηται τῷ Ἀποστόλῳ τὸ, « Ἐσταυρώθη δὲ ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ. » Εἰ γὰρ καὶ ἐξ ἀσθενείας ἐσταυρώθη, ἀλλ' οὖτι γε νικηθεὶς ὑφ' B ἑτέρων, αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν ἀσθενῆ ποιήσας, καὶ ἑαυτὸν παραδοὺς ὑποχείριον ἀνθρώποις· ὃ δὴ διδάσκει φάσκων· « Οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ· ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ. Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν. » Ὥσπερ οὖν ἐκένωσεν αὐτὸς ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβών, οὕτως ἀσθενῆ ἑαυτὸν εἰργάσατο, ὅπως ἁλωτὸς γένηται ἀνθρώποις, καὶ ἵνα σταυρὸν ὑπομένῃ « ὑπήκοος γιγνόμενος » τῷ Πατρὶ « μέχρι θανάτου, καὶ θανάτου σταυροῦ. » Διό φησιν· « Ἐν τῷ ἐκλείπειν τὴν ἰσχύν μου μὴ ἐγκαταλίπῃς με. » Εἶτα ἐπειδὴ τοῦ πάθους ἑαυτοῦ ἐμνημόνευσε καὶ τῶν τὸ πάθος ἐργασαμένων ἀκολούθως ποιεῖται μνήμην λέγων· « Ὅτι εἶπαν οἱ ἐχθροί μου ἐμοί, καὶ οἱ φυλάσσοντες τὴν ψυχήν μου· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Καὶ οἱ ἐπιτηροῦντες τὴν ψυχήν μου ἐβουλεύσαντο ἐπὶ τὸ αὐτὸ λέγοντες· Ὁ C Θεὸς ἐγκατέλιπεν αὐτόν· καταδιώξατε καὶ καταλάβετε αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ ῥυόμενος. » Ταῦτα γὰρ ἔλεγον οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, κινοῦντες αὐτῶν τὰς κεφαλὰς καὶ λέγοντες· « Ὁ καταλύων τὸν ναὸν καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγείρων αὐτὸν, ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι. Εἰ βασιλεύς ἐστι τοῦ Ἰσραὴλ, καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, καὶ πιστεύσομεν αὐτῷ. »

« Ὁ Θεὸς, μὴ μακρύνῃς ἀπ' ἐμοῦ· ὁ Θεὸς, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες. » Οἱ μὲν προλεχθέντες ἐχθροί μου ἔλεγον· « Ὁ Θεὸς ἐγκατέλιπεν αὐτόν· » ἐγὼ δὲ ἀντιβολῶ καὶ δέομαί σε τὸν ἐμαυτοῦ Θεὸν παρεῖναί μοι διαπαντὸς, μηδὲ μακράν μου ἱστασθαι, προσέχειν δὲ εἰς τὴν βοήθειάν μου. Σὲ γὰρ βοηθὸν D κτώμενος, οἶδ' ὅτι ὄψομαι καταισχυνομένους πάντας μου τοὺς ἐχθρούς. Τὸ δὲ, « αἰσχυνθήτωσαν, » συνήθως τῇ θείᾳ Γραφῇ καὶ νῦν ἀντὶ τοῦ, « αἰσχυνθήσονται » εἴρηται· καὶ τὸ, « ἐκλειπέτωσαν, » ἀντὶ τοῦ, « ἐκλείψουσιν οἱ ἐνδιαβάλλοντες τὴν ψυχήν μου· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « οἱ ἀντικείμενοι τῇ ψυχῇ μου. » Ὅπως δὲ ἐκλελοίπασιν αἰσχύνῃ καταχεάμενοι οἱ τὸν θάνατον αὐτῷ τυρεύσαντες, οὐ μακρῶν ἡμῖν δεῖ λόγων· ὁπότε ἐξ ἐκείνου ἐκλέλοιπε πᾶς ἀρχιερεὺς παρ' αὐτοῖς, Φαρισαίων δὲ οὐδὲ ὄνομα ἔτι λείπεται, οὐδὲ μνήμη τῶν παρ' αὐτοῖς ἀξιωμάτων. Ἐξέλιπον γὰρ ἄρχοντες ἐξ Ἰούδα καὶ ἡγούμενοι ἐκ τῶν μηρῶν αὐ-

[88] II Cor. XIII, 4. [89] Joan. X, 18. [90] Philip. II, 8. [91] Matth. XXVII, 40

τοῦ, τῆς προσδοκίας τῶν ἐθνῶν ἐπιστάσης κατὰ τὴν τοῦτο θεσπίζουσαν προφητείαν. Καὶ οὔτε βασιλεῖς, οὔτε ἡγεμόνες, οὔτε τινὲς παρ' αὐτοῖς δυνάσται εἰσὶν, οὐδέ τι τάγμα τῶν πάλαι παρ' αὐτοῖς ὄντων περιλέλειπται· καταισχυνθέντες δὲ πάντες ἐκλελοίπασιν οἱ διαβάλλοντες αὐτοῦ τὴν ψυχήν. Ἐν ὁποίᾳ δὲ αἰσχύνῃ τυγχάνουσιν εἰσέτι καὶ νῦν οἱ τῶν Ἰουδαίων προεστάναι νομιζόμενοι, ὁρῶντες ἑαυτοὺς μὲν διὰ πάσης Γραφῆς ἐπὶ εἰδωλολατρείαις διαβεβλημένους, πάντα δὲ τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας τῆς πατροπαραδότου πλάνης μεταβεβληκότα· ἐν οἷς ἤδη τυγχάνουσιν, ἐντροπῇ ὁρῶντες ἑαυτοὺς μὲν τῆς βασιλικῆς αὐτῶν μητροπόλεως καὶ ἀποβλήτους, Ἕλληνας δὲ ἀνδρας ἀλλογενεῖς καὶ ἀλλυφύλους τὸν τόπον αὐτῶν οἰκοῦντας, κατὰ πάσας τε ἐπαρχίας καὶ χώρας, καὶ πόλεις τοὺς ἐξ ἐθνῶν τὰς περὶ τοῦ Σωτῆρος προφητικὰς φωνὰς κηρύττοντας; Αἰσχύνη δὲ ἀληθῶς καὶ ἐντροπὴ κατείληφεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, τὸν χθὲς δι' αὐτῶν σταυρῷ παραδοθέντα καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης προσκυνούμενον καὶ θεολογούμενον ὁρῶντας· ἃ δὴ ἐπληροῦτο ἀκολούθως τῇ μετὰ χεῖρας προῤῥήσει λεγούσῃ· « Περιβαλέσθωσαν αἰσχύνην καὶ ἐντροπὴν οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι. » Καὶ οὗτοι μὲν τάδε πείσονται· « Ἐγὼ δὲ, » ὑπ' αὐτῶν τὰ τοσαῦτα πεπονθὼς, « διαπαντὸς, φησὶν, ἐλπιῶ, καὶ προσθήσω ἐπὶ πᾶσαν τὴν αἴνεσίν σου. » Ἐπὶ δὲ κατὰ πάντας τοὺς ἑρμηνεύσαντας τὸ, « προσθήσω, » λέλεκται ὅ τε Ἀκύλας φησὶ, « Καὶ προσθήσω ἐπὶ πάσας ὑμνήσεις· » καὶ ὁ Σύμμαχος, « καὶ προσθήσω τοῖς ὕμνοις· » ὅρα εἰ μὴ προσθήκην ἐποιήσατο τοῖς τοῦ Πατρὸς ὕμνοις, τὴν Καινὴν Διαθήκην πρὸς τῇ Παλαιᾷ παραδούς. Οὐ γὰρ ἀνεῖλε τὰ πρῶτα, εἰσαγαγὼν τὰ δεύτερα, προσθήκην δὲ ἐποιήσατο· καὶ τοῦτό ἐστιν εὑρεῖν ἐν ταῖς αὐτοῦ διδασκαλίαις, δι' ὧν φησιν· « Ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ φονεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω, μηδὲ ὀργίζεσθαι. Ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, Οὐ μοιχεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω, μηδὲ ἐπιθυμεῖν· » καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα προσθήκην ἔχοντα διὰ τῆς πνευματικῆς θεωρίας τε καὶ ἑρμηνείας τοῦ νόμου ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ παραδέδοται. Ἀλλὰ καὶ « τὸ στόμα μου, φησὶν, ἀναγγελεῖ τὴν δικαιοσύνην σου. » Τὸ γὰρ Εὐαγγέλιον δικαιοσύνην ἐμφαίνει Θεοῦ, οὐκ Ἰουδαίοις μόνοις ἀφωρισμένον ὥσπερ ὁ διὰ Μωϋσέως νόμος. Διό φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον. Δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Δικαιοσύνη γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται. » Διὸ ἐνταῦθα λέλεκται· « Τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ τὴν δικαιοσύνην σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν σωτηρίαν σου· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « κατὰ πᾶσαν ἡμέραν τὴν σωτηρίαν σου. » Καὶ τοῦτο δέ ἐστι πληρούμενον θεωρεῖν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης· ἐν ᾗ τὸ στόμα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διὰ τῶν θείων Γραφῶν πᾶσιν ἀνθρώποις ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τὴν δι' αὐτοῦ προξενηθεῖσαν ἅπασι σωτηρίαν κηρύττει. Ἐπιλέγει δὲ τούτοις, « Ὅτι οὐκ ἔγνων γραμματείας. » Τὰς κλεῖς εἰληφότες τῆς βασιλείας, καὶ μήτε αὐτοὶ εἰσερχόμε-

A eorum. Defecerunt quippe principes ex Juda et duces ex femoribus ejus, cum advenisset exspectatio gentium [92], secundum prophetiam hæc vaticinantem. Ac neque reges, neque duces, neque ulli penes eos magnates sunt, non ordo quispiam priscorum magistratuum illis superstes est; sed omnes qui detrahebant animæ ejus, confusi defecerunt. Quanta vero in confusione versantur hodieque, qui Judæis præesse putantur, videntes se passim in Scripturis idololatriæ nomine accusari, omnes vero per orbem gentes per Christi doctrinam a paterno errore descivisse: ac in quibus locis jam degunt, nec sine confusione cernentes, se quidem regia sua metropoli extrusos ac dejectos, Græcos autem alienigenas et extraneos locum suum incolentes; gen-
B tesque in omnibus provinciis, regionibus et urbibus propheticas Servatoris voces prædicantes? Confusio revera et ignominia animas eorum invasit, videntes eum qui ab ipsis hesterna die ad crucem traditus est, per totum orbem adorari Deumque prædicari; quæ sane impleta sunt consequenter ad hanc prædictionem sic habentem: « Induantur confusione et reverentia qui quærunt mala mihi. » Et illi quidem talia patientur: « ego vero, » ait, tot malis affectus ab illis, « semper sperabo, et adjiciam super omnem laudem tuam. » Cum autem ab omnibus interpretibus « adjiciam » dicatur, et Aquila sic habeat, « Adjiciam super omnes hymnos, » Symmachus vero, « Et adjiciam hymnis; » vide num hymnis Patris sui additamentum fecerit, Novum Testamentum Veteri
C addens. Neque enim priora sustulit, cum secunda adjecit, sed additamentum effecit. Quod etiam in ejus doctrina reperire est, ubi ait: « Dictum est antiquis, Non occides; ego autem dico vobis, Ne irascamini. Dictum est antiquis, Non mœchaberis; ego autem dico vobis, Ne concupiscatis [93], » et si qua similia, quæ spirituali sensu et interpretatione intellecta, et additamentum legi inferentia, in Ecclesia ejus tradita sunt. Sed etiam, inquit, « os meum annuntiabit justitiam tuam. » Siquidem justitiam Dei exhibet Evangelium, non Judæis duntaxat destinatum, ut lex per Moysem data. Quamobrem ait Apostolus: « Non enim erubesco Evan-
D gelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Judæo primum et Græco. Justitia enim Dei in eo revelatur [94]. » Idcirco hic dicitur: « Os meum annuntiabit justitiam tuam, tota die salutem tuam; » sive secundum Symmachum, « Per omnem diem salutem tuam. » Idque per totum orbem impletum videre est: in quo os Salvatoris nostri per divinas Scripturas omnibus hominibus quotidie salutem ab se omnibus procuratam prædicat. His adjicit, « Quoniam non cognovi litteraturam. » Qui clavibus regni acceptis, neque ipsi ingrediebantur, neque alios ingredi concedebant, litteraturam detinebant. Ego vero, inquit, qui Moysis scriptis non attendo, neque corpoream legis litteraturam

[92] Gen. XLIX, 10. [93] Matth. v, 21, 27, 28. [94] Rom. I, 16, 17.

discipulis meis tradidi, non cognovi litteraturam. Quid autem nosti? Id postea declarat dicens: « Introibo in potentias Domini Domini, et memorabor justitiæ tuæ solius. » Nam litteratura Judæis solis competebat, qui ter in anno Jerosolymam adire jubebantur; eaque multa alia ardua nec necessaria continebat. Ego vero in potentia Domini Domini in Ecclesias meas introibo, et memorabor justitiæ tuæ solius. Justitia namque Patris erat, ut omnes homines Græcos simul et barbaros sua cognitione donaret, et ut in omni loco, neque in uno ut olim, coli se præciperet; ita ut ab oriente sole usque ad occidentem nomen ejus celebraretur in gentibus [95].

A νοι μήτε ἑτέροις συγχωροῦντες, τὰς γραμματείας κατεῖχον. Ἐγὼ δέ, φησὶ, μὴ τῷ Μωϋσέως συγγράμματι προσέχων, μηδὲ τὰς τοῦ νόμου σωματικὰς γραμματείας τοῖς ἐμαυτοῦ παραδοὺς μαθηταῖς, οὐκ ἔγνων γραμματείας. Τί δὲ ἔγνως; Ἐξῆς διασαφεῖ λέγων· « Εἰσελεύσομαι εἰς δυναστείας Κυρίου Κυρίου, καὶ μνησθήσομαι τῆς δικαιοσύνης σου μόνου. » Αἱ μὲν γὰρ γραμματεῖαι Ἰουδαίοις μόνοις ἦρμοττον, τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ παρακελευομένοις ἁπαντᾷν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, πολλά τε ἄλλα δυσχερῆ καὶ οὐκ ἀναγκαῖα περιεῖχον. Ἐγὼ δὲ ἐν δυναστείᾳ Κυρίου Κυρίου, εἰς τὰς ἐμαυτοῦ Ἐκκλησίας εἰσελεύσομαι, καὶ μνησθήσομαι τῆς δικαιοσύνης σου μόνου. Δικαιοσύνη γὰρ τοῦ Πατρὸς ἦν τὸ πάντας ἀνθρώπους Ἕλληνας ἅμα καὶ βαρβάρους τῆς αὐτοῦ καταξιωθῆναι γνώσεως, καὶ τὸ ἐν παντὶ τόπῳ, ἀλλὰ μηκέτι ἐν ἑνὶ ἐπιτρέψαι λατρεύειν αὐτῷ· ὥστε ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν δοξάζεσθαι αὐτοῦ τὸ ὄνομα ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

VERS. 17. « Deus, docuisti me a juventute mea, et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua. » Solus Servator Patrem sibi magistrum ascribit: quare contribules ejus dicebant: « Unde huic sapientia tanta, et virtutes? Nonne hic est fabri filius [96]? » Probe quippe sciebant ipsum non magistris hominibus operam dedisse. Quia igitur forma servi accepta, et habitu inventus ut homo, puerilem emensus est ætatem, ac perinde atque nos juventutis annos decurrit, illoque tempore non disciplinis, non magistris operam dedit; sed virtute divina proficiebat ætate et sapientia et gratia apud Deum et homines; jure hic ait: « Deus, docuisti me a juventute mea, et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua; » quod etiam penes discipulos meos servetur usque ad consummationem sæculi: et, ut dixerit quispiam, usque ad senectutem, et ad usque postremam consummationem, te rursum deprecor, Deus, ne me derelinquas; sed mihi adsis ac per me mirabilia tua opereris, « donec annuntiem brachium tuum generationi omni, quæ ventura est. » Nam præsens, inquit, generatio tortuosa est et perversa, generatio mala et adultera. Quapropter in futura generatione annuntiabo « potentiam tuam et justitiam tuam, Deus, usque in altissima, et quæ fecisti magnalia. » Tu ipse, Pater, per me hæc omnibus, qui post futuri sunt hominibus, et venturæ generationi annuntiabis, et prædicabitur justitia tua usque in altissima. Nam cum ii qui in terra sunt, salutem consequentur, gaudium erit in cœlis, angelis, qui in altissimis habitant, hominum saluti gratulantibus. Senectam vero et senium ne cuncteris dicere, esse discipulorum et Ecclesiæ ipsius perfectionem. Si namque corpus ejus Ecclesia est, ut docuit Apostolus dicens: « Vos autem estis corpus Christi et membra ex parte [97]; » pars Ecclesiæ et senium ejus opportune dicatur esse, ejus in præsenti vita secundum virtutem consummatio, post quam exuta mortali ac terrena vita, cœlesti mansione dignata, et conjuncta Ecclesiæ primogenitorum descriptorum in cœlis,

B « Ὁ Θεός, ἐδίδαξάς με ἐκ νεότητός μου, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀναγγελῶ τὰ θαυμάσιά σου. » Μόνος ὁ Σωτὴρ τὸν Πατέρα διδάσκαλον ἐπιγράφεται· διόπερ οἱ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ ἔλεγον· « Πόθεν τούτῳ πᾶσα ἡ σοφία αὕτη καὶ αἱ δυνάμεις; Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; » Ἤδεσαν γὰρ ἀκριβῶς μὴ διδασκάλοις ἀνθρώποις προσεσχηκότα αὐτόν. Ἐπεὶ τοίνυν, μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, τὴν παιδικὴν διῆλθεν ἡλικίαν, καὶ τῆς νεότητος τὴν ὥραν ὁμοίως ἡμῖν ὑπέμεινεν· οὔτε δὲ διατριβαῖς προσέσχεν, οὔτε διδασκάλοις κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, δυνάμει δὲ θείᾳ προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις· εἰκότως ἐνταῦθά φησιν· « Ὁ Θεός, ἐδίδαξάς με ἐκ νεότητός μου, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀναγγελῶ τὰ θαυμάσιά σου· » καὶ τοῖς C ἐμοῖς φυλαχθείη μαθηταῖς μέχρι συντελείας τοῦ αἰῶνος· καὶ ὡς ἄν τις εἴποι, μέχρι γήρως καὶ τῆς εἰς ἄκρον τελειώσεως, σὲ πάλιν τὸν Θεὸν ἱκετεύω μή με ἐγκαταλιπεῖν, συνεῖναι δέ μοι καὶ τὰ θαυμάσιά σου ἐνεργεῖν δι' ἐμοῦ, « ἕως ἀναγγείλω τὸν βραχίονά σου τῇ γενεᾷ πάσῃ τῇ ἐρχομένῃ. » Ἡ γὰρ νῦν, φησὶ, παροῦσα γενεὰ σκολιὰ τυγχάνει καὶ διεστραμμένη, καὶ γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλίς. Διὸ τῇ γενεᾷ τῇ ἐρχομένῃ ἀπαγγελῶ « τὴν δυναστείαν σου καὶ τὴν δικαιοσύνην σου, ὁ Θεός, ἕως τῶν ὑψίστων, ἃ τε ἐποίησας μεγαλεῖα. » Σὺ αὐτὸς ὁ Πατὴρ, δι' ἐμοῦ ταῦτα πᾶσι τοῖς μετὰ ταῦτα γενησομένοις ἀνθρώποις καὶ τῇ γενεᾷ τῇ ἐρχομένῃ ἀπαγγελεῖς, καὶ κηρυχθήσεται ἡ δικαιοσύνη σου ἕως τῶν ὑψίστων. Σωζομένων γὰρ τῶν ἐπὶ γῆς, χαρὰ ἔσται ἐν οὐρανοῖς, συγχαιρόντων τῶν D ἐν τοῖς ὑψίστοις οἰκούντων ἀγγέλων τῇ τῶν ἀνθρώπων σωτηρίᾳ. Γῆρας δὲ καὶ πρεσβεῖα μὴ ὄκνει λέγειν τὴν τελειότητα τῶν αὐτοῦ μαθητῶν καὶ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ. Εἰ γὰρ σῶμα αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία τυγχάνει, ὡς ἐδίδαξεν ὁ Ἀπόστολος εἰπών· « Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ καὶ μέλη ἐκ μέρους· » μέρος τῆς Ἐκκλησίας καὶ πρεσβεῖον αὐτῆς λέγοιτ' ἂν εἰκότως ἡ κατ' ἀρετὴν τὴν ἐν τῷ παρόντι βίῳ τελείωσις, μαθὴν, ὥσπερ ἀποδυσαμένη τὸν ἐπὶ γῆς θνητὸν βίον, ἀναkαινισθήσεται τῆς οὐρανίου διατριβῆς καταξιωθησομένη, συναπτομένη τε τῇ Ἐκκλησίᾳ τῶν πρωτοτό-

[95] Malach. I, 11. [96] Matth. XIII, 54-55. [97] I Cor. XII, 27.

κων τῶν ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς. Οὕτω νοήσεις καὶ τὸ ἀνωτέρω λελεγμένον ἐν τῷ, « Μὴ ἀποῤῥίψῃς με εἰς καιρὸν γήρως, ἐν τῷ ἐκλείπειν τὴν ἰσχύν μου μὴ ἐγκαταλίπῃς με. » Κατὰ γὰρ ἑτέραν ἐκδοχὴν ὑπερεύχεται τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ, ἵνα ἐν καιρῷ τῆς κατὰ γῆν μακρότητος μὴ ἀποῤῥιφθείη· εἰ δὲ καὶ τότε ἐκλείπει ἡ ἰσχὺς αὐτῆς, μηδὲ τότε ἐγκαταλειφθείη. Συμβαίνει γὰρ πολλάκις ἐκλείπειν κατὰ τοὺς καιροὺς τῶν διωγμῶν, ἐπειδὰν οἱ πολλοὶ τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας δι' ἀσθένειαν πίστεως ἐξομνύονται τὴν πίστιν. Καὶ μήποτε ταῦτα ἀναπέμπεται ἐπὶ τὸν καιρὸν τῆς ἀποστασίας, περὶ οὗ καιροῦ ὁ Ἀπόστολος ἐδίδασκε λέγων· « Ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ Υἱὸς τῆς ἀπωλείας. » Τοῦτον δὲ τὸν καιρὸν ὁ Σωτὴρ ἐδήλου λέγων· « Ἆρα ἐλθὼν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; » Καὶ πάλιν· « Διὰ δὲ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. » Τότε γὰρ ἔσται γηραλέον καὶ ἀσθενὲς τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας. Ἀλλ' ἵνα μηδὲ τότε ἔρημος καταλειφθείη ὁ λαὸς αὐτοῦ, ἀναγκαίως τὰς προκειμένας ἀναπέμπει φωνάς· « Ὁ Θεὸς, τίς ὁμοιωθήσεταί σοι; Ὅσας ἔδειξάς μοι θλίψεις πολλὰς καὶ κακά; » καὶ τὰ ἑξῆς. Τοὺς ἀκριβεῖς λόγους καθ' οὓς ὁ Θεὸς τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, μὴ γνόντα τε αὐτὸν ἁμαρτίαν ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, οὐδεὶς δύναται διελθεῖν ἢ μόνος αὐτός. « Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; » Οὐδ' ἂν ἐπιβάλοι τις τῇ τοῦ Θεοῦ κρίσει, οὐδ' ἂν ἐξεύροι τοὺς λογισμούς, δι' οὓς ἐνεδείξατο τῷ Μονογενεῖ θλίψεις πολλὰς καὶ κακά· οὐ μὲν εἶασεν αὐτὸν ἐν αὐταῖς· ἀλλ' ἐπιστρέψας ἐζωοποίησεν αὐτὸν καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγεν αὐτόν. Σφόδρα δὲ ἀκριβῶς εἴρηται τὸ, « Ἔδειξάς μοι θλίψεις πολλὰς καὶ κακά. » Ἰδὼν γὰρ τὰς θλίψεις καὶ τὰ ὀνομαζόμενα κακὰ, οὐχ ἑάλω ὑπ' αὐτῶν, οὐδὲ ἡττήθη· κρειττων δὲ πάντων γενόμενος, θεωρὸς ἦν αὐτῶν· ὡς πάντων μᾶλλον εἰπεῖν ἂν τὸ, « Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι· ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι· καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι. » Ταῦτα γὰρ Παῦλος καὶ οἱ παραπλήσιοι ὠφελημένοι τὸν διδάσκαλον ἔλεγον. Ἀβύσσους δὲ γῆς ἐνταῦθα τὴν τῶν καταχθονίων γῆν χώραν ὠνόμαζεν· ὃ δὴ σαφηνίζει ὁ Ἀπόστολος λέγων· « Μὴ εἴπῃς, Τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον, τουτέστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν; » Καὶ ἐν τῷ Ἰὼβ δὲ ὁ χρηματίζων αὐτῷ Κύριος ἔλεγε· « Ἦλθες δὲ ἐπὶ πηγὴν θαλάσσης, ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας. Ἀνοίγονταί σοι φόβῳ πύλαι θανάτου· πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν. » Ὁ δὲ εἰπὼν ἐνταῦθα, « Καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με, » σαφῶς ἐδίδαξεν ἑαυτὸν κατεληλυθέναι εἰς τὰς ἀβύσσους τῆς γῆς, καὶ πάλιν ἀνεληλυθέναι. Οὐκ οἶδα δὲ εἴ τις δύναται ἑτέρως ἐκλαβεῖν ταῦτα ἢ ἐπὶ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν ἀναφέρων τὴν προφητείαν.

renovabitur. Sic item intelliges quod superius dicitur : « Ne projicias me in tempore senectutis, cum deficiet virtus mea, ne derelinquas me. » Nam secundum aliam expositionem pro Ecclesia sua precatur, ut ne in tempore terrenæ illius diuturnitatis projiciatur. Quod si tunc deficiat virtus ejus, rogat ut ne sic quidem derelinquatur. Contingit enim plerumque, ut persecutionum tempore deficiat, cum multi ex Ecclesiæ corpore ob fidei infirmitatem, eam abjurant. Num forte hæc referenda ad tempus defectionis, de quo Apostolus hæc docuit : « Nisi venerit defectio primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis[98]. » Hoc vero tempus Servator declaravit his verbis : « Num veniens Filius hominis inveniet fidem super terram[99]? » et rursum : « Et quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum[1]. » Tunc enim corpus Ecclesiæ senio confectum et infirmum erit. Verum ne illo tempore desertus populus ejus relinquatur, necessario has profert voces : « Deus, quis similis erit tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et mala? » et cætera. Nam accuratam rationem cur Deus Filio suo non pepercerit, sed pro nobis omnibus tradiderit illum ; ac cum peccatum non nosset, peccatum eum pro nobis effecerit, nemo præter ipsum solum enarrare potest. « Quis enim novit sensum Domini, qui instruat eum[2]? » Neque enim quis in Dei judicium sese immittere audeat, neque consilia deprehendere possit, queis Unigenito suo ostendit tribulationes et multa mala. Neque in iis ipsum deseruit, sed conversus vivificavit eum, et de abyssis terræ iterum reduxit eum. Accuratissime autem dictum fuit illud, « Ostendisti mihi tribulationes multas et mala. » Cum prospiceret enim tribulationes, et multa illa quæ vocantur mala, non captus ab illis neque victus est ; sed omnibus superior effectus, contemplabatur ea ; ita ut his vocibus plusquam omnes alii usus sit : « In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur : aporiamur, sed non destituimur : dejicimur, sed non derelinquimur[3]. » Hæc quippe Paulus, et qui parem atque magister ille utilitatem perceperant dicebant. Abyssos terræ hic inferorum regionem vocavit : quod Apostolus explicat dicens : « Ne dicas : Quis descendet in abyssum[4] ; id est, Christum ex mortuis reducere? » Et in Job quoque Dominus qui in ipso oracula fundebat hæc protulit : « Venisti vero in fontem maris, in vestigiis autem abysci ambulasti. Aperiuntur vero tibi timore portæ mortis : ostiarii autem inferni videntes te conterriti sunt[5]. » Qui porro hic ait, « Et de abyssis terræ iterum reduxisti me, » clare docuit se in abyssos terræ descendisse, ac rursum ascendisse. Nec scio utrum quis valeat hæc alio accipere modo, quam ad Servatorem et Dominum nostrum referendo prophetiam. Is ipse vero

[98] II Thess. II, 3. [99] Luc., XVIII, 8. [1] Matth. XXIV, 12. [2] Rom. XI, 34. [3] II Cor. IV, 8, [4] Rom. X, 7. [5] Job, XXXVIII, 16, 17.

subjungit : « Multiplicasti magnificentiam meam, et conversus consolatus es me. » Quomodo autem Pater multiplicaverit magnificentiam Unigeniti sui, nisi cum ostendit illi tribulationes multas et mala? Quemadmodum enim agonotheta quispiam, cum adversum multos athletam exercet suum, ejus liquidius virtutem ostendit, quando eum omnium victorem prædicat; eodem modo Pater Filii magnificentiam ut omnibus palam faceret, multis ipsum tribulationibus et malis circumdedit; ut parta contra omnes victoria, apud omnes prædicaretur. Quare ait : « Multiplicasti magnificentiam meam; » sed post hæc omnia, inquit, « conversus consolatus es me. » Quo pacto consolatus eum est, superius docuit his verbis : « Et conversus vivificasti me, et de abyssis terræ iterum reduxisti me. » Hæc quippe consolatio erat, quam Apostolus his declaravit : « Propter quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen; ut in nomine Jesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium et infernorum [6]. »

A Ὁ δ' αὐτὸς ἐπιλέγει· « Ἐπλεόνασας τὴν μεγαλοσύνην μου, καὶ ἐπιστρέψας παρεκάλεσάς με. » Πῶς δὲ ἐπλεόνασεν ὁ Πατὴρ τὴν μεγαλοσύνην τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ, ἢ διὰ τοῦ δεῖξαι αὐτῷ θλίψεις πολλὰς καὶ κακά; Ὥσπερ γάρ τις ἀγωνοθέτης, πολλοῖς παραβάλλων τὸν ἑαυτοῦ ἀθλητὴν, μειζόνως αὐτοῦ τὴν ἀνδρείαν ἐπιδείκνυσι, νικητὴν αὐτὸν ἁπάντων ἀνακηρύττων· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Πατὴρ, τὴν μεγαλοσύνην τοῦ Υἱοῦ τοῖς πᾶσι φανερὰν ἐπιδεικνὺς, θλίψεις πολλὰς καὶ κακὰ περιέβαλλεν αὐτῷ, ὡς ἂν τὰ κατὰ πάντων ἀράμενος νικητήρια, παρὰ τοῖς πᾶσι κηρυχθείη. Διό φησιν· « Ἐπλεόνασας τὴν μεγαλοσύνην μου. » Ἀλλὰ μετὰ ταῦτα πάντα, φησὶν, « ἐπιστρέψας παρεκάλεσάς με. » Πῶς δὲ παρεκάλεσεν αὐτὸν, προεδίδαξεν ἀνωτέρω εἰπών· « Καὶ ἐπιστρέψας B ἐζωοποίησάς με, καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με. » Αὕτη γὰρ ἦν ἡ παράκλησις, ἣν καὶ ὁ Ἀπόστολος παρέστησεν εἰπών· « Διὸ καὶ ὁ Θεὸς ὑπερύψωσεν αὐτὸν, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα· ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. »

Vers. 22-24. « Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam. » Tu mihi quidem hæc, Pater, præbuisti, inquit. Post multas enim illas tribulationes, post prædicta mala, « conversus vivificasti me, et de abyssis terræ iterum reduxisti me, » et consolatus me es, multiplicans magnificentiam meam. Ego vero pro collatis abs te mihi beneficiis vicem rependens, « confitebor tibi in vasis psalmi : » nam « quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi [7]? » Imo vero apparatis vasis tibi congruentibus, concinnatisque psalmodiæ instrumentis te dignis, per hæc veritatem tuam cantabo tibi, talesque excitabo citharas, queis labia mea exsultabunt, necnon « anima mea quam redemisti, » reducens eam de abyssis terræ, et vivificans eam postquam mortem sustinuerat. Vasa autem et instrumenta Deo grata, quibus hodieque Christus Dei per totum orbem psalmos, hymnos et laudes Patri emittit, quæ dixeris esse, nisi populos in singulis Ecclesiis consistentes? quorum animas componens Dei Verbum, ipsasque uno symphoniæ et harmoniæ vinculo Patri colligans, amabilem dulcemque modulationem emittit. Si quis ergo D animi gratia, instrumenta illa Judæorum veterum, inanimatis ex chordis conflata, ac non articulatam vocem proferentia, cum hymnis in Christi Ecclesia a rationabilibus animabus Deo emissis contulerit, nihil in his simile deprehendet. Quovis enim corporeo psalterio præstantior est multitudo, quæ per totum orbem uno concentu, harmonia una, Deum qui super omnia est celebrat. Cujus ministerio Filius se Patri psallere confitetur dicens : « Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam, Deus. » Non ultra enim figuras, non umbras, non symbola qualia apud Moysem erant, sed veritatem

« Καὶ γὰρ ἐγὼ ἐξομολογήσομαί σοι ἐν σκεύεσι ψαλμοῦ τὴν ἀλήθειάν σου. » Σὺ μὲν ἐμοὶ ταῦτα, φησὶν, ὦ Πάτερ, παρέσχου· μετὰ γὰρ τὰς πολλὰς θλίψεις καὶ τὰ λελεγμένα κακὰ « ἐπιστρέψας ἐζωοποίησάς με, καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με, » καὶ παρεκάλεσάς με, πλεονάσας τὴν μεγαλοσύνην μου· κἀγὼ δὲ, ἀμειβόμενος τὰς εἰς ἐμέ σου εὐεργεσίας, « ἐξομολογήσομαί σοι ἐν σκεύεσι ψαλμοῦ· τί γὰρ ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; » Ἀλλὰ γὰρ τά σοι πρέποντα σκεύη καταρτιζόμενος, ὀργανά τέ σου ἄξια ψαλμῳδίας κατασκευάσας, δι' αὐτῶν τὴν ἀλήθειάν σου ψαλῶ σοι, καὶ τοιαύτας σοι κιθάρας ἀναστήσω, δι' ὧν τὰ χείλη μου ἀγαλλιάσεται, ἀλλὰ καὶ « ἡ ψυχή μου, ἣν ἐλυτρώσω, » ἀναβιβάσας αὐτὴν ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς, καὶ ζωοποιήσας αὐτὴν μεθ' ὃν ὑπέμεινε θάνατον. Σκεύη δὲ καὶ ὄργανα τῷ Θεῷ κεχαρισμένα, δι' ὧν εἰσέτι καὶ νῦν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ψαλμῳδίας ἀναπέμπει καὶ ὕμνους καὶ αἴνους τῷ Πατρὶ, τίνας ἂν εἴποις ἢ τοὺς καθ' ἑκάστην Ἐκκλησίαν λαούς; Ὧν τὰς ψυχὰς συντείνας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, συμφωνίᾳ τε καὶ ἁρμονίᾳ μιᾷ συνδησάμενος τῷ Πατρὶ, προσφιλῆ καὶ ἡδεῖαν ἀναπέμπει μελῳδίαν. Εἰ γοῦν τις ὡς ἐν παραθέσει σύγκρισιν ποιήσοιτο τῶν πάλαι παρὰ Ἰουδαίοις σωματικῶν ὀργάνων ἐξ ἀψύχων χορδῶν κατεσκευασμένων, φωνήν τε ἄναρθρον ἐξηχούντων, καὶ τῶν ἐν τῇ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ ἐκ λογικῶν ψυχῶν ἀναπεμπομένων ὕμνων τῷ Θεῷ, οὐδὲν ἂν εὕροι ὅμοιον. Παντὸς γὰρ κρείττονα σωματικοῦ ψαλτηρίου τυγχάνει τὰ πλήθη τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης συμφωνίᾳ μιᾷ καὶ ἁρμονίᾳ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ὑμνοῦντα, δι' ὧν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ ψάλλειν ὁμολογεῖ φάσκων· « Καὶ γὰρ ἐγὼ ἐξομολογήσομαί σοι ἐν σκεύεσι ψαλμοῦ τὴν ἀλήθειάν σου, ὁ Θεός. » Οὐκέτι γὰρ τύπους, οὐδὲ σκιὰς καὶ σύμβολα, οἷα ἦν τὰ παρὰ

[6] Philip. II, 9 [7] Psal. CXV, 12.

ἀνθρώποις, καὶ « ψαλῶ σοι ἐν κιθάρᾳ, ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραήλ· » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « Μελῳδήσω σοι ἐν κιθάρᾳ, ἅγιε Ἰσραήλ. » Ἀλλὰ καὶ « ἀγαλλιάσεται τὰ χείλη μου, ὅταν ψαλῶ σοι· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Εὐφημήσει τὰ χείλη μου, ὅταν μελῳδήσω σοι, καὶ ἡ ψυχή μου, ἣν ἐλυτρώσω. Ἔτι δὲ καὶ ἡ γλῶσσά μου μελετήσει ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν δικαιοσύνην σου. » Χείλη δὲ καὶ γλῶσσαν αὐτοῦ μελετῶσαν τὴν δικαιοσύνην τοῦ Πατρὸς οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπὼν τοὺς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἀσκήσει θείων λόγων ἑαυτοὺς ἀνατεθεικότας. Καὶ ταῦτα πάντα, φησὶ, ποιήσω, « ὅταν αἰσχυνθῶσι καὶ ἐντραπῶσιν οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι· » ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « Ὅτι κατῃσχύνθησαν, ἢ ὅτι ἀπωρύγησαν οἱ ζητοῦντες τὴν κάκωσίν μου· » ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, « Ὅτι κατῃσχύνθησαν οἱ ζητοῦντες κακίαν μου. » Πάρεστι δὲ καὶ ταῦτα ἔργῳ πληρούμενα θεωρεῖν· ἁπανταχοῦ γὰρ γῆς τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Σωτῆρος τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ διεξερχομένων, καὶ αὐτοῦ δὲ σκεύη ἐκλογῆς, οἷα προλέλεκται, καὶ ὄργανα λογικὰ τῷ Πατρὶ καταρτιζομένου, ἀνυμνοῦντός τε ἀεὶ δι' αὐτῶν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, αἰσχύνην περιβάλλονται οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ· ἐνετράπησάν τε καὶ ἐντρέπονται οἱ ζητοῦντες αὐτῷ κακά. Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ θηρεύοντες μὲν πάσας προφάσεις, ὕβρεις τε καὶ διαβολὰς, καὶ βλασφημίας κατ' αὐτοῦ περινοοῦντες, μηδεμίαν δὲ εὑρίσκοντες ὑπόθεσιν διαβολῆς, μήτε κατ' αὐτοῦ, μήτε τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ. Διὸ καταχέονται αἰσχύνην καὶ ἐντρέπονται πρὸς τὸ μηκέτι μηδὲν τολμᾷν διαβολῆς ἄξιον ἐπικαλεῖν. Καὶ ταῦτα πάντα ἔργῳ πληροῦται συμφώνως τῇ φασκούσῃ διὰ τῶν προκειμένων προφητείᾳ· « Ὅταν αἰσχυνθῶσι καὶ ἐντραπῶσιν οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι. » Τότε γὰρ, φησὶν, ὅταν οἱ ἐχθροὶ καταισχύνωνται, ἐγὼ ψαλῶ σοι, καὶ ἐξομολογήσομαί σοι τῷ ἐμαυτοῦ Πατρί. Ἔτι δὲ καὶ « ἡ γλῶσσά μου ὅλην τὴν ἡμέραν μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου. »

thara, sanctus Israel. » Sive secundum Aquilam, « Modulabor tibi in cithara, sancte Israel. » Sed etiam « exsultabunt labia mea, cum cantavero tibi; » sive secundum Symmachum, « Celebrabunt labia mea cum modulabor tibi, et anima mea, quam redemisti. Sed et lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam. » Labia autem et linguam ejus meditantem justitiam Patris, non aberraveris si dicas eos esse qui in Ecclesia ipsius exercitationi divinæ Scripturæ sese consecrarunt. Et hæc omnia, inquit, faciam, « cum confusi et reveriti fuerint qui quærunt mala mihi; » sive, secundum Symmachum, « Quia confusi sunt, aut quia effossi sunt qui quærunt afflictionem meam, » sive, secundum Aquilam, « Quia confusi sunt qui quærunt miseriam meam. » Hæc porro opere completa videre licet. Nam cum ubique terrarum Ecclesiæ Servatoris justitiam Dei enarrent, ipseque Servator vasa electionis, qualia supra dicta sunt, et instrumenta rationabilia Patri præparet, semperque Deum qui supra omnia est iis concelebret, inimici ejus confusione induuntur, ac confusi et reveriti sunt qui quærunt ipsi mala. Hi vero sunt, qui omnes occasiones venantur, contumelias, calumnias et blasphemias contra eum excogitant, nullamque reperiunt vel in ipsum vel in Ecclesiam ipsius calumniæ causam. Quare pudore suffunduntur et reverentur, quod ultra non audeant quidpiam calumniæ proferre. Et hæc omnia opere complentur, secundum prophetiam quæ in præcedentibus sic habet, « Cum confusi et reveriti fuerint qui quærunt mala mihi. » Tunc enim, inquit, cum inimici confundentur, ego psallam tibi, tibique Patri meo confitebor. Insuperque « lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam. »

ΕΙΣ ΣΟΛΟΜΩΝΤΑ ΟΑ'.

« Ὁ Θεὸς, τὸ κρίμα σου τῷ βασιλεῖ δός. » Οἱ λοιποὶ τοῦ « Σολομῶντος » ἡρμήνευσαν. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος τοῦ αὐτοῦ ἐν ταῖς ᾠδαῖς τῶν ἀναβαθμῶν, οὗ ἡ ἀρχή· « Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες αὐτόν. » Ἐν οἷς ἔοικεν ὁ Σολομὼν ἐπὶ τῇ κατασκευῇ τοῦ οἴκου, ὃν ἤγειρεν ἐν Ἱεροσολύμοις, πρῶτος αὐτὸς οἰκοδομήσας τὸ αὐτόθι ἱερὸν, τὴν ᾠδὴν πεποιῆσθαι, διδάσκουσαν μόνα τὰ τοῦ Θεοῦ οἰκοδομήματα διαιωνίζειν· τὰ γὰρ ἀνθρώπινα καιρῷ συνίστασθαι· ὃ δὴ καὶ ἀπέβη ἐπὶ τῆς αὐτοῦ οἰκοδομῆς· οὐκ εἰς μακρὸν γοῦν ὁ ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθεὶς νεὼς ὑπὸ Βαβυλωνίων κατελύθη. Ἡ δὲ μετὰ χεῖρας προφητεία εἴτε εἰς αὐτὸν λέλεκται τὸν Σολομῶντα, εἴτε αὐτοῦ ἐστι κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτάς· οἱ λόγοι ἕτερόν τινα παριστῶσι προφητευόμενον. Διὸ οὔτε ψαλμὸς, οὔτε ᾠδὴ, οὔτε ὕμνος, οὔτε τι τούτοις παραπλήσιον ἐπιγέγραπται. Ἀλλ' ἔστι προφητεία θεσπίζουσα ἀναφανήσεσθαί τινα ἐν ἀνθρώποις πενήτων καὶ πτωχῶν σωτῆρα, καὶ τοῦτον ἀνωθέν

IN SALOMONEM LXXI.

Vers. 1, 2. « Deus judicium tuum regi da. » Reliqui, « Salomonis, » interpretati sunt. Est autem et alius ejusdem in canticis graduum, cujus initium: « Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam [a]. » Ex quibus videtur Salomonem in constructione domus, quam excitavit in Jerusalem, nam ipse primus templum illic exstruxit, hoc canticum edidisse: quo docemur, sola Dei ædificia æternum permanere; humana quippe pro tempore solum consistunt: quod etiam in ejus exstructione actum est; non diu enim postea templum ab eo ædificatum, a Babyloniis dirutum fuit. Præsens vero prophetia, sive in Salomonem dicta est, sive secundum reliquos interpretes, ipsius Salomonis est. Series certe sermonis alium quempiam vaticinio enuntiatum declarare videtur. Quare neque psalmus, neque canticum, neque hymnus, neque quidpiam simile, inscriptus est. Sed est prophetia prænuntians quem-

[a] Psal. cxxvi, 1.

piam hominibus adventurum pauperum et inopum servatorem, qui ex alto sensim et sine strepitu accessurus est : « Descendet enim sicut pluvia in vellus. » Aitque justitiam deinceps in adventu ejus in genere hominum versaturam : ipsumque non Judææ modo, neque duabus tribusve gentibus, sed omnibus per orbem dominaturum, omnes gentes subigendas ipsi fore, celebrandum ipsum esse omnibus, non brevi tempore, sed per omne sæculum. In summa quid aliud hic sermo recenset, nisi talem esse qui in vaticinio fertur, qualem nemo unquam, nec in Judæorum gente, neque in aliis fuisse memoravit? Neque enim ipse Salomon, neque David, neque quispiam successorum is videbatur esse, cui ea quæ in prophetia feruntur aptari possint. Perpende igitur num præmissis de Servatoris nostri passione prædictionibus hæc, qua regnum ejus describitur, consequenter adjiciatur. Par erat enim nos quæ ad illud quoque attinent edoceri. Cum autem plurimæ prophetiæ Christum, qui ex Davide originem ducturus erat, celebrarent, quia verisimile erat, nonnullos iis Salomonem indicari suspicaturos esse ; nam is solus ex filiis Davidis in regno maxime claruit, Deo templum excitavit, et sapientia ornatus fuisse memoratur : necessario « in Salomonem » hæc prophetia inscribitur ; sive ipsius Salomonis esse fertur ; ut non ultra putaretur ipsum esse ex Davidis semine qui exspectabatur : ex ipso quippe Salomone alius venturus speratur, ut ipsi promissum est. Si itaque secundum Septuaginta Interpretum titulum in ipsum Salomonem dictum fuisse psalmum intelligamus, dicemus utique Spiritum sanctum, cum pro ipso orationem Deo emisisset in primo versu, qui sic habet, « Deus, judicium tuum regi da, » id est Salomoni ; quæ sequuntur de illo qui ab ipso nasciturus erat dixisse his verbis, « Et justitiam tuam filio regis, » id est, ipsi Jesu qui ex semine ejus venturus erat. Vel horum quæ tractamus talis mens fuerit, decretum a deitate tua editum fuit, atque edictum et judicium regium ex Spiritu tuo constitutum est, ut ex Salomonis prole Servator mundi secundum carnem gignatur. Hoc igitur judicium tuum, Deus, nunc tandem regi da, scilicet Salomoni, ut verba opere compleantur : ipsique regi memoratum judicium præbeas ; justitiam vero tuam filio regis, qui ex semine ejus proditurus est ; ut qui ex Spiritu gignetur successor ejus, accepta justitia tua, « judicet populum tuum in justitia, et pauperes tuos in judicio. » Et hæc quidem, si in ipsius Salomonis personam referatur inscriptio Septuaginta Interpretum, quæ « in Salomonem » habet. Sin secundum reliquos interpretes Salomonis prophetia dicatur esse ; dicemus ipsum Salomonem Spiritu repletum, tres hic personas declarare, Deum, cui orationem emittit ; regem, quem in universa regnaturum credebat, videlicet Filium Dei ; tertio hominem, quem assumpsit ex semine David, ex ipsoque Salomone nasciturum ; alium ab illo rege qui in

A ποθεν ῥέμα καταβήσεσθαι καὶ ἀψοφητί· « Καταβήσεται γὰρ ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον. » Δικαιοσύνην τε λοιπὸν ἐμπολιτεύεσθαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ. Ἐπικρατήσειν τε αὐτὸν οὐ τῆς Ἰουδαίας μόνης, οὐδὲ δυεῖν ἢ τριῶν ἐθνῶν, ἀλλὰ πάντων τῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης, πάντα τε τὰ ἔθνη ὑποταγήσεσθαι αὐτῷ, ὀνομαστόν τε αὐτὸν ἔσεσθαι παρὰ τοῖς πᾶσιν, οὐ κατά τινα χρόνον βραχύν, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα. Καὶ τί γὰρ ἄλλ' ἢ τοιοῦτόν τινα ἔσεσθαι τὸν θεσπιζόμενον ὁ μετὰ χεῖρας ὑπογράφει λόγος, ὁποῖον οὐδεὶς πώποτε οὔτε παρὰ τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, οὔτε παρ' ἑτέροις γεγονέναι μνημονεύει; Οὔτε γὰρ αὐτὸς Σολομών, οὔτε Δαυίδ, οὔτε τις τῶν μετ' αὐτοὺς τοιοῦτος ἐφάνη, ὡς ἁρμόσαι τινὶ αὐτῶν τὰ ὑπὸ τῆς προφητείας σημαινόμενα. Ὅρα τοίνυν εἰ μὴ B ταῖς προτεταγμέναις διὰ τῶν ἔμπροσθεν περὶ τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος προῤῥήσεσιν ἀκολούθως συνῆπται ἡ μετὰ χεῖρας τὴν βασιλείαν αὐτοῦ διαγράφουσα. Ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς καὶ τὰ περὶ ταύτης παιδευθῆναι. Πολλῶν δὲ προφητειῶν τὸν ἐκ Δαυὶδ προφητευόμενον Χριστὸν ἀνυμνουσῶν· ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν ὑπολαβεῖν τινας τὸν Σολομῶντα δηλοῦσθαι δι' αὐτῶν· μόνος γὰρ οὗτος τῶν υἱῶν Δαυὶδ ἐπιδοξότατα βασιλεύσας, καὶ τὸν νεὼν ἤγειρε τῷ Θεῷ, καὶ σοφίᾳ διαπρέψαι μεμαρτύρηται· ἀναγκαίως ἡ προκειμένη προφητεία « εἰς Σολομῶντα » ἐπιγέγραπται· ἢ αὐτοῦ τοῦ Σολομῶντος εἶναι λέλεκται· ἵνα μηκέτι αὐτὸς νομίζηται ὁ προσδοκώμενος εἶναι ἐκ Δαυὶδ· ἐξ αὐτοῦ δὲ Σολομῶντος ἐλπίζεται ἕτερος ὁ καὶ αὐτῷ ἐπηγγελμένος. Ἐὰν μὲν οὖν ἐκδεξώμεθα εἰς αὐτὸν εἰρῆσθαι τὸν C Σολομῶντα τὸν ψαλμὸν κατὰ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα προγραφήν, ἐροῦμεν, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, περὶ αὐτοῦ τὴν εὐχὴν ἀναπέμψαν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ πρώτου στίχου, δι' οὗ εἴρηται· « Ὁ Θεός, τὸ κρίμα σου τῷ βασιλεῖ δός, » τουτέστι τῷ Σολομῶντι, τὸν ἑξῆς λόγον περὶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ γενησομένου ποιεῖται· διὸ ἐπιλέγει· « Καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως· » δηλαδὴ τῷ μέλλοντι προελεύσεσθαι ἐκ σπέρματος αὐτοῦ Ἰησοῦ. Ἢ τῶν προκειμένων ὁ νοῦς τοιοῦτος· Ὅρος παρὰ τῆς σῆς θεότητος ἐξενήνεκται, δόγμα τε καὶ κρίμα βασιλικὸν ἐκ σοῦ Πνεύματος διατέτακται, ὡς ἂν ἐκ τῆς Σολομῶντος διαδοχῆς ὁ τοῦ κόσμου Σωτὴρ κατὰ σάρκα γεννηθείη. Τοῦτο οὖν τὸ κρίμα σου, ὁ Θεὸς, ἤδη ποτὲ δώρησαι τῷ βασιλεῖ, δηλαδὴ τῷ Σο- D λομῶντι, ὡς ἂν δι' ἔργων χωρήσειαν οἱ λόγοι· καὶ αὐτῷ μὲν τῷ βασιλεῖ τὸ δηλωθὲν κρίμα παράσχου, τὴν δὲ δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως, τῷ μέλλοντι ἐκ σπέρματος αὐτοῦ προελεύσεσθαι· ἵν' ὁ γεννώμενος ὁ ἐκ πνεύματος καὶ διάδοχος αὐτοῦ, ὑποδεξάμενος τὴν σὴν δικαιοσύνην, « διακρίνῃ τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς πτωχούς σου ἐν κρίσει. » Καὶ ταῦτα μὲν, εἴπερ εἰς αὐτοῦ προσώπου τοῦ Σολομῶντος ἀναφέροιτο ἡ προγραφὴ κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα φέρουσα, « εἰς Σολομῶντα· » εἰ δὲ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς τοῦ Σολομῶντος εἶναι λέγοιτο ἡ προφητεία, φήσομεν, ὅτι αὐτὸς ὁ Σολομών, Πνεύματος πληρωθείς, τρία διὰ τούτων παρίστησι πρόσωπα· τὸν Θεὸν, ᾧ τὴν εὐχὴν ἀναπέμπει, καὶ τὸν βασιλέα, ὃν πέπειστο βασιλεύειν τῶν ὅλων, δηλαδὴ τὸν ἐν

vento impulsa, in castra fuisse delata. Secundum Symmachum vero dicitur : *Qui tulit Eurum de cœlo, et induxit in virtute sua Notum, quasi arenam marium volatilia pennata. Et injecit intus in castra eorum, in circuitu tabernaculorum. Et manducantes saturati sunt valde : et concupiscentiam eorum attulit eis, non abstiterunt a concupiscentia sua. Cum adhuc esca eorum esset in dentibus eorum, ira igitur Dei invasit illos, et occidit pinguiores eorum, et juniores Israelis prostravit.* Hæc porro jure passi sunt. Nam ille quidem ad potentiæ suæ indicium mirabiliter illa suppeditavit ; ipsi vero insaturabili carnium comestione usi, intestinorum morbo perierunt : ingenti miraculo non animum adhibentes, nec gloriam tanti prodigii auctori referentes ; sed toti carnibus dediti, suam sibi perniciem procurarunt.

Ἐν πᾶσι τούτοις ἥμαρτον ἔτι, καὶ οὐκ ἐπίστευσαν ἐν τοῖς θαυμασίοις αὐτοῦ. Καὶ ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι αὐτῶν καὶ τὰ ἔτη αὐτῶν μετὰ σπουδῆς. Ἐλεγκτικὸς ὢν καὶ κατηγορητικὸς τῆς Ἰουδαίων μοχθηρίας ὁ λόγος, καταριθμησιν ποιεῖ καὶ τῶν πεπλημμεληκότων αὐτοῖς, παριστῶν, ὅτι μὴ μάτην αὐτοὺς τὰ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ μετῆλθεν. Καὶ δὴ διδάσκει, ὡς καὶ μετὰ τὰ προλεχθέντα πάντα, αὔξοντες ἑαυτῶν τὰ κακὰ, ἥμαρτον ἔτι· καὶ ἥμαρτον, ἐπεὶ οὐκ ἐπίστευσαν τοῖς θαυμασίοις αὐτοῦ. Τοιαῦτα γὰρ ὀφθαλμοῖς ὁρῶντες, ἐνικῶντο ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας (2). Εἶτα, καὶ ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι αὐτῶν. Δέον γὰρ θεωροὺς γενομένους τῶν τοῦ Θεοῦ μεγαλουργημάτων, ὅλους αὐτοὺς ἀναθεῖναι αὐτῷ· οἱ δὲ θρεμμάτων ἀλόγων δίκην τῇ τῶν σωμάτων προσεῖχον ματαιότητι, ἐν ἀλογίᾳ καὶ ἀνοίᾳ κατηγοροῦντες, καὶ μηδὲν πλέον ἐκ τῶν εἰς αὐτοὺς χορηγουμένων εἰς γνῶσιν Θεοῦ καὶ ψυχῆς σωτηρίαν ποριζόμενοι. Οὕτως οὖν ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι αὐτῶν· οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἔτη αὐτῶν μετὰ σπουδῆς ἐξέλιπον· κατὰ κοινοῦ γὰρ ἀκουστέον τοῦ, ἐξέλιπον· ἀνθ' οὗ πεποίηκεν ὁ Ἀκύλας· Καὶ συνετέλεσεν ὡς ἄτμὸν τὰς ἡμέρας αὐτῶν, καὶ τὰ ἔτη αὐτῶν κατέσπευσε. Τοῦ μὲν γὰρ ἐν ματαιότητι τὰς ἡμέρας καταναλίσκοντος καὶ τὰ ἔτη παρατρέχει κατεσπευσμένως· τοῦ δὲ τὰς ἡμέρας ἐν φωτὶ καὶ ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς ἐκτελοῦντος αἱ ἡμέραι οὐκ ἐκλείπουσιν, ἀλλὰ πλήρεις γίνονται, καὶ τὰ ἔτη αὐτοῦ ἐντελῆ τυγχάνει καὶ μεμακρυμμένα. Διό κἀκείνοις τοῖς μετὰ τοιαύτας παραδοξοποιίας ἐν ἀπιστίᾳ καταγηράσασιν μάταιος καὶ ἐσπευσμένως παρατρέχων ὁ χρόνος. Αὐτίκα δ' οὖν διὰ μὲν τῶν θαυμάτων καὶ τῶν εἰς αὐτοὺς εὐερ-

Vers. 32, 33. *In omnibus his peccaverunt adhuc, et non crediderunt in mirabilibus ejus. Et defecerunt in vanitate dies eorum, et anni eorum cum festinatione.* Cum sermo in arguenda et incusanda Judæorum improbitate totus sit, eorum scelera enumerat, declaratque non sine causa ipsos iram Dei invasisse. Ac docet, eos post prædicta illa omnia, mala augentes sua, adhuc peccasse : peccasse scilicet quia non crediderunt mirabilia ejus. Cum talia namque ipsis oculis viderent, a concupiscentia sua superabantur. Deinde, *et defecerunt in vanitate dies eorum.* Cum oportuisset enim illos, spectatores nempe prodigiorum Dei, totos sese ipsi committere ; illi contra brutorum instar corporis vanitati animum habebant, cum stultitia et insipientia conquerentes, nihilque ex bonis sibi subministratis ad Dei cognitionem et animæ salutem conferentes. Sic itaque *defecerunt in vanitate dies eorum ;* neque id tantum, sed etiam *anni eorum cum festinatione* defecerunt : nam illud, *defecerunt*, in communi pro utroque accipiendum. Pro quo Aquila edidit : *Et consummavit quasi vaporem dies eorum, et annos eorum festinare fecit.* Ejus quippe qui in vanitate dies suos transigit, anni festinanter decurrunt ; ejus contra qui dies in luce et bonis operibus insumit, dies non deficiunt ; sed pleni evadunt, et anni ejus perfecti et diuturni sunt. Quamobrem iis qui post tot patrata miracula, in incredulitate consenuerunt, vitæ tempus vanum est et festinanter decurrit. A miraculis itaque illis, et a collatis sibi beneficiis nihil statim fructus percipiebant ; sed per illatam sibi ultionem meliores evadebant. Quare deinde subdit : —Vers 34. *Cum*

(1) *Καὶ ἔψυξεν... τὰ κρέα ἦν πρὶν ἢ ἐκλείπειν.* Phrasis omnino mendosa. Exemplar Vaticanum versionis LXX viralis habet : Καὶ ἔψυξαν ἑαυτοῖς ψυγμοὺς κύκλῳ τῆς παρεμβολῆς. Τὰ κρέα ἔτι ἦν ἐν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν πρινὴ ἐκλείπειν, καὶ Κύριος ἐθυμώθη, κ. τ. λ. Edit.

(2) Ms. in marg. : *Γρ.* ἀπιστίας.

occideret eos quærebant eum, et revertebantur et diluculo veniebant ad Deum. Verberati quippe et supplicio affecti brutorum jumentorum instar ad verberantis sensum revocabantur (VERS. 35), cum ex recta ratione ad meliorem se frugem non reciperent. Quos sic alloquitur Scriptura : *Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus. In camo et freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te. Multa flagella peccatorum, sperantes autem in Domino misericordia circumdabit*[31], σέ. Πολλαὶ αἱ μάστιγες τῶν ἁμαρτωλῶν· τοὺς δὲ ἐλπίζοντας ἐπὶ Κύριον ἔλεος κυκλώσει.

A γεσιῶν οὐδὲν πλέον ἐκτῶντο πρὸς ὠφέλειαν, διὰ δὲ τῆς μετερχομένης αὐτοὺς ὀργῆς κρείττους ἐγίγνοντο. Διὸ ἐξῆς ἐπιλέγει· *Ὅταν ἀπέκτεινεν αὐτούς, ἐξεζήτουν αὐτόν, καὶ ἐπέστρεφον καὶ ὠρθριζον πρὸς τὸν Θεόν.* Μαστιζόμενοι γὰρ καὶ κολαζόμενοι, κτηνῶν ἀλόγων δίκην αἴσθησιν ἀνελάμβανον τοῦ τύπτοντος, λόγῳ μὲν ὀρθῷ μὴ σωφρονιζόμενοι· πρὸς οὓς εἶπεν ἂν ὁ λόγος· *Μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις. Ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἅρξαι τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς*

VERS. 36, 37. *Et dilexerunt eum in ore suo, et lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento ejus.* Cum in sui gratiam miracula ederentur, non credebant : verberati autem et interfecti revertebantur ad Deum. Verum id non sincere præstabant, sed simulate tantum et labiorum tenus B Dei laudes celebrabant, nec puro sane animo; ita ut illis hoc dictum conveniat : *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Frustra autem colunt me*[32]. Et ipsi quidem ad tantam improbitatem devenerunt; ille vero boni patris instar, majore erga illos misericordia commotus, propitius erat peccatis eorum, neque tradebat eos in extremam perniciem; imo vero dæmonem exterminatorem, et iræ suæ ministrum ultoremque angelum, qui furor ejus vocabatur, placato Patre suo, ab iisdem avertebat. Quare dictum est :—VERS. 38 *Ipse autem est misericors, et propitius fiet peccatis eorum, et non disperdet. Et abundabit ut avertat iram suam, et non accendet omnem iram suam.* Nam cum eos patienter ferret, nondum in finem illos C repudiabat. Secundum Symmachum autem dicitur : *Ipse misericors, propitius peccato, et non disperdens. Et multum avertit iram suam, et non excitavit totum furorem suum.* Ad hæc aliam in eos accusationem instituit dicens : — VERS. 39. *Et recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens et non rediens.* Quia enim *qui adhæret Domino, unus spiritus est*, et, *qui adhæret carni, unum corpus est*[33]; jure carnales et corporeos illos esse ob corporis et voluptatum amorem, et carnem esse factos ait. Ideo dicit : *Recordatus est quia caro sunt.* Quomodo autem caro sint sub hæc explicat his verbis : *Spiritus vadens et non rediens.* Nam spiritus carnis terrenus, mortalis, et ruinæ obnoxius. Tales erant illi tempore di- D luvii de quibus dicitur : *Non permanebit spiritus meus in hominibus, quia carnes sunt*[34]; ita ut alius sit spiritus divinus initio hominibus inditus; alius vero spiritus carnis. Nam spiritus carnis talis fuerit qualis ille qui in brutis est, spiritus scilicet vadens et non rediens. Ipsum vero proprio nomine *prudentiam carnis* vocat Apostolus, cum ait : *Nam prudentia carnis inimicitia est in Deum : legi enim Dei non subjicitur, neque enim potest. Prudentia vero spiritus, vita et pax*[35]. Sic porro qui incusantur ca-

Καὶ ἠγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτῷ. Ἡ δὲ καρδία αὐτῶν οὐκ εὐθεῖα μετ' αὐτοῦ, οὐδὲ ἐπιστώθησαν ἐν τῇ διαθήκῃ αὐτοῦ. Τῶν μὲν παραδόξων ἀπολαύοντες οὐκ ἐπίστευον· μαστιζόμενοι δὲ καὶ ἀποκτεινόμενοι, ἐπέστρεφον πρὸς τὸν Θεόν. Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο γνησίως ἐποίουν, προσποιήσει δὲ καὶ εἰρωνείᾳ μέχρι χειλέων εὐφημεῖν ἐδόκουν, οὐ μὴν καθαρῷ λογισμῷ τοῦτ' ἔπραττον· ὡς καὶ ἐπ' αὐτῶν ἁρμόττειν τὸ φῆσαν λόγιον· *Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Μάτην δὲ σέβονταί με.* Καὶ αὐτοὶ μὲν εἰς τοσοῦτον ἦλαυνον μοχθηρίας· ὁ δὲ, πατρὸς ἀγαθοῦ δίκην οἴκτον αὐτῶν πλείονα λαμβάνων, ἱλάσκετο ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν, καὶ οὐ παρεδίδου αὐτοὺς εἰς ἐσχάτην διαφθοράν· ἀλλὰ καὶ τὸν φθοροποιὸν δαίμονα καὶ τὸν τῆς ὀργῆς ὑπηρέτην ἄγγελον τιμωρὸν, θυμὸν αὐτοῦ ὀνομαζόμενον, ἀπέστρεφεν ἐξ αὐτῶν, τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα ὑπὲρ αὐτῶν ἱλασκόμενος. Διὸ εἴρηται· *Αὐτὸς δέ ἐστιν οἰκτίρμων καὶ ἱλάσεται ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν, καὶ οὐ διαφθερεῖ. Καὶ πληθυνεῖ τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν αὐτοῦ, καὶ οὐχὶ ἐκκαύσει πᾶσαν τὴν ὀργὴν αὐτοῦ.* Ἔτι γὰρ τότε μακροθύμως αὐτοὺς ἔφερεν οὕτω εἰς τέλος αὐτοὺς ἀπωθούμενος. Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Αὐτὸς*, φησὶν, *ἐλεήμων, ἐξιλάσκων ἁμαρτίας, καὶ μὴ διαφθείρων. Καὶ ἐπὶ πολὺ ἀπέστρεψεν τὴν ὀργὴν αὐτοῦ, καὶ οὐ διήγειρεν ὅλον τὸν θυμὸν αὐτοῦ.* Ἐπὶ τούτοις ἄλλοτι αὐτῶν κατηγορεῖ λέγων· *Καὶ ἐμνήσθη, ὅτι σὰρξ εἰσι, πνεῦμα πορευόμενον καὶ οὐκ ἐπιστρέφον.* Ἐπειδὴ γὰρ *ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι, καὶ ὁ κολλώμενος τῇ σαρκὶ ἓν σῶμα γίνεται*, εἰκότως κρεώδεις τινὰς καὶ σαρκώδεις φησὶν αὐτοὺς γεγονέναι διὰ τὸ φιλήδονον καὶ φιλοπώματον, καὶ οὕτως αὐτοὺς γενέσθαι σάρκας. Διό φησιν· *Ἐμνήσθη ὅτι σάρξ εἰσι.* Πῶς δὲ σάρκες ἦσαν διασαφεῖ λέγων ἐξῆς· *Πνεῦμα πορευόμενον καὶ οὐκ ἐπιστρέφον.* Τὸ γὰρ πνεῦμα τῆς σαρκὸς τοιοῦτον, γεῶδες καὶ θνητὸν καὶ ἀπολλύμενον. Τοιοῦτοι δέ τινες γεγόνεισαν καὶ οἱ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, περὶ ὧν εἴρητο· *Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας·* ὡς ἑτέρου μὲν ὄντος τοῦ θείου πνεύματος τοῦ κατ' ἀρχὰς ἀνθρώποις ἐμπνευσθέντος, ἑτέρου δὲ τοῦ τῆς σαρκὸς πνεύματος. Τό γέ τοι τῆς σαρκὸς πνεῦμα τοιοῦτον ἂν εἴη, οἷον καὶ τὸ ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις, ὅπερ ἐστὶ

[31] Psal. xxxi, 9, 10. [32] Matth. xv, 8, 9.; Isa. xxix, 13. [33] I Cor. vi, 16, 17. [34] Gen. vi, 3. [35] Rom. viii, 6, 7.

πνεῦμα πορευόμενον καὶ οὐκ ἐπιστρέφον. Ὀνομάζει δὲ αὐτὸ οἰκείῳ ὀνόματι ὁ Ἀπόστολος, *φρόνημα σαρκὸς*, ἐν οἷς φησι· *Τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς Θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται, οὐδὲ γὰρ δύναται· τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος ζωὴ καὶ εἰρήνη.* Οὕτω δὲ σάρκες οἱ κατηγορούμενοι γεγόνεισαν ἐκ τοῦ φιλοσωματεῖν· ὡς καὶ περὶ αὐτῶν δικαιότατα ἂν εἰρῆσθαι τό· *Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.*

A ro facti sunt, quod corpus diligerent; ut justissime de illis dicatur: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis*[36].

Ποσάκις παρεπίκραναν αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ, παρώργισαν αὐτὸν ἐν γῇ ἀνύδρῳ! Καὶ ἐπέστρεψαν καὶ ἐπείρασαν τὸν Θεόν, καὶ τὸν Ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ παρώξυναν. Οὐκ ἐμνήσθησαν τῆς χειρὸς αὐτοῦ, ἡμέρας ἧς ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐκ χειρὸς θλίβοντος. Ὡς ἔθετο ἐν Αἰγύπτῳ τὰ σημεῖα αὐτοῦ, καὶ τὰ τέρατα αὐτοῦ ἐν πεδίῳ Τάνεως. Μετέστρεψεν εἰς αἷμα τοὺς ποταμοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ ὄμβρήματα αὐτῶν ὅπως μὴ πίωσιν. Ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς κυνόμυιαν καὶ κατέφαγεν αὐτούς, καὶ βάτραχον καὶ διέφθειρεν αὐτούς. Καὶ ἔδωκε τῇ ἐρυσίβῃ τὸν καρπὸν αὐτῶν, καὶ τοὺς πόνους αὐτῶν τῇ ἀκρίδι. Καὶ ἀπέκτεινεν ἐν χαλάζῃ τὴν ἄμπελον αὐτῶν, καὶ τὰς συκαμίνους αὐτῶν ἐν τῇ πάχνῃ. Καὶ παρέδωκεν εἰς χάλαζαν τὰ κτήνη αὐτῶν, καὶ τὴν ὕπαρξιν αὐτῶν τῷ πυρί. Μετὰ τὰ προλεχθέντα πάντα παρέμενον παραπικραίνοντες, τουτέστι πικρὸν ἑαυτοῖς τὸν Θεὸν καθιστῶντες, χρηστὸν ὄντα τῇ φύσει καὶ ἀγαθὸν καὶ γλυκύν, τοῖς δὲ τιμωρίας ἀξίοις πικρὸν νομιζόμενον. Οὗτοι γοῦν οἱ ἐν τῇ ἐρήμῳ παρώργισαν αὐτὸν, ἑαυτοῖς τὴν ὀργὴν ἐπισπώμενοι. Καὶ πάλιν ἐπέστρεφον καὶ ἐπείραζον τὸν Θεὸν, καὶ τὸν Ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ παρώξυνον. Καὶ ταῦτα πάντα διέπραττον μὴ ἀναλαμβάνοντες τῇ μνήμῃ τὰς πάλαι δειχθείσας αὐτοῖς παραδόξους δυνάμεις· καθ' ὃν καιρὸν λυτρούμενος αὐτοὺς ἐκ χειρὸς θλίβοντος τοῦ Φαραὼ, ἠλευθέρου τῆς τῶν Αἰγυπτίων δυναστείας, διαφόρως τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν αἰκιζόμενος ἐν τῷ Τάνεως πεδίῳ· ἐν ᾧ πρῶτον ἐγίγνετο ἡ τοῦ ποταμοῦ εἰς αἷμα μεταβολὴ, Αἰγυπτίοις οὖσα τοιαύτη, οὐ μὴν καὶ τοῖς βοηθουμένοις. Ὅθεν καὶ τὰ ὄμβρήματα αὐτῶν, ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *αἱ κατάῤῥοιαι αὐτῶν*, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *τὰ ῥεῖθρα αὐτῶν*, μετεβάλλετο εἰς αἷμα. Πᾶσα γὰρ σύστασις ὑδάτων τὰ ὅμοια τῷ ποταμῷ ἔπασχεν. Ἀλλὰ τούτων οὐδεμίαν ἐποιοῦντο μνήμην οἱ κατηγορούμενοι, οὐδὲ τῇ διὰ τῆς κυνομυίας κατ' Αἰγυπτίων πληγῇ προσεῖχον τὸν νοῦν, οὐδὲ τῇ διὰ τῶν βατράχων μάστιγι, οὐδὲ τῇ διὰ τῆς ἐρυσίβης (1)· ἀλλ' οὐδ' ὅπως δι' αὐτοὺς οἱ Αἰγύπτιοι ἀκρίδι καὶ χαλάζῃ, καὶ πάχνῃ καὶ πυρὶ παραδοθέντες ἐκολάζοντο. Τούτων δ' ἔργοις τὴν πεῖραν εἰληφότες, ἀμνήμονες ἁπάντων ἐγίγνοντο. Διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· *Οὐκ ἀνεμνήσκοντο τὴν χεῖρα αὐτοῦ, τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τοῦ θλίβοντος· τοῦ ποιήσαντος τὰ σημεῖα αὐτοῦ καὶ τὰ τέρατα αὐτοῦ ἐν Αἰγύπτῳ, ἐν πεδίῳ Τάνεως· τοῦ μεταβαλόντος εἰς αἷμα τοὺς ποταμοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ ῥεῖθρα αὐτῶν, ἵνα μὴ πίωσι· τοῦ ἐπιπέμψαντος αὐτοῖς κυνόμυιαν φα-*

Vers. 40 - 48. *Quoties exacerbaverunt eum in deserto, in iram concitaverunt eum in terra inaquosa! Et conversi sunt et tentaverunt Deum, et Sanctum Israel exacerbaverunt. Non sunt recordati manus ejus, diei qua redemit eos de manu tribulantis. Sicut posuit in Ægypto signa sua, et prodigia sua in campo Taneos. Convertit in sanguinem flumina eorum, et imbres eorum ne biberent. Misit in eos cœnomyiam et comedit eos, et ranam et disperdidit eos. Et dedit* B *ærugini fructum eorum, et labores eorum locustæ. Et occidit in grandine vineam eorum, et moros eorum in pruina. Et tradidit grandini jumenta eorum, et possessionem eorum igni.* Post prædicta omnia, exacerbantes, inquit, permanserunt, id est, Deum sibi acerbum constituentes, qui tamen mansuetus natura, bonus et dulcis est; sed ab iis qui supplicio digni sunt acerbus existimatur. Hi igitur qui in deserto irritaverunt eum, sibi iram attraxerunt. Rursumque vertebantur ut tentarent Deum, et Sanctum Israel exacerbarent. Hæc porro omnia agebant quod mirabiles illas sibi olim exhibitas virtutes memoria non repeterent: quo tempore de manu Pharaonis se opprimentis redemit eos, et ab Ægyptiorum dominatu liberavit, variasque inimicis eorum C inflixit plagas in campo Taneos: ubi primo contigit fluminis in sanguinem mutatio, quæ quidem Ægyptiis talis erat, non autem iis qui juvabantur. Quare imbres quoque eorum, sive secundum Aquilam, *fluxus eorum*; sive secundum Symmachum, *alvei eorum*, in sanguinem vertebantur. Omnis quippe aquarum collectio, paria flumini passa est. At il qui accusantur, nullam eorum memoriam retinebant, neque animo repetebant cœnomyiæ plagam Ægyptiis immissam, non ranarum neque æruginis flagellum; sed neque qua ratione illorum gratia Ægyptii locustæ, grandini, pruinæ et igni traditi castigabantur. Horum experimentum cum opere cepissent, immemores tamen omnium erant. Quare secundum Symmachum dictum est: *Non sunt re-* D *cordati manus ejus, diei qua liberavit eos de tribulante, ejus qui fecit signa sua et prodigia sua in Ægypto, in campo Taneos; qui immutavit in sanguinem flumina eorum, et alveos eorum ut non biberent; qui misit ipsis cœnomyiam ad comedendum eos, et ranam ad disperdendum eos; qui dedit ærugini fructus eorum et labores eorum locustæ; qui occidit in grandine vineam eorum, et sycomoros eorum in verme; qui tradidit pesti jumenta eorum, et possessiones eorum avibus.* Pro illo autem, *ærugini*, Symmachus

[36] Psal. XLVIII, 21.

(1) Ms. ἐρισύβῃς.

similiter *myzetæ*, sive *ærugini*; Aquila autem, *brucho*, interpretati sunt; ac rursum pro illo, *pruinæ*, Symmachus, *vermi*, Aquila, *in glacie*, edidit. Hæc porro a Moyse prætermissa hic enarrantur : videtur autem ærugo et myzetes, idem esse qui a Moyse cinips vocatur. Nam cum Moysis Scriptura decem plagas memoret; hic sermo, sanguinem, ranas, cœnomyiam, locustam, grandinem, jumentorum mortem, primogenitorum obitum, recensuit; non autem ciniphes, non tumores, non tenebras; pro illis autem æruginem dixit et pruinam; quorum loco, myzeten aut bruchum, vermem aut glaciem reliqui interpretati sunt.

A γεῖν αὐτούς, καὶ βάτραχον διαφθεῖραι αὐτούς· τοῦ δόντος τῷ μυζήτῃ τὰ γεννήματα αὐτῶν, καὶ τοὺς κόπους αὐτῶν τῇ ἀκρίδι· τοῦ ἀποκτείναντος ἐν χαλάζῃ τὴν ἄμπελον αὐτῶν καὶ τὰς συκομόρους αὐτῶν ἐν σκώληκι· τοῦ ἐκδόντος λοιμῷ τὰ κτήνη αὐτῶν, καὶ τὰ κτήματα αὐτῶν οἰωνοῖς. Ἀντὶ δὲ τοῦ, τῇ ἐρυσίβῃ (1), ὁ μὲν Σύμμαχος ὁμοίως τῷ μυζήτῃ, ὁ δὲ Ἀκύλας τῷ βρούχῳ, ἡρμήνευσε· καὶ πάλιν ἀντὶ τοῦ, τῇ πάχνῃ, ὁ μὲν Σύμμαχος τῷ σκώληκι, ὁ δὲ Ἀκύλας ἐν κρύει, ἐκδεδώκασι. Σεσιωπημένα δὲ ταῦτα παρὰ Μωσεῖ τὸ παρὸν λόγιον ἐδίδαξεν. Ἔοικε δὲ ἡ ἐρυσίβη καὶ ὁ μυζήτης αὐτὸς εἶναι ὁ παρὰ Μωσεῖ κεκλημένος κνίφ. Τῆς γὰρ Μωσέως Γραφῆς μνημονευούσης δέκα πληγῶν, ὁ παρὼν λόγος τοῦ αἵματος ἐμνημόνευσε καὶ τῶν βατράχων καὶ τῆς κυνομυίας καὶ τῆς ἀκρίδος καὶ τῆς χαλάζης, καὶ τοῦ θανάτου τῶν κτηνῶν, καὶ τοῦ θανάτου τῶν πρωτοτόκων· σκνιπῶν τε (*sic*) οὐκ ἐμνήσθη, οὐδὲ τῶν φλυκτανῶν, οὐδὲ τοῦ σκότους· ἀντὶ δὲ τούτων ἐρυσίβην εἶπε καὶ πάχνην· ἀνθ' ὧν μυζήτην ἢ βροῦχον, ἢ σκώληκα, ἢ κρύος οἱ λοιποὶ ἡρμήνευσαν.

Vers. 49-51. *Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem et iram et tribulationem, immissionem per angelos malos. Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit a morte animabus eorum, et jumenta eorum in morte conclusit. Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.* Præter ea quæ superius dicta sunt, hæc etiam contra Ægyptios pro salute populi operatus Deus est : *Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem et iram et tribulationem.* Cum autem ira et indignatio frequenter memoretur, hic sermo hujus vocis significationem in sequentibus aperit dicens, *Immissionem per angelos malos;* sive secundum Symmachum, *Immissionem angelorum mala inferentium.* Nam angelorum mala inferentium immissio, secundum humanum cogitandi morem ira et indignatio Dei esse putatur. Non enim iræ commotionem in Deo existimare consentaneum est; sed supplicia impiis justo Dei judicio per immissionem angelorum, qui ad hoc deputati sunt, inflicta, ira et indignatio vocantur. Cæterum cum Ægyptiis immissiones angelorum mala inferentium factæ fuissent, ipse viam fecit semitæ iræ suæ, secundum Symmachum vero, *stravit callem iræ suæ.* Hisque traditum populo tempore illatæ Ægyptiis vindictæ mysticum cultum subindicare mihi videtur. Tunc enim jubetur Paschæ festum celebrari, et immolari agnum ad symbolum Agni Dei pro hominibus immolandi, inungique sanguine superliminaria domorum, ut hoc conspecto, exterminator abstineret a damno hoc agentibus inferendo. Scriptum est enim : *Et transibit Dominus ad percutiendum Ægyptios, et videbit sanguinem in superliminari et in utroque poste. Et pertransibit Dominus januam, et non permittet ingredi exterminatorem in domos vestras ad percutiendum*[87].

B Ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς ὀργὴν θυμοῦ αὐτοῦ, θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλῖψιν, ἀποστολὴν δι' ἀγγέλων πονηρῶν. Ὡδοποίησε τρίβον τῇ ὀργῇ αὐτοῦ, οὐκ ἐφείσατο ἀπὸ θανάτου τῶν ψυχῶν αὐτῶν, καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν εἰς θάνατον συνέκλεισε. Καὶ ἐπάταξε πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, ἀπαρχὴν παντὸς πόνου αὐτῶν ἐν τοῖς σκηνώμασι Χάμ. Πρὸς τοῖς λεχθεῖσι καὶ ταῦτα κατὰ τῶν Αἰγυπτίων ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τοῦ λαοῦ ὁ Θεὸς εἰργάζετο· Ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς ὀργὴν θυμοῦ αὐτοῦ, θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλῖψιν. Πολλαχοῦ δὲ τῆς ὀργῆς ὀνομαζομένης καὶ τοῦ θυμοῦ, ὁ παρὼν λόγος τὴν διάνοιαν ἑρμηνεύει τῆς τοιαύτης φωνῆς ἐξῆς ἐπιλέγων· Ἀποστολὴν δι' ἀγγέλων πονηρῶν· ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, Ἐπαποστολὴν ἀγγέλων κακούντων. Ἡ γὰρ τῶν κακούντων ἀγγέλων ἐπαποστολὴ ὡς πρὸς ἀνθρώπους ἐνομίζετο θυμὸς εἶναι καὶ ὀργὴ Θεοῦ. Οὐ γὰρ δὴ πάθος εἶναι ὀργῆς περὶ τὸν Θεὸν προσήκει νομίζειν· τὰς δὲ κατὰ τῶν ἀσεβῶν τιμωρίας κρίσει δικαίᾳ Θεοῦ δι' ἀποστολὴν ἀγγέλων τῶν εἰς τοῦτο τεταγμένων γιγνομένας ὀργὴν καὶ θυμὸν καλεῖσθαι. Πλὴν ἄλλα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπαποστολῆς ἀγγέλων κακούντων γενομένης, αὐτὸς ὡδοποίησε τρίβον τῇ ὀργῇ αὐτοῦ· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *διέστρωσε ἀτραπὸν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ.* Καί μοι δοκεῖ διὰ τούτων αἰνίττεσθαι τὴν παραδοθεῖσαν τῷ λαῷ μυστικὴν λατρείαν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἐπελθούσης τοῖς Αἰγυπτίοις ὀργῆς. Τότε γὰρ διάταττεται τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν ἐπιτελέσαι, θύσαντας μὲν πρόβατον κατὰ σύμβολον τοῦ μέλλοντος ὑπὲρ ἀνθρώπων τυθήσεσθαι Ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ, χρίσαντας δὲ ἑαυτῶν τὰς φλιὰς τῶν οἴκων τῷ αἵματι· ὡς ἂν, τοῦτο θεασάμενος ὁ ὀλοθρευτὴς, ἀναχωρήσειε τῆς κατὰ τῶν τοῦτο πραξάντων ἐπιβολῆς. Γέγραπται γοῦν· *Καὶ παρελεύσεται Κύριος πατάξαι τοὺς Αἰγυπτίους· καὶ δψεται τὸ αἷμα ἐπὶ τῆς φλιᾶς, καὶ ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν σταθμῶν. Καὶ παρελεύσεται Κύριος τὴν θύραν· καὶ οὐκ ἀφήσει τὸν ὀλοθρεύοντα εἰσελθεῖν εἰς τὰς οἰκίας ὑμῶν πατάξαι.*

Sed illis quidem viam paravit ut effugerent iram

Ἀλλὰ τούτοις μὲν ὡδοποίησε τρίβον πρὸς τὸ ἐκ-

[87] Exod. xii, 23.

(1) Mss. ἐρισύβῃ.

φυγεῖν τὴν ὀργὴν αὐτοῦ· τῶν δὲ Αἰγυπτίων οὐκ ἐφείσατο· παρεδίδου δὲ εἰς θάνατον τὰς ψυχὰς αὐτῶν, ἀξίων ὄντων τῆς τοιαύτης τιμωρίας· ἐπειδήπερ, ἀσεβείαις ἐκδεδομένοι καὶ τῇ πολυθέῳ καὶ Αἰγυπτιακῇ δεισιδαιμονίᾳ, ἄλλῳ θανάτῳ τὰς ψυχὰς ἐτύγχανον βεβαπτισμένοι. Διόπερ ὁ παρὼν λόγος οὐ κοινὸν θάνατον ἐπεληλυθέναι αὐτοῖς διδάσκει, ἀλλὰ ψυχῶν θάνατον. Ὁ γὰρ ὀλοθρευτὴς, ᾧ παρεδόθησαν, ἅμα τῇ τοῦ σώματος διαλύσει, τὰς ψυχὰς αὐτῶν παρελάμβανεν, εἰς ὄλεθρον αὐτὰς ἀπάγων. Διὸ καὶ αὖθις γέγραπται· *Οὐκ ἐφείσατο ἀπὸ θανάτου τῶν ψυχῶν αὐτῶν.* Εἶτα διασαφεῖ λέγων ἑξῆς· *Καὶ ἐπάταξε πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, ἀπαρχὴν τῶν πόνων αὐτῶν.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἀπαρχὴν τῶν πόνων αὐτῶν ἐν τοῖς σκηνώμασι Χάμ*· ὁ Σύμμαχος· *Πρωτεῖον δυνάμεων αὐτῶν*, ἡρμήνευσε. Τὰ γὰρ πρωτότοκα καὶ πρωτεῖον ἦν τῆς δυνάμεως τῶν γεννησάντων. Διὰ μὲν οὖν τῶν πρώτων πληγῶν, ὥσπερ εἰς μετάνοιαν αὐτοὺς προσκαλούμενος διὰ τῆς ἀνοχῆς καὶ μακροθυμίας, πεφεισμένως αὐτοῖς ἐπῆγε τὰς τιμωρίας. Ἐπὶ τέλει δὲ οὐκ ἐφείσατο ἀπὸ θανάτου τῶν ψυχῶν αὐτῶν· ἀλλὰ καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν εἰς θάνατον συνέκλεισεν. Ἐπεὶ καὶ πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτῳ ἀνῃρεῖτο, κτηνῶν τε καὶ ἀνδρῶν. Σφόδρα δὲ ἀκριβῶς ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων θανάτῳ φησὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν παραδεδόσθαι· ἦν γὰρ ὁ ὀλοθρευτὴς δαίμων, ὁ τὰς ψυχὰς αὐτῶν καὶ μετὰ θάνατον παραλαμβάνων· ἐπὶ δὲ τῶν κτηνῶν οὐκέτι ψυχῶν ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ μόνου τοῦ κοινοῦ καὶ σωματικοῦ θανάτου· οὐ γὰρ μετέχει ψυχῆς τὰ κτήνη τῆς μετὰ τὴν τοῦ σώματος λύσιν παραμενούσης ὁμοίως ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς. Τὴν δὲ αὐτὴν ἱστορίαν διαφόρως Μωσῆς τε καὶ ὁ παρὼν λόγος ἡρμήνευσεν· ὁ μὲν ὀλοθρευτὴν εἰπὼν διακονῆσαι τὸν θάνατον τῶν πρωτοτόκων· ὁ δὲ παρὼν λόγος δι' ἀγγέλων πονηρῶν ταῦτα γεγονέναι. Κἀκεῖ μὲν ὁ Μωσῆς τῷ αἵματι κεχρῖσθαι τὰς φλιὰς, καὶ τοῦτο φυλακτήριον γεγονέναι τῶν διαφυγόντων τὸν ὀλοθρευτήν· ἐνταῦθα δὲ ὡδοποιηκέναι τρίβον εἴρηται ὁ Θεὸς πρὸς τὸ ἀποφυγεῖν τὴν ὀργὴν αὐτοῦ. Ταῦτα δὲ, φησὶ, συνετελεῖτο ἐν τοῖς σκηνώμασι Χάμ· ἢ, *ἐν ταῖς σκηνώσεσι Χάμ*, κατὰ τὸν Σύμμαχον· ἢ, *ἐν ταῖς σκέπαις Χάμ*, κατὰ τὸν Ἀκύλαν. Δι' ὧν διδασκόμεθα τὴν Αἴγυπτον γεγονέναι σκηνώματα τοῦ Χάμ. Τριῶν γὰρ παίδων τοῦ Νῶε γενομένων, Σὴμ, Χὰμ, Ἰάφεθ, ὁ Χὰμ γέγονε πατὴρ τοῦ Χαναὰν, Χαναὰν δὲ πατὴρ τοῦ Μεσραΐμ, ὃς ἦν Αἴγυπτος, ἀφ' οὗ Αἰγύπτιοι πάντες· ὥστ' εἰκότως τὴν τῶν Αἰγυπτίων χώραν, σκηνώματα τοῦ προπάτορος τοῦ Μεσραΐμ εἰρῆσθαι. Οὗτος δὲ ἦν ὁ Χὰμ τὴν Αἴγυπτον πρῶτος οἰκήσας.

A suam : *Ægyptiis* vero non pepercit; verum in mortem tradidit animas eorum, dignorum sane tali supplicio, quia impietatibus et Ægyptiacæ multorum deorum superstitioni dediti, alia in morte, animæ scilicet, demersi erant. Quare hic non communem mortem ipsis illatam esse docetur; sed mortem animarum. Nam exterminator ille, cui traditi sunt, statim atque corpora dissoluta sunt, animas abripuit, in perniciem abducens eas. Quare rursum scribitur, *Non pepercit a morte animabus eorum.* Postea vero hæc declarat : *Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum.* Pro illo autem, *primitias laboris eorum in tabernaculis Cham*, Symmachus, *primitias virtutis eorum*, interpretatus est. Nam primogenita, primitiæ virtutis gignentium erant. Per primas itaque plagas quasi ad pœnitentiam ipsos evocans, per patientiam et tolerantiam suam, paulatim ipsis supplicia inferebat. In fine vero non pepercit a morte animabus eorum; sed etiam jumenta eorum in morte conclusit. Nam omne primogenitum in terra Ægypti occidebatur, tam jumentorum, quam hominum. Sed accurate admodum de hominibus quidem ait animas eorum morti traditas fuisse : aderat quippe dæmon exterminator, qui animas etiam eorum post mortem abriperet. Cum de jumentis porro agitur, non ultra animas commemorat; sed solum communem et corporalem mortem : jumenta siquidem non animas habent, quæ post corporis solutionem maneant, perinde atque hominum animæ. Hanc vero ipsam historiam diverso modo Moyses et hic psalmus enarrant. Nam ille quidem dixit exterminatorem primogenitorum morti ministrasse; hic vero sermo per angelos malos hæc facta fuisse narrat. Atque illic quidem Moyses sanguine superliminaria uncta fuisse narrat, et hoc signum fuisse ad tutelam eorum qui ab exterminatore effugerunt; hic vero Deus viam fecisse dicitur et semitam, ut effugerent iram suam. Hæc porro, inquit, in tabernaculis Cham effecta sunt, sive secundum Symmachum, *in habitationibus Cham;* sive secundum Aquilam, *in tectis Cham.* Queis edocemur Ægyptum fuisse tabernacula Cham. Cum enim Noæ tres filii fuerint, Sem, Cham, Japhet; Cham fuit pater Chanaan; Chanaan vero pater Mesraim, qui erat Ægyptus; a quo Ægyptii omnes; ita ut jure Ægyptiorum regio tabernacula avi Mesraim esse dicatur. Hic porro Cham erat, qui primus Ægyptum incoluit.

Καὶ ἀπῆρεν ὡς πρόβατα τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. Μετὰ τὴν κατὰ τῶν Αἰγυπτίων δεκάτην πληγὴν, ὅπως τὴν ἀπ' Αἰγύπτου πορείαν πεποίηνται διδάσκει φάσκων· *Καὶ ἀπῆρεν ὡς πρόβατα τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἀνήγαγεν αὐτοὺς καὶ ὡσεὶ ποίμνιον ἐν ἐρήμῳ. Καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐν ἐλπίδι, καὶ οὐκ ἐδειλίασαν.* Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν· *Καὶ καθωδήγησεν αὐτοὺς εἰς πεποίθησιν, καὶ οὐκ ἐπτοήθησαν*· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, Ὡδή-

VERS. 52, 53. *Et abstulit sicut oves populum suum*, etc. Post decimam Ægyptiorum plagam, quomodo exitus ex Ægypto contigerit his verbis docet : *Et abstulit sicut oves populum suum, et perduxit eos tanquam gregem in deserto : et deduxit eos in spe et non timuerunt;* secundum Aquilam vero : *Et deduxit eos in fiducia, et non territi sunt;* secundum Symmachum, *Deduxit eos sine timore et terrore; et inimicos eorum operuit mare.* Et hæc

quidem ante eorum in deserto commorationem gesta sunt; neque enim sermo serie rerum utitur; sed utpote in hymno et cantico præpostere res enarrat. Quare cum ea quæ ipsis in deserto contigerant, et peccata quæ in solitudine admiserant, quotiesque ipsum exacerbaverant enarrasset; postea priorum mentionem facit, ut sermonem non tristibus, sed Dei beneficiis circumscribat. Quapropter sub hæc rebus a Deo in Ægypto gestis, et maris Rubri transitui addit illud :—VERS. 54, 55. *Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem hunc quem acquisivit dextera ejus.* Illic ea quæ in deserto contigerant silentio mittit, quia eorum recensionem præmiserat. Mons autem quinam, nisi Sionis, in quo Jerusalem sub hæc post Asaphi et Davidis tempora structa est? Deinde narrationem resumit ita loquens : *Et ejecit a facie eorum gentes, et sorte divisit eis terram in funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.* Postquam ingressum in terram promissionis memoravit, et quomodo occupaverint montem Sion, quem longis postea temporibus David, pulsis gladio Jebusæis obtinuit; historiam resumit, compendio narrans, quomodo post mortem Moysis, duce Jesu filio Nave, transierint in terram promissionis, et alienigenas bello ab se devictos a regione exegerint, et funiculo dimensam terram sorte diviserint. Deinde ipsos iterum coarguit (VERS. 56-58), dicens eos prioribus in deserto admissis peccatis nova mala addidisse : ac postquam terram obtinuissent, Deum excelsum ibi iterum tentasse et exacerbasse, et testimonia ejus per Moysem sibi tradita non custodisse; sed sese avertisse ac despexisse quemadmodum patres eorum, et versos fuisse in arcum pravum. Nam cum oportuisset inimicos Dei et adversarias sibi potestates telis impetere et confodere; ipsi idolis dediti Deum blasphemis et nefariis verbis impetivere. Quare facti sunt in arcum pravum : quod sub initium declaratum his verbis est : *Filii Ephraim intendentes et mittentes arcubus, conversi sunt in die belli.* Quomodo autem conversi fuerint in arcum pravum declarat postea dicens : *Et irritaverunt eum in collibus, et in sculptilibus suis ad æmulationem provocaverunt eum.*

A γησεν αὐτοὺς ἀφόβους καὶ ἀπτοήτους· καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐκάλυψεν ἡ θάλασσα. Καὶ ταῦτα μὲν πρότερα ἦν τῆς κατὰ τὴν ἔρημον διατριβῆς· οὐ μὴν καὶ ὁ λόγος τῇ τάξει κέχρηται τῶν πεπραγμένων· ὡς ἐν ὕμνῳ δὲ καὶ ᾠδῇ τὰ δεύτερα πρῶτα τίθησι καὶ τὰ πρῶτα δεύτερα. Διὸ τὰ κατὰ τὴν ἔρημον συμβάντα, καὶ ὅσα ἥμαρτον ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ὁσάκις παρεπίκραινον προδιηγησάμενος, μετὰ ταῦτα τὴν τῶν πρώτων μνήμην ποιεῖται, ὡς ἂν τὸν λόγον περιγράψειε μὴ εἰς λυπηρὰ, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίαις. Διόπερ ἑξῆς ἐπισυνάπτει τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πεπραγμένοις, καὶ τῇ διόδῳ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, τὸ, *Καὶ εἰσήγαγεν αὐτοὺς εἰς ὄρος ἁγιάσματος αὐτοῦ, ὄρος τοῦτο ὃ ἐκτήσατο ἡ δεξιὰ αὐτοῦ*· τὰ κατὰ τὴν ἔρημον ἐνταῦθα

B ἀποσιωπήσας, διὰ τὸ προειληφέναι αὐτῶν τὴν διήγησιν. Ὄρος δὲ ποῖον ἢ τὸ Σιὼν, ἐφ' ᾧ Ἱερουσαλὴμ (1) ὕστερον μετὰ τοὺς χρόνους τοῦ Ἀσὰφ καὶ τοῦ Δαυὶδ ᾠκοδομήθη; εἶτ' ἐπαναλαμβάνει τὴν διήγησιν διὰ τῶν ἑξῆς λέγων· *Καὶ ἐξέβαλεν ἀπὸ προσώπου αὐτῶν ἔθνη, καὶ ἐκληροδότησεν αὐτοὺς ἐν σχοινίῳ κληροδοσίας. Καὶ κατεσκήνωσεν ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν τὰς φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ.* Μνημονεύσας τῆς εἰσόδου τῆς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ὡς ἀπειλήφασι τὸ ὄρος τὸ Σιὼν, ὅπερ μακροῖς ὕστερον χρόνοις ἐκτήσατο Δαυὶδ ἐν ῥομφαίᾳ τὸν Ἰεβουσαῖον ἐλάσας, ἐπαναλαμβάνει τὴν ἱστορίαν ἐπιτεμνόμενος, ὡς μετὰ τὴν τελευτὴν Μωσέως, ἡγουμένου αὐτῶν Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, παρῆλθον εἰς τὴν γῆν

C τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ὡς ἐξέβαλον τοὺς ἀλλοφύλους πολέμῳ κρατήσαντες τῆς χώρας, καὶ ὡς κλήρῳ διείλαντο σχοίνῳ μετρήσαντες τὴν γῆν. Εἶτ' αὖθις αὐτῶν κατηγορεῖ, διδάσκων, ὡς πρὸς τοῖς ἡμαρτημένοις κατὰ τὴν ἔρημον προσθήκας κακῶν ἐποιήσαντο· καὶ μετὰ τὸ κτήσασθαι τὴν γῆν, ἐπείρασαν πάλιν ἐνταῦθα καὶ παρεπίκραναν τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον, καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ τὰ διὰ Μωσέως αὐτοῖς παραδεδομένα οὐκ ἐφύλαξαν· ἀλλ' ἀπέστρεψαν καὶ ἠθέτησαν, καθὼς οἱ πατέρες αὐτῶν, καὶ μετετέθησαν εἰς τόξον στρεβλόν. Δέον γὰρ τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ καὶ τὰς πολεμίους αὐτῶν δυνάμεις τὰς ἀντικειμένας τοξεύειν καὶ βάλλειν, οἱ δὲ εἰδωλολατρήσαντες τὸν Θεὸν ἔβαλλον βλασφήμοις καὶ ἀθεμίτοις λόγοις. Διὸ γεγόνασιν εἰς τόξον στρεβλόν· ὃ δὴ κατ' ἀρχὰς ἐδήλου τὸ λόγιον φῆσαν· *Υἱοὶ Ἐφραὶμ ἐντείνοντες καὶ βάλλοντες τόξοις, ἐστράφησαν ἐν ἡμέρᾳ πολέμου.* Πῶς δὲ ἐστράφησαν εἰς τόξον στρεβλὸν διασαφεῖ λέγων ἑξῆς· *Καὶ παρώργισαν αὐτὸν ἐν τοῖς βουνοῖς* (2) *καὶ ἐν τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν παρεζήλωσαν αὐτόν.*

VERS. 59. *Audivit Deus et sprevit, et ad nihilum redegit valde Israel.* Postquam mala ab ipsis etiam in terra promissionis perpetrata recensuit, justum Dei judicium postea declarat, comprobatque jure eos post prædicta omnia ira Dei invasos fuisse. Nam cum versi sunt in arcum pravum, et cum *irritaverunt eum in collibus suis, et in sculptilibus suis ad æmulationem provocaverunt eum;* tunc Deus nec ipsos intueri, tales scilicet cum essent, nec in eos respicere; imo vero neque impiam eorum vocem

D Ἤκουσεν ὁ Θεὸς καὶ ὑπερίδε, καὶ ἐξουδένωσε σφόδρα τὸν Ἰσραήλ. Καταλέξας καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας πεπραγμένα αὐτοῖς κακὰ, παρίστησιν ἑξῆς τὴν δικαιοκρισίαν τοῦ Θεοῦ, δεικνὺς, ὡς εὐλόγως μετὰ πάντα τὰ προλελεγμένα μετῆλθεν αὐτοὺς ἡ ὀργή. Ὅτε γὰρ ἐστράφησαν εἰς τόξον στρεβλὸν, καὶ ὅτε *παρώργισαν αὐτὸν ἐν τοῖς βουνοις αὐτῶν, καὶ ἐν τοῖς γλυπτοῖς αὐτῶν παρεζήλωσαν αὐτὸν*, τὸ τηνικαῦτα οὐδὲ ἐμβλέπειν αὐτοὺς ὁ Θεὸς τοιούτους ὄντας, ἀλλ' οὐδὲ ὀρθὴν ἠξίου· ἀλλ' οὐδὲ ἀκούειν αὐτῶν

(1) F. τὸ ἱερόν.

(2) *Gr.* βωμοῖς.

τῆς ἀσεβοῦς φωνῆς. Διὸ ἐπιλέγει· *Ἤκουσεν ὁ Θεὸς καὶ ὑπερίδε*, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *καὶ ἀνυπερθέτησε*· μηκέτι ἀναβολὴν μηδὲ ὑπέρθεσιν αὐτοῖς ἐνδούς· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Καὶ ἀπεδοκίμασε σφόδρα τὸν Ἰσραήλ*. Οὕτως δὲ ἤκουσεν ὁ Θεὸς, ὡς καὶ ἐπὶ Σοδομιτῶν εἴρητο· *Φωνὴ Σοδόμων καὶ Γομόρρας βοᾷ πρὸς μέ*. Τῶν γὰρ ἀσεβῶν αὐτὰ κέκραγε καὶ βοᾷ τὰ τῆς ἀσεβείας πράγματα· ὧν ἀκούσας ὁ Θεὸς *ἀπώσατο τὴν σκηνὴν Σηλὼμ, σκήνωμα οὗ κατεσκήνωσεν ἐν ἀνθρώποις*. Ἐν γὰρ τῇ Σηλὼμ πρῶτον ἔστη ἡ σκηνὴ, ἔνθα ἱερᾶτο Ἠλεὶ καὶ Σαμουὴλ, ὡς παρίστησιν ἡ Γραφὴ τῶν Βασιλειῶν. Ταύτην οὖν ἀπώσατο πρώτην τὴν ἐν Σηλὼμ σκήνωσιν διὰ τὰς ἀσεβείας αὐτῶν. Διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· *Καὶ ἀπέρριψε τὴν σκήνωσιν τὴν Σηλὼμ, καὶ τὴν σκήνωσιν τὴν ἱδρυθεῖσαν ἐν ἀνθρώποις*. Ὅπως δὲ τοῖς ἀνθρώποις παρεδόθη ἡ κιβωτὸς διὰ τὰ ἀσεβήματα τοῦ λαοῦ, καὶ ὡς ἐκράτησαν αὐτῆς οἱ πολέμιοι, ἀπήγαγόν τε παρ' ἑαυτοῖς, καὶ ὡς οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐτροπώθησαν, καὶ ὡς οἱ υἱοὶ Ἠλεὶ πεπτώκασιν, οἱ ἱερεῖς ὄντες, ὅ τε τούτων πατὴρ ὡς ἀπώλετο ἐκ τῆς τῶν παίδων ἀγγελίᾳ, ἡ πρώτη παρίστησι τῶν Βασιλειῶν. Διὸ εἴρηται ἐνταῦθα· *Καὶ ἀπώσατο τὴν σκηνὴν Σηλὼ, σκήνωμα οὗ κατεσκήνωσεν ἐν ἀνθρώποις. Καὶ παρέδωκεν εἰς αἰχμαλωσίαν τὴν ἰσχὺν αὐτῶν*. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *τὴν ἰσχὺν αὐτῶν, τὸ κράτος αὐτῶν* ἡρμήνευσεν ὁ Ἀκύλας. Κράτος δὲ αὐτῶν καὶ ἰσχὺν καὶ καλλονὴν, εἰς αἰχμαλωσίαν καὶ εἰς χεῖρας θλίβοντος παραδοθέντα τίνα ἂν εἴποις ἢ τὴν κιβωτὸν, ἣν ὁ παρὼν αἰνίττεται λόγος φάσκων· *Καὶ παρέδωκεν εἰς αἰχμαλωσίαν τὴν ἰσχὺν αὐτῶν, καὶ τὴν καλλονὴν αὐτῶν εἰς χεῖρας ἐχθροῦ;* Ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρέδωκεν εἰς χεῖρας ἐχθροῦ, τὸν δὲ λαὸν συνέτριψεν ἐν ῥομφαίᾳ. Διὸ λέλεκται κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Καὶ ἐξέδωκεν εἰς μάχαιραν τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ ὑπερίδεν*· καὶ δὴ ὑπεριδόντος αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ, τὰ ἑξῆς ἐγίνετο. Τίνα δὲ ταῦτα; *Τοὺς νεανίσκους αὐτῶν κατέφαγε πῦρ, καὶ αἱ παρθένοι αὐτῶν οὐκ ἐπερθήθησαν*. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, *Οὐχ ὑπεμνήσθησαν*· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Οὐκ ἐπηνέθησαν*. Οὐκέτι γὰρ μετὰ ὕμνων καὶ ἐπαίνων συνήθως ταῖς γαμουμέναις παρεδίδοντο ἀνδράσι, κατὰ τὴν τῶν λοιπῶν ἑρμηνείαν, διὰ τὴν καταλαβοῦσαν αὐτοῖς (1) τότε συμφοράν. Κατὰ δὲ τὴν τῶν Ἑβδομήκοντα ἔκδοσιν, αἰχμάλωτοι ἀπαχθεῖσαι, ἐν τῷ θνήσκειν αὐτὰς οὐκ εἶχον τοὺς πενθοῦντας, διὰ τὸ μὴ παρεῖναι αὐτοῖς τοὺς προσήκοντας· ἀλλὰ καὶ *οἱ ἱερεῖς αὐτῶν ἐν ῥομφαίᾳ ἔπεσαν* (οὗτοι δ' ἦσαν οἱ τοῦ Ἠλεὶ υἱοὶ), *καὶ αἱ χῆραι δὲ αὐτῶν οὐ κλαυσθήσονται*. Καὶ ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βασιλειῶν, ὅπως, τῶν υἱῶν Ἠλεὶ πεσόντων ἐν τῷ πολέμῳ, αἱ τούτων γυναῖκες, χῆραι καταλειφθεῖσαι, δεινὸν ὑπέμειναν θάνατον. Διὸ λέλεκται κατὰ τὸν Σύμμαχον, *Καὶ αἱ χηρευθεῖσαι αὐτῶν οὐκ ἔκλαυσαν*· οὐδὲ γὰρ ὑπέστησαν, ὥστε κλαῦσαι· συναπώλοντο δὲ καὶ αὗται τοῖς τικτομένοις κατὰ τὴν φάσκουσαν ἱστορίαν·

audire dignabatur. Quamobrem subdit, *Audivit Deus et sprevit*, secundum Aquilam vero, *Et non distulit*, nullum spatium neque dilationem illis concedens; secundum Symmachum vero, *Et reprobavit valde Israel*. Sic autem audivit Deus, ut de Sodomitis dicitur: *Vox Sodomorum et Gomorrhæ clamat ad me*[38]. Impiorum enim vel ipsa impia gesta clamant et vociferantur. — Vers. 60. Quæ audiens Deus *repulit tabernaculum Silom, tabernaculum ubi habitavit in hominibus*. Nam in Silom primum stetit tabernaculum, in qua sacrorum antistites erant Heli et Samuel, ut declarat Scriptura Regnorum[39]. Hoc itaque primum in Silom statutum tabernaculum propter impietates eorum repulit. Quare secundum Symmachum dicitur: *Et abjecit tabernaculum Silom, et tabernaculum firmatum in hominibus*. Quomodo autem hominibus tradita fuerit arca ob impietates populi, et quomodo inimici ceperint illam, abduxerintque secum; filii vero Israel in fugam versi sint, filii Heli qui sacerdotes erant ceciderint, eorumque pater, accepto de filiis nuntio, perierit, narrat primus Regnorum liber. Quapropter hic dicitur: *Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum ubi habitavit in hominibus*. — Vers. 61. *Et tradidit in captivitatem virtutem eorum*. Pro illo autem, *virtutem eorum*, Aquila, *robur eorum*, interpretatus est. Robur autem, virtutem et pulchritudinem, in captivitatem et in manus inimici tradita, quæ dixeris esse, nisi arcam, quam hic sermo subindicat dicens, *Et tradidit in captivitatem virtutem eorum, et pulchritudinem eorum in manus inimici?*—Vers. 62-64. Sed hæc quidem tradidit in manus inimici, populum vero contrivit gladio. Ideo secundum Symmachum dicitur: *Et tradidit in machæram populum suum et hæreditatem suam sprevit*. Deo autem ipsos spernente, ea quæ sequuntur evenerunt. Quæ illa? *Juvenes eorum comedit ignis, et virgines eorum non sunt lamentatæ*; secundum Aquilam vero, *non sunt desponsatæ*; secundum Symmachum autem, *non sunt laudatæ*. Non ultra enim, secundum reliquos interpretes, cum hymnis et laudibus, ut consuetum desponsatis est, viris tradebantur, ob immissam tunc ipsis calamitatem. Secundum LXX Interpretes autem, in captivitatem actæ, cum morerentur, non erat qui lugeret, quod non adessent propinqui earum; imo etiam *sacerdotes eorum in gladio ceciderunt* (hi porro erant filii Heli), *et viduæ eorum non plorabuntur*. In primo Regnorum libro legitur, cum filii Heli in bello cecidissent, eorum uxores viduas relictas, gravem sustinuisse mortem. Quare dicitur secundum Symmachum, *Et viduatæ eorum non ploraverunt*: neque enim exsistebant ut flere possent; nam una cum partu suo exstinctæ sunt, ut fert hæc historia: *Et factum est in diebus illis convenerunt allophyli in bellum contra Israel*[40]; deinde vero cum exisset populus ad pugnam, *Cæsus est*, inquit,

[38] Gen. XVIII, 20. [39] I Reg. IV, VII. [40] I Reg. IV, 1.

(1) Syntaxis postulat αὐτούς. Edit.

Israel : et facta est plaga magna valde : et ceciderunt de Israel triginta millia ex ordinibus : et arca Dei capta est, et ambo filii Heli mortui sunt, Ophni et Phinees. Et cucurrit vir Jeminæus ex castris, et venit in Silom in illa die, scissa veste, et conspersus pulvere caput. Et ecce Heli in sella ad portam contra bivium spectans. Erat enim cor ejus pavens pro arca Dei. Sub hæc dicitur : *Erat autem Heli quasi nonaginta octo annorum, et oculi ejus caligaverant, et non videbat. Et vir ille accedens dixit : Ego sum qui veni ex castris, et ego ex acie fugi hodie. Et ait, Quid actum est, fili mi? Et respondit puer et dixit : Fugit,* inquit, *Israel a facie allophylorum, et facta est plaga magna in populo, et ambo filii tui mortui sunt, et arca Dei capta est. Et factum est cum memoraret arcam Dei, cecidit de sella retrorsum juxta ostium, et contritum est dorsum ejus, et mortuus est, quia senex homo erat et gravis. Nurus autem ejus uxor Phinees prægnans erat vicinaque partui : et audito nuntio quod capta esset arca Dei, et mortuus esset socer suus, et vir suus, flevit et peperit, quia irruerant dolores in eam, et in tempore suo* (1) *mortua est. Et dixerunt mulieres quæ astabant ei, Ne timeas, quia filium peperisti : quæ non respondit, neque animadvertit.* Postea subjungit : *Et allophyli acceperunt arcam Dei, et asportaverunt eam in Azotum. Et acceperunt allophyli arcam Domini, et intulerunt eam in domum Dagon* [61]. Hæc porro omnia hic compendio memorantur : nam subjungitur : — VERS. 65. *Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens et crapulatus a vino.* Postquam arca capta fuit ab allophylis, et postquam supra dicta contra populum gesta sunt, suam Deus providentiam commonstrans, invisibili virtute allophylos incessit et ulciscitur. Quare dictum est : *Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens et crapulatus a vino;* secundum Symmachum vero, *Tanquam potens loquens ex vino;* secundum Aquilam, *Tanquam potens crapulatus ex vino.* Deinde seipsum excitans, inimicos suos percutit, videlicet qui arcam testamenti ceperant (VERS. 66), et percutit eos in posteriora, datque eis opprobrium sempiternum. Quomodo percusserit eos in posteriora historia declarat, quæ sic habet in primo libro Regnorum [62] : *Et aggravata est manus Domini super Azotios, et afflixit eos, et percussit eos in podicibus eorum, Azotum et fines ejus;* et rursum : *Et translata est,* inquit, *arca Domini in Getthaim, et factum est postquam translata est, facta est manus Domini in urbe, fortitudine magna valde. Et percussit viros urbis a parvo usque ad magnum, et percussit eos in podicibus eorum. Et miserunt arcam Dei in Ascalonem : et clamaverunt Ascalonitæ dicentes : Quid avertistis arcam Dei ad interficiendum nos?* Hinc subjungit : *Quia facta est confusio mortis in*

A Καὶ ἐγενήθη ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ συναθροίζονται ἀλλόφυλοι εἰς πόλεμον ἐπὶ Ἰσραήλ· εἶθ' ἑξῆς προελθόντος τοῦ λαοῦ εἰς τὸν πόλεμον, Πταίει, φησὶν, ἀπὸ Ἰσραήλ· καὶ ἐγένετο πληγὴ μεγάλη σφόδρα· καὶ ἔπεσαν ἐξ Ἰσραὴλ τριάκοντα χιλιάδες ταγμάτων· καὶ ἡ κιβωτὸς δὲ τοῦ Θεοῦ ἐλήφθη, καὶ ἀμφότεροι οἱ υἱοὶ Ἠλεὶ ἀπέθανον, Ὀφνεὶ καὶ Φινεές. Καὶ ἤδραμεν ἀνὴρ Ἰεμιναῖος ἐκ τῆς παρατάξεως, καὶ ἦλθεν εἰς Σηλὼμ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, τὰ ἱμάτια αὐτοῦ διερρωγότα, καὶ γῆ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ. Καὶ ἰδοὺ Ἠλεὶ ἐπὶ τοῦ δίφρου παρὰ τὴν πύλην σκοπεύων τὴν ὁδὸν· ὅτι ἦν ἡ καρδία αὐτοῦ ἐξεστηκυῖα περὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ Θεοῦ. Εἶθ' ἑξῆς εἴρηται· Καὶ Ἠλεὶ ὡς ἐτῶν ἐνενήκοντα καὶ ὀκτὼ ἐτῶν· καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐπανέστησαν, καὶ οὐκ ἔβλεπε. Καὶ ὁ ἀνὴρ προσελθὼν εἶπεν· Ἐγώ εἰμι ὁ ἥκων ἐκ τῆς παρεμβολῆς, καὶ ἐγὼ ἐκ τῆς παρατάξεως πέφευγα σήμερον. Καὶ εἶπε· Τί ἐστι τὸ γεγονὸς ῥῆμα, τέκνον; Καὶ ἀπεκρίθη τὸ παιδάριον, καὶ εἶπε· Πέφευγεν ἀνὴρ Ἰσραὴλ ἐκ προσώπου ἀλλοφύλων, καὶ πληγὴ μεγάλη γέγονεν ἐν τῷ λαῷ, καὶ ἀμφότεροι οἱ υἱοί σου τεθνήκασι, καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ ἐλήφθη. Καὶ ἐγένετο, ὡς ἐμνήσθη τῆς κιβωτοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ δίφρου ὀπισθίως ἐχόμενος τῆς πύλης, καὶ συνετρίβη ὁ νῶτος αὐτοῦ, καὶ ἀπέθανεν· ὅτι πρεσβύτης ὁ ἄνθρωπος καὶ βαρύς. Καὶ νύμφη αὐτοῦ γυνὴ Φινεὲς συνειληφυῖα τοῦ τεκεῖν· καὶ ἤκουσε τὴν ἀπαγγελίαν, ὅτι ἐλήφθη ἡ κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι B τέθνηκεν ὁ πενθερὸς αὐτῆς καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, καὶ ἔκλαυσε καὶ ἔτεκεν, ὅτι ἐπεστράφησαν αἱ ὠδῖνες αὐτῆς ἐπ' αὐτήν· καὶ ἐν τῷ καιρῷ αὐτῆς ἀποθνήσκει. Καὶ εἶπαν αὐτῇ αἱ γυναῖκες αἱ παρεστηκυῖαι αὐτῇ· Μὴ φοβοῦ, ὅτι υἱὸν τέτοκας· καὶ οὐκ ἀπεκρίθη, καὶ οὐκ ἐνόησεν ἡ καρδία αὐτῆς. Καὶ ἑξῆς ἐπιλέγεται τούτοις· Καὶ ἀλλόφυλοι ἔλαβον τὴν κιβωτὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰσήνεγκαν αὐτὴν εἰς Ἄζωτον. Καὶ ἔλαβον οἱ ἀλλόφυλοι τὴν κιβωτὸν Κυρίου, καὶ εἰσήνεγκαν αὐτὴν εἰς οἶκον Δαγών. Τούτων δὴ πάντων ἐπιτέμνεται τὴν μνήμην ὁ παρὼν λόγος, καὶ ἐπιλέγει· Καὶ ἐξηγέρθη ὡς ὁ ὑπνῶν Κύριος, ὡς δυνατὸς καὶ κεκραιπαληκὼς ἐξ οἴνου. Μετὰ τὸ ληφθῆναι τὴν κι- D βωτὸν ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, καὶ μετὰ τὸ πραχθῆναι τὰ προλελεγμένα κατὰ τοῦ λαοῦ, τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ δεικνὺς ὁ Θεὸς, μετέρχεται τοὺς ἀλλοφύλους ἀοράτῳ δυνάμει κολάζων αὐτούς. Διὸ λέλεκται· Καὶ ἐξηγέρθη ὡς ὁ ὑπνῶν Κύριος, ὡς δυνατὸς κεκραιπαληκὼς ἐξ οἴνου· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, Ὡς δυνατὸς διαλαλῶν ἐξ οἴνου· κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, Ὡς δυνατὸς κεκραιπαληκὼς ἐξ οἴνου. Εἶτα διεγείρας αὐτὸς ἑαυτὸν, πατάσσει τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, δηλαδὴ τοὺς τὴν κιβωτὸν τῆς Διαθήκης ἀπολαβόντας· καὶ πατάσσει αὐτοὺς εἰς τὰ ὀπίσω, δίδωσί τε

[61] I Reg. v, 1, 2. [62] ibid., 6.

(1) Id est *sui partus*.

αὐτοῖς ὄνειδος αἰώνιον. Πῶς δὲ εἰς τὰ ὀπίσω ἐπάταξεν αὐτοὺς, διδάσκει ἡ ἱστορία τοῦτον ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βασιλειῶν ἔχουσα τὸν τρόπον· *Καὶ ἐβαρύνθη χεὶρ Κυρίου ἐπὶ τοὺς Ἀζωτίους, καὶ ἐβασάνισεν αὐτούς, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς εἰς τὰς ἕδρας αὐτῶν, τὴν Ἄζωτον καὶ τὰ ὅρια αὐτῆς·* καὶ αὖθις· *Καὶ μετῆλθε*, φησὶν, *ἡ κιβωτὸς τοῦ Κυρίου εἰς Γεθθά. Καὶ ἐγένετο μετὰ τὸ μετελθεῖν αὐτὴν, καὶ γίνεται χεὶρ Κυρίου ἐν τῇ πόλει κράτος μέγα σφόδρα. Καὶ ἐπάταξε τοὺς ἄνδρας τῆς πόλεως ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς εἰς τὰς ἕδρας αὐτῶν. Καὶ ἐξαποστέλλουσι τὴν κιβωτὸν τοῦ Θεοῦ εἰς Ἀσκάλωνα· καὶ ἐβόησαν οἱ Ἀσκαλωνῖται λέγοντες· Τί ἀπεστρέψατε τὴν κιβωτὸν τοῦ Θεοῦ θανατῶσαι ἡμᾶς;* Καὶ ἐπιλέγει ἑξῆς· *Ὅτι ἐγενήθη σύγχυσις θανάτου ἐν ὅλῃ τῇ πόλει βαρεῖα σφόδρα, ὡς εἰσῆλθεν ἡ κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ ἐκεῖ· καὶ οἱ ζῶντες καὶ οἱ ἀποθανόντες ἐπλήχθησαν εἰς τὰς ἕδρας· καὶ ἀνέβη ἡ κραυγὴ τῆς πόλεως εἰς τὸν οὐρανόν.* Διὰ δὴ ταῦτα λέλεκται ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ· *Καὶ ἐπάταξε τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω· ὄνειδος αἰώνιον ἔδωκεν αὐτοῖς.* Ὄνειδος γὰρ ἦν τὸ ἐν ταις ἑόραις πληγῆναι αὐτοὺς, ὡς ἂν ἀκολασταίνοντας ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσι. Τοὺς μὲν ἐχθροὺς οὕτως ἐτιμωρήσατο· τοὺς δὲ οἰκείους ἑτέρῳ μετήρχετο. Διὸ εἴρηται· *Καὶ ἀπώσατο τὸ σκήνωμα Ἰωσήφ.* Ποῖον δὲ τοῦτο ἀλλ' ἢ τὴν Σηλώμ; Ἦν γὰρ αὐτὴ τῆς κληρονομίας Ἐφραΐμ· Ἐφραΐμ δὲ τοῦ Ἰωσὴφ υἱὸς ἦν. Διὸ ἐπιλέγει· *Καὶ ἀπώσατο τὸ σκήνωμα Ἰωσὴφ, καὶ τὴν φυλὴν Ἐφραΐμ οὐκ ἐξελέξατο·* καίπερ αὐτὴν πρώτην ἐκλεξάμενος, καὶ τὸ σκήνωμα Ἰωσὴφ πρῶτον τιμήσας. Διὸ καὶ ἡ Σηλὼμ εἰς ἐσχάτην ἐρημίαν κατέστη. Παιδεύει δὲ διὰ τούτων ὁ λόγος διὰ τοῦ παραδείγματος τῆς Σηλὼμ μὴ μέγα φρονεῖν τοὺς ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, τὴν σκηνὴν καὶ τὴν κιβωτὸν ὑποδεξαμένους· πείσεσθαι γὰρ τὰ ὅμοια τοῖς πρώτοις, εἰ μὴ ἄξιοι γίνοιντο τοῦ Θεοῦ· ὃ δὴ καὶ ἀπέβη ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις.

A *tota urbe gravis valde, ut intravit arca Dei illuc: et viventes et mortui percussi erant in podicibus; et ascendit clamor urbis in cœlum.* Ideo in præsenti psalmo dictum est: *Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit eis.* Opprobrium quippe erat in podicibus percussos illos fuisse, utpote qui iis in partibus lascivi fuissent. Inimicos quidem suos sic ultus est; proprios vero sibi alio modo castigavit. Quare dictum est: — B VERS. 67. *Et repulit tabernaculum Joseph.* Quodnam illud nisi Silom? Erat enim ea ex sorte Ephraim: Ephraim autem filius Joseph erat. Ideo subdit: *Et repulit tabernaculum Joseph, et tribum Ephraim non elegit;* etiamsi primum eam elegisset, et tabernaculum Joseph prius affecisset honore. Quare Silom in extremam solitudinem redacta est. Iis vero docet exemplo illius Silom, ut ne altum sapiant qui in Jerusalem habitant, quod tabernaculum et arcam acceperint: quippe similia primis passuri, nisi Deo digni efficiantur, quod sane sequenti tempore contigit.

Καὶ ἐξελέξατο τὴν φυλὴν Ἰούδα, τὸ ὄρος Σιὼν ὃ ἠγάπησε. Καὶ ᾠκοδόμησεν ὡς μονοκερώτων τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ ἐν τῇ γῇ, ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα. Φυλὴν μὲν φυλῆς ἀντικατηλλάξατο, τὴν φυλὴν Βενιαμὶν ἀντὶ τῆς φυλῆς Ἰωσήφ· καὶ τόπον δὲ ἀντὶ τόπου εἵλατο, τῆς Σηλὼμ τὴν Ἱερουσαλὴμ προκρίνας· ἀλλὰ καὶ ὄρος ἀντὶ ὄρους ἠγάπησε, τὸ Σιὼν δηλαδὴ ἀντὶ τοῦ ὄρους τοῦ ἐν Σηλώμ. Εἶτά φησι· *Καὶ ᾠκοδόμησεν ὡς μονοκερώτων τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ·* κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, *Καὶ ᾠκοδόμησεν ὁμοίως ὑψηλοῖς ἁγίασμα αὐτοῦ·* κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Καὶ ᾠκοδόμησεν ὡς τὰ ὑψηλὰ τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ.* Ὁμοίως οὖν ὑψηλοῖς καὶ ὡς τὰ ὕψη ᾠκοδόμησε τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ. Ἀναπέμπει δ' ἡμᾶς ὁ λόγος εἰς βαθὺ καὶ ἀπόῤῥητον νοῦν, διδάσκων, ὡς τὸ ἐπὶ τῆς ἁγίασμα τὸ ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τῷ ὄρει Σιὼν καταστὰν ὁμοίωσιν εἶχε τῶν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, καὶ ᾠκοδόμητο ὡς τὰ ὕψη κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν γενόμενον τῶν ἐν οὐρανοῖς ὑψηλῶν· ἃ δὴ καὶ ὁ Ἀπόστολος παρίστη λέγων· *Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν·* καὶ, *Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ.* Διὸ κατὰ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται, *Καὶ ᾠκοδόμησεν ὁμοίως ὑψηλοῖς ἁγίασμα αὐτοῦ·* κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Καὶ ᾠκοδόμησεν ὡς τὰ ὑψηλὰ τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ·* κατὰ δὲ τοὺς Ἑβδομήκοντα, *Ὡς μονοκερώτων ᾠκοδόμησε τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ·* νοούντων ἡμῶν

C VERS. 68, 69. *Et elegit tribum Juda, montem Sion, quem dilexit. Et ædificavit sicut unicornium sanctificium suum in terra, fundavit eam in sæculum.* Tribum pro tribu commutavit, tribum Benjamin pro tribu Joseph: et locum pro loco elegit; Hierosolymam Silo anteponens; imo etiam montem pro monte dilexit, Sion videlicet, pro monte qui in Silo erat. Deinde ait: *Et ædificavit sicut unicornium sanctificium suum;* secundum Aquilam vero, *Et ædificavit simile excelsis sanctificium suum;* secundum Symmachum autem, *Et ædificavit ut excelsa sanctificium suum.* Sanctificium itaque suum simile excelsis, aut ut excelsa ædificavit. Nos autem ad profundum et arcanum sensum sermo remittit, docens sanctificium illud in terra, in Jeru- D salem et in monte Sion constitutum, similitudinem habuisse cum eo quod in excelsis est, et ad excelsorum modum constructum fuisse, ad imaginem et similitudinem excelsorum cœlestium; quæ item Apostolus declaravit dicens: *Illa vero quæ sursum est Jerusalem libera est* [53]; et, *Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem* [54]. Quare secundum Aquilam dicitur, *Et ædificavit simile excelsis sanctificium suum;* secundum Symmachum vero, *Et ædificavit ut excelsa sanctificium suum;* secundum LXX vero Interpretes, *Ædificavit sicut unicornium sanctificium suum.* Nos

[53] Gal. IV, 26. [54] Hebr. XII, 22.

porro intelligimus unicornes esse eos, quorum unum cornu descriptum in cœlo est, quos Apostolus his verbis declarabat : *Et ad multorum millium angelorum celebritatem, et Ecclesiam primogenitorum, qui descripti sunt in cœlis* [45]. Sed etiam, inquit, *in terra fundavit eam in sæculum.* Secundum Symmachum autem, *sicut terram, quam fundavit in sæculum.* Nam sanctificium illud quod in sensibili et terrena Jerusalem est, sic ædificavit in terra. Sicut enim terra media inter aquas comprehenditur secundum Scripturam, ita et Jerusalem media inter alienigenas gentes posita erat. Quare dictum est in prophetiis : *Hæc est Jerusalem, in mediò gentium posui illam* [46]. Sub hæc autem ait : — VERS. 70. *Elegit David servum suum*, de quo dictum est : *Inveni David servum meum, virum secundum cor meum;* quem elegit, non tantum ut primus ex tribu Juda regnaret, sed ita ut dignus judicaretur, ex cujus semine Christus Dei prodiret. Elegit autem eum pluribus ipsum fratribus suis anteponens. Accepitque eum ex gregibus *ovium, et de post fetantes.* Nam qui suscitat de terra inopem, et de stercore erigit pauperem, Davidem humilem et abjectum, ita ut nec cum fratribus suis connumeraretur, neque pro viro haberetur, elegit, prius in pastorali institutum, et ex cura fetarum quam gesserat, edoctum quam accurata sollicitudo egentibus adhibenda esset. Inde susceptum illum ex irrationabilium ovium pastorali cura, produxit Deus et constituit ut (VERS. 71) *pasceret Jacob servum suum, et Israel hæreditatem suam.* Ut enim experimentum sui dederat in pastorali irrationabilium ovium cura, rationabiliori ovili præfectus est. Quo pacto autem pecora pasceret declaravit ipse Sauli dicens : *Pastor agebat servus tuus patri suo in ovili : et quando veniebat leo aut ursus, et arripiebat ovem ex grege, post illum adibam, et percussi illum et extraxi ex ore ejus. Et insurrexit in me, et comprehendi fauces ejus, et percussi occidique illum. Leonem et ursum percussit servus tuus. Et erit alienigena et incircumcisus ut unus ex illis, qui exprobravit aciei Dei viventis. Et ait David : Dominus qui eripuit me de manu leonis et de manu ursi, ille me eripiet de manu alienigenæ incircumcisi istius* [47]. His enim cum fidei et pietatis suæ experimentum dedisset, necnon providentiæ quam de pecoribus sibi commissis gerebat, Deus elegit eum et ad imperium in rationabiliora pecora provexit. Ille vero sibi commissos populos non crudeliter, non dure, non superbe, sed in innocentia cordis sui pascebat (VERS. 72); sive, secundum Aquilam .et Symmachum, *secundum simplicitatem cordis sui. Et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.* Secundum Aquilam vero, *Et in prudentia palmarum suarum deduxit eos;* secundum Symmachum, *Et secundum puritatem manuum suarum deduxit eos.* Pascebat itaque David humanum rationabileque ovile; sed

[45] Heb. XII, 22. [46] Ezech. V, 5. [47] I Reg. XVII, 34.

μονοκέρωτας εἶναι τοὺς τὸ ἓν κέρας ἐπιγραφομένους κατ' οὐρανὸν, οὓς ἐδήλου λέγων ὁ Ἀπόστολος· *Καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς.* Ἀλλὰ καὶ *ἐν τῇ γῇ*, φησὶν, *ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα.* Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Ὡς τὴν γῆν, ἣν ἐθεμελίωσεν εἰς τὸν αἰῶνα.* Τὸ γὰρ ἁγίασμα τὸ ἐν τῇ αἰσθητῇ καὶ ἐπιγείῳ Ἱερουσαλὴμ οὕτως ᾠκοδόμησεν εἰς τὴν γῆν. Ὅπερ γὰρ ἡ γῆ μέση ἀπέληπται ὑδάτων κατὰ τὴν Γραφὴν· οὕτω καὶ ἡ Ἱερουσαλὴμ μέση τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν συνειστήκει. Διὸ λέλεκται ἐν προφητείαις· *Αὕτη ἡ Ἱερουσαλὴμ, ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν τέθεικα αὐτήν.* Εἶτ' ἐπὶ τούτοις· *Ἐξελέξατο*, φησὶ, *Δαυὶδ τὸν δοῦλον αὐτοῦ*, περὶ οὗ εἴρηται· *Εὗρον Δαυὶδ τὸν δοῦλόν μου, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου·* ὃν ἐξελέξατο, οὐχ ὥστε πρῶτον ἐκ φυλῆς Ἰούδα βασιλεῦσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὥστε ἄξιον κριθῆναι τοῦ προελθεῖν ἐκ σπέρματος αὐτοῦ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ. Ἐξελέξατο δὲ αὐτὸν τῶν ἀδελφῶν πλειόνων ὄντων προκρίνας. Ἀνέλαβέ τε αὐτὸν ἐκ τῶν ποιμνίων *τῶν προβάτων, καὶ ἐξόπισθεν τῶν λοχευομένων.* Ὁ γὰρ ἐγείρων ἀπὸ γῆς πτωχὸν καὶ ἀπὸ κοπρίας ἀνιστῶν πένητα, καὶ τὸν Δαυὶδ ταπεινὸν ὄντα καὶ ἀπερριμμένον, ὡς μηδὲ συγκαταριθμεῖσθαι τοῖς αὐτοῦ ἀδελφοῖς, μηδὲ εἰς ἄνδρα λογίζεσθαι, ἐξελέξατο προπαιδαγωγούμενον ἐν τῇ ποιμαντικῇ, καὶ διὰ τῆς τῶν λοχευομένων θρεμμάτων προνοίας τὸ ἐπιμελὲς τῶν δεομένων κηδεμονίας ἐκδιδασκόμενον. Ἔνθεν αὐτὸν ἀναλαβὼν ἐκ τῆς τῶν ἀλόγων προβάτων ποιμαντικῆς, προήγαγεν ὁ Θεὸς καὶ κατέστησε *ποιμαίνειν Ἰακὼβ τὸν δοῦλον αὐτοῦ καὶ Ἰσραὴλ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ.* Ὡς γὰρ δοκιμὴν δεδωκότα ἐν τῇ τῶν ἀλόγων θρεμμάτων ποιμαντικῇ, ἐπὶ τὴν λογικωτέραν καθίστη ποίμνην. Ὅπως δ' ἐποίμαινε τὰ θρέμματα παρίστη λέγων αὐτὸς πρὸς τὸν Σαούλ· *Ποιμαίνων ἦν ὁ δοῦλός σου τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἐν τῷ ποιμνίῳ· καὶ ὅταν ἤρχετο ὁ λέων ἢ ἄρκος* (1), *καὶ ἐλάμβανε πρόβατον ἐκ τῆς ἀγέλης, καὶ ἐξεπορευόμην ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξα αὐτὸν, καὶ ἐξέσπασα ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Καὶ ἐπανίστατο ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐκράτησα τοῦ φάρυγγος αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξα καὶ ἐθανάτωσα αὐτὸν, καὶ τὸν λέοντα καὶ τὴν ἄρκον ἔτυπτεν ὁ δοῦλός σου. Καὶ ἔσται ὁ ἀλλόφυλος ὁ ἀπερίτμητος ὡς εἷς τούτων, ὃς ὠνείδισε παρατάξει Θεοῦ ζῶντος. Καὶ εἶπε Δαυὶδ· Κύριος, ὃς ἐξείλατό με ἐκ χειρὸς τοῦ λέοντος καὶ ἐκ χειρὸς τῆς ἄρκου, οὗτος ἐξελεῖται με ἐκ χειρὸς τοῦ ἀλλοφύλου τοῦ ἀπεριτμήτου τούτου.* Διὰ γὰρ τούτων δοκιμὴν δεδωκότα πίστεως καὶ εὐσεβείας, τῆς τε τῶν ὑπ' αὐτὸν θρεμμάτων ἀλόγων προνοίας, ἐξελέξατο Θεὸς καὶ προήγαγεν ἐπὶ τὴν τῶν λογικωτέρων θρεμμάτων ἀρχήν. Ὁ δὲ, ὑποδεξάμενος τοὺς παραδοθέντας αὐτῷ, οὐκ ἀπηνῶς, οὐδὲ σκληρῶς, οὐδὲ ὑπερηφάνως, ἀλλ' ἐν ἀκακίᾳ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἐποίμαινεν αὐτούς· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ Σύμμαχον, *κατὰ τὴν ἁπλότητα τῆς καρδίας αὐτοῦ. Καὶ ἐν ταῖς συνέσεσι τῶν χειρῶν αὐτοῦ ὡδήγη-*

(1) Ἄρκτος.

σεν αὐτούς. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, *Καὶ ἐν φρονήσεσι ταρσῶν αὐτοῦ καθωδήγησεν αὐτούς.* Κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Καὶ κατὰ τὴν καθαριότητα τῶν χειρῶν αὐτοῦ ὡδήγησεν αὐτούς.* Ἐπολιμαινε τοίνυν ὁ Δαυὶδ τὴν ἀνθρωπίνην καὶ λογικὴν πολίμνην· ἀλλ' οὐκ ἐν σοφίᾳ ἀνθρωπίνῃ, οὐδὲ ἐν τῇ ἑαυτοῦ συνέσει, ἀλλ' ἐν ἀκακίᾳ καὶ ἁπλότητι, τὴν πᾶσαν ἐγχειρίζων τῷ Θεῷ φροντίδα. Τήν γε μὴν ἑαυτοῦ σύνεσιν διὰ τῶν χειρῶν ἐπεδείκνυτο, τουτέστι διὰ τῶν πράξεων καὶ διὰ τοῦ βίου, καὶ τῆς λοιπῆς πολιτείας. Καὶ μέχρι τούτου ἵσταται τὰ τῆς παρούσης ὑποθέσεως, κατηγορίαν περιέχοντα τῆς τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ μοχθηρίας, διδασκαλίαν τε τῆς τοῦ Θεοῦ μακροθυμίας διὰ τὰς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐπηπορημένας φωνὰς, πρὸς ἃς ὥσπερ ἀπολογία τις ἀναγκαίως ἐπενήνεκται τῆς τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίας. Ταῦτα δὲ πάντα ἡμᾶς τοὺς ἐξ ἐθνῶν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ παιδεύει, σωφρονίζων ἡμᾶς διὰ τῶν παλαιῶν παραδειγμάτων, ὥσπερ οὖν ἀρχομένοις ἡμῖν εἴρηται τοῦ λόγου.

A non in sapientia humana, non prudentia propria, sed in innocentia et simplicitate, totam curam Deo committens, suam vero intelligentiam manibus, id est operibus, vitæ genere et reliquo instituto commonstrabat. Et huc desinit præsens argumentum, improbitatis Judaici populi accusationem divinæque patientiæ doctrinam complectens, concinnatum ad præpositas quasdam dubias voces, ad quas ea defensio quædam justi Dei judicii necessario instituitur. Hæc porro omnia nos, qui ex gentibus sumus, Christus Dei edocet, priscis exemplis nos ad frugem revocans, ut initio sermonis dictum a nobis est.

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΑΣΑΦ. ΟΗ'.

Ὁ Θεὸς, ἦλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου, ἔθεντο Ἰερουσαλὴμ εἰς ὀπωροφυλάκιον. Ὅτι πρὸ τοῦ τὸν ναὸν οἰκοδομηθῆναι τὸν ἐν Ἱερουσαλὴμ, γέγονεν ὁ Ἀσὰφ τῷ Δαυὶδ συνακμάσας, δῆλον ἐκ τῆς ἱστορίας. Προφητικῶς οὖν τὰ μέλλοντα μακροῖς ὕστερον χρόνοις συμβήσεσθαι καὶ διὰ τῶν παρόντων θεσπίζει. Ἀλλὰ διὰ μὲν τοῦ σ' καὶ γ' τὴν ὑστάτην τῆς πόλεως ἅλωσιν καὶ τὸν ἔσχατον ἀφανισμὸν τοῦ ναοῦ, τὸν ἐπὶ Ῥωμαίων γενόμενον μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τόλμαν τῶν οἰκητόρων, προανεφώνει, ὡς προαποδέδεικται· διὰ δὲ τῶν μετὰ χεῖρας ἐπεληλυθέναι μὲν ἔθνη τῇ κληρονομίᾳ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ νεὼν μεμιαγκέναι, αὐτήν τε τὴν πόλιν εἰς ὀπωροφυλάκιον τεθεικέναι σημαίνει· οὐ μὴν πυρὶ παραδεδόσθαι τὸν τόπον, οὐδὲ τοιαῦτα πεπονθέναι ὁποῖα ἐδήλου διὰ τοῦ προλεχθέντος. Ἔτι δὲ διὰ τοῦ παρόντος προστίθησιν, ὡς ἄρα οἱ τὸν τόπον μιάναντες πολλοὺς ἀνεῖλον ὁσίους ἄνδρας καὶ Θεοῦ δούλους· ὧν τὰ νεκρὰ σώματα μὴ συγχωρήσαντες τῇ κατὰ φύσιν παραδοθῆναι ταφῇ, τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ βορὰν ἔθεντο. Ταῦτα δὲ οὐκ ἂν εὕροις πραχθέντα οὔτε κατὰ τὴν ὑστάτην πολιορκίαν τοῦ τόπου· ἐπεὶ μηδὲ ὑπῆρχεν τοῖς τότε παρ' αὐτοῖς ὁσίοις, τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων, ἀνοσίων καὶ ἀσεβῶν ἁπάντων γεγονότων διὰ τὰ κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν κατά τε τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ τετολμημένα αὐτοῖς. Ἀλλ' οὐδὲ ἐπὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας εὕροις ἂν τὰ μετὰ χεῖρας γενόμενα· ἐπεὶ μηδὲ τότε ὁσίους ἄνδρας καὶ θεοφιλεῖς ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων ἀνῃρῆσθαι ἡ ἱστορία παραδίδωσι. Πότε τοίνυν ἐπληροῦτο ταῦτα; Οὐκ ἔστιν ἕτερον εἰπεῖν χρόνον, ἢ τὸν ἐπὶ Ἀντιόχου, καθ' ὃν ἡ τῶν Μακκαβαίων γραφὴ τὰ μετὰ χεῖρας προλεγόμενα δι' ἔργων κεχωρηκότα δείκνυσι. Γέγραπται γοῦν ἐν αὐτῇ τοῦτον τὸν τρόπον· *Καὶ ὑπέστρεψεν Ἀντίοχος μετὰ τὸ πατάξαι τὴν Αἴγυπτον ἐν τῷ ρ' καὶ μ' καὶ γ' ἔτει, καὶ ἀνέβη ἐπὶ Ἰσραὴλ ἐν ὄχλῳ βαρεῖ· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἁγίασμα ἐν ὑπερηφανίᾳ. Καὶ ἔλαβε τὸ θυμιατήριον τὸ χρυσοῦν, καὶ τὴν λυχνίαν τοῦ φωτὸς, καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτῆς, καὶ τὴν τράπεζαν τῆς προθέσεως, καὶ τὰ σπονδία, καὶ τὰς φιάλας, καὶ τὰς θυΐσκας τὰς χρυσᾶς, καὶ τὸ*

1. PSALMUS IPSI ASAPH. LXXVIII.

Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam. Quod ante templi in Jerosolyma constructionem Asaph æqualis et coætaneus Davidi fuerit, ex historia planum est. Prophetice ergo quæ diuturno post tempore eventura erant in præsenti vaticinatur. Sed in LXXIII quidem, postremum urbis excidium, et ultimam templi ruinam quæ sub Romanis post civium ejus in Salvatorem nostrum ausus contigit, prænuntiabat, ut superius comprobatum est. In præsenti vero venisse quidem gentes in hæreditatem Dei, templum quod in ea erat polluisse, ipsamque urbem in pomorum custodiam posuisse significat; neque tamen ait igni traditum locum fuisse, neque talia passum, qualia in prædicto psalmo narrabat. Addit insuper in præsenti, eos qui locum polluerunt, multos occidisse viros sanctos et Dei servos: quorum mortua corpora non sinentes naturali sepulturæ tradi, in escam volatilibus cœli posuerunt. Hæc porro gesta non deprehendas in postrema loci obsidione: quia hæc non accidere viris sanctis qui penes illos erant. Ii namque qui urbem incolebant scelesti omnes et impii erant, ob suos in Servatorem nostrum et in ejus apostolos ausus. Sed neque in Babylonica captivitate hæc facta reperias, quia ne tunc quidem sancti et religiosi viri a Babyloniis trucidati in historia feruntur. Quandonam igitur hæc impleta fuere? Non potest aliud indicari tempus, nisi Antiochi, sub quo Machabæorum scriptura, quæ hic prænuntiantur contigisse narrat. Scriptum itaque ibi legitur: *Et reversus est Antiochus, postquam percussit Ægyptum, in centesimo et quadragesimo tertio anno; et ascendit in Israel cum multitudine gravi; et ingressus est in sanctuarium cum superbia, et accepit altare aureum, et candelabrum luminis, et universa vasa ejus, et mensam propositionis, et libatoria, et phialas, et mortariola aurea, et velum, et coronas, et ornatum qui in facie templi erat. Et comminuit omnia: et accepit thesauros occultos, quos invenit. Et sublatis omnibus, reversus abiit in terram suam. Et fecit ca-*

dem magnam : et factus est planctus magnus in Israel. Et scripsit rex omni regno suo, ut essent omnes populus unus, et relinqueret unusquisque legem suam [48]. *Et amplexæ sunt omnes gentes verbum regis : et multi ex filiis Israel consenserunt cultui ejus, et sacrificaverunt idolis, et coinquinaverunt Sabbatum* [49]. Post hæc autem dicitur : *Et ædificavit abominationem desolationis in altari. Et in civitatibus Juda in circuitu ædificaverunt altaria, et in portis suis, et in plateis thymiama adolebant. Et libros* (1) *psalmi quos invenerunt scindentes, igne combusserunt* [50]. Adjiciturque : *Et multi in Israel definierunt in se, ut non manducarent immunda. Et elegerunt mori, ut non contaminarentur cibis, et mortui sunt. Et facta est ira magna in Israel valde* [51]. Hæc porro diuturnis postea temporibus, post Assyriaca et Medica, post Persica et post Alexandri Macedonis mortem gesta sunt. At Spiritus divinus per hunc prophetam hæc ipsa vaticinatur dicens : *Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Jerusalem in pomorum custodiam.* — VERS. 2-4. *Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ. Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Jerusalem, et non erat qui sepeliret. Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio et derisio iis qui in circuitu nostro sunt.* Pro illo autem, *in pomorum custodiam*, Aquila, *in acervum lapidum ;* Symmachus vero, *in saltus*, ediderunt.

καταπέτασμα, καὶ τοὺς στεφάνους, καὶ τὸν κόσμον τὸν κατὰ πρόσωπον τοῦ ναοῦ. Καὶ ἐλέκισε πάντα· καὶ ἔλαβε τοὺς θησαυροὺς τοὺς ἀποκρύφους, οὓς εὗρε. Καὶ λαβὼν σύμπαντα, ἐπιστρέψας ἀπῆλθεν εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ. Καὶ ἐποίησε φονοκτονίαν μεγάλην· καὶ ἐγένετο πένθος μέγα ἐπὶ Ἰσραήλ. Καὶ ἔγραψεν ὁ βασιλεὺς πάσῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ εἶναι πάντας λαὸν ἕνα, καὶ ἐγκαταλιπεῖν ἕκαστος τὰ νόμιμα αὐτοῦ. Καὶ ἀπεδέξαντο πάντα τὰ ἔθνη τὸν λόγον τοῦ βασιλέως· καί γε πολλοὶ ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ εὐδόκησαν τῇ λατρείᾳ αὐτοῦ, καὶ ἔθυσαν τοῖς εἰδώλοις, καὶ ἐβεβήλωσαν τὸ Σάββατον. Καὶ μετὰ ταῦτα εἴρηται· Καὶ ᾠκοδόμησε βδέλυγμα ἐρημώσεως ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. Καί γε ἐν πόλεσι Ἰούδα κύκλῳ ᾠκοδόμησαν βωμούς· καὶ διὰ τῶν θυρῶν τῶν οἰκείων, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἐθυμίων ἐπ' αὐτούς. Καὶ τὰ βιβλία τοῦ ψαλμοῦ ἃ εὗρον κατασχίσαντες, ἐνεπύρισαν ἐν πυρί. Καὶ ἐπιλέγεται· Καὶ πολλοὶ ἐν Ἰσραὴλ ὠχυρώθησαν ἐν αὐτοῖς τοῦ μὴ φαγεῖν κοινά. Καὶ ἀπεδέξαντο ἀποθανεῖν, ἵνα μὴ μιανθῶσι τοῖς βρώμασι, καὶ ἀπέθανον. Καὶ ἐγένετο ὀργὴ μεγάλη ἐπὶ Ἰσραὴλ σφόδρα. Ταῦτα δὲ μακροῖς ὕστερον ἐπληροῦτο χρόνοις μετὰ τὰ Ἀσσύρια καὶ Μηδικά, καὶ μετὰ τὰ Περσικὰ καὶ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακέδονος τελευτήν. Τό γε μὴν Πνεῦμα τὸ θεῖον διὰ τοῦ μετὰ χεῖρας προφήτου αὐτὰ δὴ ταῦτα θεσπίζει λέγον· Ὁ Θεός, εἰσήλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου, ἔθεντο Ἱερουσαλὴμ εἰς ὀπωροφυλάκιον. Ἔθεντο τὰ θνησιμαῖα τῶν δούλων σου βρῶμα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, τὰς σάρκας τῶν ὁσίων σου τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. Ἐξέχεαν τὸ αἷμα αὐτῶν ὡς ὕδωρ κύκλῳ Ἱερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἦν ὁ θάπτων. Ἐγενήθημεν ὀνειδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν, μυκτηρισμὸς καὶ χλευασμὸς τοῖς κύκλῳ ἡμῶν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, εἰς ὀπωροφυλάκιον, ὁ μὲν Ἀκύλας, εἰς λιθολογίαν, ὁ δὲ Σύμμαχος, εἰς δρυμοὺς ἐκδεδώκασι.

VERS. 5 *Usquequo, Domine, irasceris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus ?* Videtur mihi propheta Asaph post accusationem Judaici populi, quam in præcedenti instituit, hæc apposite inducere, quæ quasi ad placationem et ad medelam eorum quæ prius reprehensa fuere composita sunt. Recenset itaque varia mortis genera Judæorum qui pro pietate martyrium tunc subierunt. Quorum morticina inimici Dei in escas volatilibus cœli dederunt, et carnes sanctorum Dei bestiis terræ. Opportune igitur pro iis Deum placat, ac si sacrificium ipsi morte sanctorum suorum offeratur. Quamobrem ait : *Usquequo, Domine, irasceris in finem ?* ad priorum memoriam sermonem reducens, queis dicebatur : *Utquid, Deus, repulisti in finem* [52] ? Vult enim extremam illam populi ruinam et abjectionem cohiberi, et per sanguinis sanctorum suorum memoriam iram sedari. Utrumque vero dictum, nempe, *Usquequo, Domine, irasceris in finem ?* et quod sequitur, *Exardescet sicut ignis zelus*

Ἕως πότε, Κύριε, ὀργισθήσῃ εἰς τέλος, ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ὁ ζῆλός σου ; Δοκεῖ μοι ὁ προφήτης Ἀσὰφ μετὰ τὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους κατηγορίαν, ἣν πεποίηται ἐν τῷ πρὸ τούτου, τὰ προκείμενα καὶ ἀκολούθως ἐπάγειν, ἐξιλεούμενα ὥσπερ καὶ θεραπεύοντα τὰ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐληλεγμένα. Καταλέγει γοῦν τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας θανάτους τῶν παρ' αὐτοῖς Ἰουδαίοις μεμαρτυρηκότων· ὧν τὰ θνησιμαῖα οἱ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ ἔθεντο βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰς σάρκας τῶν ὁσίων τοῦ Θεοῦ τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. Εὐκαίρως τοίνυν ἐπὶ τούτοις ἱλάσκεται τὸν Θεὸν, ὡσανεὶ θυσίας αὐτῷ προσενηνεγμένης τοῦ θανάτου τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Διό φησιν· Ἕως πότε, Κύριε, ὀργισθήσῃ εἰς τέλος ; Ἀναπέμπων τὸν λόγον ἐπὶ τὴν μνήμην τῶν ἔμπροσθεν, δι' ὧν εἴρητο· Ἵνατί, ὁ Θεὸς, ἀπώσω εἰς τέλος ; Βούλεται γὰρ τὴν εἰς τέλος ἀπόπτωσιν καὶ ἀποβολὴν τοῦ λαοῦ ἐπισχεθῆναι, καὶ τὰ τῆς ὀργῆς παύσασθαι διὰ τῆς μνήμης τοῦ αἵματος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Κατ' ἀμφότερον δὲ ἀκούσῃ τὸ, Ἕως πότε, Κύριε,

[48] I Mach. I, 21. [49] ibid. 44. [50] ibid. 57. [51] ibid. 65. [52] Psal. LXXIII, 1.

(1) Hæc in Bibliis paulum diversa sunt.

ὀργισθήσῃ εἰς τέλος; καὶ κατὰ τοὺς ἐξῆς ἐπιλεγομένους, Ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ὁ ζῆλός σου; Ἕως πότε γὰρ καὶ τοῦτο ἔσται; Λέλεκται δὲ ὁ ζῆλος κατὰ παραβολὴν τῶν δι' ὑπερβολὴν διαθέσεως ζηλούντων τὰς ἑαυτῶν γαμετάς, εἰ προσέχοιεν ἕτεροις ἀνδράσιν· οὕτω γοῦν καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ἐκδίκησιν τῶν τὰς πρὸς αὐτὸν συνθήκας παραβαινόντων ζῆλον εἴωθε καλεῖν ὁ λόγος. Ἱκετεύει τοίνυν ὁ Προφήτης ἤτοι ἐξ ἰδίου προσώπου, ἢ καὶ ὡς ἐκ τῶν κατὰ τοὺς Ἀντιόχου χρόνους διασωθέντων, μετὰ τὴν πρόῤῥησιν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι κατὰ Ἀντίοχον τὸν τῆς Συρίας βασιλέα, καθ' ὃν οἱ ὅσιοι τοῦ Θεοῦ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας θάνατον ὑπομεμενήκασι, παύσασθαι μὲν τὰ τῆς ὀργῆς τῆς κατὰ τοῦ λαοῦ, μετελθεῖν δὲ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Διό φησιν· *Ἔκχεον τὴν ὀργήν σου ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ μὴ γινώσκοντά σε, καὶ ἐπὶ βασιλείας αἳ τὸ ὄνομά σου οὐκ ἐπεκαλέσαντο. Ὅτι κατέφαγον τὸν Ἰακὼβ, καὶ τὸν τόπον αὐτοῦ ἠρήμωσαν.* Κατὰ καιρὸν δὲ ἐν τούτοις τοῦ Ἰακὼβ οἶμαι πεποιῆσθαι τὴν μνήμην τῆς τοῦ παλαιοῦ προπάτορος θεοσεβείας ἕνεκα. Ὡς γὰρ ὑπομιμνήσκων τὸν Θεὸν τοῦ θεοφιλοῦς ἀνδρὸς καὶ τῆς ἐκείνου ἀρετῆς, δυσωπεῖ διὰ τῆς ἐκείνου μνήμης, καὶ ἱλεοῦται τὰ παρόντα. Ἐν μὲν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ, ὁπηνίκα τοῦ Ἰωσὴφ ἐμνημόνευεν, οὐ τὸν Ἰωσὴφ, ἀλλὰ τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ἀποβεβλῆσθαι ἔλεγε διὰ τοῦ· *Καὶ ἀπώσατο τὸ σκήνωμα Ἰωσὴφ, καὶ τὴν φυλὴν Ἐφραὶμ οὐκ ἐξελέξατο*, τοῦ λόγου σημαίνοντος τὸν ἐν Σηλὼμ τόπον· ἐπείπερ ἐν κλήρῳ τῆς φυλῆς Ἰωσὴφ ἔκειτο ἡ Σηλώμ· ἐν τούτοις δὲ τοῦ Ἰακὼβ μέμνηται καὶ τοῦ τόπου αὐτοῦ· διὰ μὲν τοῦ Ἰακὼβ τοὺς ἀπογόνους τοῦ θεοφιλοῦς ἀνδρὸς δηλῶν, διὰ δὲ τοῦ τόπου αὐτοῦ τὴν Ἱερουσαλὴμ σημαίνων, ἣν εἰς ἔρημον ἐλθεῖν κατὰ τοὺς Ἀντιόχου συνέβη χρόνους. Εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγει· *Μὴ μνησθῇς ἡμῶν ἀνομιῶν ἀρχαίων.* Οἱ δ' ὑπὲρ ἀρχαίων ἁμαρτημάτων εὐχόμενοι δῆλοι ἂν εἶεν μὴ νεωτέροις ἐνεχόμενοι πταίσμασιν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα*, ὁ Σύμμαχος, *Τάχυνον, προκαταλαβέτω ἡμᾶς τὰ ἐλέη σου, ὅτι ἠτονήσαμεν σφόδρα*, ἡρμήνευσεν. Ὥσπερ δὲ ἀθλητὴς, πολλοὺς ὑποστὰς ἀγῶνας καὶ ἆθλους ὑπομείνας πολλοὺς ἐν φροντίδι καθέστηκε, μή πη ἐξατονήσας πέσῃ· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἵδε ἱκετεύουσι προκαταληφθῆναι καὶ βοηθείας τυχεῖν. Διό φασι· *Ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα. Βοήθησον ἡμῖν, ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἕνεκεν τῆς δοξῆς τοῦ ὀνόματός σου· Κύριε, ῥῦσαι ἡμᾶς, καὶ ἱλάσθητι τοῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου.* Καὶ ταῦτα ὁ Προφήτης ἐκ προσώπου τῶν κατὰ Ἀντίοχον βασιλέα δεδιωγμένων προφέρεται· προφητικῶς τὴν εὐχὴν διὰ τῆς γραφῆς τοῖς μέλλουσι διώκεσθαι καταλιπὼν, ὡς ἂν ἔχοιεν ἐξ ἑτοίμου εἰδέναι, ὁποίοις προσήκει κεχρῆσθαι αὐτοὺς λόγοις ἐν ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν εὐχαῖς. Οὐ μὴν εἰς ἐκείνους μόνους ἵσταται τὰ λεγόμενα· ἁρμόσειε δὲ καὶ πᾶσι τοῖς τὰ παραπλήσια πεπονθόσι, ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς διωγμοῖς, μυ-

A *tuus?* sic intelligas: Quousque hæc erunt? Dicitur autem zelus, ad exemplum eorum qui nimiæ zelotypiæ affectu tenentur erga uxores, si ad alios viros accedant; sic enim et in Deo ultionem eorum qui pacta cum eo inita transgressi sunt, zelum Scriptura solet appellare. Supplicat ergo Propheta, sive ex propria persona, sive eorum nomine qui tempore Antiochi salvi facti sunt, post prædictionem eorum quæ tempore Antiochi Syriæ regis eventura erant, quando sancti Dei pro pietate mortem subiere, ut cesset ira populo immissa, et invadat inimicos ejus. Quamobrem ait: — VERS. 6, 7. *Effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt, et in regna quæ nomen tuum non invocaverunt. Quia comederunt Jacob, et locum ejus desolaverunt.* Opportune exi- B stimo hic Jacobi mentionem fieri, ob religionem prisci illius atavi. Nam talem virum Deo dilectum ejusque virtutem ipsi Deo commemorans, videtur ejus mentione facta ipsum deprecari, et in præsenti casu propitium reddere. In præcedenti quidem psalmo, quando Josephum memoravit, non ipsum Josephum, sed tabernaculum ejus repulsum fuisse dixit his verbis: *Et repulit tabernaculum Joseph, et tribum Ephraim non elegit* [83], hisque significat locum illum in Silo situm; quia in tribu Joseph Silo jacebat. Hic vero Jacobum meminit et locum ejus: per Jacobum, religiosi illius viri posteros indicans; per locum vero ejus, Hierosolymam, quam in solitudinem verti tempore Antiochi contigit. Sub hæc adjicit: — VERS. 8. *Ne memineris iniquitatum* C *nostrarum antiquarum.* Eos qui pro pristinis illis peccatis supplicant, palam est non esse nuperis delictis obnoxios. Pro illo autem, *Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis*, Symmachus, *Accelera, præveniant nos misericordiæ tuæ, quia infirmati sumus valde*, interpretatus est. Quemadmodum enim athleta qui multa subiit certamina, et pugnas multas sustinuit, in sollicitudine degit, ne debilior factus labatur; ita hi quoque precantur se præmuniri et auxilium consequi. Quare aiunt: *Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.* — VERS. 9. *Adjuva nos, Deus salvator noster, propter gloriam nominis tui; Domine, libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.* Hæc D Propheta ex persona eorum qui tempore Antiochi regis vexabantur, pronuntiat; orationem iis qui persecutionem passuri erant scriptam prophetice relinquens, ut in promptu cognoscere possent, quibus uti verbis in suis ad Deum precibus opus esset. Neque iis solum hæc tradita sunt; omnibus quippe similia patientibus competunt, quia in persecutionibus quæ nostra ætate contigerunt, sexcenti supra recensitis similia sunt perpessi, qui opportune utique talibus dictis usi fuerint, queis ad ita loquendum instituimur: *Propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.* Etiamsi enim nos auxilio digni non simus, at nomen gloriæ tuæ ne apud

[83] Psal. LXXVII, 67.

gentes blasphemetur, ac si non valeat nos liberare : *Et propitius*, inquit, *esto peccatis nostris propter nomen tuum*. Superius quidem dicebatur : *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum* : sed illic quidem, *iniquitatum*, dicitur. Iniquitates sane olim admiseramus antequam divinis legibus obsequeremur ; quæ merito antiquæ dicuntur. Nam ante Dei cognitionem scelera nostra iniquitates antiquæ erant ; nunc vero cum hæc precamur non iniquitatum ulterius, sed peccatorum nobis conscii sumus ; at iis quoque propitius esto rogamus, propter nomen tuum quod invocatum est super nos. Siquidem nomini consulens tuo quo nos exornamur, propitius esto peccatis nostris : ne forte nobis subjugatis, inimici blasphema dicta in nomen tuum proferant dicentes : — VERS. 10. *Ubi est Deus eorum?* At illud, *ubi*, dicere nunquam permittantur ; sed tu Servator noster conspicuus effectus, ulciscere sanguinem servorum tuorum, qui effusus est. Ad hæc in precibus tempore persecutionis dicenda instituimur, hostiarum et holocaustorum loco sanguinem sanctorum martyrum proponentes, ac hujusmodi supplicationes emittentes. Hæc quoque ante nos qui in Judaico populo similia sunt perpessi, memorato tempore dicere edocebantur : quo et apud illos generosi martyres commonstrati sunt. Horum meminit Machabæorum scriptura [84] : in iisque erat Eleazarus vir illustris, ætate provectus, qui generosam mortem pro pietate erga Deum vitæ prætulit. Sed etiam quædam mirabilis septem filiorum mater, certamine martyrii omni laude superior perfuncta est ; filii quoque illius septem varias pugnas subeuntes, faustam perseverantiæ virtutem exhibuere [85]. Alii quoque plurimi sancti viri fuere, quorum mortem et sanguinis effusionem in oratione sermo commemorat his verbis : *Et innotescat in nationibus coram oculis nostris ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est.* Alii quidem sanguinem suum quasi libamina pro tota gente tradidere ; alii vero non similia passi, alio modo pro pietate certamen inierunt carceribus mancipati, et vinculis constricti. Quorum item gemitus et dolores laboresque opportune in oratione commemorat dicens : — VERS. 11. *Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum*. Compeditos vero, non labere si dicas eos esse qui in mortalibus corporibus toto vitæ suæ tempore macerati sunt. Qualis erat Paulus dicens : *Nos autem viventes in tabernaculo, ingemiscimus gravati* [86] ; et rursum : *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus* [87] ? Tales erant Dei prophetæ, omnesque qui in corporibus suis nec deliciis nec voluptatibus dediti fuerunt, sed contra vitam suam afflixere jejuniis, laboribus, aliisque asceticis macerationibus ; qui non pro se tantum, sed etiam pro toto populo imo pectore ad Deum ingemiscebant. Quare dicitur : *Introeat in conspectu*

ρίοι τὰ ὅμοια τοῖς προλεχθεῖσιν ὑπομεμενήκασιν· οἳ καὶ εὐκαίρως χρήσαιντο ταῖς προκειμέναις φωναῖς, ἐν αἷς διδασκόμεθα λέγειν· *Ἕνεκεν τῆς δόξης τοῦ ὀνόματός σου, Κύριε, ῥῦσαι ἡμᾶς.* Κἂν γὰρ ἡμεῖς μὴ ἄξιοι ὦμεν βοηθείας, ἀλλὰ τό γε ὄνομα τῆς σῆς δόξης μὴ βλασφημείσθω παρὰ τοῖς ἔθνεσιν, ὡς μὴ ἰσχῦσαν ἡμᾶς ῥύσασθαι· *Καὶ ἱλάσθητι*, δέ φησι, *ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου.* Ἀνωτέρω μὲν οὖν ἐλέγετο· *Μὴ μνησθῇς ἡμῶν ἀνομιῶν ἀρχαίων*· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν *ἀνομιῶν*· ἀνομίαι δὲ ἦσαν πάλαι ἡμῖν πεπραγμέναι πρὸ τῆς τοῦ θείου νόμου ὑπακοῆς, αἵτινες εἰκότως ἀρχαῖαι εἴρηνται. Πρὸς γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως τὰ πλημμελούμενα ἡμῖν ἀνομήματα ἦν ἀρχαῖα· νῦν δὲ, ὅτε τὰ τῆς εὐχῆς ἀναπέμπομεν, οὐκέτι μὲν ἀνομίας, ἁμαρτίας δὲ ἑαυτοῖς συνοίδαμεν· ἀλλὰ καὶ ταύτας ἱλασθῆναι ἀξιοῦμεν διὰ τὸ ἐπικεκλημένον ἡμῖν σὸν ὄνομα. Τοῦ γὰρ σαυτοῦ φειδόμενος ὀνόματος τοῦ κοσμοῦντος ἡμᾶς, ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, μήποτε, λαβόντες ἡμᾶς ὑποχειρίους οἱ ἐχθροὶ, βλασφημήσωσι τὸ σὸν ὄνομα λέγοντες· *Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν;* Ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὲν, *ποῦ*, εἰπεῖν αὐτοῖς μὴ συγχωρηθείη· ἐμφανὴς δὲ γενόμενος σὺ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν τὴν ἐκδίκησιν ποίησαι τοῦ αἵματος τῶν δούλων σου τοῦ ἐκκεχυμένου. Ταῦτα λέγειν ἐν εὐχαῖς παιδευόμεθα κατὰ τοὺς τῶν διωγμῶν καιρούς, ἀντὶ θυσίας καὶ ὁλοκαυτωμάτων τὰ αἵματα τῶν ἁγίων μαρτύρων προβαλλόμενοι, καὶ τοιαύτας ἀναπέμποντες ἱκετηρίας. Ταῦτα δὲ καὶ πρὸ ἡμῶν οἱ ἐν τῷ Ἰουδαίων ἔθνει τὰ ὅμοια πεπονθότες κατὰ τὸν δηλωθέντα καιρὸν λέγειν ἐδιδάσκοντο· καθ' ὃν παρ' αὐτοῖς γενναῖοι μάρτυρες ἀπεδείχθησαν. Ὧν μέμνηται ἡ γραφὴ τῶν καλουμένων Μακκαβαίων· ἐν οἷς ἦν Ἐλεάζαρός τις, ἐπιφανὴς ἀνὴρ, προβεβηκὼς μὲν τὴν ἡλικίαν, τὸ δὲ μετ' εὐκλείας θάνατον τῆς ζωῆς αὐτῆς προτιμήσας ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν Θεὸν εὐσεβείας. Ἀλλὰ καὶ μήτηρ ἑπτὰ παίδων θαυμασία τις καὶ ὑπὲρ πάντα λόγον ἐναθλήσασα τῷ μαρτυρίῳ· παῖδές τε ταύτης ἑπτὰ διαφόροις ὑποστάντες ἄθλοις, ἐξαίσιον ἀρετὴν καρτερίας ἐνεδείξαντο. Ἄλλοι τε παρὰ τούτοις πλεῖστοι ὅσοι, ὧν τῆς τελευτῆς καὶ τῶν αἱμάτων τῆς ἐκχύσεως διὰ τῆς εὐχῆς μνημονεύων ὁ λόγος φησί· *Καὶ γνωσθήτω ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν ἡ ἐκδίκησις τοῦ αἵματος τῶν δούλων σου τοῦ ἐκκεχυμένου.* Οἱ μὲν τὰ αἵματα ἑαυτῶν ὥσπερ σπονδὰς ὑπὲρ τοῦ παντὸς ἔθνους ἐκδεδώκασιν· οἱ δὲ, μὴ τὰ ἴσα τούτοις πεπονθότες, ἄλλῳ τρόπῳ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ὑπέμειναν ἀγῶνα, ἔργοις (1) καὶ δεσμοῖς πεδούμενοι. Ὧν καὶ αὐτῶν τοὺς στεναγμοὺς καὶ τὰς ὀδύνας καὶ τοὺς πόνους εὐκαίρως διὰ τῆς εὐχῆς ἀναμιμνήσκει λέγων· *Εἰσελθέτω ἐνώπιόν σου ὁ στεναγμὸς τῶν πεπεδημένων.* Πεπεδημένους δὲ οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπὼν καὶ τοὺς ἐν τοῖς θνητοῖς σώμασι πάντα τὸν τῆς ζωῆς αὐτῶν βίον κατατρυχομένους. Ὁποῖος ἦν Παῦλος λέγων· *Ἡμεῖς οἱ ζῶντες ἐν τῷ σκήνει στενάζομεν βαρούμενοι*· καὶ πάλιν· *Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ*

[84] II Mach. VI, 18 [85] II Mach. VII. [86] II Cor. V, 4. [87] Rom. VII, 24.

(1) *Gr.* εἱργμοῖς.

σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Τοιοῦτοι δὲ ἦσαν καὶ οἱ τοῦ Θεοῦ προφῆται, καὶ πάντες οἱ μὴ καθηδυπαθοῦντες ἐν τοῖς ἑαυτῶν σώμασι, μηδὲ τρυφῇ καὶ ἡδονῇ σχολάζοντες· τοὔμπαλιν δὲ πιέζοντες ἑαυτῶν τὴν ζωὴν ἀσιτίαις καὶ πόνοις καὶ ταῖς ἄλλαις ἀσκητικαῖς κακοπαθείαις· οἱ καὶ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ παντὸς λαοῦ ἐκ βάθους καρδίας πρὸς τὸν Θεὸν ἔστενον. Διὸ λέλεκται· *Εἰσελθέτω ἐνώπιόν σου ὁ στεναγμὸς τῶν πεπεδημένων.* Τίνες δέ εἰσι οἱ ταῦτα διδασκόμενοι λέγειν, ἐξῆς παρίστησι φάσκων· *Περιποίησαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων.* Ἡμεῖς μὲν γὰρ οὐ κατηξιώμεθα μέχρι θανάτου ἀγωνίσασθαι, οὐδὲ ὑπὲρ Θεοῦ κενῶσαι τὰ ἑαυτῶν αἵματα· ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν ταῦτα πεπονθότων ἐσμὲν υἱοί, σεμνυνόμενοι ἐπὶ τῇ τῶν πατέρων ἀρετῇ, δεόμεθα δι' ἐκείνους ἐλεηθῆναι. Διό φαμεν· *Περιποίησαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων.*

Ἀπόδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν ἑπταπλασίονα εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν, τὸν ὀνειδισμὸν αὐτῶν, ὃν ὠνείδισάν σε, Κύριε. Ἡμεῖς δὲ λαός σου καὶ πρόβατα νομῆς σου, ἐξομολογησόμεθά σοι εἰς τὸν αἰῶνα. Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἐξαγγελοῦμεν τὴν αἴνεσίν σου. Ἡμᾶς μὲν περιποίησαι, εἰ καὶ μὴ δι' ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τοὺς πατέρας. Τοῖς δὲ γείτοσιν ἡμῶν, τουτέστι τοῖς ἐπανισταμένοις ἡμῖν καὶ τὸν καθ' ἡμῶν πόλεμον διεγείρουσιν, ἀπόδος τὰ ἀμοιβαῖα, πολυπλασιάζων τὴν ὀφειλομένην αὐτοῖς ὑπὲρ ὧν ἔδρασαν τιμωρίαν, μὴ τοῖς καθ' ἡμῶν ἀρκεσθέντες κακοῖς, ἀλλ' ἤδη καὶ σὲ τὸν ἐπὶ πάντων Κύριον βλασφήμοις καὶ ὀνειδιστικοῖς περιβάλλοντες λόγοις. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν, φησὶν, ἀπόδος τὴν ἀξίαν τιμωρίαν πρὸς ὠφελείας αὐτῶν γενησομένην, ἐπιστρεφομένων καὶ σωφρονιζομένων δι' αὐτῆς· ἡμᾶς δὲ σῶζε, τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων· οἱ, εἰ καὶ μὴ τοῖς πατράσι γεγόναμεν ὅμοιοι, ἀλλ' ὅμως σου τυγχάνομεν λαὸς καὶ τῆς σῆς νομῆς πρόβατα· διὸ *ἐξομολογησόμεθά σοι εἰς τὸν αἰῶνα*, εὐχαριστοῦντες δηλαδὴ καὶ τοὺς πρέποντας ὕμνους καὶ δοξολογίας ὑπὲρ ὧν εὖ πεπόνθαμεν σοὶ τῷ πάντων ἀγαθῶν δοτῆρι Θεῷ ἀναπέμποντες. Ἐφεξῆς τε *κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν ἐξαγγελοῦμεν τὴν αἴνεσίν σου* παισὶν ἡμετέροις καὶ παίδων παισὶ, διαδόχοις τε αὐτῶν τοῖς μετὰ ταῦτα γενησομένοις, ὥσπερ ἀγαθὸν κλῆρον παραδώσοντες τῆς αἰνέσεως τὰ σωτήρια μαθήματα.

A *tuo gemitus compeditorum.* Quinam porro sint qui ad hæc dicenda instituti sunt sub hæc aperit his verbis: *Patrocinare filiis occisorum.* Nos siquidem non digni habiti sumus qui ad mortem usque certaremus, ac pro Deo sanguinem funderemus; sed quia filii sumus eorum qui hæc sunt perpessi, virtute patrum nostrorum ornati, precamur ut illorum gratia misericordiam consequamur. Quare dicimus: *Patrocinare filiis occisorum.*

B VERS. 12-14. *Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, improperium ipsorum, quod exprobraverunt tibi, Domine. Nos autem populus tuus et oves pascuæ tuæ, confitebimur tibi in sæculum. In generationem et generationem annuntiabimus laudem tuam.* Nobis patrocinare, etsi non nostri causa, sed propter patres nostros. Vicinis vero nostris, id est iis qui insurgunt in nos, nobisque bellum movent, vices retribuas, multiplicans illud scelcribus eorum debitum supplicium. Non sat illis fuit mala infligisse nobis; sed te quoque universorum Dominum blasphemis et contumeliosis dictis impetiverunt. Verum illis ad utilitatem suam promeritum redde supplicium; ita ut eo convertantur et ad meliorem se frugem recipiant; nos autem occisorum filios, salute dona, qui, etiamsi non patribus similes fuerimus, attamen populus tuus sumus et C oves pascuæ tuæ; quare *confitebimur tibi in sæculum*, gratias scilicet agentes debitosque hymnos et laudes pro acceptis beneficiis tibi omnium bonorum largitori Deo emittentes. Deinceps vero *in generationem et generationem annuntiabimus laudem tuam* filiis nostris, filiis filiorum et eorum posteris, salutarem laudis tuæ disciplinam, ceu optimam sortem, tradentes.

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΑΛΛΟΙΩΘΗΣΟΜΕΝΩΝ, ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΩ ΑΣΑΦ. ΟΘ'.

1. IN FINEM, PRO IIS QUI COMMUTABUNTUR, TESTIMONIUM ASAPH. LXXIX.

Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, πρόσχες, ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσήφ. Τέσσαρές εἰσιν οἱ ἐπιγεγραμμένοι, *Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων*· δύο μὲν τοῦ Δαυὶδ, ὁ νθ' καὶ ὁ ξη', τῶν δὲ υἱῶν Κορὲ εἷς, ὁ μδ', καὶ τοῦ Ἀσὰφ ὡσαύτως ὁ μετὰ χεῖρας. Ὁ μὲν οὖν νθ' ἀπόπτωσιν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐδήλου καὶ κλῆσιν ἐθνῶν· ἔλεγε δ' οὖν ἀρχόμενος, *Ὁ Θεὸς, ἀπώσω ἡμᾶς, καὶ καθεῖλες ἡμᾶς, ὠργίσθης*, καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς. Εἶτα προϊὼν, ἐπῆγε· *Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου. Ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐκτενῶ τὸ ὑπόδημά μου, ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ἐφιλίασαν*· ἢ, *ὑπετάγησαν*. Ὡσαύτως καὶ ὁ ξη', *Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων* ἐπιγεγραμμένος, τὰ πάθη τοῦ Σωτῆρος καὶ τὴν τοῦ Ἰσραὴλ ἀποβολὴν παρίστησι λέγων· *Γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτῶν εἰς παγίδα καὶ εἰς ἀνταπόδοσιν καὶ εἰς σκάνδαλον. Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν,*

D VERS. 2. *Qui pascis Israel, intende, qui deducis velut ovem Joseph.* Quatuor sunt inscripti, *Pro iis qui commutabuntur;* duo quidem Davidis, LIX et LXVIII, filiorum Core unus, XLIV, Asaphi item hic quem tractamus. Quinquagesimus nonus lapsum Judaici populi et vocationem gentium significabat, his verbis orsus: *Deus, repulisti nos et destruxisti nos, iratus es*, et cætera quæ sequuntur. Sub hæc autem: *Moab lebes spei meæ. In Idumæam extendam calceamentum meum; mihi allophyli amici facti sunt*, sive, *subditi sunt.* Similiter LXVIII, *Pro iis qui commutabuntur* inscriptus, cruciatus Servatoris et Israelis abjectionem declarat his verbis: *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, et in retributionem et in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper incurva. Effunde super eos iram tuam, et furor iræ tuæ co...*

prehendat eos. *Fiat habitatio eorum deserta, et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt, et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Hi quidem Davidis sunt. Filiorum vero Core XLIV, cui titulus, *Pro iis qui commutabuntur*, canticum pro Dilecto emisit, cujus adventum vaticinans, vocationem Ecclesiæ ex gentibus addidit, hoc eam modo subindicans : *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est Dominus tuus, et adorabunt eum, filia Tyri in muneribus.* Eodem itaque modo hic quem tractamus, *Pro iis qui commutabuntur* inscriptus, ac in finem remittens, Christi adventum, Judaici populi captivitatem et Hierosolymorum incendium quod a Babyloniis factum est prænuntiat. Primo quidem orditur ab exitu Judæorum ex Ægypto, et habitatione eorum in Palæstina : deinde adjicit obsidionem post hæc ab Assyriis et Babyloniis factam : ad hæc autem supplicationem effundit pro Christi adventu : quæ singulatim in hujus prophetiæ interpretatione explicabuntur. Initio autem eum qui pascit Israel psalmus evocat : hic porro erat Dei Verbum, uti plerumque comprobavimus, declarantes non Deum qui super omnia est, sub hominis figura visum Abrahamo fuisse; neque Moysi oracula fudisse, nec in deserto præcessisse populum; sed hunc non alium esse, quam eum qui in Evangelio dicit : *Antequam Abraham fieret, ego sum*[88]; et, *Abraham pater vester exsultavit ut videret diem meum, et vidit, et gavisus est*[88']. Ipsum ergo jam evocat dicens : *Qui pascis Israel, intende*, etc., rogatque ut ostendat faciem suam pro communi omnium salute, adventumque ejus quamprimum contingere supplicat his verbis : *Excita potentiam tuam, et veni ut salvos facias nos*; ac tertio cum dicit, *Ostende faciem tuam, et salvi erimus.* Deinde vero adventus modum declarat dicens : *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, et super filium hominis, quem confirmasti tibi.* Incorporeum namque Dei Verbum rogat, ut per virum dexteræ suæ, et per Filium hominis beneficam virtutem suam omnibus largiatur. Divini itaque et salutaris adventus hac ratione mentionem fecit; Israelis vero ruinam ita vaticinatur : *Utquid destruxisti maceriam ejus?* scilicet vineæ, quam ex Ægypto transtulit, *et vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam. Exterminavit eam aper de silva, et singularis ferus depastus est eam. Incensa igni et suffossa.* Hæc de vinea percurrens, Judaicæ gentis vastationem prænuntiabat. Jure itaque in titulo hæc dicta testimonium vocantur : nam testimonium hæc futura esse dixit. Unde apud Symmachum et Aquilam, *testificatio* dicitur. Illius autem loco, *pro iis qui commutabuntur*, Symmachus, *pro floribus;* Aquila vero, *pro liliis;* interpretati sunt. Prosperitatem siquidem Ju-

καὶ τὸν νῶτον αὐτὸν διαπαντὸς σύγκαμψον. Ἔκχεον ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὀργήν σου, καὶ ὁ θυμὸς τῆς ὀργῆς σου καταλάβοι αὐτούς. Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη, καὶ ἐν τοῖς σκηνώμασιν αὐτῶν μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν· ὅτι ὃν σὺ ἐπάταξας κατεδίωξαν, καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προσέθηκαν. Οὗτοι μὲν οὖν οἱ τοῦ Δαυΐδ. Τῶν δὲ υἱῶν Κορὲ ὁ μὲ, Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων τὴν ἐπιγραφὴν ἔχων, ᾠδὴν ἀνέπεμπε ὑπὲρ τοῦ Ἀγαπητοῦ, οὗ τὴν παρουσίαν θεσπίσας ἐπισυνῆπτε τὴν κλῆσιν τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας τοῦτον αἰνιττόμενος τὸν τρόπον· Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. Καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου, ὅτι αὐτός ἐστι Κύριός σου, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ, θυγάτηρ Τύρου ἐν δώροις. Κατὰ τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον καὶ ὁ μετὰ χεῖρας Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων ἐπιγεγραμμένος, καὶ εἰς τὸ τέλος ἀναπέμπων, Χριστοῦ παρουσίαν, τοῦ τε Ἰουδαίων ἔθνους τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ τὸν ἐμπρησμὸν τῆς Ἱερουσαλὴμ ὃν πέπονθεν ὑπὸ Βαβυλωνίων προαναφωνεῖ. Πρῶτον μὲν οὖν διεξέρχεται τὴν ἀπ' Αἰγύπτου τῶν Ἰουδαίων ἔξοδον, καὶ τὴν κατοίκησιν αὐτῶν τὴν ἐπὶ τῆς τῶν Παλαιστίνων γῆς· ἔπειτα συνάπτει τὴν μετὰ ταῦτα εἰσελθοῦσαν αὐτοῖς πολιορκίαν ὑπὸ Ἀσσυρίων καὶ Βαβυλωνίων καὶ πρὸς τούτοις ἱκετηρίαν ἐκτίθεται ὑπὲρ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπιφανείας· ταῦτα δὲ κατὰ μέρος δειχθήσεται ἐν τῇ τῶν προφητευομένων ἑρμηνείᾳ· κατὰ δὲ τὴν ἀρχὴν ἀνακαλεῖται ὁ ψαλμὸς τὸν ποιμαίνοντα τὸν Ἰσραήλ· οὗτος δὲ ἦν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὡς πολλάκις ἀπεδείξαμεν παριστῶντες, μὴ τὸν ἐπέκεινα τὸν ὅλων Θεὸν εἶναι τὸν ὤφθαι τῷ Ἀβραὰμ ἐν ἀνδρὸς σχήματι ἀναγεγραμμένον, καὶ τῷ Μωϋσεῖ κεχρηματικέναι, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ προωδευκέναι τοῦ λαοῦ· εἶναι δὲ τοῦτον οὐδέτερον τοῦ ἐν Εὐαγγελίοις εἰρηκότος· Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι· καὶ, Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ ἴδε καὶ ἐχάρη. Αὐτὸν δὴ οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀνακαλεῖται φάσκων· Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, πρόσχες, καὶ τὰ ἑξῆς, ἐπιφάναι τε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἁπάντων σωτηρίας ἀντιβολεῖ, τήν τε παρουσίαν αὐτοῦ ᾗ τάχος γενέσθαι ἀξιοῖ λέγων· Ἔξεγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ, εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. Τρίτον δὲ εἰπὼν, Ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθησόμεθα, τὸν τρόπον τῆς ἐπιφανείας παρίστησιν ἐξῆς ἐπιλέγων· Γενηθήτω ἡ χεὶρ σου ἐπ' ἄνδρα δεξιᾶς σου, καὶ ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου, ὃν ἐκραταίωσας σεαυτῷ. Τὸν γὰρ ἀσώματον τοῦ Θεοῦ Λόγον ἀξιοῖ δι' ἀνδρὸς δεξιᾶς αὐτοῦ καὶ διὰ Υἱοῦ ἀνθρώπου τὴν εὐεργετικὴν αὐτοῦ δύναμιν δωρήσασθαι τοῖς πᾶσι. Τῆς μὲν οὖν σωτηρίου θεοφανείας τὴν μνήμην τοῦτον ἐποιήσατο τὸν τρόπον, τὴν δὲ τοῦ Ἰσραὴλ ἀπόπτωσιν ὠδέπη θεσπίζει λέγων· Ἵνατί καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς; δηλονότι τῆς ἀμπέλου, ἣν ἐξ Αἰγύπτου μετήγαγε, καὶ τρυγῶσιν αὐτὴν πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν. Ἐλυμήνατο αὐτὴν ὗς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μα-

[88] Joan. VIII, 58. [88'] ibid. 56.

νεὸς ἄνριος κατενεμήσατο αὐτήν. Ἐμπεπυρισμένη ἐν πυρὶ καὶ κατεσκαμμένη. Ταῦτα περὶ τῆς ἀμπέλου διελθὼν, τὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐθέσπιζεν ἐρημίαν. Εἰκότως οὖν ἐν τῇ προγραφῇ καὶ μαρτύριον κέκληται τὰ λεγόμενα· μαρτύριον γὰρ ταῦτα ἔσεσθαι, καὶ διεμαρτύρατο. Ὅθεν παρὰ τῷ Συμμάχῳ καὶ παρὰ τῷ Ἀκύλᾳ *μαρτυρία* εἴρηται. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων*, ὁ μὲν Σύμμαχος, *ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν*, ὁ δὲ Ἀκύλας, *ὑπὲρ τῶν κρίνων*, ἡρμήνευσαν· ἄνθεσι καὶ κρίνοις τὴν πρόσκαιρον βραχὺν γενομένην ποτὲ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους εὐπραγίαν παραβάλλοντος τοῦ λόγου. Ἀναπέμπει δῆτα ὁ Προφήτης ἱκετηρίαν πρὸς τὸν πάλαι ἐφορῶντα καὶ ἐπισκοποῦντα τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ Λόγον, καὶ τοῦτον ἀνακαλούμενός φησιν· *Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, πρόσχες*· οὕτω δὲ δυσωπεῖ ὑπομιμνήσκων τῆς πάλαι αὐτοῦ ἐπισκοπῆς. Τοῖς γὰρ σοῖς, φησὶ, θρέμμασι καὶ τοῖς σοῖς *προβάτοις πρόσχες*, ὁ ποτὲ ποιμάνας αὐτά. Εἰ γὰρ καὶ ποτε ἄλλοτε τὴν ποιμαντικὴν ὑπέμεινας ἀνθρώπων φροντίδα, ὡδήγησάς τε τὸν ἐν ἀνθρώποις γενόμενόν σου λαὸν, τούτων αὐτῶν μνήσθητι· καὶ μὴ παρίδῃς οὓς τοσαύτης ἠξίωσας προνοίας. Πρόσχες οὖν, φησὶ, καὶ κατανόησον ὁποῖα πέπονθεν ἡ σὴ ποίμνη, καὶ ὡς ἐλυμήνατο αὐτοὺς ὗς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτὴν, καὶ ὡς γέγονεν ἐμπεπυρισμένη πυρὶ καὶ ἀνεσκαμμένη ἀπὸ ἐπιτιμήσεως τοῦ προσώπου σου. Διδάσκει δὲ ταῦτα ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ὁ Προφήτης τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, μελετᾷν καὶ ἀπαγγέλλειν προλαβὼν τοὺς χρόνους καὶ τὰ πράγματα· ἵν' ἐπειδὰν ἐπιστῇ καὶ δι' ἔργων χωρήσῃ τὰ προπεφητευμένα, δέχοιεν ἐξ ἑτοίμου τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἱκετηρίας τὴν γνῶσιν. Τίς δέ ἐστιν ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, αὐτὸς παρίστησιν ὁ εἰπών· *Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκουσί με τὰ ἐμά*· καὶ αὖθις· *Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων*. Αὐτὸς δὲ ἦν καὶ ὁ τὸν Ἰωσὴφ ὡσεὶ πρόβατον ὁδηγῶν ἤτοι τὴν φυλὴν, ἢ τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος μεταφορικῶς ἀπὸ μιᾶς ὀνομάζων φυλῆς τῆς τοῦ Ἰωσὴφ· ἢ καὶ μᾶλλον αὐτὸν τὸν ἄνδρα τὸν τῆς φυλῆς προπάτορα. Ἐπειδὴ συνῆν αὐτῷ ἐπιβουλευομένῳ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, καὶ πιπρασκομένῳ τοῖς Ἰσμαηλίταις, καὶ εἰς Αἴγυπτον καταγομένῳ, καὶ τῷ Πετεφρῇ δουλεύοντι, τήν τε ἀκόλαστον δέσποιναν ἀποστρεφομένῳ, ὡς εἰς δεσμωτήριόν τε καθειργμένῳ. Ἐν πᾶσι γοῦν τούτοις ἐπισημαίνεται ἡ Μωϋσέως γραφὴ λέγουσα· *Καὶ ἦν Κύριος μετὰ Ἰωσήφ*. Ὅθεν μοι δοκεῖ κυριώτερον ἡρμηνευκέναι ὁ Θεοδοτίων φήσας· *Ὁ καθοδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσήφ*. Οὕτω δ' ἂν εἴποις καὶ πεποιμάνθαι αὐτὸν τὸν Ἰσραὴλ τὸν πρῶτον χρηματίσαντα ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ. Ἦν δὲ οὗτος Ἰακὼβ, ὁ παῖς τοῦ Ἰσαάκ. Ἐπεὶ κἀκεῖνος μόνος εἰς τὴν μέσην τῶν ποταμῶν καταβὰς μετὰ τῆς εἰς τὸν Θεὸν ἐλπίδος, αὐτὸν εὗρατο ποιμένα τὸν συνόντα αὐτῷ τοῦ Θεοῦ Λόγον, τὸν τὰς ἐπιφανείας αὐτῷ πεποιημένον. Εὐκαίρως οὖν δυσωπῶν ὁ λόγος τὸν Θεὸν, οὐ βούλεται μὲν τοῦ πλήθους

dærorum brevem et temporaneam, floribus et liliis comparat. Supplicationem igitur emittit Propheta ad eum qui olim Israelem curabat et inspiciebat, Dei scilicet Verbum, quod invocans ait : *Qui pascis Israel, intende*. Sic autem ipsum flectere conatur, antiquam ejus in populum inspectionem commemorans. Tua, inquit, pecora, ovesque tuas cures, qui olim pascebas illas. Nam si quondam pastoralem hominum sollicitudinem subiisti, si populum, qui inter homines alios tuus dicebatur, deduxisti, horum memento, neque despicias eos quos tanta providentia dignatus es. Intende igitur, inquit, et considera quanta grex ille tuus patiatur, quomodo vineam illam exterminaverit aper de silva, et singularis ferus depastus sit eam, quomodo fuerit incensa igni et suffossa ab increpatione vultus tui. Hæc porro in Spiritu sancto Judaicam gentem Propheta docet, tempora et eventus rerum meditari ac prænuntiare occupans ; ut cum res quæ in prophetia feruntur advenerint, in promptu notitiam illius ad Deum emissæ supplicationis exciperent. Quis vero sit qui pascit Israel, declarat ipse qui ait : *Ego sum pastor bonus, et cognosco meas, et cognoscunt me meæ* [59] ; et rursum : *Ego sum pastor bonus, et animam meam pono pro ovibus* [60]. Ipse vero erat qui Josephum, vel tribum ejus, ut ovem deducebat ; sive etiam totam Judaicam gentem metaphorice ab una tribu Joseph subindicans ; sive potius ipsum virum tribus progenitorem. Quoniam ipsi insidiis fratrum impetito, Ismaelitis vendito, in Ægyptum deducto, Petephræ servienti, impudicam dominam aversanti, in carcerem item conjecto, aderat. Nam in omnibus his adfuisse Moysis scriptura commemorat dicens : *Et erat Dominus cum Joseph* [61]. Unde commodius vertisse mihi videtur Theodotio, qui ait : *Qui deducis quasi ovem Joseph*. Ita quoque dixeris ipsum Israelem, qui primus hoc nomine appellatus est, a pastore ductum fuisse. Hic vero Jacob erat, filius Isaac. Nam ille cum solus in Mesopotamiam spe in Deum fultus descenderet, pastorem suum invenit qui aderat sibi, Verbum scilicet Dei, quod ipsi apparere solebat. Opportune itaque Deo supplicans, non turbam impiorum memorat, sed unius tantum et alterius ex religiosis illis olim viris mentionem facit, ex progenitorum virtute et religione posteros eorum misericordiam consequi deprecans. — Vers. 3. Hic vero ipse qui sanctorum olim virorum pastor fuit, is qui cherubinis vehitur erat. Quibusnam cherubinis, nisi iis qui ab Ezechiele visi sunt, quorum imagines et symbola jussus Moyses supra arcam ex auro posuit? Cherubim autem meminit Ezechiel hoc pacto loquens : *Et vidi, et ecce super firmamentum, quod erat super caput cherubim, quasi lapis sapphiri, similitudo throni in ipso* [62]. Postea vero ait : *Et egressa est gloria Domini a limine domus, et ascendit super cherubim :*

[59] Joan. x, 14. [60] ibid., 11. [61] Gen. xxxix, 2. [62] Ezech. i, 26.

et assumpserunt cherubim alas suas, et elevata sunt a terra in conspectu meo dum exirent: et rotæ hærebant ipsis. Et steterunt ad præliminaria portæ domus e regione positæ, et gloria Dei Israel erat supra eos [63]. Viden' quo pacto hic currus Dei describatur de quo alibi dicitur, *Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium?* Cherubim vero currus erant, ita ut supra caput ipsorum throni similitudo esset, et supra thronum gloria Domini. Quænam esset gloria Domini initio libri declaratur, ubi dicitur: *Super cherubim quasi species erat lapidis sapphiri, similitudo throni super ipsum: et super similitudinem throni similitudo quasi species hominis desuper. Et vidi quasi formam electri a specie lumborum et desuper; et a specie lumborum usque deorsum, quasi species ignis, et lux ejus in circuitu;* adjicitque: *Hæc visio similitudinis gloriæ Domini* [64]. *Ἔστησαν ἐπὶ τὰ πρόθυρα τῆς πύλης τοῦ οἴκου τῆς ἀπέναντι, καὶ δόξα Θεοῦ Ἰσραὴλ ἦν ἐπ' αὐτῶν ὑπεράνω.* Ὁρᾷς ὅπως ἐν τούτοις τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ διαγράφεται, περὶ οὗ λέγεται ἐν ἑτέρῳ, *Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον χιλιάδες εὐθηνούντων;* Χερουβὶμ δὲ ἦν τὸ ἅρμα, ὡς ὑπὲρ κεφαλῆς θρόνου ὁμοίωμα, καὶ ἐπὶ τούτῳ δόξα Κυρίου. Τίς δὲ ἡ δόξα Κυρίου ἦν κατ' ἀρχὰς τῆς βίβλου δηλοῦται, ἔνθα εἴρηται· *Ὑπεράνω τῶν χερουβὶμ ὡς ὅρασις ἦν λίθου σαπφείρου, ὁμοίωμα θρόνου ἐπ' αὐτοῦ· καὶ ἐπὶ τοῦ ὁμοιώματος τοῦ θρόνου ὁμοίωμα ὡς εἶδος ἀνθρώπου ἄνωθεν. Καὶ εἶδον ὡς ὄψιν ἠλέκτρου ἀπὸ ὁράσεως ὀσφύος ἕως ἄνω· καὶ ἀπὸ ὁράσεως ὀσφύος ἕως κάτω, ὡς ὅρασις πυρὸς, καὶ φέγγος αὐτοῦ κύκλῳ·* καὶ ἐπιλέγει· *Αὕτη ἡ ὅρασις ὁμοιώματος δόξης Κυρίου.*

Vides quomodo gloriam Dei in throno sedentem explicans, formam hominis descripserit? Quænam alia fuerit illa hominis forma, quæ non ipse Deus, sed gloria Dei dicta est, quam unigenitum Dei Verbum, quod aliquando gloriam Dei Patris, aliquando speciem hominis propter hominem quem assumpsit, nuncupat? cujus quæ ad deitatem spectabant electro, omnis materiæ pretiosissimo, simile dicebatur; quæ vero a lumbis usque deorsum erant, modo speciei ignis, modo lucis splendori; quia quæ in naturæ consortium veniunt, homines scilicet in terra constituti, vario modo ejus virtutibus opus habent: nam ii qui luce digna faciunt, illuminante vi indigent; qui vero igne digna perpetrant, comburente et ultrice virtute. Cœlestium porro imagines et symbola adornare jussus Moyses, cherubim ex auro confecit: hæc vero arcæ insidebant, in quorum medio propitiatorium ex auro factum consistebat: eratque propitiatorium in medio cherubim aurigæ instar ipsis impositum; ita ut propitiatorium illud ex auro factum, imago et exemplar esset ejus qui super cherubim in Ezechiele propheta visus est; quem Verbum esse Dei commonstravimus. Quare divinus Apostolus ipsum Verbum propitiatorium vocat, dicens: *Quem proposuit Deus propitiatorium per fidem in sanguine ejus* [65]. Hæc autem a Moyse ex auro figurate confecta, cherubim dico et propitiatorium, populo præibant in solitudine, coram Ephraim, Benjamin et Manasse. Nam in exitu duodecim tribuum, ante arcam tres tribus castrametabantur, nempe Juda, Issachar et Zabulon; arcam item tres tribus sequebantur, nempe Ephraim, Benjamin et Manasse, a

A τῶν ἀσεβῶν μνημονεύειν· ἑνὸς δὲ καὶ δευτέρου τῶν πάλαι θεοφιλῶν ἀνδρῶν μνήμην ποιεῖται, διὰ τῆς τῶν προπατόρων ἀρετῆς καὶ θεοσεβείας τοὺς ἐξ αὐτῶν γενομένους ἐλέου τυχεῖν ποτνιώμενος. Ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος ὁ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ποτε γενόμενος ποιμήν, καὶ τοῖς χερουβὶμ ἐποχούμενος ἦν. Ποίοις δὲ χερουβὶμ ἢ τοῖς παρὰ τῷ Ἐζεκιὴλ τεθεωρημένοις, ὧν εἰκόνας καὶ σύμβολα Μωϋσῆς διὰ χρυσοῦ ὑπεράνω τῆς κιβωτοῦ κελευσθεὶς ἐποίει; Μέμνηται δὲ τῶν χερουβὶμ ὁ Ἐζεκιὴλ, τοῦτον λέγων τὸν τρόπον· *Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐπάνω τοῦ στερεώματος τοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ χερουβὶμ ὡς λίθος σαπφείρου ὁμοίωμα θρόνου ἐπ' αὐτῷ.* Καὶ μεθ' ἕτερά φησι· *Καὶ ἐξῆλθε δόξα Κυρίου ἀπὸ τοῦ αἰθρίου τοῦ οἴκου, καὶ ἐπέβη ἐπὶ τὰ χερουβίμ· καὶ ἀνέλαβε τὰ χερουβὶμ τὰς πτέρυγας αὐτῶν, καὶ* B *ἐμετεωρίσθησαν ἀπὸ τῆς γῆς ἐνώπιον ἐμοῦ ἐν τῷ ἐξελθεῖν αὐτὰ, καὶ οἱ τροχοὶ ἐχόμενοι αὐτῶν. Καὶ ἔστησαν ἐπὶ τὰ πρόθυρα τῆς πύλης τοῦ οἴκου τῆς ἀπέναντι, καὶ δόξα Θεοῦ Ἰσραὴλ ἦν ἐπ' αὐτῶν ὑπεράνω.* Ὁρᾷς ὅπως ἐν τούτοις τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ διαγράφεται, περὶ οὗ λέγεται ἐν ἑτέρῳ, *Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον χιλιάδες εὐθηνούντων;* Χερουβὶμ δὲ ἦν τὸ ἅρμα, ὡς ὑπὲρ κεφαλῆς θρόνου ὁμοίωμα, καὶ ἐπὶ τούτῳ δόξα Κυρίου. Τίς δὲ ἡ δόξα Κυρίου ἦν κατ' ἀρχὰς τῆς βίβλου δηλοῦται, ἔνθα εἴρηται· *Ὑπεράνω τῶν χερουβὶμ ὡς ὅρασις ἦν λίθου σαπφείρου, ὁμοίωμα θρόνου ἐπ' αὐτοῦ· καὶ ἐπὶ τοῦ ὁμοιώματος τοῦ θρόνου ὁμοίωμα ὡς εἶδος ἀνθρώπου ἄνωθεν. Καὶ εἶδον ὡς ὄψιν ἠλέκτρου ἀπὸ ὁράσεως ὀσφύος ἕως ἄνω· καὶ ἀπὸ ὁράσεως ὀσφύος ἕως κάτω, ὡς ὅρασις πυρὸς, καὶ φέγγος αὐτοῦ κύκλῳ·* καὶ ἐπιλέγει· *Αὕτη ἡ ὅρασις ὁμοιώματος δόξης Κυρίου.*

tergo cherubim sequentes. Quamobrem hic dicitur : *Manifestare, qui sedes super cherubim, coram Ephraim, Benjamin et Manasse.* Ideo secundum Aquilam dicitur : *Insidens super cherubim, manifestare in facie Ephraim, Benjamin et Manasse.* Tu enim, inquit, qui in facie Ephraim, Benjamin et Manasse procedis, manifestare. In his autem Propheta Dei Verbum evocat, ab iis quæ populo nota erant nomen ejus mutuans, sed non a divina Ezechielis visione. Ipsum autem his verbis supplicando compellat : Si quodam tempore, inquit, hominibus anteire dignatus es, memoratasque tribus ducere, nunc ipsis fluctuantibus et pereuntibus appare; tu, inquam, ipse qui olim populum pascebas ipsique anteibas, *excita potentiam tuam et veni, ut salvos facias nos.* His vero supplicat ut ad homines accedat, et eos qui aversi et lapsi erant, iterum resumat, iterum ad se convertat. Quapropter dicit : *Deus, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus.* — Vers. 5. *Domine Deus virtutum, quousque irasceris super orationem servorum tuorum?* Qui in præsenti dicitur Dominus et Deus virtutum, is ipse erat qui pascebat verum Israelem, et deducebat sicut ovem Joseph, et qui sedebat super cherubim, et qui incedebat coram Ephraim, Benjamin et Manasse. Dominus autem et Deus virtutum dicitur, ut alibi dux exercitus et virtutis Domini, ac magni consilii Angelus. Jesu itaque Moysis successori, in forma hominis apparens quis ipse esset confitebatur, dicens : *Ego sum dux exercituum et virtutis Domini* [66]. In Isaia vero dictum est : *Puer natus est nobis, et filius datus est nobis. Cujus principatus super humerum ejus, et vocabitur nomen ejus magni consilii angelus* [67]. Secundum reliquos interpretes : *Deus fortis, potens, princeps pacis, pater sæculi.* Hoc itaque docetur a Spiritu prophetico populus qui derelictus est, ut emittat orationem et dicat ipsi : *Domine Deus virtutum, quousque irasceris super orationem servi tui?* Pro quo reliqui omnes interpretes, *populi tui*, interpretati sunt. Docentur porro panem lacrymarum comedere pro ausibus suis, ut mala sua flentes ac lugentes, consolationem obtineant, ut in beatitudinibus dicitur : *Beati qui flent, quoniam ridebunt. Beati qui lugent, quoniam consolabuntur* [68]. Secundum Symmachum autem : — Vers. 6. *Cibasti nos*, inquit, *pane lacrymarum, et potasti nos cum lacrymis mensura.* Etsi namque fletu et lacrymis digni simus, ut loco panis, fletibus ac gemitibus alamur, lacrymis et lamentationibus potemur; at hæc ipsa mensurate nobis tradantur, ita ut non in infinitum procedant, sed aliquando cessent, ac in jucundiora mutentur. Tu enim (Vers. 7) *posuisti nos in contradictionem vicinis nostris, et inimici nostri subsannaverunt nos :* qui non simile quidpiam olim ausi contra nos sunt, cum te patronum haberemus. Quamobrem (Vers. 8) precamur, et te Deum virtutum invocamus, supplicantes ut

[66] Jos. v, 14. [67] Isa. ix, 6. [68] Matth. v, 5.

nos convertas. Quod sane eveniet si conspicuus fias et vultum tuum ostendas nobis. Nam si id concedatur, salvi erimus, ac nos quoque dicemus : *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine* [69].

ρον. Σὺ γὰρ ἔθου ἡμᾶς εἰς ἀντιλογίαν τοῖς γείτοσιν ἡμῶν, καὶ οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν ἐμυκτήρισαν ἡμᾶς, μηδὲν τούτων πάλαι καθ' ἡμῶν τολμῶντες, ὅτε σε προστάτην εἴχομεν. Διὸ δεόμεθα, καὶ τὸν Θεὸν τῶν δυνάμεων ἀνακαλούμεθα, ἐπιστρέψαι ἡμᾶς καθικετεύοντες. Τοῦτο δὲ ἔσται εἰ ἐπιφανὴς γένοιο, καὶ τὸ σαυτοῦ πρόσωπον ἐπιδείξειας ἡμῖν. Τούτου γὰρ γενομένου, σωθησόμεθα λέξοντες ἂν καὶ ἡμεῖς· Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε.

Vers. 9. *Vineam de Ægypto transtulisti : ejecisti gentes et plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu ejus, et plantasti radices ejus, et implevit terram.* Supplicationem ordiens Propheta, eum qui pascit Israel evocabat. Erat autem Israel a memorata hic vinea diversus. Nam ille quidem semper a Domino pascitur; hæc autem vinea in pejorem multo conditionem declinavit. Per religiosum autem virum, illum nempe olim Israelem, Deo supplicat ut posteris suis male agentibus prospiciat. Fuerit vero Israel, perspicax omnis anima, quæ a homo pastore semper pascitur. Vinea autem Dei dicatur, quæ imaginem servat ejus qui in Evangelio dixit : *Ego sum vitis vera* [70]; vinea vero ex Ægypto translata, est anima subversionem passa : qualis fuit Judaicus populus qui olim diuturno tempore idola in Ægypto coluit, ac cum modicos fructus protulisset, ut de illis testificatur Moyses in magno cantico hæc scribens : *Nam ex vinea Sodomorum vinea eorum, et palmes eorum ex Gomorrha. Uva eorum uva fellis, botrus amaritudinis eorum. Furor draconum vinum eorum, et furor aspidum insanabilis* [71]; etiamsi hujusmodi essent, ipsis prospiciens Deus transplantavit eos, radices eorum ex Ægyptiaco satu evellens, in aliamque terram pinguemque locum transferens, ut docet Isaias his verbis : *Vinea facta est dilecto in cornu in loco pingui. Et sepem circumposui, et vallavi, et plantavi vineam Sorech. Et ædificavi turrim in medio ejus, et protorcular fodi in ea* [72]. Et sane cum in pinguiorem et multo meliorem Ægypto regionem prædictam vineam transtulisset, eam ibi plantavit. Deinde, utpote optimus agricola, post primam illam translationem, dux itineris fuit in conspectu ejus, fruticibus amotis, omnique aliena materia excisa, ut ipsi nullus obex ad fructuum emissionem adesset. Pro illo autem, *Dux itineris fuisti in conspectu ejus*, Symmachus, *Amovisti in conspectu ejus*, interpretatus est. Deinde subjungit, *radicare fecisti radices ejus.* Cum tanta Dei Verbi cura memorata vinea dignata fuerit, jure implevit terram, ita ut montes quidem inumbraret, cedros vero arbustis suis operiret (Vers. 11), palmites extenderet usque ad mare, et usque ad flumina propagines (Vers. 12). Hæc omnia ipsi evenerunt. Et quia tot tantisque donata est, jure sermo precandi ritu hunc agricolam memorans, his eum rogat et compellat : Quia tanta providentia et cura prædictam vineam dignatus es, pro humanitate et gratia tua hæc omnia in illa operatus; quis non in hæsitationem et dubium

Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας· ἐξέβαλες ἔθνη, καὶ κατεφύτευσας αὐτήν. Ὡδοποίησας ἔμπροσθεν αὐτῆς, καὶ κατεφύτευσας τὰς ῥίζας αὐτῆς, καὶ ἐπλήρωσε τὴν γῆν. Ἀρχόμενος τῆς ἱκετηρίας ὁ Προφήτης, τὸν ποιμαίνοντα τὸν Ἰσραὴλ ἀνεκαλεῖτο. Ἦν δὲ ὁ Ἰσραὴλ ἕτερος τῆς ἐνταῦθα λεγομένης ἀμπέλου. Ὁ μὲν γὰρ ἀεὶ ποιμαίνεται ὑπὸ τοῦ Κυρίου· ἡ δὲ παροῦσα ἄμπελος πολλὴν ὑπέμεινε τὴν ἐπὶ τὰ χείρω ῥοπήν. Δυσωπεῖ δὲ διὰ τοῦ θεοφιλοῦς ἀνδρὸς τοῦ πάλαι Ἰσραὴλ τὸν Θεὸν εἰς τὸ ἐπιβλέψαι κακῶς πράττουσι τοῖς ἐκείνου ἀπογόνοις. Εἴη δ' ἂν Ἰσραὴλ καὶ πᾶσα διορατικὴ ψυχὴ ὑπὸ τοῦ καλοῦ ποιμένος διὰ παντὸς ποιμαινομένη. Λεχθείη δ' ἂν καὶ ἄμπελος Θεοῦ ἡ τὴν εἰκόνα σώζουσα τοῦ φήσαντος ἐν Εὐαγγελίοις· Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή. Ἡ δ' ἐξ Αἰγύπτου μετενηνεγμένη ἄμπελος ἡ παθοῦσα διαστροφὴν τυγχάνει ψυχή· ὁποῖος γέγονεν ὁ Ἰουδαίων λαὸς εἰδωλολατρήσας ἐν Αἰγύπτῳ μακροῖς χρόνοις, μικρούς τε προενεγκάμενος καρποὺς ὡς μαρτυρεῖ Μωϋσῆς ἐν μεγάλῃ ᾠδῇ γράφων ταῦτα περὶ αὐτῶν· Ἐκ γὰρ ἀμπέλου Σοδόμων ἡ ἄμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κλῆματις αὐτῶν ἐκ Γομόρρας. Ἡ σταφυλὴ αὐτῶν σταφυλὴ χολῆς, βότρυς πικρίας αὐτῶν. Θυμὸς δρακόντων ὁ οἶνος αὐτῶν, καὶ θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατος· ἀλλὰ γὰρ καὶ οὕτως ἔχοντας αὐτοὺς ἐπισκεψάμενος ὁ Θεὸς μετεφύτευσεν, ἐκριζώσας μὲν τῆς Αἰγυπτιακῆς συμφυΐας, μεταφυτεύσας δὲ ἐν ἑτέρᾳ χώρᾳ καὶ τόπῳ πίονι, ὡς διδάσκει λέγων Ἡσαΐας· Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ ἐν κέρατι ἐν τόπῳ πίονι. Καὶ φραγμὸν περιέθηκα, καὶ ἐχαράκωσα, καὶ ἐφύτευσα ἄμπελον Σωρήχ. Καὶ ᾠκοδόμησα πύργον ἐν μέσῳ αὐτοῦ, καὶ προλήνιον ὤρυξα ἐν αὐτῷ. Καὶ δὴ ἐν τόπῳ πίονι καὶ πολὺ κρείττονι τῆς Αἰγύπτου χώρας μεταγαγὼν τὴν προλεχθεῖσαν ἄμπελον κατεφύτευσεν. Εἶθ', οἷα γεωργὸς ἄριστος, μετὰ τὴν πρώτην μεταμόσχευσιν, ὡδοποίησε ἔμπροσθεν αὐτῆς, πᾶν τὸ βλαστικὸν ἀποσκευάσας, καὶ πᾶσαν ἀλλοτρίαν ὕλην ἐκτεμὼν, ὡς μή τι κώλυμα ἐμποδὼν αὐτῇ γένοιτο πρὸς τὴν τῶν καρπῶν ἐκφυήν. Ἀντὶ δὲ τοῦ· Ὡδοποίησας ἔμπροσθεν αὐτῆς, ὁ Σύμμαχος· Ἀπεσκεύασας ἔμπροσθεν αὐτῆς, ἡρμήνευσεν. Εἶτ' ἐπήγαγε, καὶ ἐριζοβόλησας τὰς ῥίζας αὐτῆς. Τοιαύτης δ' ἐπιμελείας παρὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου τυχοῦσα ἡ δηλωθεῖσα ἄμπελος, εἰκότως ἐπλήρωσε τὴν γῆν, ὡς ὄρη μὲν ἐπισκιάσαι, κέδρους δὲ καλύψαι ταῖς αὐτῆς ἀναδενδράσιν, ἐκτεῖναι δὲ τὰ κλήματα ἕως θαλάσσης, καὶ τὰς φυάδας μέχρι ποταμῶν. Ταῦτα πάντα ὑπῆρξεν αὐτῇ. Καὶ ἐπειδὴ τοσούτων ἠξιώθη, εἰκότως ὁ λόγος ὡς ἐν εὐχῇ τοῦτον ὑπομνήσας τὸν γεωργὸν, δυσωπεῖ διὰ τῆς ἱκετηρίας καὶ

[69] Psal. IV. 7. [70] Joan. XV, 1. [71] Deut. XXXII, 32. [72] Isa. V, 1.

φησι πρὸς αὐτόν· Ἐπειδὴ τοσαύτης κατηξίωσας προνοίας καὶ ἐπιμελείας τὴν εἰρημένην ἄμπελον, φιλανθρωπίᾳ καὶ χάριτι πάντα ταῦτα εἰς αὐτὴν ἐνδειξάμενος, τίς οὐκ ἂν ἀμηχανήσειε καὶ εἰς ἀπορίαν ἐμπέσοι ζητῶν, *Ἵνατί καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς*, καταπατεῖν τε αὐτὴν ἅπασι τοῖς ἐθέλουσι συνεχώρησας· ὡς τρυγᾶν αὐτὴν τοὺς βουλομένους, μηδενός τε περιφράττοντος, ποτὲ μὲν ὖν ἐκ δρυμοῦ λυμαίνεσθαι αὐτὴν, ἄλλοτε δὲ μονιὸν ἄγριον καταβόσκεσθαι αὐτήν; Ἀλλὰ γὰρ πρὸς ταύτην τὴν ἐπαπόρησιν ἀποκρίνεται διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, ὥσπερ ἀπολογούμενος ὁ γεωργὸς, καὶ τὴν αἰτίαν παρίστησι λέγων· *Διότι ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ σταφυλήν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας· καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγήν.* Ταῦτα δ' ὅτι περὶ τοῦ Ἰουδαίων λέλεκται λαοῦ, οὐδεὶς ἂν ἀμφιβάλοι. Νοήσεις δὲ ὅπως ἐκάλυψεν δρη ἡ σκιὰ τῆς ἀμπέλου, ἐπιστήσας, ὡς σκιὰν ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ ὄρους συνετελεῖτο τοῦ ἐν Σηλὼμ, ἔνθα τὸ πρότερον ἦν τὸ σκηνή, ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ Σιὼν ὄρους καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ αἱ ἀναδενδράδες δὲ αὐτῆς ἐκάλυψαν τὰς κέδρους τοῦ Θεοῦ. Τίνας δ' ἂν εἴποις τὰς ἀναδενδράδας τῆς ἀμπέλου, ἢ τὰς προφητικὰς ψυχὰς καὶ τοὺς ἐν τῷ προτέρῳ λαῷ εἰς ὕψος ἐπηρμένους, Θεοῦ τε ἀξίως πολιτευσαμένους, οἳ καὶ ἐπὶ τὰς κέδρους τοῦ Θεοῦ διανεπαύοντο, τὰς δυνάμεις δὴ τὰς ἀοράτους καὶ θείας; Μέχρι γὰρ τούτων ἐξετάθησαν αἱ διαπρέψασαι ἐν τῷ προτέρῳ λαῷ ψυχαὶ, ὡς καὶ Πνεύματος ἁγίου μετέχειν, καὶ τοὺς καρποὺς ἐκτείνειν μέχρι τῆς ἀγγελικῆς δυνάμεως. Τὰ δὲ κλήματα τῆς ἀμπέλου, ἕτερα ὄντα παρὰ τὴν σκιὰν καὶ παρὰ τὰς ἀναδενδράδας, ἐξετάθη ἕως θαλάσσης. Ὁ δὲ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ, *τὰ κλήματα, τὰς χαίτας αὐτῆς*, φησὶν, *ἐξέτεινεν ἕως θαλάσσης.* Εἶεν δ' ἂν χαῖται καὶ κόμαι, ὥσπερ ἀναρίθμητοι τρίχες, ἢ καὶ κλήματα πληθύνοντα, κατὰ τὸ τῆς ἀμπέλου παράδειγμα, ὁ πολὺς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἀριθμὸς, ὃς δὴ ἔφθασε μέχρι θαλάσσης, πληρώσας πάντα τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον. Διὸ λέλεκται ἐν Ὡσηὲ τῷ προφήτῃ· *Καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡσεὶ ἄμμος τῆς θαλάσσης, ἣ οὐκ ἐκμετρηθήσεται, οὐδὲ ἐξαριθμηθήσεται.* Παραφυάδες δὲ ἄλλαι τινὲς παρὰ τὰ κλήματα νεώτεραι καὶ ἀρτιφυεῖς ἕως ποταμοῦ παρετάθησαν, οἱ τῆς Καινῆς Διαθήκης κήρυκες· λέγω δὲ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μαθηταὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν· τὴν μὲν φυὴν καὶ τὴν γένεσιν ἐσχηκότες ἐκ τῆς προλεχθείσης ἀμπέλου, καὶ ὥσπερ τινὲς παραφυάδες αὐτῆς γενόμενοι, οὐκέτι δὲ ὁμοίως ταῖς χαίταις καὶ τοῖς κλήμασι ἕως θαλάσσης προελθόντες, ἀλλ' ἕως ποταμοῦ διὰ τὸ μυστήριον τῆς δι' αὐτῶν χορηγουμένης ἐν Χριστῷ παλιγγενεσίας. Ἔνθεν κα' ὁ Σωτὴρ αὐτὸς ἐν οα' ψαλμῷ λέλεκται· *Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμοῦ ἕως τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης.* Ἀρξαμένου γὰρ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Ἰορδάνην ποταμοῦ τοῦ βαπτίσματος, τὴν σύμπασαν ἐπλήρωσεν οἰκουμένην. Τέσσαρα δὲ τάγματα τῆς εἰρημένης ἀμπέλου

A incidens hoc perquirat, (Vers. 13) *Utquid destruxisti maceriam ejus*, et eam omnibus gentibus calcandam præbuisti; ita ut nemine circummuniente, cuique volenti ipsam vindemiare liceat; ac modo aper de silva pessumdet, modo singularis ferus depascat illam? Verum huic dubio per Isaiam prophetam respondet agricola, quasi sui purgandi gratia, hujusque rei causam his verbis profert: *Quia expectavi ut faceret uvam, fecit autem spinas, et non justitiam, sed clamorem* [73]. Hæc porro de Judaico populo dicta esse nemo dubitaverit. Quomodo autem umbra vineæ montes operuerit intelliges, si perpendas cum lex futurorum bonorum umbram, non autem ipsam rerum imaginem habeat; eam modo in monte Silo, ubi prius erectum

B fuerat tabernaculum; modo in monte Sion et in Jerusalem completam esse, et arbusta ejus cedros Dei operuisse. Quænam esse vineæ arbusta dixeris, nisi animas propheticas, ac eos qui olim in priore populo erigebantur, et qui digne Deo vitam instituerunt, qui etiam in cedris Dei, id est, in invisibilibus divinisque virtutibus, requiescebant? Nam eo usque provectæ sunt animæ quæ in priore illo populo ornate et probe vixerunt, ut et Spiritus sancti participes essent, et usque ad angelicas potestates fructus suos extenderent. Palmites porro vineæ, ab umbra sane necnon ab arbustis diversi, extensi sunt usque ad mare. Symmachus autem pro illo, *palmites, jubas suas*, ait, *extendit usque ad mare.*

C Jubæ autem et comæ, ceu innumeri capilli sunt; sive etiam palmites illi multiplicati secundum vineæ exemplum, magnus ille Judaicæ gentis numerus est, qui sane totum hominum genus replens pervenit usque ad mare. Quamobrem in Osea propheta dictum est: *Et erat numerus filiorum Israel quasi arena maris, quæ non mensurabitur et non numerabitur* [74]. Propagines vero aliæ adnatæ, palmitibus recentiores ac nuper exortæ, usque ad flumen extensæ sunt, videlicet Novi Testamenti præcones, apostolos dico et discipulos Servatoris nostri, qui genus et originem ex prædicta vinea ducunt, et ceu propagines quædam ejus sunt. Neque tamen perinde atque jubæ et palmites ad usque mare protenduntur, sed usque ad flumen, ob mysterium regenera-

D tionis in Christo ab iis subministratæ. Quare de Salvatore ipso in psalmo LXXI dicitur: *Et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.* Nam cum baptismus a Jordane fluvio initium duxerit, totum replevit orbem. Quatuor porro prædictæ vineæ ordines præsens sermo describit, umbram scilicet ejus montes operientem; arbusta ejus in altum elata, ita ut non simpliciter cedros, sed cedros Dei operiant; ad hæc palmites ejus usque ad mare extensos; præter hæc omnia autem propagines ejus, quæ ad flumen usque pertingunt. Quorum interpretationem pro collata nobis gratia dedimus, umbram quidem

[73] Isa. v, 5. [74] Ose. I, 10.

pro figurato illo et umbroso cultu tradentes, qui in sensibilibus et corporeis montibus perficiebatur; arbusta, pro animabus propheticis, quæ in cedris Dei, angelicis videlicet ac divinis virtutibus firmabantur; palmites aut comas, seu jubas, pro tota Judæorum multitudine, ob instabilem et fluctuantem hominum vitam usque ad mare extensa; demum propagines pro apostolis Servatoris nostri qui in flumine versantur de quo dictum est : *Fluminis impetus lætificant civitatem Dei* [75]. Verum quia memorata vinea tot tantisque bonis a Deo Verbo, qui prius ipsi prospiciebat, donata est, consequenter eum qui tantis eam donis ornavit, quasi dubitando compellat dicens : *Utquid destruxisti maceriam ejus?* Ille vero respondet his verbis : *Quia exspectavi ut faceret uvam, fecit autem spinas* [76]; ac rursum : *Exspectavi ut faceret judicium, fecit autem iniquitatem; non justitiam, sed clamorem* [77]. In Jeremia quoque vineam ipse coarguit, rationabilis quippe erat, his verbis : *Ego autem plantavi vineam fructiferam, totam veram. Quomodo conversa est in amaritudinem vitis aliena* [78]? Adjicit autem per Isaiam : *Auferam sepem ejus, et erit in direptionem; et auferam murum ejus, et erit in conculcationem. Et dimittam vineam meam, et non fodietur, neque putabitur. Et ascendet in eam quasi aridam spina, et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem* [79]. Ablata autem sepe, virtute scilicet quæ custodit et circummunit ipsam; consequenter omnes deinde inimici invisibiles et occulti, feris agrestibus immaniores (Vers. 14), exterminaverunt eos, videlicet qui a Scriptura accusabantur. Et quidam impurus aper, nempe Assyrius, prior cum fortitudine invadens, præfatam vineam pessumdedit, ita ut multitudinem populi captivam in Assyrios abduceret. Deinde vero alter inimicus ingressus, quæ a priore relicta fuerant vastavit, Nabuchodonosor videlicet, qui templum incendit, et solo æquavit. Quare secundum Symmachum etiam dictum est : *Vastavit eam aper de silva, et singularis ferus depastus est eam.* Pro illo autem, *singularis ferus*, Aquila, *omnigenam terram*, interpretatus est. Secundum aliam vero interpretationem, *pessumdedit eam*; id est, memoratam vineam, primo Babylonius, qui prior Hierosolyma obsessa, excidit illam; post illum vero Romanus excercitus, qui post Servatoris nostri adventum, irrumpens vastavit eam. Hæc porro omnia vaticinatur Asaph, qui tempore Davidis ante Hierosolymæ constructionem erat, quæ adnotatis temporibus eventura ipsi erant prænuntians. Et quidem in præsenti videtur una primam obsidionem a Babyloniis, et secundam a Romanis factam vaticinari : per præcedentem vero psalmum quæ sub Antiocho Epiphane contigerunt; per LXXIII autem ea solum quæ ad postremam a Romanis factam obsidionem pertinent, ut ad LXXIII commonstratum est.

ὁ μετὰ χεῖρας διαγράφει λόγος· σκιὰν μὲν αὐτῆς καὶ λύπτουσαν δρη· ἀναδενδράδας δὲ αὐτῆς εἰς ὕψος μετεωριζομένας, ὡς καλύπτειν οὐχ ἁπλῶς κέδρους, ἀλλὰ τὰς κέδρους τοῦ Θεοῦ· καὶ ἐπὶ τούτοις κλήματα ἐκτεινόμενα ἕως θαλάσσης· καὶ μετὰ πάντα παραφυάδας τὰς μέχρι ποταμοῦ διηκούσας. Ὧν τὴν δεῖνοιαν κατὰ τὴν δοθεῖσαν ἡρμηνεύσαμεν χάριν, σκιὰν μὲν ἀποδόντες τὴν τυπικὴν καὶ σκιώδη λατρείαν, ἥτις ἐν τοῖς αἰσθητοῖς καὶ σωματικοῖς δρεσιν ἐτελεῖτο· ἀναδενδράδας δὲ τὰς προφητικὰς ψυχὰς, αἵτινες ἐπὶ τὰς κέδρους τοῦ Θεοῦ, τὰς ἀγγελικὰς καὶ θείας δυνάμεις ἐπεστηρίζοντο· κλήματα δὲ ἡ κόμας, ἡ χαίτας τὸ πᾶν Ἰουδαίων πλῆθος ἕως θαλάσσης ἐκτεινόμενον διὰ τὸν ἄστατον καὶ κυμαινόμενον τῶν ἀνθρώπων βίον· καὶ τέλος παραφυάδας, τοὺς ἀποστόλους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τῷ ποταμῷ συνόντας, περὶ οὗ εἴρηται· *Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ.* Ἀλλ' ἐπειδὴ τοσούτων ἠξιώθη ἡ δεδηλωμένη ἄμπελος ὑπὸ τοῦ πρότερον ἐπισκοποῦντος αὐτὴν Θεοῦ Λόγου, ἀκολούθως ὁ λόγος ἐξῆς ὡς πρὸς αὐτὸν τὸν τὰ τοσαῦτα δεδωρημένον ἐπαπορεῖ λέγων· *Ἱνατί καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς;* Ὁ δὲ ἀποκρίνεται λέγων· *Διότι ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας·* καὶ πάλιν· *Ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ κρίσιν, ἐποίησε δὲ ἀνομίαν, καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγήν.* Καὶ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ δὲ ὁ αὐτὸς ἐλέγχει τὴν ἄμπελον, λογικὴ γὰρ ἦν, φάσκων· *Ἐγὼ δὲ ἐφύτευσα ἄμπελον καρποφόρον πᾶσαν ἀληθινήν. Πῶς ἐστράφη εἰς πικρίαν ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία;* Προστίθησι δὲ καὶ διὰ Ἡσαΐου λέγων· *Καθελῶ τὸν φραγμὸν αὐτῆς, καὶ ἔσται εἰς διαρπαγήν· καὶ καθελῶ τὸν τοῖχον αὐτῆς, καὶ ἔσται εἰς καταπάτησιν. Καὶ ἀνήσω τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ οὐ μὴ σκαφῇ, οὐδὲ μὴ τμηθῇ. Καὶ ἀναβήσεται εἰς αὐτὸν ὡσεὶ χέρσον ἄκανθα, καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι τοῦ μὴ βρέξαι εἰς αὐτὸν ὑετόν.* Καθαιρεθέντος δὲ τοῦ φραγμοῦ, τουτέστι τῆς φυλαττούσης αὐτοὺς καὶ περιφραττούσης δυνάμεως, εἰκότως πάντες λοιπὸν πολέμιοι ἀόρατοί τε καὶ ἀφανεῖς, θηρῶν ἀγρίων ὄντες ἀνημερώτεροι, ἐλυμήναντο αὐτοὺς, δηλαδὴ τοὺς ὑπὸ τοῦ λόγου κατηγορουμένους. Καί τις πρῶτος ἀκάθαρτος ὗς, ὁ Ἀσσύριος, εἰσελθὼν ἰσχυρῶς, τὴν δηλωθεῖσαν ἄμπελον διέφθειρεν, ὡς καὶ ἀπαγαγεῖν αἰχμάλωτον τὸ πλῆθος εἰς τοὺς Ἀσσυρίους. Εἶτα δεύτερος πολέμιος, εἰσελθὼν, τὰ ὑπὸ τοῦ πρώτου καταλειφθέντα κατενεμήσατο, ὁ Ναβουχοδονόσορ, ὁ καὶ τὸ ἱερὸν πυρπολήσας καὶ εἰς ἔδαφος ἀγαγών. Διὸ λέλεκται καὶ κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Κατενεμήσατο αὐτὴν ὗς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατεβοσκήσατο αὐτήν.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *καὶ μονιὸς ἄγριος*, ὁ Ἀκύλας, *καὶ παντοδαπὴν χώραν*, ἡρμήνευσε. Καθ' ἑτέραν δὲ ἑρμηνείαν, *ἐλυμήνατο αὐτὴν*, δηλαδὴ τὴν ἀποδοθεῖσαν ἄμπελον, πρῶτος ὁ Βαβυλώνιος, ὁ καὶ πρῶτος τὴν Ἱερουσαλὴμ πολιορκίᾳ δηώσας· ἔπειτα μετ' ἐκεῖνον ὁ Ῥωμαϊκὸς στρατὸς, μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν ἐπελθὼν, κατενεμήσατο αὐτήν.

Ταῦτα δὲ πάντα προφητεύει Ἀσὰφ κατὰ τοὺς χρόνους γεγονὼς τοῦ Δαυΐδ, πρὸ τῆς οἰκοδομῆς τῆς Ἱερου-

[75] Psal. XLV, 5. [76] Isa. v, 5. [77] ibid. 7. [78] Jer. II, 21. [79] Isa. v, 5

σαλήμ, θεσπίζων αὐτῇ τὰ συμβησόμενα κατὰ τοὺς δηλωθέντας χρόνους. Διὰ μὲν οὖν τῶν μετὰ χεῖρας ἔοικεν ὁμοῦ καὶ τὴν πρώτην πολιορκίαν τὴν ὑπὸ Βαβυλωνίων γενομένην, καὶ τὴν δευτέραν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων προφητεύειν· διὰ δὲ τοῦ πρὸ τούτου τὰ κατὰ Ἀντίοχον τὸν Ἐπιφανῆ συμβάντα· διὰ δὲ τοῦ ο' καὶ γ' μόνα τὰ τῆς ὑστάτης πολιορκίας τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων γενομένης, ὡς ἀποδέδεικται ἐν τοῖς κατὰ τὸν ογ' εἰρημένοις.

Ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ἐπίστρεψον δή, ἐπίβλεψον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἴδε, καὶ ἐπίσκεψαι τὴν ἄμπελον ταύτην, καὶ κατάρτισαι αὐτὴν, ἣν ἐφύτευσεν ἡ δεξιά σου, καὶ ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου, ὃν ἐκραταίωσας σεαυτῷ. Ἐμπεπυρισμένη πυρὶ καὶ ἀνεσκαμμένη, ἀπὸ ἐπιτιμήσεως τοῦ προσώπου σου ἀπολοῦνται. Ὡς ἀγαθὸν γεωργὸν ὑπομνήσας τῆς πολλῆς αὐτοῦ περὶ τὴν ἄμπελον ἐπιμελείας, καὶ τῆς μετὰ ταῦτα συμβάσης αὐτῇ ἐρημίας, ἐξῆς καὶ ἀκολούθως ἱκετεύει ἐπιστρέψαι ὡς ἀποστραφέντα, καὶ διὰ τῆς ἀποστροφῆς τοῖς ἐναντίοις πᾶσιν ἐκδεδωκότα τὴν ἄμπελον. Ἐπισκέψαι δὲ αὐτὸν ἱκετεύει, καὶ ἐπιβλέψαι ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ· μνησθῆναί τε, ὡς ἄρα εἴη αὐτοῦ φυτεία, καὶ τῆς αὐτοῦ δεξιᾶς γεωργία ἡ προλεχθεῖσα ἄμπελος, καὶ μνησθέντα ἐπισκέψασθαι αὐτὴν, ὡς ἂν πάλαι μὲν ὑπὸ τῆς αὐτοῦ δεξιᾶς φυτευθεῖσαν, νυνὶ δὲ ἐμπεπυρισμένην πυρὶ καὶ ἀνεσκαμμένην, καὶ ἀπὸ ἐπιτιμήσεως τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἀπολωλυῖαν. Ἀξιοῖ τε καταρτίσασθαι αὐτὴν ἀναλαβόντα καὶ ἀνακτησάμενον δίκην σωτῆρος καὶ ἰατροῦ· καὶ ταῦτα πρᾶξαι διὰ τοῦ Υἱοῦ ὃν ἐκραταίωσεν ἑαυτῷ. Δι' ὧν σαφῶς ὁ λόγος διδάσκει πρῶτον εἶναι τὸν ἐμπρησμὸν ὃν πρῶτον ὑπέμεινεν ὁ τόπος ὑπὸ Βαβυλωνίων. Οὐ γὰρ ἂν μετὰ τὸν δεύτερον ἐμπρησμὸν τὸν ὑπὸ Ῥωμαίων γενόμενον τὴν τοῦ Σωτῆρος θεοφάνειαν γενέσθαι ἠξίου τὴν ἤδη γεγενημένην. Χώραν δὲ ἔχει μετὰ τὰ πρῶτα συμβάντα τῷ τόπῳ ἱκετεύειν καὶ δέεσθαι τὸν Λυτρωτὴν ἐπιστῆναι· οὗ ἐπιστάντος, ἐπεὶ μὴ παρεδέξαντο τὴν πρώτοις αὐτοῖς δι' αὐτοῦ καταγγελθεῖσαν χάριν, εἰκότως τὴν ὑστάτην ὑπέμειναν ἐρημίαν· ἣν αὐτὸς προσετίμησεν αὐτοῖς εἰπών· *Ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις ἐπισυνάγει τὰ νοσσία ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος·* ὅτε καὶ κατὰ τὸν Ἀπόστολον, *ἔφθασεν εἰς αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος.*

A

B

C

Vers. 15-17. *Deus virtutum, convertere, respice de cœlo, et vide, et visita vineam istam, et perfice eam, quam plantavit dextera tua, et super filium hominis, quem confirmasti tibi. Incensa igni et suffossa, ab increpatione vultus tui peribunt.* Postquam ei ut bono agricolæ in memoriam revocavit ingentem illam suam pro vinea sollicitudinem, et ipsi illatam postea vastitatem; sub hæc consequenter supplicat, ut ad eam se convertat, qui pridem aversus ei esset, ac per aversionem illam, inimicis eamdem vineam tradidisset. Rogat autem illum ut consideret et sursum de cœlo respiciat, recordeturque memoratam vineam, sui plantationem et dexteræ suæ agriculturam esse, ejusque memor visitet illam, utpote quæ olim ab ejus dextera plantata fuerit: jam vero incensa igni et suffossa, ab increpatione vultus ejus perierit. Precatur item ut resumens restauransque illam servatoris ac medici instar reficiat: et hæc agat per Filium quem confirmavit sibi. Queis aperte declaratur hic primum loci incendium adnotari, quod a Babyloniis perpessus est. Neque enim post secundum incendium a Romanis illatum, divinum Salvatoris adventum, qui jam contigerat, maturari rogasset. Opportune autem post priorem illam loci calamitatem rogat postulatque, ut Redemptor adveniat: quo accedente, quia gratiam ipsis prioribus annuntiatam non receperunt, extremam promeritamque vastitatem jure perpessi sunt, quam ipse comminatus illis est his verbis: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluistis? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta* [80]: quando secundum Apostolum, *pervenit ea eos ira in finem* [81].

Γενηθήτω ἡ χεὶρ σου ἐπ' ἄνδρα δεξιᾶς σου, καὶ ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου, ὃν ἐκραταίωσας σεαυτῷ. Καὶ οὐ μὴ ἀποστῶμεν ἀπὸ σοῦ, ζωώσεις ἡμᾶς. Μίαν τῶν προλεχθέντων ἁπάντων θεραπείαν διδάσκει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὴν εἰς ἀνθρώπους τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ παρουσίαν. Διόπερ μετὰ τὰ προφητευθέντα περὶ τῆς ἐρημίας τοῦ ἀμπελῶνος καὶ τοῦ ἐπελθόντος αὐτῷ ἐμπρησμοῦ ἱκετεύει τὰ προκείμενα εἰς τὸ προσδοκᾶν λυτρωτὴν τὸν ἄνδρα τῆς δεξιᾶς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κεκραταιωμένον. Οὗτος δὲ ἦν ὁ ἀγαπητὸς τοῦ Θεοῦ, ὃν εἰδέναι καὶ παρεῖναι δι' εὐχῆς τίθεσθαι παραδίδωσι τοῖς ἐντυγχάνουσιν· ὡς ἂν, γνώντες αὐτὸν οἱ ταῦτα προδιδασκόμενοι καὶ εἰς αὐτὸν πιστεύσαντες, δι' αὐτοῦ τυχεῖν τῆς τῶν κακῶν θεραπείας ἐλπίσειαν. Διὸ ἐκ προσώπου τῶν θεραπείας δεομένων φησὶ τὸ, *Γενηθήτω ἡ χεὶρ σου ἐπ' ἄνδρα δεξιᾶς σου, καὶ*

D

Vers. 18. *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, et super filium hominis, quem confirmasti tibi. Et non discedemus a te, vivificabis nos.* Unum prædictorum omnium curationem docet Spiritus sanctus, nempe Christi Dei ad homines adventum. Quamobrem post prophetiam de vineæ vastitate, et de futuro ejus incendio, his supplicat ut redemptorem exspectare liceat, virum dexteræ Dei, et filium hominis a Deo confirmatum. Hic porro erat dilectus Dei: quem se nosse, ac ut adveniat in voto habere legentibus tradit; ut qui hæc prius edocti sunt, hac notitia et fide in illum instructi, malorum remedium ab eo se consecuturos sperent. Quare ex persona eorum qui medela opus habent ait: *Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, et super filium hominis, quem confirmasti tibi. Et non discedemus a te.* Hæc porro verbi sententia est: Vel

[80] Matth. xxiii, 37. [81] I Thess. ii, 16

nunc tandem manus tua occulta illa et invisibilis, illucescat in viro dexteræ tuæ ministro, et in eo qui Filius hominis vocandus est : quem tu tibi parasti, atque ut instrumentum virtutis tuæ confirmasti, et quasi deitatis tuæ simulacrum excitasti. Nam hoc apparente, non ulterius idola colemus : sed neque multorum numinum errori serviemus, neque amplius a te recedemus. Postquam autem ab eo vitam, et salutem quæ in te est acceperimus, nomen tuum invocabimus : neque ulterius cujuspiam nomine appellabimur, non ab Israele Israelitæ, neque a Juda Judæi ; sed a tuo, Christe, nomine Christiani vocabimur. Quapropter secundum Symmachum dicitur : *Vivificabis nos, et nomine tuo vocabimur.* Mirari porro subit, cur Judæi hæc legentes, et a teneris unguiculis meditantes, non quærant quis fuerit ille vir dexteræ Dei, neque eum qui Filius hominis vocatur cognoscant : quare in calamitate sua perseverant. Qui si ipsum novissent ac edidicissent, scirent utique Dei Verbum, quod præsenti supplicatione invocabatur, in ipso habitasse. Sed nos qui ipsum præexsistens esse, ac de hominibus providentiam omnino gerere novimus ; nam *In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit* [82] ; scimus ipsum in propria venisse, quando manus ejus sive vis operans facta est super virum dexteræ ejus, qui in Evangeliis Filius hominis vocatur : quem sibi ipsi ipse ex Spiritu sancto efformavit : quem si noverimus, defectioni nunquam obnoxii erimus, ab eo vitam accipientes, ejus nomine appellati. Nos itaque qui Filium hominis exspectamus, et spem nostram in ipsum conjecimus, hæc de nobis ipsis loquimur : pro membris vero nostris reliquam orationem fundimus his verbis : — Vers. 20. *Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam et salvi erimus,* sermonem in communi proferentes pro iis, qui nondum conversi sunt, necdum adventum ejus noverunt ; ideoque nondum salutem a Deo sunt consecuti.

A *ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου, ὃν ἐκραταίωσας σεαυτῷ. Καὶ οὐ μὴ ἀποστῶμεν ἀπὸ σοῦ.* Ἡ δὲ δύναμις τοῦ λόγου τοῦτον ἔχει τὸν νοῦν· Ἤδη ποτὲ ἡ χεὶρ σου ἡ ἀφανὴς καὶ ἀόρατος ἐπιλαμψάτω ἐπὶ τὸν ὑπηρέτην τῆς σῆς δεξιᾶς ἄνδρα, καὶ ἐπὶ τὸν μέλλοντα χρηματίζειν Υἱὸν ἀνθρώπου· ὃν σὺ σαυτῷ κατεσκεύασας, ἐκραταίωσας ὄργανον τῆς σῆς δυνάμεως, καὶ ὥσπερ ἄγαλμα τῆς σαυτοῦ θεότητος τοῦτον αὐτὸν ἀναστήσας. Τούτου γὰρ φανέντος, εἰδώλοις οὐκέτι λατρεύσομεν· ἀλλ' οὐδὲ τῇ πολυθέῳ πλάνῃ δουλεύσομεν, οὐδὲ ἀναχωρήσομέν σου τοῦ λοιποῦ· δι' αὐτοῦ δὲ ζωωθέντες καὶ τῆς παρὰ σοὶ σωτηρίας τυχόντες, τὸ ὄνομά σου ἐπικαλεσόμεθα, οὐκέτ' ἐξ ἀνθρώπου τινὸς χρηματίζοντες, οὐδ' Ἰσραηλῖται ἀπὸ τοῦ Ἰσραὴλ καλούμενοι, ἀλλ' οὐδὲ ἀπὸ τοῦ Ἰούδα Ἰουδαῖοι· ἀπὸ

B δὲ τοῦ σοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ Χριστιανοὶ χρηματίσομεν. Διὸ λέλεκται κατὰ τὸν Σύμμαχον· *Ζωώσεις ἡμᾶς, καὶ τῷ ὀνόματί σου κληθησόμεθα.* Θαυμάσαι δὲ ἔστι τίνα τρόπον τούτοις ἐντυγχάνοντες Ἰουδαίων παῖδες, ἐξ ἀπαλῶν τε ὀνύχων ταῦτα καταμελετῶντες, οὐ ζητοῦσι τὸν ἄνδρα τῆς δεξιᾶς τοῦ Θεοῦ τίς ποτε ἦν, οὐδὲ τὸν λεγόμενον Υἱὸν ἀνθρώπου ἐπιγινώσκουσι· διὸ καὶ παραμένουσι τῇ ἑαυτῶν συμφορᾷ. Ὡς εἴπερ ἐπέγνωσαν καὶ μεμαθήκεισαν αὐτὸν, ἔγνωσαν ἂν καὶ τὸν ἐν αὐτῷ κατοικήσαντα Θεοῦ Λόγον ὃν ἡ παροῦσα δέησις ἀνεκαλεῖτο. Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὸν εἰδότες προόντα, καὶ ἐκ τοῦ παντὸς ἀνθρώπων

C ἐπιμελόμενον· *Ἐν γὰρ τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω·* ἴσμεν αὐτὸν καὶ εἰς τὰ ἴδια ἐλθόντα, ὅτε καὶ γέγονεν αὐτοῦ ἡ χεὶρ, τουτέστιν ἡ πρακτικὴ δύναμις ἐπὶ τὸν ἄνδρα τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, τὸν καὶ διὰ τῶν Εὐαγγελίων Υἱὸν ἀνθρώπου χρηματίσαντα· ὃν αὐτὸς ἑαυτῷ συνεστήσατο ἐξ ἁγίου Πνεύματος καταρτίσας· ὃν ἐπιγνόντες ἀναπόστατοι λοιπὸν γενησόμεθα δι' αὐτοῦ ζωούμενοι, τῷ τε ὀνόματι αὐτοῦ χρηματίζοντες. Ἡμεῖς μὲν οὖν οἱ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου προσδοκῶντες καὶ τὰς ἐλπίδας εἰς αὐτὸν ἀνηρτημένοι, ταῦτα περὶ ἑαυτῶν φαμεν· περὶ δὲ τῶν ἡμετέρων μελῶν, τὴν λοιπὴν ἱκετηρίαν ἀναπέμπομεν φάσκοντες· *Ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ἐπίστρεψον ἡμᾶς, καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθησόμεθα,* κοινοποιοῦντες τὸν λόγον ὑπὲρ τῶν μηδέπω ἐπιστρεψάντων, μηδὲ τὴν ἐπιφάνειαν ἐπεγνωκότων αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο μηδέπω τῆς παρὰ τῷ Θεῷ σωτηρίας τετυχηκότων.

1. IN FINEM PRO TORCULARIBUS IPSI ASAPH. LXXX.

Vers. 2. *Exsultate Deo adjutori nostro, jubilate Deo Jacob.* Psalmi *Pro torcularibus* inscripti tres numero sunt : unus Davidis, nempe octavus ; unus Asaphi, quem jam tractamus ; filiorum autem Core, LXXXIII. Octavus itaque vocationem gentium aperte vaticinabatur, quam Spiritu divino prævidentes Dei prophetæ stupore afficiebantur : quare mirantis more exclamabant dicentes, *Domine Deus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra!* Octogesimus vero tertius multa tabernacula, multa altaria, atria plurima fore prævidebat ; videlicet Ecclesias Dei per totum orbem constitutas, altaria

[82] Joan. I, 10.

D

ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΛΗΝΩΝ ΤΩ ΑΣΑΦ. Β'

Ἀγαλλιᾶσθε τῷ Θεῷ τῷ βοηθῷ ἡμῶν, ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Οἱ ἐπιγεγραμμένοι τῶν ληνῶν ψαλμοὶ τρεῖς τὸν ἀριθμὸν τυγχάνουσιν· εἷς μὲν τοῦ Δαυὶδ, ὁ ὄγδοος, εἷς δὲ τοῦ Ἀσὰφ, ὁ μετὰ χεῖρας, καὶ τῶν υἱῶν Κορὲ ὁ π' καὶ γ'. Ὁ μὲν οὖν η' σαφῶς τῶν ἐθνῶν τὴν κλῆσιν ἐθέσπιζεν, ἣν τῷ Πνεύματι τῷ θείῳ προθεωροῦντες οἱ τοῦ Θεοῦ προφῆται, ὑπερεξεπλήττοντο· διὸ καὶ ἀποθαυμαστικῶς ἀνεφώνουν τό· *Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ!* Καὶ ὁ γ' δὲ καὶ π' πολλὰ σκηνώματα καὶ πολλὰ θυσιαστήρια καὶ πολλὰς αὐλὰς προεώρα· δηλαδὴ τὰς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίας τοῦ

Θεοῦ, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς πολλὰ θυσιαστήρια· ἃ δὴ παρίστη λέγων· *Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων!* καὶ αὖθις· *Ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου·* καὶ ἐξῆς· *Τὰ θυσιαστήριά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων.* Ὁ δὲ μετὰ χεῖρας ἑτέροις μὲν ἀγαλλιᾶν καὶ ἀλαλάζειν καὶ ψάλλειν παρακελεύεται, τοῦ δὲ Ἰουδαίων ἔθνους τὴν ἀποβολὴν καὶ τὴν ταύτης αἰτίαν παρίστησι, καὶ σφόδρ' ἀκολούθως ταῖς διὰ τῶν ἔμπροσθεν προφητείαις. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῷ πρὸ τούτου ἠρώτα λέγων· *Ἵνα τί καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς, καὶ τρυγῶσιν αὐτὴν πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν;* ἐπιλύεται τὴν ἐπαπόρησιν, διὰ τοῦ μετὰ χεῖρας φάσκων· *Εἰ ὁ λαός μου ἤκουσέ μου, Ἰσραὴλ εἰ ταῖς ὁδοῖς μου ἐπορεύθη· ἐν τῷ μηδενὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐταπείνωσα·* καὶ ἐπιλέγει· *Καὶ οὐκ ἤκουσεν ὁ λαός μου τῆς φωνῆς μου, καὶ Ἰσραὴλ οὐ προσέσχε μοι. Καὶ ἐξαπέστειλα αὐτοὺς κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν, πορεύσονται ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν.* Ἐπεὶ τοίνυν τὸ ἀνήκοον καὶ τὸ ἀπειθὲς αὐτῶν παρίστησι, μεταβάλλει τὸν λόγον εἰκότως, καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν εὐαγγελίζεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πᾶσιν ἀνθρώποις προσφωνοῦν καὶ λέγον· *Ἀγαλλιᾶσθε τῷ Θεῷ τῷ βοηθῷ ἡμῶν.* Λέγει δὲ ταῦτα ἐκ προσώπου τοῦ χοροῦ τοῦ προφητικοῦ. Ὡς γὰρ ἐν τῷ η' ἔλεγε· *Κύριε ὁ Κύριος ἡμῶν,* ἰδιοποιουμένων τὸν Θεὸν τῶν ταῦτα λεγόντων, διὰ τὸ πρώτων αὐτῶν γεγονέναι τὸν Θεόν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα οἱ αὐτοί, τοὺς ἀπεξενωμένους καὶ ἀλλοτρίους ἀνακαλούμενοι, φασίν· Ὦ οὗτοι, καταλείποντες τοὺς πεπλανημένους νομιζομένους ὑμῖν θεοὺς, ἥκετε σπεύδοντες πρὸς τὸν ἡμέτερον Θεὸν, καὶ τούτῳ ἀγαλλιᾶσθε τῷ πάντοτε ἡμῶν τῶν αὐτῷ ἀνακειμένων βοηθῷ γενομένῳ. Τίς δ' ἦν οὗτος, ἐξῆς παριστῶσι λέγοντες· *Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ Ἰακώβ·* τῷ γὰρ πάλαι ὀφθέντι τῷ ἡμετέρῳ προπάτορι Θεῷ ἐλθόντες, ἀλαλάξατε, κατὰ τὸ εἰρημένον καὶ ἐν ξε'· *Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ, πᾶσα ἡ γῆ.* Τίς δὲ ἦν ἡ πᾶσα γῆ διασαφεῖ ὁ εἰπών· *Πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας, ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως.* Τοῖς οὖν αὐτοῖς καὶ διὰ τῶν μετὰ χεῖρας προσφωνεῖ λέγων ὁ χορὸς τῶν προφητῶν· *Ἀγαλλιᾶσθε τῷ Θεῷ τῷ βοηθῷ ἡμῶν, ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ Ἰακώβ.* Θεὸν δὲ Ἰακὼβ τὸν Σωτῆρα σημαίνει τὸν ἐν ἀνθρώπου σχήματι ὀφθέντα τῷ Ἰακώβ· ὅτε καὶ ἐκάλεσε Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐν ᾧ ὤφθη αὐτῷ ὁ Θεὸς, *Εἶδος Θεοῦ,* ἐπειπών· *Εἶδον γὰρ Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή.* Τούτῳ οὖν, ὡς ἂν αὐτῷ ὄντι τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ἀλαλάζειν προστάττει, νικητήριον ὕμνον ἀναπέμποντας αὐτῷ. Ὅπως δὲ βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ Πατρὸς καθίσταται, αὐτὸς διδάσκει λέγων· *Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ.* Οὐ μόνον δὲ ἀλαλάζειν τῷ Θεῷ Ἰακὼβ βούλεται τοὺς κεκλημένους, ἀλλὰ καὶ λαμβάνειν ψαλμὸν καὶ διδόναι τύμπανον, καὶ ψαλτήριον τερπνὸν μετὰ κιθάρας. Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν· *Ἄρατε,* φησὶ,

A que in illis bene multa : quæ his verbis declarat : *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum!* ac rursum : *Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini;* et iterum : *Altaria tua, Domine virtutum.* Psalmus vero præsens, alios quidem exsultare, jubilare et psallere jubet, Judaici vero populi abjectionem ejusque causam declarat, et quidem valde consequenter ad priores prophetias. Nam quia in præcedenti interrogabat dicens : *Utquid destruxisti maceriam ejus, et vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam?* hic dubium solvit his verbis : *Si populus meus audisset me, Israel si in viis meis ambulasset, pro nihilo inimicos eorum humiliassem;* ac subjungit : *Et non audivit populus meus vocem meam, et Israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum* B *desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis.* Quia igitur inobsequentiam eorum et immorigerum animum declarat, sermonem merito Spiritus sanctus transfert, et gentium vocationem annuntiat omnibus hominibus, sic eos alloquens : *Exsultate Deo adjutori nostro.* Hoc porro dicit ex persona chori prophetici. Ut enim in octavo psalmo dicebat : *Domine Dominus noster*, ita ut qui hæc dicerent, Deum quasi sibi proprium prædicarent, quia eorum primum Deus fuerat; ita et hoc loco iidem eos, qui extranei et alieni facti sunt, evocantes, dicunt : Heus vos, relictis iis quos errore ducti deos æstimabatis, venite festinanter ad Deum nostrum, ipsique exsultetis, qui semper nobis ipsi addictis adjutor fuit. Quis porro hic fuerit, deinde declarant dicentes : *Jubilate Deo Jacob :* ad Deum scilicet C qui olim atavo nostro visus est accedentes, jubilate, secundum id quod in LXV psalmo dictum est : *Jubilate, omnis terra.* Quæ esset omnis terra, explicat qui ait : *Omnes gentes, plaudite manibus, jubilate Deo in voce exsultationis*[83]. Eosdem itaque ipsos chorus propheticus in præsenti alloquitur dicens : *Exsultate Deo adjutori nostro, jubilate Deo Jacob.* Deum vero Jacob Servatorem vocat, qui in forma hominis Jacobo visus est, quando vocavit Jacob nomen loci in quo visus ipsi est Deus, *Speciem Dei :* nam hæc addit : *Vidi enim Deum facie ad faciem, et salva facta est anima mea.* Huic enim, utpote qui rex noster sit, jubilare præcipit, triumphalemque hym- D num ipsi emittere. Quomodo autem rex a Patre constituatur, ipse docet his verbis : *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus.* Non solum autem vult vocatos jubilare Deo Jacob, sed etiam accipere psalmum et dare tympanum, et psalterium jucundum cum cithara. Secundum Aquilam vero : *Levate*, inquit, *melodiam et date tympanum, citharam decentem cum nabla;* secundum Symmachum autem : *Suscipite canticum, et date tympanum, lyram dulcem cum nabla.* Aliquid igitur accipere, aliquid retribuere præcipit; accipere quidem, secundum Aquilam, melodiam; secundum Symmachum vero, canticum; retribuere autem

[83] Psal. XLVI. 2.

tympanum, aut lyram dulcem cum nabla. Queis præcipitur, ut auribus quidem verbi doctrina excipiatur; actio autem corpore tribuatur. Canticum enim et melodia auribus verbo traditur : quare ait : Suscipite canticum et melodiam, secundum Aquilam et Symmachum. His vero acceptis, retribuite psalterium jucundum cum cithara, sive lyram dulcem cum nabla. Tympanum autem est instrumentum ex corporea pelle concinnatum; psalterium autem, citharæ species, chordis confectum est, quibus corpus nostrum subindicatur. Vult itaque ipsis operibus ac gestis præcepta verbis tradita impleri; et hæc agere jubentur quotquot in ecclesiis Dei per totum orbem congregati sunt. Quapropter *In finem* et *Pro torcularibus* hæc quæ diximus inscripta sunt. Torcularia enim ne aliud quidpiam dici putes, quam ecclesias Dei, in quibus coacti, collectisque una fructibus nostris, unam commixtionem efficimus ad gloriam et lætitiam Verbi Dei. Mirum porro quo pacto præcedens psalmus incendium declaraverit, necnon vineæ ex Ægypto translatæ vastitatem et ruinam integram; hic vero psalmus, quasi alia vitis, alia vinea sit, imo vero multæ vineæ, torcularia inducit plurima : fausta vero denuntiat illis qui ad ea vocati sunt. Pro primo igitur populo vineam unam, torcular unum, unamque vitem induxit qui ait : *Vinea facta est dilecto in cornu, in loco pingui* [84]. Deinde ait : *Et protorcular fodi in ea, et plantavi vineam Sorec.* In præcedenti vero unam vitem denotabat dicens : *Vineam de Ægypto transtulisti.* In psalmis autem, qui *Pro torcularibus* inscripti sunt, multa declarat torcularia, plurimarum scilicet vinearum. Quod si novam vineam nosse velis, quæ post prioris ruinam in hominibus exorta est, a Deo Verbo ediscas hæc de se docente : *Ego sum vitis vera, Pater meus agricola est. Omnem palmitem non ferentem fructum in me, tollit eum; et omnem ferentem fructum, purgat eum, ut fructuum plus ferat. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis : manete in me, et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite; sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me et ego in eo, et hic fert fructum multum : quia sine me nihil potestis ferre* [85]. Priscæ ergo illius vineæ finem descripsit præcedens psalmus; vera autem vinea quem habeat cultorem et agricolam, quos palmites, quas botrus, salutaris doctrina declarat. Ex hujus itaque palmitibus per totum orbem distributis, vineæ constitutæ sunt, quarum fructus in unum collecti in ecclesiis per orbem fundatis, multitudinem torcularium invexerunt. Qua de causa psalmi *Pro torcularibus* inscripti per Spiritum sanctum prophetice pronuntiati sunt.

A *μελῳδίαν, καὶ δότε τύμπανον, κιθάραν εὐπρεπῆ μετὰ νάβλης· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· Ἀναλάβετε ᾠδήν, καὶ δίδοτε τύμπανον, λύραν ἡδεῖαν μετὰ νάβλης.* Οὐκοῦν τὸ μέν τι προστάττει λαμβάνειν, τὸ δὲ διδόναι· λαμβάνειν μὲν, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, μελῳδίαν, κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, ᾠδήν· ἀντιδιδόναι δὲ τύμπανον ἢ λύραν ἡδεῖαν μετὰ νάβλης. Δι' ὧν ὁ λόγος προστάττει δέχεσθαι μὲν ἀκοαῖς τὴν τῶν λόγων διδασκαλίαν, διδόναι δὲ τὴν διὰ τοῦ σώματος πρᾶξιν· ὨΙδὴ μὲν γὰρ καὶ μελῳδία λόγῳ ἀκοαῖς παραδίδοται· διό φησι· Λάβετε ᾠδὴν καὶ μελῳδίαν, κατὰ τὸν Ἀκύλαν καὶ Σύμμαχον. Ταῦτα δὲ λαμβάνοντες ὑμεῖς, ἀντίδοτε ψαλτήριον τερπνὸν μετὰ κιθάρας, ἢ λύραν ἡδεῖαν μετὰ νάβλης. Τύμπανον δὲ ὄργανόν ἐστιν ἐκ δορᾶς σωματικῆς κατεσκευασμένον, καὶ τὸ ψαλτήριον

B κιθάρας εἶδος ὧδέ πη διὰ χορδῶν κατηρτισμένον, δι' ὧν τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον ἠνίξατο. Βούλεται τοίνυν αὐτοῖς ἔργοις καὶ πράξεσι τὰ διὰ τῶν λόγων παραγγέλματα ἀποπληροῦν· καὶ ταῦτα πράττειν ὁ λόγος τοῖς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης συγκροτουμένοις προστάττει. Διὸ *Εἰς τὸ τέλος* καὶ *Ὑπὲρ τῶν ληνῶν* προγέγραπται τὰ λελεγμένα. Ληνοὺς γὰρ μηδὲ ἄλλο τι νόμιζε λέγεσθαι ἢ τὰς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, ἐν αἷς συγκροτούμενοι καὶ τοὺς ἑαυτῶν καρποὺς κατὰ τὸ αὐτὸ συμβαλλόμενοι, μίαν κρᾶσιν ποιούμεθα εἰς δόξαν καὶ εὐφροσύνην τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ. Θαυμάσαι δὲ ἔστιν ὅπως ὁ μὲν πρὸ τούτου ψαλμὸς ἐμπυρισμὸν ἐδήλου, καὶ παντελῆ ἐρημίαν καὶ ἀφανισμὸν τῆς ἐξ Αἰγύπτου μετενηνεγμένης ἀμπέλου· ὁ δὲ μετὰ χεῖρας, ὥσπερ

C ἑτέρας ὑποστάσης ἀμπέλου καὶ ἀμπελῶνος ἑτέρου, μᾶλλον δὲ πλειόνων ἀμπελώνων ληνοὺς ὑφίστησι πλείους, φαιδρά τε εὐαγγελίζεται τοῖς ἐπὶ ταύτας κεκλημένοις. Ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ προτέρου λαοῦ ἕνα ἀμπελῶνα καὶ μίαν ληνὸν, μίαν τε ἄμπελον εἰσήγαγεν ὁ φήσας· *Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ ἐν κέρατι, ἐν τόπῳ πίονι.* Εἶθ' ἑξῆς· *Καὶ προλήνιον*, φησὶν, *ὤρυξα ἐν αὐτῷ, καὶ ἐφύτευσα ἄμπελον Σωρήκ.* Καὶ ἐν τῷ πρὸ τούτου μίαν ἄμπελον ἐδήλου λέγων· *Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας.* Ἐν δὲ τοῖς *Ὑπὲρ τῶν ληνῶν* πλείους δηλοῖ ληνοὺς, δηλαδὴ πλειόνων ἀμπελώνων. Εἰ δὲ καὶ τὴν ἄμπελον τὴν καινὴν γνῶναι βουληθείης, τὴν μετὰ τὸν ἀφανισμὸν τῆς προτέρας ἐν ἀνθρώποις φυεῖσαν, μάνθανε παρὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου περὶ αὐτοῦ ταῦτα διδάσκοντος·

D *Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός. Πᾶν κλῆμα μὴ φέρον καρπὸν ἐν ἐμοὶ, αἴρει αὐτό· καὶ πᾶν τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτὸ, ἵνα καρπὸν πλείονα φέρῃ. Ἤδη ὑμεῖς καθαροί ἐστε διὰ τὸν λόγον ὃν λελάληκα ὑμῖν· μείνατε ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν ὑμῖν. Καθὼς τὸ κλῆμα οὐ δύναται φέρειν καρπὸν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐὰν μὴ μείνῃ ἐν τῇ ἀμπέλῳ· οὕτω καὶ ὑμεῖς, ἐὰν μὴ ἐν ἐμοὶ μείνητε. Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα. Ὁ μένων ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ, καὶ οὗτος φέρει καρπὸν πολύν· ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε φέρειν.* Τῆς μὲν οὖν προτέρας ἀμπέλου τὰ τέλη διέγραψεν ὁ πρὸ τούτου ψαλμός· ἡ δὲ ἀληθινὴ ἄμπελος ὁποῖον ἔχει φυτουργὸν καὶ γεωργὸν, καὶ ὁποῖα κλήματα, καὶ ὁποίους βότρυς, ἡ σω-

[84] Isa. v, 1. [85] Joan. xv, 1 et seqq.

τήριος παρίστησι διδασκαλία. Ἐκ τῶν ταύτης τοιγαροῦν κλημάτων διαδοθέντων καθ' ὅλης της οἰκουμένης συνέστησαν ἀμπελῶνες· καὶ τούτων οἱ καρποὶ κατὰ τὸ αὐτὸ συναγόμενοι ἐν ταῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐκκλησίαις πολὺ πλῆθος ἀπειργάσαντο ληνῶν· ὧν ἕνεκα διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος οἱ *Ἐπιλήτιοι* ψαλμοὶ προφητικῶς ἀνεφωνήθησαν.

Σαλπίσατε ἐν νεομηνίᾳ σάλπιγγι, ἐν εὐσήμῳ A *ἡμέρᾳ ἑορτῆς ὑμῶν.* Ἐκάλει μὲν ὁ λόγος ἀρχόμενος ἐπὶ ἀγαλλίασιν· προσέταττε δὲ ἀλαλάζειν, τουτέστιν ὕμνον ἐπινίκιον ἀναπέμπειν τῷ δηλωθέντι Θεῷ Ἰακώβ· εἶτα λόγους διδασκαλικοὺς παραλαμβάνοντας, ἔργοις τούτους ἀποπληροῦν· πληρωτὰς δὲ γενομένους τῶν ἔργων, ἤδη λοιπὸν καὶ εἰς πάντας ἀνθρώπους κηρύττειν καὶ σαλπίζειν, ἐξηχεῖν τε καὶ ἐξάκουστον τοῖς πᾶσι ποιεῖν τὸ Εὐαγγέλιον· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ Σωτὴρ παρεκελεύετο λέγων τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς· *Ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύσσετε ἐπὶ τῶν δωμάτων.* Διὸ λέλεκται τοῖς τὰ πρῶτα κατωρθωκόσι· *Σαλπίσατε.* Πῶς δὲ αὐτοὺς βούλεται σαλπίζειν, ἢ ὡς ἐσάλπιζον πάλαι πρότερον οἱ τὰς εἰκόνας ἐπιτελοῦντες, καὶ τὰ σύμβολα καὶ τοὺς τύπους τῶν ἀληθῶν; Ἐσάλπιζον δὲ ἐκεῖνοι ἐν νεομηνίᾳ καὶ ἐν εὐ- B σήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς. Καὶ τοῦτ' ἔπραττον κατὰ τὸν ἕβδομον μῆνα, ἐν ᾧ συνερχόμενοι, τὴν ἑορτὴν τῶν Σαλπίγγων ἐπετέλουν, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τοῦτο πράττοντες. Λέγει δ' οὖν ἡ γραφὴ τοῦ νόμου· *Τοῦ μηνὸς τοῦ ἑβδόμου, μιᾷ τοῦ μηνὸς, ἔσται ὑμῖν ἀνάπαυσις, μνημόσυνον σαλπίγγων· κλητὴ ἁγία ἔσται ὑμῖν.* Οὕτως οὖν ὥσπερ ἐν τῇ νεομηνίᾳ τῇ τότε ἐσάλπιζον, βούλεται καὶ νῦν τοὺς κεκλημένους σαλπίζειν. Ἦν δὲ ἡ ἡμέρα ἐκείνη ἡ τῆς ἑορτῆς τῶν Σαλπίγγων εὔσημος ἡμέρα· λέγει δ' οὖν Μωσῆς περὶ αὐτῆς· *Πᾶν ἔργον λατρευτὸν οὐ ποιήσετε. Ἡμέρα σημασίας ἔσται ὑμῖν.* Διὸ καὶ ἐνταῦθα λέλεκται· *Ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς ὑμῶν.* Ἦν οὖν ἡμέρα εὔσημος καὶ ἑορτὴ οὐδενὸς ἑτέρου ἢ σαλπίγγων· C ἔνθεν καὶ Σαλπίγγων ἑορτὴ κέκληται. Τριῶν δὲ οὐσῶν ἑορτῶν κατὰ τὸν αὐτὸν μῆνα· πρώτης μὲν τῆς τῶν Σαλπίγγων ἐν τῇ νεομηνίᾳ συντελουμένης· ἑτέρας δὲ τῆς τοῦ Ἱλασμοῦ ἐν τῇ δεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς γιγνομένης· καὶ τρίτης τῆς τῶν Σκηνῶν· μόνην τὴν τῶν Σαλπίγγων μιμεῖσθαι κελεύει φάσκων· *Σαλπίσατε ἐν νεομηνίᾳ σάλπιγγι·* σαφέστερον δὲ οὕτως ἂν εἶπεν. Ὥσπερ ἐν τῇ νεομηνίᾳ ἐσάλπιζόν ποτε περιτρέχοντες πάντα τόπον εἰς τὸ σημῆναι τὴν ἑορτὴν, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὑμεῖς, οἷς ὁ λόγος προστάττει, *σαλπίσατε.* Βούλεται δὲ τοὺς κήρυκας τῶν ἐθνῶν μὴ ταῖς λοιπαῖς προσέχειν Ἰουδαϊκαῖς παρατηρήσεσι, μόνῳ δὲ χρῆσθαι τῷ κηρύγματι, καὶ σαλπίζειν εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους τὸν σωτήριον καὶ εὐαγγελικὸν λόγον. Τούτων γὰρ αὐτῶν τὰ σύμβολα καὶ Μωσῆς D ἐποίει, καὶ ἦν πρόσταγμα τῷ Ἰσραὴλ ἰδίως τοῦτο νενομοθετημένον, τὸ δεῖν σαλπίζειν, καὶ διὰ τῆς σάλπιγγος σημαίνειν τοῖς πᾶσι τὴν τοῦ καιροῦ ἑορτήν. Τὸ δὲ πρόσταγμα τοῦτο κατὰ κρίσιν ἐγένετο, καὶ κατὰ βούλημα καὶ κρῖμα τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. Αὐτὸς γὰρ τῷ Ἰακὼβ ὀφθεὶς πάλαι Θεὸς ἐν ἀνδρὸς εἴδει καὶ σχήματι, οὗτος ἦν ὁ ταῦτα καὶ διὰ Μωσέως εἰκονικῶς τῷ λαῷ πράττειν διαταξάμενος. Ὅτι δὲ τὸ σαλπίζειν ἀντὶ τοῦ βοᾷν καὶ εἰς πάντας καταγγέλλειν λέλεκται, διδάσκει ὁ Σωτὴρ λέγων· *Ὅταν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου.*

VERS. 4. *Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* Sub initium quidem sermo ad exsultationem vocabat, ac jubilare præcipiebat, hoc est, triumphalem hymnum memorato Deo Jacob emittere; deinde suscepta doctrinæ verba operibus implere: absolutis autem operibus, tum demum hominibus prædicare et buccinare, vociferari item et in omnium auribus Evangelium nuntiare; quemadmodum Servator discipulis præcipit suis dicens: *Quod in aure auditis, prædicate super tecta* [86]. Quamobrem iis qui priora recte gesserant, dictum est: *Buccinate.* Qua autem ratione ipsos buccinare voluerit, nisi qua olim et antiquitus qui veri imaginem, symbola et signa gerebant? Buccinabant porro illi in neomenia, et in insigni die solemnitatis. idque agebant septimo mense, quo congregati, Tubarum solemnitatem celebrabant: idque semel per annum præstabant. Ait ergo legis scriptura: *Mense septimo, prima mensis erit vobis requies, memoriale tubarum: vocabitur sancta vobis* [87]. Ut igitur in neomenia illa clangebant, ita etiamnunc vocatos buccinare cupit. Erat autem dies illa solemnitatis Tubarum, dies conspicua; aitque de illa Moyses: *Omne opus servile non facietis: dies celebritatis erit vobis* [88]. Quapropter hic quoque dicitur: *In insigni die solemnitatis vestræ.* Erat ergo insignis dies et festus dies, non alius rei quam tubarum: quare Tubarum festum vocabatur. Cum autem tres essent eodem mense solemnitates, prima Tubarum, quæ in neomenia celebrabatur; secunda Propitiationis, decima die mensis; tertia Tabernaculorum; solam Tubarum diem imitari præcipit dicens: *Buccinate in neomenia tuba;* quod clarius ita protulisset: Sicut olim in neomenia, locum omnem circumcursantes buccinabant, ut festum indicarent; similiter et vos qui jubemini, *buccinate.* Vult porro gentium præcones, non cæteris Judaicis observationibus animum adhibere, sed sola prædicatione uti, et omnibus hominibus salutare et evangelicum verbum buccinare. Horum namque symbola Moyses instituebat, eratque præceptum in Israel (VERS. 5) lege sancitum quod buccinare oporteret, dieique festi tempus tuba omnibus significare. Hoc vero præceptum ex judicio, voluntate et decreto Dei Jacob edebatur. Ipse namque Deus, qui Jacobo olim in viri specie et forma visus est, hic erat qui olim isthæc populum facere figurate per Moysem jubebat. Quod autem buccinare hic, clamare et omnibus annuntiare, significet, docet Servator his verbis: *Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te* [89].

[86] Matth. x, 27. [87] Levit. XXIII, 24. [88] Lev. XXIII, 7. [89] Matth. VI, 2.

VERS. 6. *Testimonium in Joseph posuit illud, cum exiret de terra Ægypti, linguam quam non noverat audivit.* Memoratum de tubis præceptum, testimonium, inquit, posuit in Joseph. Secundum Symmachum vero: *Testificationem per Joseph posuit illud:* testimonium vero quasi testificatus dabat: eratque illud signum alterius rei. Aliquas enim tubas subindicabat, quarum officium cum apostoli Servatoris nostri, tum evangelici verbi præcones partim explebant, per omnem terram clangentes, omnibusque gentibus salutaris Dei adventus festum prædicantes. Arcanorum vero consummationem per angelos futuram docet qui ait: *Tuba canet enim, et mortui in Christo resurgent primi* [90]; ac rursum: *In momento, in ictu oculi, in novissima tuba* [91]; iterumque: *Ipse Dominus in jussu et in voce archangeli, et in tuba Dei descendet* [92]. His porro Servator discipulos suos initiabat dicens: *Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum potestate et majestate magna. Et mittet angelos suos cum tuba magna, et congregabunt electos ejus ex quatuor ventis, a summis cœlorum usque ad extremum eorum* [93]. Sed mortuorum quidem resurrectio, per evangelicas tubas annuntiantes adventum regni Filii Dei, efficietur: apostoli autem jam in primo adventu ejus tubis, magnis scilicet Spiritus sancti vociferationibus utentes, quotquot olim secundum animam mortui erant, ad vitam quæ in Deo est revocarunt. Quorum symbola tradens Moyses, Tubarum festum lege sancivit. Quapropter dicitur: *Testimonium in Joseph posuit illud.* Quodnam illud præceptum erat? de tubis scilicet: ab una autem tribu Joseph totam gentem indicavit. Cur autem in his totam gentem Joseph vocavit? Quia Josephi occasione omnes in Ægyptum descenderunt. Quandonam vero testimonium, videlicet tubarum legem populo posuit, nisi quo tempore eduxit eum de terra Ægypti, quando linguam quam non noverat audivit? Cum enim in deserto versarentur, voce Dei dignati sunt, qui Decalogum ipsorum auribus exceptum, servandum tradidit. Tempore autem illo ab Ægyptiaca servitute et calamitate liberati sunt. Quamobrem dictum est: — (VERS. 7.) *Divertit ab oneribus dorsum ejus, manus ejus in cophino servierunt;* secundum Symmachum vero: *Abstulerunt ab onere humerum ejus: manus ejus a cophino liberatæ sunt.* Nam cum Pharaoni servirent, ac luto lateribusque astringerentur, civitates ipsi ædificantes, tunc sane cophinis manus, oneribus humeri defatigabantur. Cæterum visitatione Dei adveniente, liberi evasere. Quare ait: *Divertit ab oneribus dorsum ejus.* Quis vero divertit, nisi qui liberavit eos Deus? His porro dignatus eos est, quia in tribulatione ipsum invocabant. Quod etiam Moysis Scriptura declarat dicens: *Et ingemuerunt filii Israel, et clamaverunt ad Dominum, et ascendit clamor eorum ad*

A *Μαρτύριον ἐν τῷ Ἰωσὴφ ἔθετο αὐτό, ἐν τῷ ἐξελθεῖν αὐτὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου, γλῶσσαν ἣν οὐκ ἔγνω ἤκουσε.* Τὸ προλεχθὲν περὶ σαλπίγγων πρόσταγμα μαρτύριον, φησὶν, ἔθετο ἐν τῷ Ἰωσήφ· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, *Μαρτυρίαν διὰ τοῦ Ἰωσὴφ ἔταξεν αὐτό·* τὸ δὲ μαρτύριον ὥσπερ διαμαρτυρόμενος ἐδίδου· καὶ ἦν τοῦτο σημεῖον ἑτέρου πράγματος· ἠνίττετο γὰρ περί τινων σαλπίγγων, ὧν ἐκ μέρους μὲν οἱ ἀπόστολοι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ οἱ τοῦ εὐαγγελικοῦ λόγου κήρυκες ἀπεπλήρουν τὰ ἔργα, εἰς πᾶσαν τὴν γῆν σαλπίζοντες, καὶ πᾶσιν ἔθνεσι κηρύττοντες τὴν τῆς σωτηρίου θεοφανείας ἑορτήν. Τὰ δὲ ἀποτελέσματα τῶν ἀπορρητοτέρων δι' ἀγγέλων ἔσεσθαι διδάσκει ὁ εἰπών· *Σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται πρῶτοι·* καὶ πάλιν· B *Ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι·* καὶ πάλιν· *Αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι καὶ ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται.* Ταῦτα δὲ καὶ ὁ Σωτὴρ ἐμυσταγώγει τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς, λέγων· *Καὶ ὄψονται τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. Καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος μεγάλης, καὶ ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν.* Ἀλλ' ἡ μὲν τῶν νεκρῶν ἀνάστασις ἔσται ποτὲ διὰ σαλπίγγων εὐαγγελικῶν εὐαγγελιζομένων τὴν ἄφιξιν τῆς βασιλείας τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· καὶ οἱ ἀπόστολοι δὲ ἐντεῦθεν ἤδη κατὰ τὴν πρώτην αὐτοῦ παρουσίαν σάλπιγξι χρώμενοι, ταῖς τοῦ ἁγίου Πνεύματος μεγαλοφωνίαις πάντας ἀνεκαλοῦντο τοὺς ψυχὰς νενεκρωμένους ἐπὶ τὴν ἐν Θεῷ ζωήν· ὧν τὰ σύμβολα Μωσῆς παραδιδοὺς, τὴν περὶ σαλπίγγων ἐνομοθέτει ἑορτήν. Διὸ λέλεκται· *Μαρτύριον ἐν τῷ Ἰωσὴφ ἔθετο αὐτό.* Τί δὲ αὐτὸ ἦν τὸ πρόσταγμα; τὸ περὶ τῶν σαλπίγγων· ἀπὸ μιᾶς δὲ φυλῆς τῆς τοῦ Ἰωσὴφ τὸ πᾶν ἐδήλου ἔθνος. Διὰ τί δὲ ἐν τούτοις τὸ πᾶν ἔθνος Ἰωσὴφ ὠνόμασεν; Ἐπειδήπερ προφάσει τοῦ Ἰωσὴφ οἱ πάντες κατεληλύθεισαν εἰς Αἴγυπτον. Πότε δὲ μαρτύριον τὸν περὶ σαλπίγγων νόμον ἔθετο τῷ λαῷ, ἢ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, καθ' ὃν ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ὁπηνίκα γλῶσσαν ἣν οὐκ ἔγνω ἤκουσεν; Ἐπὶ τῆς ἐρήμου γὰρ διατρίβοντες, φωνῆς Θεοῦ κατηξιώθησαν, τὴν Δεκάλογον αὐτοῖς C ἐξάκουστον διατταττομένου. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ καὶ τῆς παρ' Αἰγυπτίοις δουλείας τε καὶ κακοπαθείας ἠλευθεροῦντο. Διὸ λέλεκται· *Ἀπέστησεν ἀπὸ ἄρσεως τὸν ὦμον αὐτοῦ· αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐν τῷ κοφίνῳ ἐδούλευσαν·* κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Παρεῖλον ἀπὸ βαστάγμου τὸν ὦμον αὐτοῦ, αἱ χεῖρες αὐτοῦ κοφίνου ἀπηλλάγησαν.* Ὅτε γὰρ ἐδούλευον τῷ Φαραὼ, πηλῷ τε καὶ πλινθείᾳ κατειργάζοντο, οἰκοδομοῦντες αὐτῷ τὰς πόλεις, τὸ τηνικαῦτα κοφίνοις μὲν τὰς χεῖρας, βαστάγμασι δὲ τοὺς ὤμους κατεπονοῦντο. Πλὴν ἀλλὰ τούτων ἁπάντων ἐλεύθεροι κατέστησαν τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῖς γενομένης. Διό φησιν· *Ἀπέστησεν ἀπὸ ἄρσεως τὸν ὦμον αὐτοῦ.* Τίς δὲ ἀπέστησεν,

[90] I Thess. IV, 15. [91] I Cor. XV, 52. [92] I Thess. IV, 15. [93] Matth XXIV, 30.

ἀλλ' ἢ ὁ ἐλευθερώσας αὐτοὺς Θεός; Τούτων δὲ αὐτοὺς ἠξίου, ἐπειδήπερ ἐν θλίψει αὐτὸν ἐπεκαλοῦντο· καὶ τοῦτο δὲ ἡ Μωσέως παρίστησι Γραφὴ λέγουσα· *Καὶ κατεστέναξαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, καὶ ἀνεβόησαν πρὸς Κύριον, καὶ ἀνέβη βοὴ αὐτῶν πρὸς τὸν Θεόν*. Οἷς ἀκολούθως καὶ τὸ παρόν φησι λόγιον· *Ἐν θλίψει ἐπεκαλέσω με, καὶ ἐρρυσάμην σε· ἐπήκουσά σου ἐν ἀποκρύφῳ καταιγίδος, ἐδοκίμασά σε ἐπὶ ὕδατος ἀντιλογίας*. Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ἐπήκουσά σου ἐν ἀποκρύφῳ καταιγίδος*, ὁ μὲν Ἀκύλας· *Ἐπακούσω σου ἐν ἀποκρύφῳ βροντῆς*· καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις ὁμοίως. Εἶτα ἐπιλέγει· *Ἐδοκίμασά σε ἐπὶ ὕδατος ἀντιλογίας*. Ὃ δὴ καὶ αὐτὸ σαφῶς ἡ Μωσέως παρίστησι Γραφὴ λέγουσα· *Οὐκ ἦν δὲ ὕδωρ πιεῖν τῷ λαῷ· καὶ ἐλοιδορεῖτο ὁ λαὸς πρὸς Μωσῆν, καὶ ἔλεγον· Δὸς ἡμῖν ὕδωρ, ἵνα πίωμεν. Ὁ δὲ ἔλεγε· Τί λοιδορεῖσθέ μοι, ἢ τί πειράζετε Κύριον;* Καὶ ἐξῆς· *Εἶπε Μωσῆς πρὸς Κύριον λέγων· Τί ποιήσω τῷ λαῷ τούτῳ; ἔτι μικρὸν, καὶ λιθοβολήσουσί με. Εἶθ' ὁ Κύριος πρὸς αὐτὸν φησιν· Ὅδε ἐγὼ ἕστηκα πρὸ τοῦ σὲ ἐκεῖ, ἐπὶ τῆς πέτρας ἐν Χωρήβ. Καὶ πατάξω τὴν πέτραν, καὶ ἐξελεύσεται ὕδωρ, καὶ πίεται ὁ λαός. Καὶ ἐποίησεν οὕτως Μωσῆς. Καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου Πειρασμὸς καὶ Λοιδόρησις, διὰ τὴν λοιδορίαν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ διὰ τοῦ πειράζειν αὐτοὺς Κύριον, λέγοντας· Εἰ ἔστι Κύριος ἐν ἡμῖν, ἢ οὔ;* Ταῦτα πάντα τὸν ἐξ ἐθνῶν λαὸν διδάσκει ἡ μετὰ χεῖρας προφητεία, ὡς ἂν μάθοιο ποίων ἔτυχεν ὁ πρῶτος λαὸς, καὶ εἰς οἷον ἐλήλυθε τέλος, σωφρονίζοιτό τε ἐκ τοῦ παραδείγματος. Διὸ τοῖς προλεχθεῖσιν ἐπισυνάπτει τὰ ἑξῆς ἀναγκαίως, ἐν οἷς εἴρηται· *Ἄκουσον, λαός μου, καὶ διαμαρτυροῦμαί σοι· Ἰσραὴλ, ἐὰν ἀκούσῃς μου, οὐκ ἔσται σοι Θεὸς πρόσφατος, οὐδὲ προσκυνήσεις Θεῷ ἀλλοτρίῳ. Ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου ὁ ἀναγαγών σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου· πλάτυνον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό. Καὶ οὐκ ἤκουσεν ὁ λαός μου τῆς φωνῆς μου, καὶ Ἰσραὴλ οὐ προσέσχε μοι. Καὶ ἐξαπέστειλα αὐτοὺς κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν· πορεύσονται ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν.* Τὰ μὲν παρ' ἐμοῦ, φησὶ, δεδωρημένα τῷ λαῷ τοιαῦτα ἦν, ὁποῖα διεξῆλθεν ὁ λόγος· τὰ δ' ἐξ αὐτῶν εἰς ἐμὲ οὐχ ὅμοια, οὐδὲ ἄξια ὧν ἔτυχον παρ' ἐμοῦ. Ἐγὼ μὲν γὰρ ὁ τῶν τοσούτων αὐτοῖς χορηγὸς ἀγαθῶν, ἓν τοῦτ' αὐτοῖς, τὸ δὴ τῶν νόμων κεφάλαιον, λέγω δὲ τὸ μὴ εἰδωλολατρεῖν, ἐμὲ δὲ μόνον Θεὸν εἰδέναι, παρεκελευσάμην, αὐτὰ δὴ ταῦτα παραινῶν καὶ λέγων· *Ἄκουσον, λαός μου, καὶ διαμαρτυροῦμαί σοι· Ἰσραὴλ, ἐὰν ἀκούσῃς μου, οὐκ ἔσται ἐν σοὶ Θεὸς πρόσφατος, οὐδὲ προσκυνήσεις Θεῷ ἀλλοτρίῳ· ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου ὁ ἀναγαγών σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου.* Ταῦτα παρῄνουν, ταῦτα παρεκελευόμην, ταῦτα ὁ πᾶς τῆς ἐμῆς νομοθεσίας ἐβούλετο νοῦς. Συνῆπτό τε τοῖς παραγγέλμασιν ἀγαθῶν ἐπαγγελία, δι' ὧν ἔφασκον· *Πλάτυνον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό.* Εἰ γὰρ ταῦτα φυλάξετε,

Deum [94]. Quibus accinit hoc dictum sic habens : — (Vers. 8.) *In tribulatione invocasti me, et liberavi te, exaudivi te in abscondito tempestatis, probavi te apud aquam contradictionis.* Pro illo autem : *Exaudivi te in abscondito tempestatis*, Aquila sic habet : *Exaudiam te in abscondito tonitrui*, et quinta editio similiter. Deinde subdit : *Probavi te apud aquam contradictionis.* Quod ipsum clare Moysis Scriptura enarrat his verbis : *Non erat autem aqua ad bibendum populo : et jurgatus est populus contra Moysem dicens : Da nobis aquam, ut bibamus. Ille vero dicebat : Quare jurgamini mecum, aut cur tentatis Dominum* [95]? Postea vero : *Dixit Moyses ad Dominum : Quid faciam populo huic ? parum aberit quin lapident me. Deinde ait Dominus ad eum : Hic ego sto ante te in petra in Choreb. Et percutiam petram, et exibit aqua, et bibet populus. Et fecit ita Moyses. Et vocavit nomen loci illius, Tentationem et Jurgium, propter jurgium filiorum Israel, et quia tentaverunt Dominum dicentes : An est Dominus in nobis, necne* [96]? Hæc universum ex gentibus populum docet præsens prophetia, ut sciant quæ prisco illi populo acciderint, et qui finis ejus fuerit ; atque ex ejus exemplo ad cautelam vocetur. Quare prædictis hæc quæ sequuntur necessario adjicit : — Vers. 9-13. *Audi, populus meus, et testificabor tibi : Israel, si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti ; dilata os tuum, et implebo illud. Et non audivit populus meus vocem meam, et Israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum ; ibunt in adinventionibus suis.* Talia erant, inquit, munera populo per me collata, qualia sermo enarravit. Sed quæ in me ipsi peregere, non similia, neque digna iis erant quæ a me consecuti sunt. Siquidem ego tot tantorumque ipsis largitor bonorum, hoc unum ab eis expetens, quod sane legum summa et caput est, ut non idola, sed me solum Deum colerent, præcepi, his illos commonens verbis : *Audi, populus meus, et testificabor tibi : Israel, si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti.* Hæc monui, hæc præcepi : hæc erat totius legis meæ mens et sententia. Præceptis vero bonorum promissio copulabatur, cum dicerem : *Dilata os tuum, et implebo illud.* Nam hæc si servetis, affatim ubertimque cibi vobis suppeditabuntur, sive corporei, sive ii qui per divinas disciplinas animæ subministrantur. Ego quidem hæc monebam, hæc promittebam ; illi autem vocem meam non audierunt : et Israel, qui tantis beneficiis ornatus est, non intendit mihi : ideo jure *dimisi eos secundum desideria cordis eorum.* Pro quo Symmachus interpretatus est : *Non audivit autem populus meus vocem meam, et Israel non obtemperavit mihi. Dimisi ergo illos beneplacito cordis sui, ut*

[94] Exod. II, 22. [95] Exod. XVII, 1. [96] ibid. 4.

ambulent in consiliis suis. Hinc divinus Apostolus de quibusdam docet : *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum* [97]. Pro illo autem, *Non erit in te Deus recens :* Aquila, *Non erit in te fortis alienus ;* Symmachus vero : *Non sit in te Deus extraneus* , interpretati sunt Extraneum autem : alienum et recentem Deum, qui talis apud gentes falso reputatur, nominavit, multorum numinum idololatriam sic carptim memorans. Quibus subdit : *Ego enim sum Dominus Deus tuus,* declarans se neque extraneum, neque alienum, neque recentem Deum esse. Erat quippe unum et idem Dei Verbum, quod olim diversimode antiquis illis oracula fundebat, quodque Deus Jacob vocatur, quod item in consummatione sæculorum in terra visum est. Nam etiam ante divinum suum adventum in mundo erat, et mundus per ipsum factus est. Quamobrem hæc instituta tradit : *Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti.*

A ἀκοπιάτως ἔξετε καὶ πεπληρωμένος τὰς τροφὰς, εἴτε τὰς τοῦ σώματος, εἴτε καὶ τὰς διὰ θείων μαθημάτων τῇ ψυχῇ χορηγουμένας. Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα παρήνουν καὶ ἐπηγγελλόμην· οἱ δὲ οὐκ ἤκουον τῆς ἐμῆς φωνῆς· καὶ ὁ τοσούτων κατηξιωμένος εὐεργεσιῶν Ἰσραὴλ οὐ προσέσχε μοι· ὅθεν εἰκότως *ἐξαπέστειλα αὐτοὺς κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν.* Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν εἰπών· *Οὐχ ὑπήκουσε δὲ ὁ λαός μου τῆς φωνῆς μου, καὶ Ἰσραὴλ οὐκ ἐπείσθη μοι. Ἀφῆκα οὖν αὐτοὺς τῇ ἀρεσκείᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν, ὁδεύειν ταῖς βουλαῖς αὐτῶν.* Ἐντεῦθεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος διδάσκει περί τινων λέγων· *Διὸ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν.*

B Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Οὐκ ἔσται ἐν σοὶ Θεὸς πρόσφατος,* ὁ Ἀκύλας· *Οὐκ ἔσται ἐν σοὶ ἰσχυρὸς ἀλλότριος·* ὁ δὲ Σύμμαχος· *Μὴ ἔστω ἐν σοὶ Θεὸς ξένος,* ἡρμήνευσε. Ξένον δὲ καὶ ἀλλότριον Θεὸν καὶ πρόσφατον, τὸν πεπλανημένως παρὰ τοῖς ἔθνεσι νενομισμένον ὠνόμασε, τὴν πολύθεον εἰδωλολατρείαν οὕτω παραπεμπόμενος. Οἷς ἐπιλέγει· *Ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, παριστὰς ἑαυτὸν οὔτε ξένον, οὔτε ἀλλότριον, οὔτε πρόσφατον ὄντα Θεόν.* Ἦν γὰρ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ ὁ πάλαι διαφόρως τοῖς παλαιοῖς χρηματίζων, ὁ δὴ καὶ Θεὸς Ἰακὼβ ἐπικεκλημένος, ὁ καὶ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐπὶ γῆς ὀφθείς. Ἐν γὰρ τῷ κόσμῳ ἦν καὶ πρὸ τῆς θεοφανείας, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Διόπερ παρακελεύεται λέγων· *Ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, ὁ ἀναγαγών σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου.*

Vers. 14, 15. *Si populus meus audisset me, Israel si in viis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, et super tribulantes eos misissem manum meam.* Iram quippe Dei non injuria nec sine causa Judaicam invasisse gentem sufficienter defendit. Videturque mihi ad præcedentes interrogationes : *Utquid, Deus, repulisti in finem, iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ* [98] ? ac rursum : *Utquid destruxisti maceriam ejus, et vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam* [99] ? responsionem instituere. Nam qua de causa hæc passi sint, declarat his verbis : Quia *non audivit populus meus vocem meam, et Israel non intendit mihi;* et : *Si populus meus audisset me, Israel si in viis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem.* Pro quo Symmachus interpretatus est : *In minimo forsitan inimicos eorum vicissem, et super adversarios eorum convertissem manum meam.* Hæc sane fecissem, inquit, contra inimicos populi, si morigeros illos habuissem, et si in viis meis, quas præscripseram ipsis, incessissent. Nunc vero cum inobsequentes et immorigeri facti sint, sese ipsi inimicos Dei constituerunt. Deinde quoniam Spiritus sanctus immorigeros et inobsequentes illos, populum suum per humanitatis exsuperantiam vocavit, docet neminem, qui vere populus Dei sit, ipsi repugnaturum. Quamobrem infert : — Vers. 16. *Inimici Domini mentiti sunt ei ;* secundum Symmachum autem : *Dominum exosum faciunt, qui mentiuntur ipsi.* Additque : *Et erit tempus eorum in sæculum.* Etiamsi enim talia ausi fuerint, attamen præsens sæculum obtinebunt. Et hoc eorum tem-

C *Εἰ ὁ λαός μου ἤκουσέ μου, Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη· ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐταπείνωσα, καὶ ἐπὶ τοὺς θλίβοντας αὐτοὺς ἐπέβαλον ἂν τὴν χεῖρά μου.* Ἱκανῶς ἀπολελόγηται, ὅτι μὴ ἀκρίτως μήτε ὡς ἔτυχε μετῆλθε τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἡ ἐκ Θεοῦ ὀργή. Καί μοι δοκεῖ πρὸς τὰς ἀνωτέρω λελεγμένας πεύσεις, ἐν τῷ *Ἵνα τί ὁ Θεὸς, ἀπώσω εἰς τέλος, ὠργίσθη ὁ θυμός σου ἐπὶ πρόβατα νομῆς σου ;* καὶ πάλιν· *Ἵνα τί καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς, καὶ τρυγῶσιν αὐτὴν πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν ;* τὴν ἀπόκρισιν πεποιῆσθαι. Ἵνα τί γὰρ τὰ τοιαῦτα πεπόνθασι διδάσκει λέγων· *Ὅτι οὐκ ἤκουσεν ὁ λαός μου τῆς φωνῆς μου, καὶ Ἰσραὴλ οὐ προσέσχε μοι.* καὶ, *Εἰ ὁ λαός μου ἤκουσέ μου, Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη· ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐταπείνωσα.* Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· *Ἐν ὀλιγίστῳ ἂν ἐχθροὺς αὐτῶν ἥττησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐναντίους αὐτῶν ἀνέστρεψα ἂν τὴν χεῖρά μου.*

D Ταῦτα ἂν ἔπραξα, φησὶ, κατὰ τῶν ἐχθρῶν τοῦ λαοῦ, εἰ ἔσχον αὐτοὺς ὑπηκόους, καὶ εἰ ταῖς ὁδοῖς μου αἷς διεταξάμην αὐτοῖς ἐπορεύθησαν. Νῦν δὲ ἀνήκοοι καὶ ἀπειθεῖς γενόμενοι, αὐτοὶ ἑαυτοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ κατέστησαν. Εἶτ' ἐπειδήπερ λαὸν αὐτοῦ ὠνόμασε τοὺς ἀπειθεῖς καὶ ἀνηκόους καθ' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διδάσκει ὅτι οὐδεὶς Θεῷ ἀπειθήσειε λαὸς αὐτοῦ. Διὸ ἐπιλέγει· *Οἱ ἐχθροὶ Κυρίου ἐψεύσαντο αὐτῷ·* κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Μισοποιοὶ Κυρίου οἱ ψευσάμενοι αὐτῷ.* Καὶ προστίθησι· *Καὶ ἔσται ὁ καιρὸς αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα.* Εἰ γὰρ καὶ τοιαῦτα τετολμήκασιν, ὅμως τὸν παρόντα αἰῶνα ἕξουσι. Καὶ οὗτός ἐστιν αὐτῶν ὁ καιρὸς, ἐν

[97] Rom. I, 24. [98] Psal. LXXIII, 1. [99] Psal. LXXIX, 13.

ᾧ καὶ μετὰ τοσαῦτα πλημμελήματα *ἐψώμισεν αὐτοὺς ἐκ στέατος πυροῦ, καὶ ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτούς*. Κατὰ τοῦτο δὲ ἐπλήρου καταξιώσας αὐτοὺς τῆς οἰκείας τροφῆς, οὐ μόνον τῆς σωματικῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐπουρανίου καὶ πνευματικῆς, ὁπηνίκα πρώτοις αὐτοῖς ἐπεδήμει ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, τροφὴν αὐτοῖς παρεῖχε τὸν ἐπουράνιον ἄρτον αὐτὸς ἑαυτόν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐψώμισεν αὐτοὺς ἐκ πέντε ἄρτων παραδόξως ἐπὶ τῆς ἐρήμου· ὥσπερ πάλαι διὰ Μωσέως τὸ μάννα. Ἔτι δὲ καὶ *ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτούς*· πέτρα δὲ ἦν αὐτὸς, χορηγῶν αὐτοῖς τὰ πάσης ἡδονῆς καὶ παντὸς μέλιτος γλυκύτερα μαθήματα, περὶ ὧν ἦν εἰπεῖν· *Ὡς γλυκέα τὰ λόγιά σου τῷ φάρυγγί μου! ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου*. Καὶ πάλαι δὲ διὰ Μωσέως ἐκ πέτρας αὐτοῖς παρεῖχε ποτόν. Μέλι δὲ ἐνταῦθα τὸ ἐκ πέτρας οὐδ' ἄλλως ἢ κατὰ διάνοιαν ἐκδεκτέον· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς Μωσῆς τὴν αὐτὴν τίθησι μαρτυρίαν, λέγων ἐν μεγάλῃ ᾠδῇ· *Ἐθήλασαν μέλι ἐκ πέτρας, καὶ ἔλαιον ἐκ στερεᾶς πέτρας*. Ἅπερ πρὸς μὲν ψιλὴν τὴν λέξιν οὐχ ὑφέστηκεν, ἀλληγορικῶς δὲ κατὰ μόνην τὴν διάνοιαν ἐξακούεται. Αὐτὸς γὰρ ὁ Χριστὸς ἦν πέτρα, ταῦτα πάντα παρέχων αὐτοῖς διὰ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας, οὐ καθ' ὃν χρόνον ἐπεδήμει μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου ἐπιδημίας αὐτοῦ· ὡς ἐξ ἅπαντος αὐτοὺς μὲν εἶναι ἀναπολογήτους, δικαίαν δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν μετὰ τὰ τοσαῦτα τὴν ἀποβολὴν αὐτῶν ἐργασαμένην. Ἀλλὰ γὰρ ταῦτα ἡμᾶς τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἐπὶ τὴν ἔνθεον ἀγαλλίασιν διὰ τῶν πρώτων κεκλημένους ὁ λόγος διδάσκει προφυλαττομένους, μή πη τοῖς ὁμοίοις καὶ αὐτοί ποτε περιπέσοιμεν.

A pus est, quo post tot tantaque scelera (Vers. 17) *cibavit eos ex adipe frumenti, et de petra melle saturavit eos*. Tunc porro illos proprio cibo replere dignatus est, non corporeo solum, sed etiam cœlesti et spirituali, cum ad ipsos primos Christus Dei peregrinatus est atque in cibum ipsis, cœlestem panem, scilicet seipsum, dedit. Quin etiam in deserto ex quinque panibus mirabiliter cibavit eos; sicut olim per Moysem manna impertiit. Insuperque *et petra melle saturavit eos*: petra autem ipse erat, disciplinas suas, qualibet voluptate ac melle dulciores, ipsis suppeditans, de quibus dicere liceat: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel ori meo* [1]. Olim item per Moysem ex petra potavit eos. Mel autem de petra, hic non alio quam intelB ligendi more excipias: quoniam ipse Moyses in magno cantico idem testimonium profert dicens: *Suxerunt mel de petra, et oleum ex duro saxo* [2]. Quæ quidem non secundum nudam lectionem evenerunt; sed allegorice solum et cogitandi modo intelliguntur. Nam ipse Christus petra est, qui hæc omnia illis per doctrinam suam impertiebat, non eo solum tempore quo peregrinabatur, sed etiam ante carnalem suum adventum; ita ut ipsi prorsus inexcusabiles; Dei vero judicium, quo sub hæc ipsos repudiavit, justum sit. Cæterum hæc nobis qui ex gentibus ad divinam exsultationem per priora verba vocati sumus, ad cautelam traduntur, ne in paria ipsi quoque incidamus

C

ΨΑΛΜΟΣ ΤΩ ΑΣΑΦ. ΠΑ'.

Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρίνει. Ὁ μὲν πρὸ τούτου λόγος κατηγορεῖ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων λαοῦ, σαφῶς τοῦ Θεοῦ φάσκοντος· *Οὐκ ἤκουσέν ὁ λαός μου τῆς φωνῆς μου, καὶ Ἰσραὴλ οὐ προσέσχε μοι. Καὶ ἐξαπέστειλα αὐτοὺς κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῆς καρδίας αὐτῶν*· καὶ πάλιν· *Εἰ ὁ λαός μου ἤκουσέ μου, Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη· ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐταπείνωσα*· ὁ δὲ μετὰ χεῖρας ἀκολούθως ἐκείνοις τῶν προέδρων τοῦ λαοῦ κατηγορεῖ· ὡς πρὸς ἄρχοντα γοῦν καὶ κριτὰς ἀποτείνεται λέγων· *Ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν, καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε; Κρίνατε πτωχὸν καὶ ταπεινὸν, ὀρφανὸν καὶ πένητα δικαιώσατε*. Εἶτα ἐπιλέγει· Ἐγὼ ταῦτα παρεκελευόμην· οἱ δὲ *οὐκ ἔγνωσαν οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται*. Θεοὺς δὲ αὐτοὺς ἀποκαλεῖ, ἤτοι διὰ τὴν τιμὴν ἣν ἀπένεμεν αὐτοῖς ὁ λαός· οὕτω μετὰ πλείστου φόβου καὶ τιμῆς προσιὼν αὐτοῖς ὡσεὶ καὶ αὐτῷ τῷ Θεῷ· ἢ ἐπειδήπερ χώραν Θεοῦ ἐπεῖχον τὸ κρίνειν ἀναδεδεγμένοι, κολάζοντές τε καὶ τιμωρούμενοι τοὺς ἀδικοῦντας κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς νόμον· ἢ διὰ τὸ τετιμῆσθαι αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῷ τῆς υἱοθεσίας ὀνόματι, ὡς λέγεσθαι περὶ αὐτῶν· *Υἱοὺς ἐγέννησα*

1. PSALMUS IPSI ASAPH. LXXXI.

Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat. Qui hunc præcedit sermo totum Judæorum populum incusat: nam ibi Deus aperte dicit: *Non audivit populus meus vocem meam, et Israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum;* ac rursum: *Si populus meus audisset me, Israel si in viis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem:* hic vero psalmus consequenter ad illa populi præsides accusat, principem enim et judices compellat his verbis: *Usquequo judicatis iniquitatem, et facies peccatorum sumitis? judicate pauperem et humilem, pupillum et inopem justificate.* Deinde subdit: Hæc ego præcipiebam, illi vero *nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Deos autem vocat eos, sive honoris quo populus ipsos afficiebat causa, cum timore atque veneratione ipsos perinde atque Deum adiens; sive quia locum Dei occuparent, judicandi munere suscepto, iniquos secundum legem sibi traditam supplicio pœnisque afficientes; vel quia a Deo adoptionis nomine exornati sunt; ita ut de ipsis dicatur: *Filios genui et exaltavi;* vel quia ad imaginem et similitudinem Dei, per spiritualem et rationabilem illam in homi-

[1] Psal. cxviii, 105. [2] Deut. xxxii, 18.

nibus substantiam, effecti sunt. In hoc itaque psalmo statim post prædicta, eos qui accusantur his affatur : *Ego dixi : Dii estis et filii Altissimi omnes. Vos autem sicut homines moriemini, et sicut unus ex principibus cadetis.* Præsides itaque populi, sacerdotes videlicet et antistites sacrorum ac reliquos principes dijudicans Deus Verbum, hæc quæ jam tractamus enarrat. Quare dicitur : *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat ;* secundum Aquilam autem : *Deus stetit in synagoga fortium, in visceribus Dominus judicat;* secundum Symmachum vero : *Deus stetit in cœtu Dei, in mediis Deus judicans.* Hic vero Deus, scilicet Dei Verbum, memoratam deorum synagogam judicans et dijudicans, accusationes reis inducit. Et quia potentes potenter examinabuntur ; jure prædictorum deorum ordinem segregat et seorsim judicat ; cum jam in præcedenti psalmo promiscuæ populi turbæ accusationem protulerit. Imo etiam dijudicat, de iis qui digni salute sunt, ac de iis qui secus se habent, sententiam ferens. Non superbe, non tyrannice, non in alto constitutus judicat ; sed judicandis sese attemperans, medius stat inter illos, per hominem quem suscepit ipsis habitu similis effectus. Hinc vero eos qui judicium subituri sunt, præviis monitis ad resipiscentiam vocat ; ipsisque prospicit, ut ne in judicii supplicium incidant ; sed sese prius emendent, sibique caveant ex oblatis criminibus.

Quocirca dicit : — Vers. 2, 3. *Usquequo judicabis iniquitatem, et facies peccatorum sumitis ? Judicate egeno et pupillo.* His porro similia per Isaiam quoque propheticus Spiritus vociferatus est : *Discite bonum facere, quærite judicium, judicate pupillo et defendite viduam ; et venite, et disceptemus, dicit Dominus. Etsi fuerint peccata vestra sicut purpura, quasi nivem dealbabo* [a]. Sed hoc quidem pactum Scriptura proponere antevertit ; qui autem deorum nomine ornati, et tanta doctrina dignati sunt, *nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Hæc porro ad tempus item primæ Servatoris nostri peregrinationis referantur, quo ad synagogas Judæorum accedens, et in medium principum veniens, cum ipsis disputabat, ipsosque coarguebat, testificans edicensque ea quæ in futuro judicio ipsis eventura erant. Sic itaque Deus illo tempore stabat in synagoga deorum, et in medio memoratos deos judicabat. Pro illo namque, *dijudicat*, Symmachus et Aquila, *judicans*, interpretantur. Et perpende, quæso, quo pacto deos nominaverit eos de quibus judicatur, nec synagogam deorum memorare dubitaverit, ad confusionem eorum qui Salvatoris deitatem abnegant. Nam si eos qui convicti fuerant, et propter nequitiam male audiebant, deos vocare cunctatus non est ; tot mirabilium opificem operum, qui judicium a Patre accepit, qui

[a] Isa. I, 17.

A καὶ ὕψωσα· ἢ διὰ τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονέναι διὰ τὴν ἐν ἀνθρώποις νοερὰν καὶ λογικὴν οὐσίαν. Αὐτίκα γοῦν ἐν αὐτῷ τῷ προκειμένῳ ψαλμῷ προϊὼν, ὁ λόγος φησὶ πρὸς τοὺς κατηγορουμένους· Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες. Ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε. Τοὺς δὴ οὖν τοῦ λαοῦ προεστῶτας, ἱερέας δηλαδὴ καὶ ἀρχιερέας, τούς τε λαοὺς ἄρχοντας ἀνακρίνων ὁ Θεὸς Λόγος, τὰ μετὰ χεῖρας διεξέρχεται. Διὸ εἴρηται· Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρίνει· κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν· Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ ἰσχυρῶν, ἐν ἐγκάτῳ Κύριος κρίνει· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· Ὁ Θεὸς κατέστη ἐν συνόδῳ Θεοῦ, ἐν μέσοις θεοὺς κρίνων. Κρίνων δὲ οὗτος ὁ Θεὸς, δηλαδὴ ὁ τοῦ Θεοῦ B Λόγος, καὶ διακρίνων τὴν λεγομένην συναγωγὴν τῶν θεῶν, ἐλέγχους προσάγει τοῖς κρινομένοις. Καὶ ἐπεὶ δυνατοὶ δυνατῶς ἐτασθήσονται, εἰκότως τὸ τάγμα τῶν προλελεγμένων θεῶν ἀφορίζει ἰδίως καὶ κρίνει, προδιελθὼν ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ τὸν ἔλεγχον τοῦ πλήθους τοῦ λαοῦ. Ἀλλὰ καὶ διακρίνει, κρίνων τοὺς ἀξίους σωτηρίας καὶ τοὺς μὴ τοιούτους. Κρίνει δὲ οὐκ ἐπηρμένως, οὐδὲ τυραννικῶς, ἐν ὕψει τε προκαθεζόμενος, ἀλλὰ συγκαταβαίνων τοῖς κρινομένοις, μέσος αὐτῶν ἵσταται, ὁμοιούμενος αὐτοῖς τῷ σχήματι δι' οὗ ἀνείληφεν ἀνθρώπου. Ἐντεῦθέν τε ἤδη προλαβὼν ἀπτεύνεται σωφρονίζων τοὺς μέλλοντας κρίνεσθαι, καὶ προφυλαττόμενος αὐτοὺς πρὸς τὸ μὴ περιπεσεῖν τῇ τῆς κρίσεως τιμωρίᾳ, προκατορθῶσαι δὲ καὶ προφυλάξασθαι διὰ τῶν προσαγομένων αὐτοῖς ἐλέγχων.

C Διὸ φάσκει· Ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν, καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε; Κρίνατε πτωχῷ καὶ ὀρφανῷ. Τὰ ὅμοια δὲ τούτοις καὶ διὰ Ἡσαΐου τὸ προφητικὸν Πνεῦμα κέκραγε λέγον· Μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, κρίνατε ὀρφανῷ καὶ δικαιώσατε χήρᾳ· καὶ δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει Κύριος. Καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ λόγος προδιαστέλλεται· οἱ δὲ τῇ τῶν θεῶν ἐπηγορίᾳ τιμηθέντες, καὶ τοσαύτης διδασκαλίας ἀξιωθέντες, οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται. Ταῦτα δὲ καὶ εἰς τὸν καιρὸν τῆς πρώτης τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας ἀναφέροιτο ἄν, καθ' ὃν ἐν ταῖς συναγωγαῖς παραβάλλων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ μέσος τῶν ἀρχόντων παριὼν, τὰς πρὸς αὐτοὺς D ἐποιεῖτο διαλέξεις, ἐλέγχους τε αὐτοῖς ἐπῆγε, μαρτυρόμενος καὶ διαστελλόμενος τὰ περὶ τῆς μελλούσης αὐτοὺς διαλήψεσθαι κρίσεως. Οὕτως οὖν ὁ Θεὸς ἦν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἑστὼς ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἐν μέσῳ τε τοὺς προλεχθέντας κρίνων θεούς· ἀντὶ γὰρ τοῦ, *διακρίνει*, ὁ Σύμμαχος καὶ ὁ Ἀκύλας, *κρίνων*, ἐκδεδώκασι. Καὶ ὅρα ὅπως θεοὺς ὠνόμασε τοὺς κρινομένους, καὶ θεῶν συναγωγὴν οὐκ ὤκνησεν ἀποκαλέσαι, εἰς δυσώπησιν τῶν ἀρνουμένων τοῦ Σωτῆρος τὴν θεότητα. Εἰ γὰρ τοὺς ἐλεγχομένους καὶ ἐπὶ κακίᾳ διαβαλλομένους οὐκ ὤκνει θεοὺς ὀνομάζειν, τὸν τῶν τοσούτων παραδόξων ἔργων ποιητὴν, τὸν τὴν κρίσιν

παρὰ τοῦ Πατρὸς εἰληφότα, πῶς οὐ δικαιότατον τῇ τοῦ Θεοῦ σεβασμίῳ τιμῇ σεμνύνειν; Τοῦτό τοι καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ δυσωπητικῶς πρὸς αὐτοὺς τοὺς Ἰουδαίων ἄρχοντας προὔτεινεν, αὐταῖς δὲ ταύταις κεχρημένος ταῖς παρούσαις λέξεσιν. Εἰρηκότων γὰρ αὐτῶν· *Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι σὺ, ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν·* ἀνταπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· *Οὐκ ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν, ὅτι, Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε; Εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος ἐγένετο τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ Γραφὴ, ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασε καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε, ὅτι βλασφημεῖ, ὅτι εἶπον· Υἱὸς Θεοῦ εἰμι.* Εἰ δὲ λέγοι ὁ Σωτὴρ, ὅτι, *Οὐκ ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ;* μὴ θαυμάσῃς· ἐπεὶ πάντα λόγον Θεοῦ, οὐ μόνον τὸν διὰ Μωσέως, ἀλλὰ καὶ τὸν διὰ τῶν προφητῶν λελεγμένον, ὥσπερ τινὰ βασιλικὸν νόμον ἀποδέχεσθαι διδάσκει· ὥστε καὶ τὰ διὰ τῶν προφητῶν παρηγγελμένα εὐλόγως ἂν τινα εἶναι φάναι νόμους Θεοῦ· καὶ τὸ διὰ τῆς ψαλμῳδίας ὁμοίως. Αὐτὸς οὖν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἕστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, καὶ μέσος τῶν ἐν ἀνθρώποις ὠνομασθέντων θεῶν γεγονὼς, ἔκρινεν αὐτούς, ὁπηνίκα πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν· *Ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς, αὐτὸς ὑμᾶς κρίνει.* Καὶ μᾶλλον οὕτω πρέποι ἂν ἐκδέχεσθαι τὴν παροῦσαν Γραφὴν, ἢ νομίζειν τὸν ἐπέκεινα τῶν ὅλων Θεὸν, αὐτὸν τὸν Πατέρα, ἐν τούτοις εἰσάγεσθαι μεταξὺ θεῶν ἑτέρων ἑστῶτα. Οὔτε γὰρ ἰσοτίμους αὐτῷ τινας εἶναι ὑπονοεῖν θέμις, οὔτε αὐτὸν εἰς τοσοῦτον καταγαγεῖν, ὡς μέσον ἀνθρώπων παρεῖναι καὶ ἑστάναι ὑποτίθεσθαι. Ταῦτα δὲ πάντα ἂν ἁρμόζοι τῷ Χριστῷ τοῦ Θεοῦ· ὃς δὴ φάσκων· *Ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν, καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε;* οὐ πρὸς ἐκείνους μόνους οἷς παρὼν ὡμίλει, ἀλλὰ καὶ πρὸς πάντας εἶποι ἂν ταῦτα, τοὺς τὴν ἐξουσίαν τοῦ κρίνειν ἑτέρους εἰληφότας. Μέμφεται δὲ εἰκότως τοὺς καθυποκρινομένους μὲν τὰ τῶν πλουσίων πρόσωπα, καταπονοῦντας δὲ τοὺς πένητας· δέον τῷ τῆς δικαιοσύνης ζυγῷ δικάζειν, μνημονεύοντας φάσκοντος νόμου· *Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει.* Νυνὶ δὲ πολλάκις καὶ ἡμεῖς ἐπὶ μὲν τῶν πενήτων πταιόντων σμικρά τινα ἀπότομοι γιγνόμεθα κριταὶ, καὶ ἀπαραίτητοι ἐν ταῖς κατ' αὐτῶν ἀποφάσεσι· πλουσίων δὲ τὰ μέγιστα ἐξαμαρτανόντων, ἔπειτα παραβαλλόντων εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, πρόσωπα λαμβάνομεν· ὥστε καὶ πρὸς ἡμᾶς ἁρμόττει τό· *Ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν, καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε;* Ἐν δὲ τῷ λέγειν, *Ἕως πότε,* ὑπομιμνήσκει τῆς τοῦ βίου ἀπαλλαγῆς. Πόσον γὰρ, φησὶν, ἔξετε χρόνον ἐν ᾧ τοιοῦτοι ἔσεσθε; καὶ λοιπὸν διαλήψεται ὑμᾶς ἡ τοῦ Θεοῦ κρίσις.

non æquissimum fuerit venerabili Dei honore celebrare? Quod ipse Servator pudore Judæorum principes afficiens, eosdemque his ipsis verbis compellans, objiciebat. Nam cum illi dixissent : *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia; quia tu, homo cum sis, facis teipsum Deum : respondit eis Jesus : Nonne scriptum est in lege vestra : Ego dixi, Dii estis? Si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura; quem Pater sanctificavit et misit in mundum, vos dicitis quia blasphemat, quia dixi : Filius Dei sum* [4]. Quod si Servator dicat : *Nonne est scriptum in lege?* ne mireris; quoniam quemlibet sermonem Dei, non solum qui per Moysem, sed etiam per prophetas prolatus sit, quasi regiam quamdam legem accipiendum decet; ita ut præcepta per prophetas tradita, jure leges Dei esse dicantur; et similiter quæ in Psalmis feruntur. Ipsum itaque Dei Verbum, quod formam servi accepit et habitu inventum est ut homo, stetit in synagoga deorum, et medium stans inter homines, qui dii vocantur, judicabat eos, cum diceret illis : *Sermo quem locutus sum vobis, ipse vos judicat* [5]. Hanc porro Scripturam præstabilius est hoc accipere modo, quam putare Deum qui super omnia est, ipsum Patrem, hic induci inter alios deos stantem. Neque enim licet alios ipsi honore æquales esse suspicari, neque ipsum ita deprimere, ut medius inter homines esse et stare supponatur. Hæc porro omnia Christo Dei competant : qui sane cum hæc dicit : *Usquequo judicatis iniquitatem, et facies peccatorum sumitis?* non eos solum quos præsens alloquebatur; sed etiam omnes quotquot potestatem de aliis judicandi acceperint, sic compellat. Merito autem arguit eos, qui divitum personam in occulto accipiunt, pauperes autem opprimunt; cum oporteat cum justitiæ bilance judicium ferre, memores legis quæ ait : *Non accipies personam in judicio* [6]. Nunc autem plerumque nos erga pauperes in modica lapsos, immanes sumus judices, atque in sententia contra eos ferenda inexorabiles; divitum vero qui gravissima crimina perpetrant, ac deinde in Ecclesiam Dei accedunt, personam accipimus, ita ut nobis etiam competat illud : *Usquequo judicatis iniquitatem, et facies peccatorum sumitis?* Cum autem dicit, *usquequo*, de vitæ exitu nos admonet. Quantum, inquit, temporis vobis aderit, quo tales sitis? ac demum vos Dei judicium invadet.

Διὸ ἐπιλέγει· *Κρίνατε πτωχὸν καὶ ὀρφανὸν, ταπεινὸν καὶ πένητα δικαιώσατε. Ἐξέλεσθε πένητα, καὶ πτωχὸν ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσασθε.* Ἐὰν μὲν οὖν τούτων ἀκροώμενοι παιδευώμεθα καὶ τὰ παραγγέλματα φυλάττοιμεν, τῆς ἐκ τῶν λόγων ὠνάμεθα ὠφελείας. Ἐπεὶ καὶ ἡμῖν λεχθήσεται· *Οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται.* Τί δὲ οὐκ

VERS. 4. Quare subdit : *Judicate egenum et pupillum, humilem et pauperem justificate. Eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate.* Si itaque his auditis ad disciplinam accedamus et præcepta servemus, ex sermonibus utilitatem percipiemus. Etenim nobis quoque dicetur : — VERS. 5. *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambu-*

[4] Joan. x, 33. [5] Joan. xii, 48. [6] Deut. xvi, 19.

lant. Quid autem nescierunt neque intellexerunt, nisi se quamprimum tribunali Dei sistendos esse, rationem de judiciis injuste latis reddituros? Illi vero judicium Dei præ oculis non ponentes, in tenebris ambulant, ignorantiæ caligine mentis oculos opplentes. Quamobrem par est eos verbi splendore illustratos, aut non judicare, memores ejus qui dixit : *Nolite judicare, ut non judicemini* [7] ; aut si id aliquando necesse fuerit, justissimum judicium ferre, ac peccatores convincere; etiamsi oportuerit pro veritate mori : in animum inducentes, in universali Dei judicio, quod per Christum suum laturus est, omnium fore consummationem et mutationem. Quod judicium declarat id quod sequitur : — Vers. 6, 7. *Movebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi : Dii estis, et filii Altissimi omnes. Vos autem sicut homines moriemini, et sicut unus de principibus cadetis.* Memoratis diis, ducibus videlicet et principibus populi, qui in medium eorum venit Deus, hæc etiam loquitur, docens, se quidem Patris liberalitatem imitatum, nulla invidia cohibitum, deitatem communicare suam; ita ut illos quoque omnes deos et filios Altissimi vocaret, quod tamen sibi soli inerat; illi vero gratiam contumelia affecerunt. Quo pacto autem qui a Deo imperium accepere, deorum honorem apud subditos obtineant, intelliges, si animo advertas dictum Moysi fuisse : *Ecce constitui te hodie deum Pharaonis, et Aaron frater tuus erit tibi propheta* [8]. Sicut enim Moyses, cum homo Dei esset, et ab eo honorem accepisset, deus Pharaonis appellatus est ; eodem modo quotquot a Deo honorem acceperint, deorum loco subditis habentur. Quamobrem iidem subditi ad eos cum reverentia et timore accedunt, non ob militare satellitium, non ob divitias et potestatem; sed ob honorem ipsis a Deo inditum. Sic enim Moysis vultus gloria replebatur, sic apostolorum Salvatoris nostri, sic olim Dei prophetarum, sic omnium qui vere servi Dei erant; qui dum sine splendore pauperesque vitam degerent, a religiosis tamen hominibus ob inditam sibi gratiam in honore habebantur. Ego quidem, ait, sic volui, sic dixi : *Dii estis.* Volui sane vos perinde atque me in medio vestrum stantem Deum, Altissimi filios effici ; vos autem gratiam contempsistis. In vestra itaque humana malitia, et in peccatis vestris moriemini. *Anima* enim *quæ peccaverit, ipsa morietur* [9]. Quapropter *vos sicut homines moriemini, et sicut unus de principibus cadetis.* Quemadmodum enim olim diabolus honore affectus fuit apud Deum, et principum in cœlis angelorum unus fuit ; deinde pravo consilio usus, ex loco suo decidit, ita ut de illo dicatur : *Quomodo cecidit de cœlo Lucifer, qui mane oriebatur* [10]? tales et vos quoque fuistis : non quod natura mali sitis ; sed electione vestra non bona usi. Sane vero ea quæ a me proficiscuntur, ad Dei honorem vos evocabant. Vos autem lapsus principem imitati, *sicut*

ἔγνωσαν οὐδὲ συνῆκαν, ἢ ὅτι ὅσον οὔπω καὶ αὐτοὶ παραστήσονται τῷ βήματι τοῦ Θεοῦ, λόγον δώσοντες περὶ ὧν οὐ δικαίως ἔκριναν ; Οἱ δὲ μὴ πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενοι τὴν κρίσιν τοῦ Θεοῦ ἐν σκότει διαπορεύονται, τῷ τῆς ἀγνοίας σκότῳ τὰ τῆς ψυχῆς αὐτῶν ὄμματα πληρώσαντες. Διὸ προσήκει, τῷ τοῦ λόγου φέγγει φωτιζομένους, ἢ μὴ κρίνειν, μνημονεύοντας τοῦ εἰρηκότος · *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε* · ἢ εἰ ἀνάγκη ποτὲ κρίνειν, κατὰ τὸ δικαιότατον τοῦτο ποιεῖν καὶ ἐλέγχειν τοὺς ἁμαρτάνοντας, κἂν δέοι ὑπὲρ ἀληθείας θνήσκειν, πεπεισμένους ἀκριβῶς, ὅτι πάντων ἔσται συντέλεια καὶ μεταβολὴ ἐπὶ τῇ καθολικῇ κρίσει τοῦ Θεοῦ, ἣν ποιήσεται διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ · ἣν καὶ ὁ παρὼν παρίστησι λόγος ἐπισυνάπτων ἑξῆς τό · *Σαλευθήσονται πάντα τὰ θεμέλια τῆς γῆς. Ἐγὼ εἶπα · Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες · ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε.* Ἔτι πρὸς τοὺς προλεχθέντας θεοὺς, ἡγουμένους δηλαδὴ καὶ ἄρχοντας τοῦ λαοῦ, ὁ μέσος αὐτῶν γενόμενος Θεὸς καὶ τὰ παρόντα ἀποτείνεται, διδάσκων, ὡς αὐτὸς μὲν, τὴν τοῦ Πατρὸς ἀφθονίαν μιμούμενος, πᾶσιν αὐτοῖς τῆς αὐτοῦ θεότητος οὐκ ἐφθόνησε μεταδοῦναι, ὡς καὶ θεοὺς ἀναγορεῦσαι αὐτοὺς καὶ υἱοὺς Ὑψίστου πάντας ἂν εἰπεῖν, ὅπερ αὐτῷ μόνῳ προσῆν · οἱ δὲ τὴν χάριν ἐνύβρισαν. Νοήσεις δὲ πῶς τιμὴν θεῶν οἱ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀρχὴν εἰληφότες παρὰ τοῖς ἀρχομένοις ἐκτήσαντο, ἐπιστήσας ὅπως εἴρηται τῷ Μωσεῖ · *Ἰδοὺ καθέστηκά σε σήμερον θεὸν τῷ Φαραὼ, καὶ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου ἔσται σοι προφήτης.* Ὥσπερ γὰρ Μωσῆς, ἄνθρωπος ὢν Θεοῦ καὶ παρ' αὐτοῦ τὴν τιμὴν λαβὼν, θεὸς ἀνηγορεύθη τοῦ Φαραὼ· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ πάντες οὓς ἂν τιμήσειεν ὁ Θεὸς, θεῶν χώραν παρὰ τοῖς ὑποτεταγμένοις εἰλήφασιν. Ἔνθεν καὶ οἱ ἀρχόμενοι προσίασιν αὐτοῖς μετὰ εὐλαβείας καὶ δέους, οὐ διά τινα δορυφορίαν στρατιωτικὴν, οὐ διὰ πλοῦτον καὶ δυναστείαν, διὰ δὲ τὴν ὑπὸ Θεοῦ περιθεῖσαν αὐτοῖς τιμήν. Οὕτω γὰρ καὶ Μωσέως ἦν δεδοξασμένον τὸ πρόσωπον · οὕτω καὶ τῶν ἀποστόλων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, οὕτω καὶ τῶν πάλαι τοῦ Θεοῦ προφητῶν, οὕτω καὶ πάντων τῶν ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ δούλων, ἀδόξως μενόντων καὶ πτωχῶν κατὰ τὸν βίον, τετιμημένων δὲ παρὰ τοῖς θεοσεβέσι διὰ τὴν ἐκ Θεοῦ δεδομένην αὐτοῖς χάριν. Ἐγὼ μὲν οὖν, φησὶ, καὶ ἠθέλησα, καὶ εἶπον · *Θεοί ἐστε* · βουληθεὶς ὑμᾶς ὁμοίως ἐμοὶ τῷ μέσῳ ὑμῶν ἑστῶτι Θεῷ υἱοὺς γενέσθαι τοῦ Ὑψίστου · ὑμεῖς δὲ τὴν χάριν ἠθετήσατε. Ταῖς γοῦν ἀνθρωπίναις κακίαις καὶ ταῖς ὑμετέραις ἁμαρτίαις ἐναποθνήσκετε. *Ψυχὴ γὰρ ἡ ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ ἀποθανεῖται.* Διὸ καὶ *ὑμεῖς ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε.* Ὡς γὰρ ἦν ποτε ὁ διάβολος τιμῆς ἠξιωμένος παρὰ τῷ Θεῷ καὶ τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀρχοντικῶν ἀγγέλων εἷς · εἶτα μοχθηρᾷ προαιρέσει χρησάμενος ἀποπέπτωκε τῆς αὐτοῦ χώρας, ὡς εἰρῆσθαι περὶ αὐτοῦ · *Πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ Ἑωσφόρος ὁ πρωὶ ἀνατέλλων ;* τοιοῦτοί τινες καὶ ὑμεῖς γεγό-

[7] Matth. VII, 1. [8] Exod. VII, 1. [9] Ezech. XVIII, 4. [10] Isa. XIV, 12.

cœlum desursum, et terram dijudicare populum suum. Horum causa merito arbitramur quadragesimum nonum huic psalmo subjungendum esse. Illudque item observandum, eosdem psalmos perinde atque subsequentes, qui item Asaphi sunt, abjectionem Judæorum ejusque causas complecti. Quadragesimus vero nonus, ab eodem propheta scriptus, per sacrificiorum repudiationem, Mosaicæ legis abrogationem inducit; ita ut in illo ejusdem argumenti series sententiaque exhibeatur. Qua vero de causa XLIX a præsentibus avulsus et ante quinquagesimi psalmi confessionem positus sit, jam in ejus commentario disputatum est.

A Προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω καὶ τὴν γῆν τοῦ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ. Τούτων τοιγαροῦν ἕνεκα εἰκότως ἕπεσθαι τῷ μετὰ χεῖρας ἠγησάμεθα τὸν μθ'. Κἀκεῖνο δὲ τηρητέον, ὡς ὁμοίως τοῖς ἐνταῦθα συνημμένοις τοῦ Ἀσὰφ ψαλμοῖς τὴν ἀποβολὴν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ ταύτης τὰς αἰτίας περιέχουσι. Καὶ ὁ μθ' τοῦ αὐτοῦ τυγχάνων προσήτου, ἀνατροπὴν τοῦ Μωσέως νόμου εἰσάγει διὰ τῆς τῶν θυσιῶν παραιτήσεως· ὥστε καὶ ἐν ταὐτῷ τὴν ἀκολουθίαν δείκνυσθαι τῆς τῶν ἐμφερομένων διανοίας. Διὰ τί δὲ μετατέθειται ὁ μθ' ἐκ τῆς τῶν προκειμένων συναφείας, προτέτακται δὲ τῆς ἐν τῷ ν' ψαλμῷ ἐξομολογήσεως, ἐν τοῖς εἰς αὐτὸν τεθεωρημένοις ἡμῖν προδιείληπται.

1. CANTICUM PSALMI IPSI ASAPH. LXXXII.

ΩΔΗ ΨΑΛΜΟΥ ΤΩ ΑΣΑΦ. ΠΒ'.

B

VERS. 2. *Deus, quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris, Deus.* Septuagesimus nonus psalmus destructionem vineæ, Judaicæ gentis ruinam, loci qui penes eos in pretio et honore habebatur incendium et vastitatem prænuntiabat; duo sequentes causam hujus calamitatis enarrabant; hic vero iis conjunctus, supplicationem et obsecrationem pro populo effert. Post tristia quippe illa quasi medelam quamdam prædictis admovere consentaneum fuit, quandoquidem psalmi *Asaph* in hoc circumscribentur. Quamobrem *Canticum psalmi* inscriptus est, quia bona populo precatur. Est porro undecimus eorum qui *Asaphi* inscribuntur, quorum primus erat LXXII, ita ut in eorum quoque numero censeatur XLIX, quia is etiam est Asaphi: atque ita omnes duodecim numero sunt. In præsenti igitur propheta Deo supplicans ait: *Deus, quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris, Deus.* Ait quippe: Deo patienti, toleranti, ideoque omnes ferenti, nemo similis. Nam quis perinde atque tu atheorum et impiorum blasphema dicta et superbiam ferre valeat? Quare tibi quidem Deo nemo similis erit. Ego vero ut homo, infirmitate superatus mea, hæc supplicare audeo, tibique Deo cum precibus dicere: *Ne taceas, neque compescaris, Deus.* Tunc vero tacere Deus dicitur, cum insurgentibus atheis et impiis viris, quasi non advertens ille manet, neque confestim ultionem sumit, nec promeritis eos suppliciis aggreditur. Quamobrem ipse Asaph in XLIX psalmo Deum hæc peccantibus dicentem inducit: *Hæc fecisti, et tacui: existimasti inique quod ero tui similis.* Causam vero silentii, patientiæ et tolerantiæ Dei docet Apostolus, hæc scribens: *An divitias bonitatis ejus et patientiæ et longanimitatis contemnis, ignorans quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit*[13]? Sed tu quidem, ait, ut Deus, omnes sustines, omnes clementer toleras, ac de iis siles qui impie et nefarie peccant, et contra te Deum blasphema dicta proferunt. Ego vero cum hæc videre non possim, supplico deprecorque veniam consequi, quod

Ὁ Θεὸς, τίς ὁμοιωθήσεταί σοι; Μὴ σιγήσῃς, μηδὲ καταπραΰνῃς, ὁ Θεός. Ὁ μὲν οὖ ψαλμὸς προανεφώνει τὸν ἀφανισμὸν τοῦ ἀμπελῶνος καὶ τὴν πτῶσιν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, τοῦ τε παρ' αὐτοῖς τετιμημένου τόπου τὸν ἐμπρησμὸν καὶ τὴν ἐρημίαν· οἱ δ' ἑξῆς αὐτῷ δύο τὴν αἰτίαν ἐδίδασκον δι' ἣν πεπόνθασι ταῦτα· ὁ δὲ παρὼν, συνημμένος ἐκείνοις, ἱκετηρίαν καὶ δέησιν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ποιεῖται. Ἔοικε γὰρ μετὰ τὰ σκυθρωπὰ ὥσπερ τινὰ θεραπείαν προσάγειν τοῖς προλεχθεῖσι, μέλλοντας ἐν τούτῳ περιγράφεσθαι τοὺς *Τοῦ Ἀσὰφ* ψαλμούς. Διὸ καὶ *ὨΙδὴ ψαλμοῦ* ἐπιγέγραπται ὁ παρὼν λόγος, διὰ τὸ τὰ χρηστὰ ὑπερεύχεσθαι τοῦ λαοῦ. Ἔστι δὲ ὁ παρὼν τῶν ἐπιγεγραμμένων *Τοῦ Ἀσὰφ* ια', ὧν πρῶτος ἦν ὁ οβ', συμπαραλαμβανομένου τοῖς προκειμένοις τοῦ μ' καὶ θ', διὰ τὸ καὶ αὐτὸν εἶναι τοῦ Ἀσάφ. Γένοιντ' ἂν οἱ πάντες τὸν ἀριθμὸν ιβ'. Λέγει δὲ διὰ τοῦ παρόντος ὁ Προφήτης ἐν τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἱκετηρίᾳ· *Ὁ Θεὸς, τίς ὁμοιωθήσεταί σοι; Μὴ σιγήσῃς, μηδὲ καταπραΰνῃς, ὁ Θεός.* Ὁ μὲν γὰρ, φησὶ, τῷ Θεῷ μακροθύμῳ ὄντι καὶ ἀνεξικάκῳ, καὶ διὰ τοῦτο πάντων ἀνεχομένῳ, οὐδεὶς ὅμοιος. Τίς γάρ σοι παραπλησίως τὰς τῶν ἀθέων καὶ ἀσεβῶν ἀνδρῶν δυσφημίας καὶ ὑπερηφανίας οἷός τ' ἂν εἴη φέρειν; Διὸ σοὶ μὲν, ὁ Θεὸς, οὐδεὶς ὁμοιωθήσεται· ἐγὼ δὲ ὡς ἄνθρωπος, ἡττώμενος ὑπὸ τῆς ἐμαυτοῦ ἀσθενείας, τολμῶ δεῖσθαι, καὶ σοὶ τῷ Θεῷ μεθ' ἱκετηρίας λέγειν· *Μὴ σιγήσῃς, μηδὲ καταπραΰνῃς, ὁ Θεός.* Σιγᾷν δὲ λέγεται ὁ Θεὸς, ἐπειδὰν ἐπαιρομένων τῶν ἀθέων καὶ δυσσεβῶν ἀνδρῶν, ἀπροσποίητος μένει, μὴ ἐπάγων παραχρῆμα τὴν κατ' αὐτῶν ὀργὴν, μηδὲ ταῖς κατ' αὐτῶν τιμωρίαις χρώμενος. Διὸ καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσιν ὁ αὐτὸς Ἀσὰφ ἐν τῷ μ' καὶ θ' τὸν Θεὸν εἰσάγει λέγοντα· *Ταῦτα ἐποίησας, καὶ ἐσίγησα· ὑπέλαβες ἀνομίαν, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος.* Τὰ δὲ αἴτια τῆς σιγῆς τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας παιδεύει ὁ Ἀπόστολος γράφων· *Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν, ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει;* Ἀλλὰ σὺ μὲν, φησὶν, ὡς Θεὸς πάντων ἀνεχόμενος, πάντας φέρεις

[13] Rom. II, 4.

πράως, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀσεβῆ καὶ ἄθεα ἁμαρτάνουσι, καὶ κατὰ σοῦ τοῦ Θεοῦ βλασφημοῦσι, σιωπᾷς· ἐγὼ δὲ, μὴ δυνάμενος ταῦτα ὁρᾷν, δέομαι καὶ ἱκετεύω συγγνώμης τυχεῖν ἐπὶ τὸ μὴ δύνασθαι φέρειν σοι τῷ Θεῷ παραπλησίως· τίς γάρ σοι ὁμοιωθήσεται; Διὸ ὡς ἄνθρωπος, ζῆλον ἔχων τὸν ὑπὲρ τῆς σῆς εὐσεβείας, τολμῶ ἱκετηρίαν σοι προσάγειν· ὥστε παύσασθαι μὲν τῆς ἀφάτου μακροθυμίας καὶ τῆς ἀνεξικάκου σιωπῆς· ἤδη δέ ποτε κινηθῆναι κατὰ τῶν τὰ ἀνήκεστα τετολμηκότων. Διό φημι· *Μὴ σιγήσῃς, μηδὲ καταπραΰνῃς*· ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας, *Μὴ καθησυχάσῃς*, ὁ δὲ Σύμμαχος, *Μὴ ἐρημάσῃς*, εἰρήκασιν. Εἶτ' ἐπιλέγει ἐξῆς· *Ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου ἠχησαν, καὶ οἱ μισοῦντές σε ἦραν κεφαλήν.* Κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν· *Ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου ὤχλασαν, καὶ μισοποιοῦντές σε ἦραν κεφαλήν*· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον· *Ἰδοὺ γὰρ οἱ ἐχθροί σου*, φησὶ, *συνηχοῦσι, καὶ οἱ μισοῦντές σε ἐπαίρουσι κεφαλήν.* Ἠχοῦσι δὲ καὶ ὀχλάζουσιν οἱ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ, ὅτε οὐκέτι κρύδδην, οὐδὲ πεφεισμένως τολμῶσι παραφθέγγεσθαι τὰς κατὰ τοῦ Θεοῦ βλασφημίας· ἤδη δὲ ἐκ τοῦ προφανοῦς καὶ ἀθρόως οἱ πάντες κατὰ τοῦ Θεοῦ τὰ ἄθεα προφέρονται ῥήματα, ὁποῖα τολμῶσι πράττειν κατὰ τοὺς τῶν διωγμῶν καιρούς. Εἶτα δὲ καὶ ὑψαυχενοῦντες καὶ φρυαττόμενοι τὴν κεφαλὴν ἐπαίρουσιν, ὅτε μάλιστα ἐπιτριδῆν αὐτοῖς ἡ σιωπὴ τοῦ Θεοῦ κατεργάζεται. Τούτων δὲ τὴν κεφαλὴν αἰρόντων, οἱ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι καταπονούμενοι ταπεινοῦνται· ὡς ἔμπαλιν ταπεινουμένων τῶν ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ αἱ τῶν ἁγίων καὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν κεφαλαὶ ὑψοῦνται. Διὸ εἴρηταί που ἐξ αὐτῶν προσώπου τό· *Καὶ νῦν ὕψωσε κεφαλήν μου ἐπ' ἐχθρούς μου.*

A non simili atque tu modo tolerare valeam : nam quis similis erit tibi ? Quapropter ut homo, studio pietatis erga te incensus, supplicare tibi audeo, ut finem facias tolerantiæ et silentii, ac jam demum moveare adversus eos qui intolerabilia ausi sunt. Ideo dico : *Ne taceas, neque compescaris.* Pro quo Aquila, *Ne quiescas*, Symmachus vero, *Ne cesses*, interpretati sunt. Deinde subdit : — VERS. 3. *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, et qui oderunt te extulerunt caput.* Secundum Aquilam vero : *Quoniam ecce inimici tui turbas moverunt, et qui oderunt te extulerunt caput;* secundum Symmachum vero : *Ecce enim inimici tui*, inquit, *una sonant, et qui oderunt te efferunt caput.* Sonant autem et turbas movent inimici Dei, cum non latenter neque B remisse blasphema dicta contra Deum proferre audent; sed palam et confertim omnes in Deum impia verba evomunt, qualia persecutionum tempore audent efferre. Deinde erecta cervice frementes caput exaltant, quando maxime silentium Dei inducias ipsis præbet. His vero caput efferentibus, Dei homines afflicti humiliantur; ut vice versa depressis inimicis Dei, sanctorum religiosorumque virorum capita exaltantur. Quare ex eorum persona alicubi dictum est : *Et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos* [13].

Ἐπὶ τὸν λαόν σου κατεπανουργεύσαντο γνώμην, καὶ ἐβουλεύσαντο κατὰ τῶν ἁγίων σου. Εἶπαν· Δεῦτε, καὶ ἐξολοθρεύσωμεν αὐτοὺς ἐξ ἔθνους, καὶ οὐ μὴ μνησθῇ τὸ ὄνομα Ἰσραὴλ ἔτι. Δυσωπεῖ τὸν Θεὸν ὁ Προφήτης ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, διὰ τοῦ ὑπομιμνήσκειν, ὡς ἄρα λαὸς αὐτοῦ γεγόνοιο (*sic*) τὰ τοσαῦτα πεπονθώς. Εἶτα καὶ τῶν ἐν τῷ λαῷ διαλαμψάντων πάλαι πρότερον ἁγίων τοῦ Θεοῦ μέμνηται, δεόμενος καὶ ἀντιβολῶν μὴ τῶν ἐν αὐτοῖς ἀσεβῶν καὶ παρανόμων, μόνων δὲ τῶν ἁγίων αὐτοῦ μνησθῆναι, καὶ δι' αὐτοὺς τὸ πᾶν κατελεῆσαι ἔθνος. Ἀκόλουθα δὲ αὐτοῖς ποιοῦντες οἱ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ, τὸν λαὸν αὐτοῦ πολεμοῦσι, πανουργίᾳ χρώμενοι καὶ δόλῳ, πρὸς τὸ καταβαλεῖν αὐτὸν καὶ ἀποστῆσαι τῆς τοῦ Θεοῦ εὐσεβείας. Διὸ λέλεκται· *Ἐπὶ τὸν λαόν σου κατεπανουργεύσαντο γνώμην, καὶ ἐβουλεύσαντο κατὰ τῶν ἁγίων σου.* Μεμελημένως γὰρ καὶ πεφροντισμένως μηχανάς τινας κρυφίους κατὰ τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ καττύουσι, κατά τε τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἐπιβουλὰς κατασκευάζονται, δι' ἕνα σκοπὸν ὃν ἐν ἑαυτοῖς προθέμενοι φασι· *Δεῦτε, καὶ ἐξολοθρεύσωμεν αὐτοὺς ἐξ ἔθνους, καὶ οὐ μὴ μνησθῇ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰσραὴλ ἔτι.* Οἱ μὲν οὖν θεομάχοι οὐ βούλονται ἐν ἀνθρώποις ἔθνος Θεοῦ ὑφεστάναι· ἀλλὰ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰσραὴλ ἐξαλειφθῆναι σπουδάζουσιν. Ὁ δὲ Θεὸς, ἀεὶ ἔθνος ἑαυτῷ ἐπὶ γῆς καταρτίζων, μετὰ τὴν τοῦ προτέρου λαοῦ πτῶσιν τὴν ἐξ ἐθνῶν συνεστήσατο

C VERS. 4, 5. *Super populum tuum malignaverunt consilium, et cogitaverunt adversus sanctos tuos. Dixerunt : Venite et disperdamus eos de gente, et non memoretur nomen Israel ultra.* Deum obsecrat Propheta in Spiritu sancto, monens eum, qui talia patitur, populum ejus esse. Sub hæc autem eorum, qui in populo jam olim conspicui fuerunt, sanctorum Dei meminit, supplicans obsecransque, ut ne impiorum sceleratorumque in populo, sed sanctorum suorum recordetur : eorumque gratia totam gentem misericordia donet. Affinia autem impiorum gestis perpetrantes inimici Dei, populum ejus oppugnant, versutia utentes et dolo, ut ipsum dejiciant et a pietate erga Deum avertant. Quocirca dictum est : *Super populum tuum malignaverunt* D *consilium, et cogitaverunt adversus sanctos tuos.* Meditati enim cum sollicitudine quasdam occultas machinas contra populum Dei instruunt, et sanctis ejus insidias parant, ac, ob unum quem in animo proponunt scopum, aiunt : *Venite et disperdamus eos de gente, et non memoretur nomen Israel ultra.* Inimici itaque Dei populum Dei in hominibus consistere nolunt : quin etiam Israelis nomen delere satagunt. Deus vero post prioris populi ruinam populum sibi semper in terra parans, ex gentibus Ecclesiam constituit, novam nuperamque gentem, ex gentibus per totum orbem selectam. Idcirco et

[13] Psal. xxvi, 6.

Israelis nomen, et omnium religiosorum virorum memoria magis magisque celebratur, et piæ religionis gesta resplendent.

Ἐκκλησίαν, καὶ τὸ καινὸν καὶ νέον ἔθνος, τὸ κατ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐκ τῆς τῶν ἐθνῶν ἐκλογῆς ὑποστάν. Διὸ μειζόνως καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ πάντων τῶν θεοφιλῶν ἀνδρῶν ἡ μνήμη ἀνυμνεῖται, τά τε τῆς θεοσεβείας κατορθώματα διαλάμπει.

VERS. 6, 8, 9. *Quoniam cogitaverunt unanimiter simul : adversum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum, et Ismaelitæ, Moab et Agareni, Gebal et Ammon et Amalec, alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Etenim Assur venit cum illis, facti sunt in adjutorium filiis Lot. Diapsalma.* Quasi Deum excitans irritansque Propheta in sua pro populi supplicatione ait, *adversum te.* Non enim contra populum, inquit, sed adversum te, et adversus testamentum tuum inimici populi tui machinantur. Hinc narrat quæ in Assyriorum irruptione contra Judaicum populum gesta sunt. Et hæc vaticinatur, postquam quibus de causis hostibus traditi sint enarraverat. Nam in præcedenti psalmo principes populi coarguebat dicens : *Usquequo judicatis iniquitatem* : ac rursum, *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* In superiori vero totam gentem accusabat dicens : *Et non audivit populus meus vocem meam, et Israel non intendit mihi.* Sed etiam in LXXVII facinorum ipsorum longum catalogum texuit. Consequenter igitur quæ diuturno post tempore ipsis contigerunt ob allatas causas vaticinatur. Illic autem variis temporibus obsessi sunt, primum a Babyloniis ; secundo ab Antiocho rege Syriæ ; postremo a Romanis post patratum in Servatorem nostrum scelus. Opportune ex Spiritus præscientia tres illas obsidiones idem propheta prænuntiat : nam in LXXII postremam significat, ut propriis in locis declaravimus ; in LXXVIII, eam quæ sub Antiocho Syro contigit, uti commonstratum est ; in præsenti autem primam meminit, scilicet Assyriorum, quam etiam LXXIX vaticinatus est, vineæ incendium et vastitatem significans. Ex historia igitur edisci potest, quot gentes in unum contra Judaicum populum coactæ sint in prima Assyriorum irruptione, quas præsens prophetia recenset : quæ primos numerat Idumæos, deinde Ismaelitas, tertio Moabitas, quarto Agarenos, hinc Gebalenos et Ammonitas, et Amalecitas. Præter hos autem dicit, *Alienigenæ cum habitantibus Tyrum.* Pro illo autem, *alienigenæ*, Aquila et Symmachus, *Phylistæam* ediderunt. Hoc porro nomine appellari solent qui Gazam, Ascalonem et maritimam incolunt. Hi itaque maritimi allophyli cum habitantibus Tyrum irruerunt, inquit, in populum tuum ; et præter hos omnes Assyrius, quod sane caput malorum est, cum iis impetum faciens, illisque commilitonibus usus castra posuit : omnesque prædicti simul *facti sunt in adjutorium filiis Lot.* Pro quo Aquila, *Facti sunt*, inquit, *brachium filiis Lot ;* Symmachus vero, *Facti sunt commilitones filiis Lot.* Filii autem Lot erant Ammonitæ et

Σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, ἀνεβάλου τὸν Χριστόν σου. Κατέστρεψας τὴν διαθήκην τοῦ δούλου σου, ἐβεβήλωσας εἰς τὴν γῆν τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ· καθεῖλες πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ, ἔθου τὰ ὀχυρώματα αὐτοῦ δειλίαν. Διήρπαζον αὐτὸν πάντες οἱ παραπορευόμενοι ὁδόν· ἐγενήθη ὄνειδος τοῖς γείτοσιν αὐτοῦ. Ὕψωσας τὴν δεξιὰν τῶν θλιβόντων αὐτόν, εὔφρανας πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ. Ἀπέστρεψας τὴν βοήθειαν τῆς ῥομφαίας αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀντελάβου αὐτοῦ ἐν τῷ πολέμῳ. Κατέλυσας ἀπὸ καθαρισμοῦ αὐτόν, τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς γῆν κατέῤῥαξας· ἐσμίκρυνας τὰς ἡμέρας τοῦ χρόνου αὐτοῦ, κατέχεας αὐτῷ αἰσχύνην· Διάψαλμα. Ἀποδέδεικται ταῦτα τῇ σωματικωτέρᾳ τοῦ Δαυὶδ διαδοχῇ καὶ τῇ σωματικῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ, ἥτις καθῃρέθη κατὰ τοὺς χρόνους τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ. Ἐξ ἐκείνου γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς, τουτέστιν ὁ αἰσθητὸς βασιλεὺς, ὁ ἀπὸ γένους Δαυὶδ διαλέλοιπε, καὶ ὁ θρόνος τῆς βασιλείας αὐτοῦ κατερράγη, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τὰ προπεφητευμένα πεπλήρωται· ἐφ' οἷς ἐκ προσώπου τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἀπολοφύρεται ὁ λόγος, ὡς ἕτερα μὲν τοῦ Θεοῦ ἐπαγγειλαμένου, ἑτέρων δὲ ἀποβάντων. Προσήκει δὲ ἡμᾶς ἐπιστῆσαι τὸν νοῦν, ὡς, τοῦ Θεοῦ ἀψευδοῦς ὄντος, ἀνάγκη πᾶσα ἐπαληθεύεσθαι τοὺς αὐτοῦ λόγους· εἰ δὲ μὴ ἀληθεύοιντο ἐπὶ τῆς αἰσθητῆς τοῦ Δαυὶδ βασιλείας, ὥρα ἕτερον τρόπον νοεῖν τὰ ἐπηγγελμένα. Τίς οὖν ὁ τρόπος, αὐτὸ τὸ θεῖον ἐδίδαξε Πνεῦμα διὰ τῶν ἔμπροσθεν, ἐν οἷς εἴρητο· *Ἐν οὐρανῷ ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου·* καὶ πάλιν· *Ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοὶ τὰ θαυμάσιά σου, Κύριε, καὶ γὰρ καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν ἐκκλησίᾳ ἁγίων·* καὶ πάλιν· *Δυνατὸς εἶ, Κύριε, καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλῳ σου·* καὶ αὖθις· *Ἔλεος καὶ ἀλήθεια προπορεύσονται πρὸ προσώπου σου.* Ταῦτα γὰρ πάν-

C

D

Vers. 39-46. *Tu vero repulisti et despexisti, abjecisti Christum tuum. Evertisti testamentum servi tui, profanasti in terra sanctuarium ejus : destruxisti omnes sepes ejus, posuisti munimenta ejus formidinem. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam : factus est opprobrium vicinis suis. Exaltasti dexteram tribulantium eum, lætificasti omnes inimicos ejus. Avertisti adjutorium gladii ejus, et non es auxiliatus ei in bello. Solvisti eum ab emundatione, thronum ejus in terram confregisti. Minorasti dies temporis ejus, perfudisti eum confusione. Diapsalma.* Hæc de corporea Davidis successione, et de regno ejus sensibili, quod tempore abductæ Judæorum in Babylonem captivitatis destructum fuit, intelligi comprobantur. Ex illo namque tempore Christus, id est, rex sensibilis e genere Davidis defecit, thronus regni ejus confractus est, et reliqua omnia quæ in vaticinio feruntur impleta sunt. Quibus de causis ex persona Judæorum hic sermo lamenta edit; quasi scilicet alia Deus promiserit, alia evenerint. Nos vero animadvertere convenit, cum Deus mendacii expers sit, necessario veros esse sermones ejus : si autem erga sensibile Davidis regnum veri non reperiantur, restat ut alio modo promissa intelligamus. Quis ille modus sit, docet superius divinus Spiritus, cum dicitur : *In cœlo præparabitur veritas tua;* ac rursum : *Confitebuntur cœli mirabilia tua, Domine, etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum;* iterumque : *Potens es, Domine, et veritas tua in circuitu tuo;* et rursum, *Misericordia et veritas præcedent faciem tuam.* Hæc quippe omnia declarant, Dei promissa nunquam irrita esse, sed qua ipse novit ratione impleri. Nam, *In cœlo*, inquit, *præparabitur veritas tua :* aperte significans cœlestes ac divinas esse Dei promissiones. Ac verborum complementa declaravit per Salvatorem no-

strum Jesum Christum, ex semine Davidis ortum, perfecta esse : nam hujus regnum et thronus, non humanus, neque ex hoc mundo erat. Idcirco dicebat Pilato : *Regnum meum non est ex hoc mundo* [46]. Sciscitante autem illo, num rex esset, respondit, *In hoc natus sum*. Igitur si in hoc natus est, in hoc manebit. Huic porro sermoni testimonium affert qui ortum ejus Virgini promisit angelus Gabriel, qui dixit ei : *Et ecce concipies in utero, et paries, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Deus thronum David patris sui, et regnabit in æternum, et regni ejus non erit finis* [47]. In hoc itaque natus est; sed regnum ejus non erat ex hoc mundo : nam hujus mundi regnum non potest in æternum durare, neque fine caret, neque in infinitum extenditur; regnum vero semini Davidis promissum æternum erat et immortale : ait enim, *Et thronus ejus erit sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum, et testis in cœlo fidelis.*

Talia porro sunt quæ Virgini de filio ex se nascituro promissa sunt. Oracula enim ipsi fundens angelus, hæc pollicitus est : *Et dabit illi Deus thronum David patris ejus.* Qualis vero ille et cujusmodi esset, sub hæc explicat dicens, *Et regnabit in æternum, et regni ejus non erit finis.* Talis ille thronus erat, quem Davidi Deus cum juramento pollicitus est. Quod declarans angelus, oraculum suum interpretatus est : primo quidem dicens, *Et dabit illi Deus thronum David patris ejus;* postea vero adjiciens, *Et regnabit in æternum, et regni ejus non erit finis.* Hæc opere completa sunt in Salvatore nostro Jesu, Christo Dei, qui ex semine David ortus, imperat, legem dat, et regnat in universo orbe ; non humano quidem modo, sed divina virtute : et semen ejus vere in sæculum manet ; id est, successio ejus, quæ per apostolos et discipulos ipsius totum implet mundum; sive rationabile cœlestis doctrinæ ejus semen. Sed etiam thronus ejus solis instar resplendet, hominum animas illuminans et radiis illustrans. Hæc porro omnia jam ad effectum deducta sunt, et in dies hactenus implentur, secundum ea quæ Davidi juravit Deus. Verum quoniam non humano ritu, neque secundum morem regum mundanorum, hæc promissa in successoribus Davidis impleta sunt ; neque in ipso Salvatore nostro, corporeo more finem acceperunt, quia regnum ejus non fuit ex hoc mundo, neque ille in sensibili Davidis throno sedit ; imo vero contrarium accidit, adveniente passione ejus ; hæc ipsa divinus et propheticus Spiritus jure ac merito declaravit, ad perquisitionem consummationis divini sermonis

[46] Joan. XVIII, 36. [47] Luc I, 31-33.

A τα παραστατικὰ τυγχάνει τοῦ μὴ διαψεύσασθαι τὰς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίας, πληροῦσθαι δὲ αὐτὰς, καθ' οὓς οἶδε λόγους. *Ἐν γὰρ τῷ οὐρανῷ*, φησὶν, *ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου* · σαφῶς δηλῶν ἐπουρανίας εἶναι καὶ θείας τὰς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίας. Καὶ παρέστηκε τῶν λόγων τὰ ἀποτελέσματα διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ πεπληρωμένα · τούτου γὰρ ἡ *βασιλεία* καὶ θρόνος οὐκ ἀνθρώπινος ἦν, οὐδὲ ἐκ τοῦ *κόσμου* τούτου. Διὸ ἔλεγεν ἐπὶ τοῦ Πιλάτου · *Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου.* Ἐρωτηθείς τε ὑπ' αὐτοῦ εἰ βασιλεὺς εἴη, ἀπεκρίνατο, *Εἰς τοῦτο καὶ γεγέννημαι.* Οὐκοῦν εἰ γεγέννηται, *μενεῖ* εἰς τοῦτο. Καὶ μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ ὁ τὴν γένεσιν *αὐτοῦ* τῇ Παρθένῳ εὐαγγελισάμενος ἄγγελος ὁ Γαβριὴλ εἰπὼν πρὸς B αὐτήν· *Καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται. Καὶ δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.* Γεγέννηται τοίνυν εἰς τοῦτο, ἀλλ' οὐκ ἦν ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐκ τοῦ *κόσμου* τούτου· ἡ μὲν γὰρ τοῦ κόσμου τούτου βασιλεία οὐχ οἷά τέ ἐστι διαρκεῖν εἰς τὸν αἰῶνα, οὐδ' ἐστὶν ἀτελεύτητος, οὐδ' εἰς τὸ ἄπειρον ἐκτεινομένη · ἡ δὲ τῷ σπέρματι Δαυὶδ ἐπηγγελμένη βασιλεία αἰώνιός τις ἦν καὶ ἀθάνατος· *Καὶ ὁ θρόνος*, γάρ φησιν, *ἔσται αὐτοῦ ὡς ἥλιος ἐνώπιόν μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός.*

Τοιαῦτα δὲ τυγχάνει τὰ καὶ τῇ Παρθένῳ ἐπηγγελμένα περὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς γεννηθησομένου. Χρηματίζων γοῦν αὐτῇ ὁ ἄγγελος ἐπηγγείλατο λέγων · *Καὶ δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.* Ποῖος δὲ οὗτος καὶ ποταπὸς ἦν, ἐξῆς διερμηνεύει C φάσκων · *Καὶ βασιλεύσει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.* Τοιοῦτος δ' ἦν ὁ τῷ Δαυὶδ μεθ' ὁρκωμοσίας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐπηγγελμένος. Ὁ δὴ παριστὰς ἄγγελος, διηρμήνευε τὸν ἑαυτῷ χρησμόν · πρότερον μὲν εἰπὼν, *Καὶ δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ* · εἶθ' ἑξῆς ἐπαγαγὼν, *Καὶ βασιλεύσει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.* Ταῦτα δὲ τοῖς ἔργοις ἐπληροῦτο, εἰς τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα Ἰησοῦν, τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, ὃς ἐκ σπέρματος Δαυὶδ γεγονὼς κρατεῖ καὶ νομοθετεῖ καὶ βασιλεύει καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, οὐκ ἀνθρωπίνως, ἀλλὰ θείᾳ δυνάμει · καὶ τό τε σπέρμα αὐτοῦ ἀληθῶς εἰς τὸν αἰῶνα μένει · ἤτοι τὸ τῆς διαδοχῆς αὐτοῦ τῆς διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ καὶ μαθητῶν τὸν σύμπαντα D κόσμον πληρούσης · ἢ τὸ λογικὸν σπέρμα τῆς οὐρανίου διδασκαλίας αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐκλάμπει, φωτίζων καὶ καταυγάζων τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς. Ταῦτα δὲ πάντα τέλους ἠξιοῦτο, καὶ εἰσέτι νῦν πληροῦται ἀκολούθως οἷς ὤμοσεν ὁ Θεὸς τῷ Δαυὶδ. Ἀλλ' ἐπειδὴ μὴ ἀνθρωπίνως, μηδὲ συνήθως τοῖς κατὰ ἄνθρωπον βασιλεῦσιν εἰς τοὺς διαδόχους τοῦ Δαυὶδ ἐπληροῦτο τὰ ἐπηγγελμένα, ἀλλ' οὐδ' ἐπ' αὐτὸν τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα σωματικῶς τέλους ἐτύγχανεν, ἐπεὶ μὴ γέγονεν αὐτοῦ ἡ βασιλεία ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, μηδ' ἐπὶ τὸν αἰσθητὸν θρόνον ἐκαθέσθη Δαυὶδ· τοὐναντίον δὲ ἀπέβη διὰ τὸ συμβεβηκὸς περὶ αὐτὸν

πάθος· εἰκότως καὶ ταῦτα αὐτὰ τὸ θεῖον καὶ προφητικὸν Πνεῦμα παρίστη, διεγεῖρον ἡμᾶς ἐπὶ ζήτησιν τῶν ἀποτελεσμάτων τῶν τοῦ Θεοῦ λογίων· διό φησι· *Νυνὶ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, Κύριε, ἀπεβάλου τὸν Χριστόν σου· κατέστρεψας τὴν διαθήκην τοῦ δούλου σου*, καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς· δι' ὧν σαφῶς ὀνομαστὶ μνημονεύσας τὸν Χριστὸν ὁ λόγος, παρίστη ὅτι μηδὲν αὐτὸν ἔλαθε τῶν καὶ περὶ τὴν διαδοχὴν τοῦ Δαυὶδ, καὶ τὴν σωματικὴν αὐτοῦ βασιλείαν, τῶν τε περὶ τὸ πάθος τῷ Χριστῷ τοῦ Θεοῦ συμβεβηκότων. Ταῦτα γοῦν ἐδίδασκε προσδοκᾶν ἔσεσθαι καὶ περὶ τὴν διαδοχὴν αὐτοῦ, καὶ περὶ τὴν βασιλείαν, περί τε τὸν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαυὶδ προελευσόμενον. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα πλεῖστα ὅσα διὰ τῶν ἀνωτέρω ἐνδοξα περὶ αὐτοῦ λέλεκτο, ὅτι τε ὑψωθήσεται, καὶ ἐν θαλάσσῃ καὶ ἐν ποταμοῖς τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐκτενεῖ, ἐπικαλέσεταί τε τὸν Θεὸν Πατέρα, καὶ πρὸς αὐτοῦ πάλιν Πρωτότοκος ἀναγορευθήσεται, ἔσται τε ἀνώτατος τῶν βασιλέων, καὶ διαθήκην ἕξει πιστήν· καὶ σπέρμα διαμένον εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, καὶ θρόνον διαρκοῦντα κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατὰ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην· ἀλλ' ὅμως καὶ τάδε τὰ σκυθρωπὰ περὶ αὐτὸν συμβήσεσθαι προλέγει, προφητεύει τε καὶ ταῦτα καὶ προδιδάσκει ἀναγκαίως τὸ θεῖον Πνεῦμα, ἵν' εἴ ποτε τοῖς λόγοις ἀκόλουθα ἀπαντήσειε τὰ ἔργα περί τε τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ περὶ τὴν τοῦ Δαυὶδ διαδοχὴν, μὴ ταράττοιντο οἱ πάλαι ταῦτα καὶ ἐκ προγόνων μέλλειν ἔσεσθαι παρειληφότες· εὖ εἰδότες ὅτι ταῦτα γενήσεσθαι περὶ αὐτὸν προεφητεύσατο, τά τε σκυθρωπὰ καὶ χρηστότερα· οἷς γοῦν καὶ ὁ αὐτὸς λόγος τἀναντία περὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἔσεσθαι θεσπίζει, ἃ δὴ καὶ ἔργοις αὐτοῖς παρειλήφαμεν. Κατὰ μὲν γὰρ τὸν χρόνον τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπληροῦτο εἰς αὐτὸν τὰ σκυθρωπότερα· κατὰ δὲ τὸν μετὰ ταῦτα αἱ τῶν κρειττόνων ἐπαγγελίαι ἔργοις πάλιν εἰς αὐτὸν ἐτελειοῦντο.

A nos excitans; quare ait: *Nunc autem repulisti et despexisti, Domine, abjecisti Christum tuum: evertisti testamentum servi tui*, et cætera: queis clare Christum memorans, indicat, nihil eorum quæ ad successionem Davidis, et corporeum ejus regnum, necnon eorum quæ in passione Christo Dei acciderunt, latere sibi. Hæc igitur docuit de successione ejus et regno, ac de eo qui ex semine David proditurus erat exspectanda esse. Licet enim superius quamplurima de illo gloriosa dicta fuerint, quod scilicet exaltandus sit, quod in mare et in flumina manum extensurus sit, quod Deum invocaturus sit Patrem, et ab illo rursum Primogenitus declarandus sit, præstantior futurus sit omnibus regibus, testamentum fidele habiturus sit, et semen in sæculum sæculi permanens, thronum item durantem B sicut dies cœli et sicut lunam ac solem; attamen hæc tristia ipsi eventura esse prænuntiat: hæcque necessario prædicit, ac docere antevertit Spiritus divinus; ut si quando secundum sermonem ejus hæc Christo et Davidis successioni acciderint, ne turbentur ii, qui jam olim et a majoribus hæc futura esse didicerant, quari scilicet in prophetia isthæc futura prænuntiari, sive tristia, sive mitiora: quæ sane idem sermo licet contraria, in eodem ipso eventura vaticinatur, quæque ipsis operibus completa accepimus. Nam tempore passionis Servatoris nostri tristia illa in ipso sunt impleta; postea vero, præstantiora illa promissa in eodem operibus ipsis perfecta sunt.

Τὰ μὲν οὖν περὶ τὸ πάθος αὐτῷ συμβάντα ἀκριβῶς ἐδηλοῦτο διὰ τοῦ· *Σὺ δὲ ἀπώσω, καὶ ἐξουδένωσας, ἀπεβάλου τὸν Χριστόν σου.* Ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας φησὶν, Ὑπερηθέτησας μετὰ ἠλειμμένου σου· ὁ δὲ Σύμμαχος, Ἐχολώθης πρὸς τὸν Χριστόν σου. Τηνικαῦτα δὲ καὶ τὰ τῆς Διαθήκης αὐτοῦ τῆς πρὸς τοὺς ἀποστόλους διεσκεδάσθη, ὅτε καὶ ἠρνήσαντο αὐτὸν, καὶ τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ, τουτέστι τὸ σῶμα τὸ ἀπὸ τῆς ἁγίας Παρθένου, εἰς τὴν γῆν ἐβεβηλώθη· ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ τότε περιεῖλεν ὁ Θεός· δηλαδὴ τοὺς περιφράττοντας, ὥσπερ καὶ δορυφοροῦντας αὐτὸν καὶ περιέποντας ἀγγέλους· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ ὀχυρώματα αὐτοῦ. Ἦσαν δὲ οὗτοι οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, οἳ ἐγένοντο εἰς δειλίαν, ὡς καὶ ἀρνήσασθαι αὐτὸν καὶ καταλιπόντας φυγεῖν. Τότε δὲ καὶ ἐγενήθη εἰς ὄνειδος τοῖς γείτοσιν αὐτοῦ, καὶ ὑψώθη ἡ δεξιὰ τῶν θλιβόντων αὐτόν· καὶ τὰ λοιπὰ δὲ πάντα τότε εἰς τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ἐπληροῦτο. Ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν τις ἔχοι ταῦτα ἐπ' αὐτὸν τὸν Δαυὶδ ἐφαρμόζειν, οὐδ' ἐπιδεῖξαι εἰς ἐκεῖνον πεπληρωμένα τὰ προκείμενα, ὡς οὐδὲ τὰ σεμνότερα καὶ χρηστότερα ἐμφερόμενα ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίαις. Οὐ γὰρ δὴ τοῦ Δαυὶδ ὁ θρόνος κατηύγασε τὴν σύμπασαν οἰκουμένην, δίκην ἡλίου φωτίσας, οὐδ' ὡς ἡ σελήνη διαρκὴς γέγονε, οὐδὲ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος διεφυλάχθη· οὐδ' ἔχει λό-

C Quæ igitur in passione ejus acciderunt, accurate prænuntiata sunt his verbis: *Tu vero repulisti et despexisti, abjecisti Christum tuum.* Pro quo Aquila ait: *Distulisti cum uncto tuo;* Symmachus autem: *Iratus es contra Christum tuum.* Tunc porro quæ ad testamentum apostolis datum spectabant, dissipata sunt, quando ipsum abnegarunt, et sanctuarium ejus, id est corpus ex sancta Virgine acceptum, in terra profanatum est. Imo etiam omnes sepes ejus tunc abstulit Deus, videlicet angelos stipantes eum, ac satellitium agentes et ministrantes, itemque munimenta ejus ablata. Ea autem erant apostoli ejus et discipuli, qui tanta formidine repleti sunt, ut abnegarent eum, ipsoque relicto fugerent. Tunc autem factus est in opprobrium vicinis suis, et exaltata est dextera tribulantium eum: D ac cætera omnia in eo, qui ex semine Davidis prodierat, tunc impleta sunt. Alias enim nemo possit isthæc ipsi Davidi coaptare, neque ostendere hæc quæ tractamus impleta in ipso esse; ut neque præstantiora et mitiora quæ in promissis Dei feruntur. Neque enim Davidis thronus radios instar solis emittendo totum illuminavit orbem, neque ut luna perpetuus fuit, neque in sæculum sæculi conservatus est. Neque ulla ratione potest ille David Primoge-

nitus Dei vocari : quandoquidem ante et post illum sexcenti illo præstantiores fuere. Neque videtur David dexteram in flumina, sinistram in mare extendisse, neque dominatus est a mari usque ad mare, neque regnum obtinuit, quod pertingeret usque ad terminos terræ. Neque etiam filio ejus Salomoni hæc adaptari possunt : nam hic perinde atque pater ejus, non ultra Judæam imperavit, neque ut pater ejus, plus quadraginta annis regnavit : neque crimine vacuam vitam emensus est. Tali namque modo se gessit, ut propter insanum mulierum amorem et idololatriam male audierit, qua de causa Satanam ipsi suscitasse dicitur Deus. Verum neque post Salomonem ad alterum regum Judæorum ex semine et successione David possunt promissiones illæ referri : sed omnia simul, sive mitiora, sive tristia, in uno solo, ex semine David orto, qui dicitur Jesus Christus Salvator noster, impleta fuisse constat : quæ scilicet divinus Spiritus prænuntiavit, præmittens quidem divinas pollicitationes, docens autem exspectandum esse, ut in uno et eodem hæc tristiora contingerent : cum maxime sensibilem illum totius ex Davide successionis thronum evertendum esse prospiceret. Nam reges ex semine Davidis orti ad usque captivitatem populi in Babylone perdurarunt : neque toti Judæorum genti, sed tribus solum tribubus ac ne quidem integris imperabant : atque totum imperii eorum tempus ad quadringentos circiter annos solum pertingit : quibus exactis Jechonia ex successione Davidis postremo regnante, nullus alius Judæorum rex ex semine David memoratur ; ita ut hoc item modo impleta sint isthæc divini Spiritus oracula, quibus dicitur : *Nunc autem repulisti et despexisti, abjecisti Christum tuum. Evertisti testamentum servi tui, profanasti in terra sanctuarium ejus*, et cætera.

γον τὸν Δαυὶδ ἐκεῖνον Πρωτότοκον χρηματίσαι τοῦ Θεοῦ ἐπεὶ καὶ πρὸ αὐτοῦ μυρίοι καλλίους αὐτοῦ καὶ μ αὐτὸν γεγόνασιν. Ἀλλ' οὐδὲ φαίνεται ὁ Δαυὶδ τὴν ἐ ξιὰν ἐπὶ ποταμοὺς ἐκτείνας, καὶ τὴν ἀριστερὰν ἐ θάλασσαν, οὐδὲ κατακυριεύσας ἀπὸ θαλάσσης ἕ θαλάσσης, οὐδὲ βασιλείαν κτησάμενος τὴν παρεκτ θεῖσαν ἕως τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης. Ἀλλ' κἀ ἐπὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ γενόμενον Σολομῶνα ταῦτα πάντ ἐφαρμοσθήσεται· οὐ πλέον γὰρ τῆς Ἰουδαίας οὐδ' ὅ τος κρατήσας ὁμοίως τῷ ἑαυτοῦ ἱστορεῖται πατρὶ· ἀλλ' οὐδ' ὑπερβὰς χρόνον ἐτῶν μ' τῆς βασιλείας ὁμοίως τῷ ἑαυτοῦ πατρί· ἀλλ' οὐδὲ ἀνεπίληπτον βίον διαλέσας. Τοιαῦτα γοῦν ἦν τὰ περὶ αὐτὸν ὡς καὶ γυναικομανίαν καὶ εἰδωλολατρείαν διαβάλλεσθαι, ὧν ἕνεκα καὶ Σατανᾶν αὐτῷ ἐπιπέμψαι λέγεται ὁ Θεός. Ἀλλ' οὐδ' ἐφ' ἕτερον τὸν μετὰ Σολομῶνα τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐκ σπέρματος καὶ διαδοχῆς Δαυὶδ βασιλευσάντων ἀνενέχθησαν δύναται τὰ ἐπηγγελμένα· πάντα δὲ ὁμοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ τά τε χρηστότερα καὶ τὰ σκυθρωπὰ εἰς ἕνα μόνον τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ λεγόμενον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα συνίστατο πεπληρωμένα· ἃ δὴ καὶ προείληφε τὸ θεῖον Πνεῦμα, προτάξαν μὲν τὰς ἐνθέους ἐπαγγελίας, διδάξαν δὲ χρῆναι προσδοκᾶν περὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν συμβήσεσθαι τὰ σκυθρωπότερα· μάλιστα ὅτε καὶ πάσης τῆς τοῦ Δαυὶδ διαδοχῆς, τὸν αἰσθητὸν τῆς βασιλείας θρόνον καταλυθησόμενον θεωρεῖ. Μέχρι γοῦν τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας τοῦ λαοῦ διήρκεσαν οἱ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ βεβασιλευκότες· καὶ οὐδὲ ὅλου τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους βασιλεύσαντες ἀλλὰ μόνων τριῶν φυλῶν, καὶ οὐδὲ τούτων ὅλων· ἀλλὰ καὶ σύμπας ὁ χρόνος τῆς τούτων ἀρχῆς ἀμφὶ τὰ τετρακόσια ἔτη μόνα συντείνει, μεθ' ἃ, Ἰεχονίου ὑστάτου τῆς τοῦ Δαυὶδ διαδοχῆς γενομένου, οὐδέτερος βασιλεὺς Ἰουδαίων ἐκ σπέρματος Δαυὶδ γεγονὼς μνημονεύεται· ὡς καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον πεπληρῶσθαι τὰ προκείμενα τοῦ θείου Πνεύματος λόγια, δι' ὧν εἴρηται· *Νυνὶ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, καὶ ἀνεβάλου τὸν Χριστόν σου. Κατέστρεψας τὴν διαθήκην τοῦ δούλου σου, ἐβεβήλωσας εἰς τὴν γῆν τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ*· καὶ τὰ τούτοις ἐπιφερόμενα.

Deinde quia Dei ad Davidem promissiones bonam et ingentem Davidis semini spem ascribebant ; et tamen quæ successioni ejus acciderant, omnino contraria videbantur ; nam thronus regni ejus humano more sumpti a tempore Jechoniæ solutus cessaverat : hæc prospiciens Spiritus propheticus, jure ad veritatis sermonum Dei perquisitionem nos invitat, nosque instituit ut id a Deo quæramus et ediscamus, sciscitantes ipsum ac dicentes : *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quas jurasti David?* Nam regni ejus sensibilis et humano more sumpti successio soluta, et a longo jam tempore sublata fuerat, cum ex semine ejus ortus Jesus Christus, qui promissionum Davidi factarum hæres futurus exspectabatur, non sensibile neque humanum regnum possedit ; sed prorsus contraria iis quæ homines exspectabant passus est, ad mortem usque progressus, omniaque perpessus, quæ divinus Spiritus præscientiæ virtute prænuntiarat. Qua de

Εἶτ' ἐπειδήπερ τὰ μὲν τῶν τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπαγγελιῶν ἀγαθάς τινας καὶ μεγάλας ἐλπίδας τῷ σπέρματι Δαυὶδ ὑπέγραφε, τὰ δὲ περὶ τὴν διαδοχὴν αὐτοῦ συμβεβηκότα τἀναντία πάντα περιεῖχεν, ὅ τε θρόνος τῆς κατὰ ἄνθρωπον βασιλείας αὐτοῦ λέλυτο πεπαυμένος ἀπὸ τῶν Ἰεχονίου χρόνων· εἰκότως ταῦτα προθεωρῆσαν τὸ προφητικὸν Πνεῦμα, ἐπὶ ζήτησιν ἡμᾶς παρορμᾷ τῆς τῶν λόγων τοῦ Θεοῦ ἀληθείας, καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ζητεῖν καὶ μανθάνειν διδάσκει ἐρωτῶντας αὐτὸν καὶ λέγοντας· *Ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαυίδ;* Ἦ τε γὰρ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τῆς αἰσθητῆς καὶ κατὰ ἄνθρωπον διαδοχὴ λέλυτο, ἐκ μακροῦ καθεμένη, ὅ τε ἐκ σπέρματος αὐτοῦ γεγονὼς Ἰησοῦς ὁ Χριστός, προσδοκηθεὶς αὐτὸς εἶναι ὁ τῶν πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπαγγελιῶν κληρονόμος, αἰσθητὴν μὲν οὐκ ἐκτήσατο, οὐδ' ἀνθρωπίνην βασιλείαν· τἀναντία δὲ πάντα καὶ αὐτὸς ὧν προσεδόκησαν ἄνθρωποι πέπονθε, μέχρι καὶ θανάτου φθάσας, καὶ πάντα ὑπομείνας, ἃ δὴ προγνωστικῇ

δ ἀνάμει τὸ θεῖον ἀνεφθέγξατο Πνεῦμα. Ὧν ἕνεκα εἰκότως ἀνερωτᾷν καὶ πυνθάνεσθαι διδάσκει λέγοντας· *Ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε*, καὶ τὰ ἑξῆς. Μεθ' ἃ ἐπιλέγει· *Ἕως πότε, Κύριε, ἀποστρέψεις εἰς τέλος, ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ἡ ὀργή σου; Μνήσθητι τίς μου ἡ ὑπόστασις· μὴ γὰρ ματαίως ἔκτισας πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων; Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὃς ζήσεται, καὶ οὐκ ὄψεται θάνατον, ῥύσεται τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐκ χειρὸς ᾅδου; Διάψαλμα.* Ἀντὶ τοῦ, *ἀποστρέψεις*, ὁ μὲν Ἀκύλας φησὶν, *Ἕως πότε, Κύριε, ἀποκρυβήσῃ εἰς νεῖκος;* ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ἕως τίνος, Κύριε, ἀποκρυβήσῃ εἰς τέλος;* Καί μοι δοκεῖ ὁ λόγος τὸ ἀπόῤῥητον τῆς ἐπελθούσης ὀργῆς τῇ σωματικωτέρᾳ βασιλείᾳ Δαυὶδ, καὶ παντὶ τῷ Ἰουδαίων ἔθνει αἰνίττεσθαι. Ἐναντίων γοῦν ἀποβάντων ταῖς ἐπαγγελίαις, ὅσον ἐπὶ τῇ προχείρῳ προσδοκίᾳ, ὁ τὰς ἀγαθὰς ἐπαγγελίας πρὸς τὸν Δαυὶδ πεποιημένος Θεὸς ἀνεκηρύττετο. Διὸ ἱκετεύει ὁ λόγος μὴ εἰς μακρὸν παρεκτεῖναι τὴν γενομένην κατ' αὐτῶν ὀργὴν, ταχὺ δὲ παρελθεῖν μὲν τὰ σκυθρωπὰ, ἐπιστῆναι δὲ τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ. Εἶτα ἐκ προσώπου τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας λέγει, *Μνήσθητι τίς μου ἡ ὑπόστασις*, καὶ τὰ ἑξῆς. Διδάσκει δὲ τὸν λαὸν ταῦτα λέγειν ὁ προφητικὸς λόγος, εἰς τὸ παρακαλεῖν τὸν Θεὸν καὶ δυσωπεῖν καταπαῦσαι μὲν τὴν ὀργὴν τὴν κατὰ τοῦ ἔθνους, παύσασθαι δὲ καὶ αὐτὸν ἀποκρυπτόμενον· καταξιῶσαι δὲ ἤδη ποτὲ παρασχεῖν ἀνθρώποις τὰ τῷ Δαυὶδ ἐπηγγελμένα. Ἐπειδήπερ, φησὶν, ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἀσθενὴς μέν ἐστι καὶ πτωχὴ, πλὴν ἀλλὰ πλείστης ἠξίωται παρὰ σοὶ τιμῆς· οὐ γὰρ ματαίως ἔκτισας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, οὓς κατ' εἰκόνα τὴν σὴν ἐδημιούργησας· δι' ὃ ἵνα μὴ τὸ σὸν κτίσμα καὶ ἡ σὴ εἰκὼν παραπόληται διὰ τῆς ἐπελθούσης ὀργῆς, καὶ τῆς τῶν ἐπηγγελμένων ὑπερθέσεως, τάχυνον ἀνακτήσασθαι τὰ σκυθρωπὰ, καὶ θεραπεῦσαι τὰ νοσήσαντα διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐπαγγελιῶν ἐκδάσεως. Εἰ μὲν γὰρ ἦσαν οἱ ἄνθρωποι εἰς μάταιον ἐκτισμένοι ὁμοίως τοῖς ἐπὶ γῆς ἀλόγοις ζώοις, οὐκ ἂν οὐδὲν αὐτοῖς ἐχρῆν μέγα ἐπαγγέλλεσθαι· ὅτε δὲ τοιαῦτα φθάνουσιν ἀνθρώποις εὐαγγελιζόμεναι αἱ πρὸς τὸν Δαυὶδ ὁρκωμοσίαι, παντί που δῆλον ποιοῦσιν, ὅτι μὴ ἐπὶ ματαίῳ ἔκτισας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἐπεὶ τοίνυν τοιαύτης ἠξίωται παρὰ σοὶ τιμῆς ἡ ἀνθρωπεία φύσις, εἰκότως φημὶ, *Μνήσθητι τίς μου ὑπόστασις*· καὶ μνήσθητι, ὅτι μὴ ματαίως ἔκτισας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο μνησθῆναι ἀξιῶ, ὅτι οὐδείς ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς ἄγευστος τυγχάνει θανάτου, οὐδ' οἷός τέ τίς ἐστιν αὐτὸς ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν ἐκ θανάτου ῥύσασθαι, οὐδὲ καὶ τοῦτο τυγχάνει τῆς εὐεργεσίας. Ὥστε εἰ καὶ τοιαῦτα ἡμάρτανον οἱ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ὡς τὰς ἐπαναστάσεις (1) τὰς πρὸς τὸν Δαυὶδ εἰς τοὐναντίον αὐτοῖς περιτραπῆναι, καὶ τὴν ἐκ σπέρματος αὐτοῦ διαδοχὴν σὺν τῷ τῆς βασιλείας θρόνῳ καταλυθῆναι· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν Χριστόν σου τοιαῦτα παθεῖν ὑπὸ τῶν αὐτῶν, ὁποῖα προλαβόντες οἱ σοὶ λόγοι περὶ αὐτὸν γενήσεσθαι προεφήτευσαν· ἀλλὰ μὴ εἰς τέλος ἀποστραφῆναι ἀξιοῦμεν, μηδὲ ὡς πῦρ ἐκκαυ-

(1) L. ἐπαγγελίας.

A causa jure percontandum et interrogandum esse docet his verbis : *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine?* et cætera. Sub hæc infert : —VERS. 47-49. *Usquequo, Domine, avertes in finem, exardescet sicut ignis ira tua? Memorare quæ mea substantia; nunquid enim vane creasti omnes filios hominum? Quis est homo qui vivet, et non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi? Diapsalma.* Pro illo : *Avertes*, Aquila : *Usquequo, Domine, absconderis in contentionem?* Symmachus vero : *Usquequo, Domine, absconderis in finem?* Videturque mihi sermo arcanum iræ, regnum Davidis corporeo more sumptum et totam Judaicam gentem invasuræ, subindicare. Cum itaque, quantum ad vulgarem exspectationem, promissis contraria evenirent, Deus qui bonas pollicitationes Davidi dederat evocabatur. Quamobrem hic rogatur, ne iram in illos accensam diutius producat : sed quamprimum tristia prætereant, et promissa a Deo adveniant. Deinde ex persona humanæ infirmitatis ait : *Memorare quæ mea substantia*, et cætera. Populum autem ad hæc dicenda instituit propheticus sermo, ut Deum precibus ac supplicationibus inducat ad sedandam iram adversus gentem suam, et roget ut finem faciat sese occultandi : roget item ut vel sero tandem quæ Davidi promisit hominibus conferat. Quia, inquit, humana natura infirma et inops est, sed tamen multo apud te honore dignata est; non enim vane creasti filios hominum, quos secundum imaginem tuam condidisti; eapropter ne opificium tuum et imago tua per ingruentem iram et promissorum dilationem pereat, mature tristia illa repares, infirmisque medearis per promissionum exitum et complementum. Nam si homines perinde atque bruta animalia in vanum creati essent, nihil ipsis magnum promittendum esset : cum autem juramenta Davidi data, talia bona hominibus annuntient; ea sane palam faciunt te non in vanum creasse filios hominum. Quia igitur humana natura tali abs te honore donata est, jure dico : *Memorare quæ mea substantia;* et recordare te non in vanum creasse filios hominum. Sed etiam id recordari te precor, nullum esse hominum qui mortem non degustet, nec posse quemquam animam suam ex morte liberare; neque enim id beneficii accepit. Itaque etiamsi talia fuerint Judaicæ gentis scelera, ut promissa Davidi data in contrarium ipsis cederent, et successio seminis ejus una cum regni throno solveretur; imo etiam ipse Christus tuus talia ab ipsis pateretur, qualia prius sermones tui ipsi futura prænuntiabant : attamen precamur ne in finem usque avertaris, neque ira tua sicut ignis accendatur; sed recorderis quæ substantia mea, qui hæc pro illis postulo, et quæ sit hominum infirmitas, qui mortalem et interitui obnoxiam naturam sortiti sunt : recorderis item tui, qui non in vanum creasti filios hominum, sed ad magnam spem penes te repositam. Supplicamus autem ut hæc in memoriam revocans,

vel sero tandem mittas nobis eum, qui et a morte eruatur, et ab inferno revocetur (1); et ut finem facias te a nobis avertendi, iramque tuam sedes, ignis instar populo tuo ingruentem, ac quæ juratus promissa Davidi dedisti, operibus perficias.

A θῆναι τὴν ὀργήν σου, μνησθῆναι δὲ τίς μου ἐστὶν ὑπόστασις, τοῦ ταῦτα ὑπὲρ αὐτῶν πρεσβεύοντος, καὶ τίς ἡ τῶν ἀνθρώπων ἀσθένεια, τῶν θνητὴν φύσιν καὶ θανάτῳ δεδουλωμένην εἰληχότων· μνησθῆναι δὲ καὶ σαυτοῦ μὴ ἐπὶ ματαίῳ κτίσαντος τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐπὶ μεγάλαις ἐλπίσι ταῖς παρὰ σοί. Καὶ τούτων εἰς μνήμην ἐλθόντων ἱκετεύομεν ἵνα ποτὲ τὸν καὶ ἐκ θανάτου ῥυόμενον, καὶ ἐξ ᾅδου ἀνακαλούμενον καταπέμψαι ἡμῖν, καὶ παύσασθαι μὲν ἀποστρέφοντα ἑαυτὸν ἐξ ἡμῶν, καταπαῦσαι δὲ καὶ τὴν πυρὸς δίκην ἐπελθοῦσαν ἐπὶ τὸν λαόν σου ὀργὴν, ἔργοις δὲ ἐπιτελέσαι ἃς ὤμοσας πρὸς Δαυὶδ ἐπαγγελίας.

Vers. 50. *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quas jurasti David in veritate tua?* Quia non in vanum, inquit, creasti omnes filios hominum, et apud te illi in honore habentur, neque sese possunt a morte eruere; ideo precor et supplico ut maturesbonarum promissionum complementa exhibere B nobis, quæ a Christo tuo, post sublatum Davidis regnum, conferenda sunt. Festinare autem rogo antequam hominum genus funditus pereat. Quis enim hominum potest se de manu inferi eruere; nisi unus ille qui primo seipsum, deinde omnes in se sperantes, a portis mortis liberavit? Is etiamsi ea passurus sit quæ in prophetia feruntur his verbis: *Nunc autem repulisti et despexisti, abjecisti Christum tuum;* attamen tua ad Davidem facta promissa consequetur. Nam misericordiæ tuæ, Domine, et veritas tua in sæculum manent, ac ne vel unum promissionum tuarum verbum excidet. Licet autem nunc tristium illorum quæ eventura sunt memoriam repetens, dicam: *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine, quas jurasti David in veritate tua?* C at non ignoro te in veritate jurasse: quare in ipso sermonis exordio bonum illum finem respiciens, dicebam: *Misericordias Domini in æternum cantabo: in generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo;* ac rursum hæc loquebar: *In æternum misericordia ædificabitur, in cœlo præparabitur veritas tua.* Hæ ergo misericordiæ tuæ, Domine, ubinam sint, ediscere flagito, et ubi occultæ lateant, et quando venturæ sint. At enim supplico ut jam festinent et veniant ac infirmitatem nostram suscipiant. Nisi enim misericordias tuas antiquas ostenderis, quas non modo promisisti, sed etiam jurasti David in veritate tua, nulla hominibus spes salutis relinquitur. Ut autem sermo tuus D de tristibus futuris verax fuit, omniaque illa contigerunt et completa sunt; ita consentaneum est ut meliorum pollicitationes non irritæ sint: quibus scilicet nobis annuntiatum est, æternum fore semen Davidis, et thronum ejus instar solaris luminis universum orbem illustraturum esse. Hæc itaque illis olim antiquis in voto fuere, et ab iis qui prophetiarum vocum meditationi dediti erant exspectabantur: a nobis vero ipsis operibus completa videntur, per consummationem rerum quæ in Salvatore et Domino nostro Jesu Christo perfectæ sunt.

Ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαυὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου; Ὅτι μὴ ματαίως, φησὶν, ἔκτισας πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τετίμηνται δὲ παρὰ σοὶ, οὐχ οἷοί τε δέ εἰσιν ἑαυτοὺς ῥύσασθαι ἐκ θανάτου· τούτου χάριν δέομαι καὶ ἀντιβολῶ σπεῦσαι καὶ τῶν ἐπαγγελιῶν σου τῶν ἀγαθῶν δεῖξαι ἡμῖν τὰ ἀποτελέσματα, συνεχθέντα κατὰ τοῦ Χριστοῦ (2) σου καὶ μετὰ τὴν τῆς βασιλείας τοῦ Δαυὶδ καθαίρεσιν. Δέομαι δὲ ἐπιταχῦναι πρὶν κατάπτωσιν παντελῆ τὸ τῶν ἀνθρώπων ὑποστῆναι γένος. Τίς γάρ ἐστιν ἀνθρώπων ὁ δυνάμενος αὐτὸς ἑαυτὸν ἐκ χειρὸς ᾅδου ῥύσασθαι, εἰ μὴ εἷς μόνος ὁ πρῶτος μὲν αὐτὸς ἑαυτὸν, εἶτα δὲ καὶ πάντας τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας ἐκ τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν ῥυσάμενος; Εἰ καὶ τοιαῦτα πείσεται, οἷα διεξῆλθε ἡ προφητεία τὰ ἀπὸ τοῦ, *Νυνὶ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, ἀνέβαλου τὸν Χριστόν σου*, φήσασα· ὅμως καὶ τῶν σῶν πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπαγγελιῶν τεύξεται. Τὰ γὰρ ἐλέη σου, Κύριε, καὶ ἡ ἀλήθειά σου εἰς τὸν αἰῶνα μένει καὶ οὐδὲ εἷς λόγος τῶν σῶν ἐπαγγελιῶν διαπεσεῖται. Εἰ δὲ καὶ φημι νῦν εἰς ὑπόμνησιν ἐλθὼν τῶν συμβησομένων σκυθρωπῶν, *Ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαυὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου;* ἀλλ' οἶδα ἀγνοῶ, ὅτι ἐν τῇ ἀληθείᾳ ὤμοσας· διόπερ καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ παντὸς λόγου εἰς τὸ χρηστὸν τέλος ἀποβλέπων ἔλεγον· *Τὰ ἐλέη τοῦ Κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι· εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἀπαγγελῶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν τῷ στόματί μου·* καὶ πάλιν ἔλεγον· *Εἰς τὸν αἰῶνα ἔλεος οἰκοδομηθήσεται, ἐν τῷ οὐρανῷ ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου.* Αὐτὰ δ' οὖν ἐκεῖνα τὰ ἐλέη σου, Κύριε, ποῦ ἐστι μαθεῖν ἀξιῶ, καὶ ποῦ λανθάνει κρυπτόμενα, καὶ πότε ἥξει. Ἀλλὰ γὰρ ἱκετεύω, σπευσάτω νῦν καὶ ἡκέτω, καὶ καταλαβέτω τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν. Εἰ γὰρ μὴ ἐπιδείξειάς σου τὰ ἐλέη τὰ ἀρχαῖα, ἅπερ οὐχ ἁπλῶς ἐπηγγείλω, ἀλλὰ καὶ ὤμοσας τῷ Δαυὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, οὐδεμία λείπεται ἀνθρώποις ἐλπὶς σωτηρίας. Ὡς οὖν ἐπηλήθευσεν ὁ λόγος ἐπὶ τῶν σκυθρωπῶν, καὶ γέγονε καὶ ἀπήντησεν ἅπαντα, οὕτως ἀκόλουθόν ἐστι καὶ τὰ κρείττονα τῶν ἐπαγγελιῶν μὴ διαψεύσασθαι. δι' ὧν ὁ λόγος ἡμῖν εὐηγγελίσατο αἰώνιον σπέρμα Δαυὶδ καὶ θρόνον αὐτοῦ δίκην ἡλίου φωτὸς καταλάμψαντα (3) πᾶσαν τὴν τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένην. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν εὐχαῖς ἔκειτο τοῖς παλαιοῖς, καὶ προσεδοκᾶτο τὰς προφητικὰς φωνὰς μεμελετηκόσιν· ἡμῖν δὲ αὐτοῖς ἔργοις ὁρᾶται πεπληρωμένα, διὰ τῶν εἰς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀποτελεσμάτων.

(1) Græca, ῥυόμενον, ἀναχαλούμενον, active etiam reddi possunt, nempe: *qui eruat et revocet.* Judicet lector utrum rectius. Edit.

(2) Legendum videtur παρὰ τοῦ Χριστοῦ. Edit.

(3) Forte legendum καταλάμψοντα. Edit.

Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν δούλων σου, οὗ ὑπέσχον ἐν τῷ κόλπῳ μου πολλῶν ἐθνῶν· οὗ ὠνείδισαν οἱ ἐχθροί σου, Κύριε, οὗ ὠνείδισαν τὸ ἀντάλλαγμα τοῦ Χριστοῦ σου. Εὐλογητὸς Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα· γένοιτο, γένοιτο. Ἀπὸ τοῦ προτεταγμένου διαψάλματος δοκεῖ μοι μεταβολὴ γεγονέναι τῆς διανοίας. Τὸ γοῦν θεῖον Πνεῦμα, εὐξάμενον ὑπὲρ τοῦ λαοῦ διὰ τῶν ἔμπροσθεν, τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ προκαλεῖται ἀπὸ τοῦ, *Ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε;* ἀξιοῖ δὲ ἤδη ποτὲ ἐπιστῆναι τῶν χρηστοτέρων τὰ ἀποτελέσματα, ἃ ὤμοσεν ὁ Θεὸς τῷ Δαυὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ. Εἶτα παρακαλεῖ μνησθῆναι τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν δούλων αὐτοῦ. Ὡς γὰρ ἤδη λοιπὸν, κατὰ τὸ σεσιωπημένον, χωρησάντων εἰς ἔργα τῶν προηγορευμένων σκυθρωπῶν, πολλῶν τε ἐχθρῶν καὶ ἐθνῶν ἐπικειμένων καὶ ὀνειδιζόντων τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ διὰ τὰ συμβεβηκότα, τὴν ὑπὲρ τούτων εὐχὴν ἀναπέμπει λέγων· *Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν δούλων σου.* Ἀντὶ τοῦ, *Οὗ ὑπέσχον ἐν τῷ κόλπῳ μου πολλῶν ἐθνῶν*, σαφέστερον ὁ Ἀκύλας ἐξέδωκεν εἰπών, *Αἰροντός μου ἐν κόλπῳ πάσας ἀδικίας λαῶν*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ἐβάστασα ἐν τῷ κόλπῳ μου πάντων τῶν ἐθνῶν*. Οἱ μὲν οὖν ὀνειδιζόμενοι οἱ δοῦλοί εἰσι τοῦ Θεοῦ· διὸ ἔφασκε· *Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν δούλων σου*· οἱ δὲ ὀνειδίζοντες οἱ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ· διὸ ἐπιλέγει ἑξῆς, *Οὗ ὠνείδισαν οἱ ἐχθροί σου, Κύριε, οὗ ὠνείδισαν τὸ ἀντάλλαγμα τοῦ Χριστοῦ σου.* Ὁ δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Θεὸν λέγων εἴη ἂν ὁ σωτήριος Λόγος, ὁ αἴρων ἐν τῷ ἑαυτοῦ κόλπῳ τὰς ἀδικίας τῶν λαῶν. Ἀντάλλαγμα δὲ τοῦ Χριστοῦ ὅπως εἴρηται, νοήσεις ἀπὸ τῆς τοῦ Συμμάχου ἑρμηνείας, δι' ἧς εἴρηται, *Οὗ ὠνείδισαν τὰ ἴχνη τοῦ Χριστοῦ σου.* Τὴν γὰρ πορείαν τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ τὴν κατὰ τὸ πάθος, τά τε ἴχνη τῆς κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον οἰκονομίας, τοῦτον ἠνίξατο τὸν τρόπον. Ταῦτα γὰρ εἰώθασιν ὀνειδίζειν ἡμῖν οἱ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ. Ἀλλὰ γὰρ ὡς ἐπακουσθεὶς καὶ πιστεύσας τεύξεσθαι τῶν εὐχῶν, ἐλπίσας τε ἧ τάχος ἐπιστήσεσθαι τὰς πρὸς τὸν Δαυὶδ ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ, τὸ τέλος τοῦ παντὸς λόγου διὰ τῆς εὐχαριστίας καὶ εὐλογίας ἐπισφραγίζεται λέγων· *Εὐλογητὸς Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα*· ἡμᾶς τε διδάσκει προσυπακούειν τὸ, *Γένοιτο, γένοιτο*, ὅπερ ἐστὶν Ἑβραϊκῇ φωνῇ (1), *Ἀμὴν, ἀμήν*. Περὶ δὲ τοῦ διαψάλματος, πολλάκις μεταξὺ παρεμβεβλημένου, ταῦτα λεκτέον. Ἡ πρώτη ἐπαγγελία τοῦ Θεοῦ ἐν ἀρχῇ λεχθεῖσα περιεῖχε, *Διεθέμην διαθήκην*, καὶ, *Ὤμοσα Δαυὶδ*, καὶ τὰ ἑξῆς· εἶτα τοῦ διαψάλματος παρατεθέντος, μεταβαλὼν ὁ λόγος τὸ πρόσωπον, ἐπιλέγει· *Ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοὶ τὰ θαυμάσιά σου*· καὶ πάλιν, ἐπαγγελίας λεχθείσης ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ τῆς ἀπὸ τοῦ, *Ἐθέμην βοήθειαν ἐπὶ δυνατόν*, μέχρι τοῦ, *καὶ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστὸς*, πάλιν τοῦ διαψάλματος παρεμβληθέντος, μεταβάλλει τὴν διάνοιαν ὁ λόγος, καί φησι· *Σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, ἀνέβαλου τὸν Χριστόν σου.* Εἶτα, διεξελθὼν τὰ σκυθρωπότερα,

A

B

C

D

Vers. 51-53. *Memor esto, Domine, opprobrii servorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium : quod exprobraverunt inimici tui, Domine, quod exprobraverunt commutationem Christi tui. Benedictus Dominus in æternum ; fiat, fiat.* A præmisso diapsalmate videtur mihi sententiæ mutationem invectam esse. Nam Spiritus divinus pro populo precatus in superioribus, promissa Dei ut eveniant hoc dicto postulat, *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine?* rogat autem ut jam eveniant meliorum illorum complementa, quæ juravit Deus David in veritate sua. Deinde precatur ut memor sit opprobrii servorum suorum. Nam quasi jam, ut tacite judicat, tristia illa prius enuntiata, opere perfecta sint, cum inimici multi et populi instent, et servos Dei propter ea quæ acciderant opprobriis onerent, pro illis Dei famulis orationem emittit dicens : *Memor esto, Domine, opprobrii servorum tuorum.* Pro illo autem, *Quod continui in sinu meo multarum gentium*, clarius Aquila edidit dicens, *Me ferente in sinu omnes iniquitates populorum ;* Symmachus autem, *Tuli in sinu meo omnium gentium.* Qui itaque opprobriis afficiuntur, servi Dei sunt : quare dicebat, *Memor esto, Domine, opprobrii servorum tuorum ;* qui autem opprobria inferunt, sunt inimici Dei : quamobrem subjungit postea, *Quod exprobraverunt inimici tui, Domine, quod exprobraverunt commutationem Christi tui.* Qui autem hæc Deo dicit, salutare Verbum fuerit, quod in sinu suo iniquitates populorum tollit. Commutatio autem Christi quo sensu dicta fuerit, ex Symmachi interpretatione intelliges, qua dicitur, *Quod exprobraverunt vestigia Christi tui.* Incessum enim Christi Dei et viam ejus in passione, vestigia item in humanæ vitæ suæ œconomia, hac ratione subindicavit. Hæc enim exprobrare nobis solent inimici Dei. Verum ille quasi exauditus, certusque se vota consecuturum, ac sperans quam primum implendas esse Dei ad Davidem factas promissiones, sermonis totius finem gratiarum actione et benedictione obsignat dicens, *Benedictus Dominus in æternum :* nosque edocet respondendum esse, *Fiat, fiat*, quod Hebraica voce est, *Amen, amen.* De diapsalmate vero quod plerumque inseritur, hæc dicenda sunt. Prima Dei promissio initio prolata, erat, *Disposui testamentum*, et, *Juravi David*, et cætera. Deinde, apposito diapsalmate, mutata persona subjungitur, *Confitebuntur cœli mirabilia tua :* ac rursum, promissione ex persona Dei facta, ab his verbis, *Posui adjutorium in potente*, usque ad illud, *et testis in cœlo fidelis*, rursum interposito diapsalmate, sententia mutatur ac dicitur, *Tu vero repulisti et despexisti, rejecisti Christum tuum.* Sub hæc enarratis tristioribus, rursum diapsalma inserit, doctrinamque mutat dicens, *Usquequo, Domine, avertes in finem?* et emissa oratione, iterum diapsalmate interposito utitur, ac subdit, *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine?* mutata sententia,

(1) Interpres legit, ut videtur. Ἑβραϊκῇ φωνῇ. Edit.

et revocatis priorinus initio prolatis Dei pollicitationibus, ita ut diapsalmata rationem quamdam servent ac mutatam sententiam vel personam significent. Hoc porro dicas de omnibus psalmis in quibus diapsalma fertur : nam aut personæ aut sententiæ mutationem declarat : aliquando vero Hebraicæ melodiæ conversionem notat. Aquila autem nusquam diapsalmate utitur; sed omnibus in locis vice illius, interpretari solet, *semper*. Quod nobis ignorandum non erat. In illo autem totius sermonis ceu sigillo, *Benedictus Dominus in æternum, fiat, fiat;* secundum Aquilam, pro illo *Fiat, fiat*, legitur *Fideliter, fideliter;* secundum Symmachum vero, perinde atque in Hebraico exemplari, *Amen, amen.*

ἐχρῆν ἡμᾶς μὴ ἀγνοεῖν. Τὸ δὲ ἐπιστρέφισμα παντὸς τοῦ λόγου τὸ, *Εὐλογητὸς Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα, γένοιτο, γένοιτο*, κατὰ μὲν τὸν Ἀκύλαν ἀντὶ τοῦ, *Γένοιτο, γένοιτο, Πεπιστωμένως, πεπιστωμένως*, περιέχει· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, ὁμοίως τῷ Ἑβραϊκῷ, *Ἀμὴν καὶ ἀμήν.*

1. LXXXIX. ORATIO MOYSIS.

Vers. 2. *Domine, refugium factus es nobis in generatione et generatione. Priusquam montes firmarentur, aut formaretur terra et orbis, et a sæculo usque in sæculum tu es, Deus.* His edocemur divinum quidem Numen perpetuum et sempiternum esse. Nam qui dixit, *Deus ego sum, qui semper sum, et idem sum, et in infinita sæcula permaneo*, nunquam naturam mutat suam. Nos autem, qui in tempore ad vitam accedimus, torrentis instar effluimus : quoniam secundum Salomonem, *Generatio abscedit, et generatio venit* [60], et res humanæ nunquam eodem in statu manent ; sed diversimode mutantur. Dominus autem, qui in singulis generationibus manet, in se sperantium refugium factus est. Nam ante diluvium Enoch, et si quis alius ejusdem generationis, in refugium ipsum habuit : pereunte autem in diluvio hominum genere, rursus Noe ipsum et non alium in refugium obtinuit. Et postea Lot ex Sodomitarum genèratione ; Abraham, Isaac et Jacob, singuli in sua; imo etiam Joseph in generatione sua, ac Moyses rursum in alia ; in summa per singulas generationes, Dominum, qui semper est, in refugium habuerunt qui in ipso sperarunt. His porro nos Scriptura hortatur, ut ne in alium quam in Deum speremus; sed in omni tempore, in singulis diebus et horis, in singulis item actionibus, maximeque in tempore calamitatis ad ipsum confugiamus. Et quoniam qui frigore vexantur, tegumento ; qui in mari tempestatibus jactantur, portu ; qui ab inimicis et hostibus, aut a feris agrestibus pelluntur, muris ad refugium opus habent ; cum his autem omnibus homo Dei in præsenti vita concertat : necessario docetur ut refugium, murum, portumque salutare sibi putet esse Dominum ; ut sive persecutionis tempore ab inimicis pellamur, sive ab invisibilibus hostibus oppugnemur, sive hominum in nos conspirantium insidiis tentemur, vigilanter ad Dominum nostrum et Deum confugianus, qui in generatione et genera-

[60] Eccl. 1, 4.

πάλιν ἐντίθησι τὸ διάψαλμα, καὶ ἐναλλάττει τὴν δασκαλίαν φάσκων· *Ἕως πότε, Κύριε, ἀποστρέψεις εἰς τέλος;* καὶ τὴν εὐχὴν ἀναπέμψας, πάλιν τῷ ψάλματι μεταξὺ κέχρηται, καὶ ἐπιλέγει· *Ποῦ τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε;* μεταβαλὼν διάνοιαν καὶ ἀνακαλούμενος τὰς πρώτας τοῦ θεοῦ ἐπαγγελίας, τὰς ἐν ἀρχῇ λεχθείσας· ὥστε καὶ ἔχειν τινὰ καὶ τὰ διαψάλματα μεταβολὴν δεικνύειν προσώπου ἐναλλαγῆς δι' αὐτῶν σημαινομένης. Τοῦτο δὲ ἐπὶ πάντων ἐρεῖς τῶν ψαλμῶν ἐν οἷς εὑρήσεις διάψαλμα· ἢ γὰρ τοῦ προσώπου παρίστησιν ἐναλλαγὴν ἢ τῆς διανοίας· ἔστι δ' ὅτε καὶ μεταβολὴν κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν μελῳδίας. Ὅ γε μὴν Ἀκύλας οὐδαμοῦ κέχρηται τῷ διαψάλματι· ἀντὶ δὲ τούτου ἐν πᾶσι τοῖς τόποις εἰωθὲν ἑρμηνεύειν τὸ, *ἀεί*. Ὅπερ

ΠΡΟΣΕΥΧΗ ΜΩΥΣΕΩΣ. ΠΘ'.

Κύριε, καταφυγὴ ἐγενήθης ἡμῖν ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην, καὶ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ, ὁ Θεός. Δόγμα παιδεύει ὁ λόγος, διδάσκων τὸ μὲν Θεῖον διαρκὲς ὑπάρχειν καὶ ἄϊδιον. Ὁ γὰρ εἰπὼν, *Θεὸς ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, ἀεὶ ὤν, καὶ ὁ αὐτὸς ὤν, καὶ εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας ἔσομαι ὤν*, οὔποτε μεταβάλλει τὴν αὐτοῦ φύσιν. Ἡμεῖς δὲ, κατὰ καιροὺς παριόντες εἰς τὸν βίον, χειμάρρου τρόπον ἀποῤῥέομεν· ἐπεὶ καὶ κατὰ τὸν Σολομῶνα, *Γενεὰ πορεύεται, καὶ γενεὰ ἔρχεται*, καὶ τὰ ἀνθρώπινα πράγματα δὲ οὐδὲ πώποτε ἐν ταὐτῷ μένει· ἄλλοτε δ' ἄλλως μεταβάλλει. Ὁ δὲ διαρκὴς καὶ ἐκάστην γενεὰν Κύριος τῶν εἰς αὐτὸν ἐλπιζόντων καταφυγὴ γίνεται. Πρὸ μὲν γὰρ τοῦ κατακλυσμοῦ Ἐνὼχ, καὶ εἴ τις ἄλλος τῆς τότε γενεᾶς, καταφυγὴν αὐτὸν ἔσχηκεν· ἀπολλυμένου δὲ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἐν τῷ κατακλυσμῷ, πάλιν Νῶε καταφυγὴν αὐτὸν, ἀλλ' οὔ τινα ἕτερον ἐκτήσατο. Καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ὁ Λὼτ ἐκ τῆς Σοδομιτῶν γενεᾶς, Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν ἕκαστος· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἰωσὴφ ἐπὶ τῆς κατ' αὐτὸν γενεᾶς, καὶ Μωϋσῆς πάλιν ἐπὶ ἄλλης· καὶ ἁπαξαπλῶς καθ' ἑκάστην γενεὰν τὸν ἀεὶ ὄντα Κύριον καταφυγὴν ἐσχήκασιν οἱ εἰς αὐτὸν ἐλπικότες. Προτρέπει δὲ διὰ τούτων καὶ ἡμᾶς ὁ λόγος μὴ ἐπί τινα ἕτερον παρὰ τὸν Θεὸν ἐλπίζειν, παντὶ δὲ καιρῷ καὶ ἡμέρᾳ πάσῃ καὶ ὥρᾳ, ἐν ἑκάστῃ τε πράξει, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς περιστατικοῖς καιροῖς, ἐπ' αὐτὸν καταφυγεῖν. Καὶ ἐπειδήπερ οἱ μὲν χειμαζόμενοι στέγης, οἱ δὲ κατὰ τὴν θάλασσαν κλυδωνιζόμενοι λιμένος, οἱ δὲ ὑπὸ ἐχθρῶν καὶ πολεμίων ἢ καὶ θηρῶν ἀγρίων διωκόμενοι, τείχους εἰς καταφυγὴν δέονται· πᾶσι δὲ τούτοις ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος κατὰ τὸν παρόντα βίον παλαίει· ἀναγκαίως διδάσκεται καταφυγὴν ἑαυτοῦ καὶ τεῖχος, λιμένα τε σωτήριον ἡγεῖσθαι τὸν ἑαυτοῦ Κύριον· ἵν', εἴτε ἐν καιροῖς διωγμῶν ὑπ' ἐχθρῶν ἐλαυνώμεθα, εἴτε ὑπὸ ἀοράτων πολεμίων πολεμούμεθα, εἴτε ὑπὸ τῶν συσκευάζεσθαι ἡμᾶς πει-

ρωμένων ἐπιβουλευόμεθα, νηφόντως ἐπὶ τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ τὸν Θεὸν καταφύγοιμεν, τὸν κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν ὑπέρμαχον γιγνόμενον καὶ ὑπερασπιστὴν τῶν ἐπικαλουμένων αὐτόν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ*, σαφέστερον ὁ Σύμμαχος ἐξέδωκεν εἰπών, *Ἐν ἑκάστῃ γενεᾷ*· καὶ πάλιν· *Πρὸ τοῦ ὄρη γενηθῆναι καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν καὶ οἰκουμένην*, συμφώνως ὁμοῦ Ἀκύλας καὶ Σύμμαχός φασι· *Πρὶν ὄρη τεχθῆναι καὶ ὠδινηθῆναι γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην*. Καί μοι δοκεῖ ἡ Ἑβραϊκὴ λέξις φυσικὸν ἀποδεδωκέναι λόγον, ἐν αὐτοῖς διδάσκουσα μὴ ἀρχῆθεν συνυπάρξαι τῇ γῇ τὰ ἐν αὐτῇ ὄρη, ἀλλ' ἀναφυῆναι δίκην τῶν τικτομένων· διὸ εἴρηται· *Πρὸ τοῦ ὄρη γενηθῆναι*, ἤ, *Πρὶν ὄρη τεχθῆναι*· καὶ εἰκὸς ἅμα τῷ τεχθῆναι τὰ ὄρη καὶ προβληθῆναι ἀπὸ τῆς γῆς καταλλήλως τοῖς βρέφεσι, μὴ ὁποῖα νῦν τὸ μέγεθος ὑποστῆναι, ἀλλ' ἄρτι μὲν γεννηθέντα καὶ τεχθέντα, ὥσπερ ἀρτιγενῆ τῶν βρεφῶν, μικρὰ καὶ ἐλάχιστα ὑπάρξαι, τῷ δὲ μακρῷ αἰῶνι αὔξην καὶ μέγεθος ἐπιδοῦναι. Φασὶ γοῦν εἰς ἔτι δεῦρό τινες τῶν φυσιολόγων αὔξειν τὰ ὄρη, καὶ τὰς πέτρας μείζους ἑαυτῶν γίνεσθαι κατά τινας λανθανούσας ἡμᾶς διὰ μακρῶν περιόδων βραχυτάτας προσθήκας. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὠδινηθῆναι τὴν γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην εἰρήκασιν οἱ ἑρμηνεύσαντες, ἐξακολουθήσαντες τῷ Ἑβραϊκῷ, μήποτε καὶ ἐπὶ τῆς γῆς τὸ παραπλήσιον τοῖς ὄρεσι νοῆσαι προσήκει, ὡς ἐξ ἑτέρου στοιχείου προελθούσης αὐτῆς, καὶ πρότερον μὲν ὠδινηθείσης δίκην τῶν κυοφορουσῶν, καὶ ἐν τῷ τίκτειν ὑπομενουσῶν ὠδῖνας;

A tione invocantium se propugnator et protector est. Pro illo autem, *In generatione et generatione*, clarius Symmachus edidit his verbis, *In singulis generationibus*; ac rursum hæc, *Antequam montes fierent, et formaretur terra et orbis*; Aquila et Symmachus similiter sic edunt : *Antequam montes parerentur, et parturiretur terra et orbis*. Videturque mihi Hebraica lectio physicam rationem reddidisse, docens non ab initio montes una cum terra exstitisse, sed partuum instar ortos esse : quare dictum est, *Priusquam montes fierent;* aut, *Priusquam montes parerentur :* ac verisimile est, montes cum parerentur, ac velut infantes e terra emitterentur, non ea qua nunc sunt celsitudine fuisse; sed recens natos, ut infantes nuper ortos, exiguos minimosque exstitisse; diuturnoque ævo incrementum et magnitudinem accepisse. Nam quidam ex physiologis hodieque aiunt, montes crescere, ac petras, acceptis longo temporum curriculo modicis, quæ nobis latent, incrementis, majores sensim evadere. Quia vero interpretes, Hebraicum sequentes, terram et orbem parturisse dixerunt; num etiam de terra paria iis quæ de montibus cogitare par fuerit, quasi ipsa quoque ex alio elemento procedat, ita ut etiam illa prius, quasi a prægnantibus et in partu dolores patientibus, parturiretur?

B

Εἰ δ' οὖν συνέστηκεν ὁ τῶν φυσικῶν λόγος ὁ φάσκων, πρῶτον στοιχεῖον γεγονέναι τὸ ὕδωρ, εἶτα ἐξ ὕδατος καὶ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας ὑποστῆναι τὰ λοιπὰ στοιχεῖα· εἴποι ἂν τις τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης Γραφῆς σημαίνεσθαι δηλούσης, ὅτι ἦν ὅτε ἐν ἑτέρῳ οὖσα ἡ γῆ στοιχείῳ ἀφανὴς ἦν, κυουμένη καὶ συλλαμβανομένη ἐν τῇ φύσει τῆς ὑγρᾶς οὐσίας. Διὸ καὶ ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ εἴρηται· *Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος· καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου*· ἀλλ' ὕστερον ὥσπερ ἀπογεννηθεῖσα προῆλθεν ἐκ τῆς τῶν ὑδάτων οὐσίας, οὐκ ἄνευ θείας δυνάμεως καὶ κρείττονος ἀνάγκης ἐπιτεθείσης αὐτῇ· αὕτη δὲ ἦν ἡ τοῦ Δημιουργοῦ βούλησις. Ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν κυοφορουσῶν γυναικῶν, βίας καὶ ἀνάγκης ἐπελθούσης αὐταῖς, τὸ κατὰ γαστρὸς προάγεται, τοῦ ὡρισμένου χρόνου τῆς ἀποτέξεως ἐπιστάντος, καθ' ὃν ὠδίνουσαι τίκτουσι· τὸν αὐτὸν τρόπον δυνάμει καὶ σοφίᾳ τοῦ τῶν ὅλων δημιουργοῦ γῆν καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένην τὰ ὕδατα προηνέγκατο. Καὶ τοῦτ' ἐπληροῦτο, ὁπηνίκα εἶπεν ὁ Θεός· *Συναχθήτω τὰ ὕδατα ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά. Καὶ ἐγένετο οὕτω.* Θέα γάρ μοι τῇ διανοίᾳ τὴν γῆν ἔνδον ἐν τοῖς ὕδασι πάλαι πρότερον ἐγκεκρυμμένην, τρόπον τε ἰλύος ἀναλελυμένην, καὶ τῷ πλήθει τῶν ὑδάτων ἀνακεκραμένην, ὡς ἀφανῆ εἶναι καὶ ἀόρατον· διὸ λέγεσθαι· *Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος*· εἶθ' ὕστερον βουλήσει Θεοῦ αὐτὴν συναγομένην πιλοῦσθαι πρότερον καὶ συμπήγνυσθαι, καὶ μετὰ ταῦτα ἀθρόως ἀναδοθεῖσαν

C

Si itaque physicorum sermo constet, qui ait primum elementum fuisse aquam, deinde vero ex aqua et humida substantia, reliqua elementa substitisse; dixerit fortasse quispiam, hoc in præsenti Scriptura significari, ac declarari, fuisse tempus cum terra in alio elemento posita, sub aspectum non caderet, quasi utero gestata et concepta in humidæ substantiæ natura. Quare in mundi creatione dicitur [49] : *Terra autem erat invisibilis et incomposita, et tenebræ super abyssum;* sed postremo quasi genita ex aquarum substantia prodiit, non sine divina virtute, sed majori coacta vi et necessitate : hæc vero erat Creatoris voluntas. Quemadmodum enim a prægnantibus mulieribus, imminente vi ac necessitate, definito partus tempore instante, quod in utero erat emittitur, atque illæ cum dolore pariunt; eodem prorsus modo universorum opifici vi et sapientia, terram et orbem aquæ protulerunt. Et hoc implebatur quando dixit Deus [50] : *Congregentur aquæ sub cœlo in collectionem unam, et appareat arida. Et factum est ita.* Et consideres, quæso, terram in aquis olim absconditam, atque instar luti solutam, et aquarum multitudini commixtam fuisse; ita ut invisibilis et occulta maneret : quapropter dicitur, *Terra autem erat invisibilis et incomposita;* deinde vero ex Dei voluntate compactam et coagulatam fuisse, et postea confertim in lucem editam, in purum aerem emersisse : et animadverte, nihil fere tum intercessisse discrimi-

D

[49] Gen. 1, 2. [50] Gen. 1, 9.

καταφυγή μου, ὁ Θεός, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν. natur divinus Spiritus tutum elegisse custodem, et
Ταῦτα δὲ αὐτοῦ διαθέσει τελείᾳ εἰρηκότος, θεσπίζει pulchrum obtinuisse refugium, scilicet Dominum.
αὐτῷ τὸ θεῖον Πνεῦμα, ὅτι δὴ ἀσφαλῆ εἴλατο φύλακα, Cum talem quippe adjutorem, propugnatorem et
καὶ καλὴν ἐκτήσατο καταφυγὴν τὸν Κύριον. Τοιοῦτον protectorem nactus sit, nullum inimicorum perti-
γὰρ ἔχων βοηθὸν καὶ πρόμαχον καὶ ὑπερασπιστήν, mescet, quia ipsum Dominus ex omnibus eruit. Et-
οὐδένα τῶν ἐχθρῶν φοβηθήσεται, ἅτε αὐτοῦ τοῦ enim ex laqueo venantium liberabit eum, et a verbo
Κυρίου ῥυομένου αὐτὸν ἐξ ἁπάντων. Καὶ γὰρ ἐκ turbulento, scapulis suis obumbrabit ei : pariterque
παγίδος θηρευτῶν ἐξελεῖται αὐτὸν, καὶ ἀπὸ λόγου omnia quæ sub hæc recensentur, ad quemvis in
ταραχώδους τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει αὐ- Christo perfectum hominem referentur; itemque ad
τῷ· καὶ πάντα δὲ τὰ ἐξῆς κατηριθμημένα ἐπὶ πάντα corpus Christi, videlicet ad martyrum chorum ex
τὸν ἐν Χριστῷ τέλειον ἄνθρωπον ἀνενεχθήσεται, καὶ perfectis animabus compositum ; sive ad perfectam
ἐπὶ τὸ σῶμα δὲ Χριστοῦ, ἤτοι τὸν ἐκ τελείων ψυχῶν Ecclesiam ipsius, quam ipse sibi astare fecit, nulla
κατεσκευασμένον μαρτύρων χορόν· ἢ τὴν τελείαν B macula aut labe aut quopiam simili affectam. Qui
Ἐκκλησίαν αὐτοῦ, ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ παρεστήσατο, μὴ igitur Ecclesiam suam se supra petram fundaturum
ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων. Ὁ γοῦν esse pollicitus est ; ita ut portæ inferi nunquam
ἐπὶ τὴν πέτραν οἰκοδομήσειν ἐπηγγελμένος τὴν Ἐκ- prævaleant adversus eam, illius ipse et custos et
κλησίαν αὐτοῦ, ὡς μὴ πύλας ᾅδου κατισχύσειν αὐτῆς, præsidiarius erit, ipsam circummuniens et vallans,
αὐτὸς αὐτῆς καὶ φύλαξ καὶ φρουρὸς ἔσται, περι- ne portæ inferi prævaleant adversus eam. Quamob-
φράττων αὐτὴν καὶ ἀσφαλιζόμενος, πρὸς τὸ μὴ τὰς rem hujusmodi Ecclesiæ, et hujusmodi Christi
πύλας τοῦ ᾅδου κατισχύειν αὐτῆς. Διὸ τῇ τοιαύτῃ martyrum choro, qui habitaculum quidem nulla-
Ἐκκλησίᾳ, καὶ τῷ τοιούτῳ δὴ Χριστοῦ μαρτύρων tenus in terra habet, sed hæc fari potest, *Nostra*
χορῷ, τῷ κατοικίαν μὲν μηδαμῶς ἔχοντι ἐπὶ γῆς, *autem conversatio in cœlis est* [68], dicetur, *Qui habitat*
δυναμένῳ δὲ λέγειν, *Ἡμῶν δὲ τὸ πολίτευμα ἐν* *in adjutorio Altissimi, in tegumento Dei cœli commo-*
οὐρανοῖς ὑπάρχει, λεχθήσεται· *Ὁ κατοικῶν ἐν* *rabitur.* Deinde dicet quidem ipse Domino, sub cu-
βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, ἐν σκέπῃ τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐ- jus tegumento habitare cooptavit, *Susceptor meus*
ρανοῦ αὐλισθήσεται. Εἶτ' ἐρεῖ μὲν αὐτὸς τῷ Κυρίῳ, *es et refugium meum, Deus meus, et sperabo in eum.*
οὗ εἴλατο κατοικεῖν ὑπὸ τὴν σκέπην· *Ἀντιλήπτωρ* Cum autem talem custodem nactus sit, et talem
μου εἶ καὶ καταφυγή μου, ὁ Θεός μου, καὶ ἐλπιῶ C sibi servatorem et adjutorem ascripserit, dicet illi
ἐπ' αὐτόν. Κτησαμένῳ δὲ αὐτῷ τοιοῦτον φύλακα καὶ Spiritus divinus, optimam ipsum portionem ade-
τοιοῦτον σωτῆρα καὶ βοηθὸν ἐπιγραψαμένῳ λεχθή- ptum esse, murum firmissimum, inexpugnabile scu-
σεται ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος, ὡς ἄρα εἴη καλὴν tum, scilicet Dominum suum. Hunc quippe nactus,
εὑράμενος ἑαυτῷ μερίδα καὶ τεῖχος ὀχυρὸν, ὅπλον in tuto et sine sollicitudine deget, utpote qui habi-
τε ἄμαχον τὸν ἑαυτοῦ Κύριον. Τοῦτον γὰρ ἔχων ἐν tet in adjutorio Altissimi, et in tegumento fortis
ἀσφαλεῖ καὶ ἀμερίμνως οἰκήσει, ἅτε κατοικῶν ἐν commoretur.
βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, καὶ ἐν σκέπῃ τοῦ ἱκανοῦ αὐλιζόμενος.

Εἰ γοῦν ποτε, φησὶν, οἱ τῶν ἀνθρωπείων ψυχῶν Si itaque illi, ait, humanarum animarum venato-
θηρευταὶ, ἀφανεῖς καὶ ἀόρατοι δυνάμεις κατὰ τὸ res, invisibiles scilicet et occultæ virtutes, pro more
σύνηθες αὐτοῖς παγίδας λαθραίως ἐγκρύπτοντες, solito laqueos clam occultantes, te unquam aggre-
προσβάλλεσθαι κατὰ σοῦ πειρῶντο, οὐδὲν αὐτοῖς ἔσται diantur, nihil proderit illis : quia ipse Dominus
πλέον· ὅτι αὐτὸς Κύριος ῥύσεταί σε ἐκ παγίδος θη- eruet te de laqueo venantium, *Laqueus contritus est,*
ρευτῶν, *Ἡ παγὶς συνετρίβη, καὶ ἡμεῖς ἐρρύσθη-* *et nos liberati sumus* [69]. Quod si eum sermonibus
μεν. Εἰ δὲ καὶ λόγοις θορυβεῖν ἐπιχειροῖεν ἰέντες quoque turbare tentaverint, impietatis suæ virus
ἑαυτῶν τὸν τῆς ἀσεβείας ἰὸν διὰ τῆς ἑαυτῶν γλώσσης, D lingua emittentes, his etiam illæsum hominem
ἀλλὰ καὶ τούτων αὐτῶν πάλιν ὁ Κύριος ἀβλαβῆ τὸν suum Dominus servabit. Ac ne humanæ vitæ æstus
ἑαυτοῦ ἄνθρωπον φυλάξει. Ἵνα μὴ ὁ φλογμὸς τοῦ τῶν et ardor malitiæ magis magisque incensus, contra
ἀνθρώπων βίου καὶ ὁ τῆς κακίας καύσων, ἐπὶ πλεῖον pietatis athletam mala succendat, hæc sermo ipsi va-
ἐκκαυθεὶς, ἐξάψῃ τὰ κακὰ κατὰ τοῦ τῆς εὐσεβείας ticinatur : *In scapulis suis obumbrabit tibi, et sub ven-*
ἀθλητοῦ, θεσπίζει φάσκων ὁ λόγος αὐτῷ· *Ἐν τοῖς με-* *nis ejus sperabis.* Quod si inimicorum agmina, ignita
ταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει σοι, καὶ ὑπὸ τὰς et lethifera mendacium et cum vero pugnantium
πτέρυγας αὐτοῦ ἐλπιεῖς. Εἰ δὲ καὶ πολεμίων στίφη sermonum tela jaculentur adversus memoratum ho-
πεπυρωμένα καὶ θανατηφόρα βέλη λόγων ψευδῶν καὶ minem, ille quidem quiescet, divinæ legi obtempe-
τῆς ἀληθείας ἐναντίων ἀκοντίζοι κατὰ τοῦ δηλουμένου, rans quæ ait : *Dominus pro vobis pugnabit, et vos*
αὐτὸς μὲν ἡσυχάσει νόμῳ θείῳ πειθαρχῶν λέγοντι· *tacebitis* : opportune autem ipsi dicitur : *Scuto*
Κύριος πολεμήσει ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς σιγή- *circumdabit te veritas ejus.* Ipsa namque Christi

[68] Philip. III, 20. [69] Psal. CXXIII, 7.

doctrinæ veritas, virtutem magnam obtinens, eum circummuniet, in circuitu posita ac sculo tegens suo, ut ne accedente nocte, et tenebris offusis, reformidet ille, aut præ metu turbetur; neque pariter in die immissa tela metuat. Per noctem autem et tenebras calamitatis tempora significat, in quibus nihil reformidaturum ait eum, qui sculo veritatis circummunietur: per diem vero, tranquilla et pacata tempora indicat, in quibus inimici nostri sagittas eminus volantes, blasphema nempe et impia dicta, in nos emittere solent. Nam persecutionum tempore non eminus tela mittunt, sed cominus impetum facientes, nos universos devorare, utpote mortem expetentes nostram, conantur; ut aliquando ille eum potuit devoravit. At nos sculo jam memorato protecti, dicemus: *Nisi quia Dominus erat in nobis, cum exsurgerent homines in nos, forte vivos deglutissent nos*[70]. Neque nocte igitur neque interdiu quid contra nos poterunt inimici nostri propter Dominum propugnatorem nostrum. Quare dictum est: *Non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris;* imo neque *a ruina et dæmonio meridiano* timebimus. Quod si millia et decem millia, sive invisibilium seu visibilium inimicorum et hostium, contra Christi populum et contra Ecclesiam ejus insurrexerint; omnes sane una virtus ejus uno momento destruet, ut nos ipsis oculis vindictam perspiciamus. Ideo dicitur: *Verumtamen oculis tuis considerabis, et in retributionem peccatorum videbis.* Nos autem sermonis veritatem ipsa exemplorum interpretatione percepimus, conspecto variis temporibus Ecclesiam Christi impugnantium fine, qui confestim, nec longo post tempore a Deo debellati sunt.

A

B

C

σεσθε· λεχθήσεται δὲ αὐτῷ κατὰ καιρὸν τὸ, Ὑπ κυκλώσει σε ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ. Αὕτη γὰρ ἡ θεια τῶν Χριστοῦ δογμάτων, μεγάλην κεκτημένη ναμιν, τὸν ἔχοντα αὐτὴν περιφράξει, κυκλ αὐτὸν, καὶ περιβάλλουσα τῷ ἑαυτῆς ὅπλῳ, τρ μήτε νυκτὸς ἐπελθούσης, μήτε σκοτίας καταλαβο δεδιέναι, μηδ' ὑπὸ φόβων ταράττεσθαι, μήτε τῶ ἡμέρᾳ πεμπομένων βελῶν φροντίζειν. Δηλοῖ δὲ μὲν τῆς νυκτὸς καὶ τῆς σκοτίας τοὺς περιστατικ καιροὺς, καθ' οὓς φησι μηδὲν φοβηθήσεσθαι τὸν τοῦ τῆς ἀληθείας ὅπλου περιπεφραγμένον· διὰ δὲ ἡμέρας τοὺς ἐν γαλήνῃ καὶ εὐδίᾳ καὶ εἰρηνικῇ κα στάσει, καθ' οὓς πόρρωθεν βέλη πετόμενα καθ' ἑ πέμπειν εἰώθασιν οἱ ἐχθροὶ, τοὺς βλασφήμους κ ἀσεβεῖς ἑαυτῶν λόγους. Κατὰ γὰρ τοὺς τῶν διωγ καιροὺς, οὐ πόρρωθεν ἑστῶτες βέλη πέμπουσιν, ἐγγύθεν ὁρμῶντες, καταπιεῖν ἡμᾶς ὅλους οἷα θε του φίλοι πειρῶνται· ὃς κατέπιε τότε ἰσχύσας. Ἡ ἡμεῖς γε, τῷ δηλωθέντι ὅπλῳ πεφυλαγμένοι, ἐρ μεν· *Εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, ἐν τῷ ἐπανα στῆναι ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα ζῶντας ἂν κ τέπιον ἡμᾶς.* Οὔτ' οὖν ἡμέρας οὔτε νυκτὸς δυνή ται τι καθ' ἡμῶν οἱ ἐχθροὶ διὰ τὸν ὑπερμαχοῦντα ἡμ Κύριον. Διὸ λέλεκται· *Οὐ φοβηθήσῃ ἀπὸ φόβ νυκτερινοῦ, ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, ἀπ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου· ἀλλ' οὐ ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρια φοβηθησόμεθα.* Εἰ δὲ καὶ χιλιάδες καὶ μυριάδες ἐ ρατῶν ἢ καὶ ὁρατῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων κατὰ τ λαοῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας αἰτ ἐπανασταῖεν, ἀλλὰ καὶ πάντας ἀθρόως ὁμοῦ καὶ π σας ἡ αὐτοῦ δύναμις ἐν μιᾷ ῥοπῇ καθελεῖ, ὡς αὐτ ὀφθαλμοῖς παραλαβεῖν ἡμᾶς τὴν ἐκδίκησιν. Διὸ λέ λεκται· *Πλὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου κατανοήσεις καὶ ἀνταπόδοσιν ἁμαρτωλῶν ὄψει.* Ἡμεῖς δὲ τοῦ λόγου τὴν ἀλήθειαν ἐξ αὐτῆς τῆς ἑρμηνείας παρε λήφαμεν, κατὰ καιροὺς τὰ τέλη συνορῶντες τῶν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ πολεμησάντων, παραχρῆμά τ καὶ οὐκ εἰς μακρὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πολεμηθέντων.

Hæc porro omnia, et cætera sub hæc memorata, ad hominem etiam qui in Christo est referentur, necnon ad omnes qui dicere valeant: *Omnia possum in eo qui me confortat Christo Jesu.*[71] Hic porro fuerit Christi chorus, qui ex sanctis et perfectis Dei martyribus constat, quique ad sanguinem usque pro veritate decertavit, et bravia victoriæ cum Deo partæ adversus inimicos retulit. Hæc item, quæ dicta sunt, Christi homini coaptabuntur: hoc enim declarat dictorum series. Nam cum ad quempiam dixisset: *Quoniam ipse liberabit de laqueo venantium, et a verbo turbulento*, et: *In scapulis suis obumbrabit tibi, et sub pennis ejus sperabis;* et cum eumdem alloquens subdidisset: *Scuto circumdabit te veritas ejus;* et illud: *Non timebis a timore nocturno;* itemque: *Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit;* et adjecisset: *Verumtamen oculis tuis considerabis, et retributionem peccatorum videbis;* cum omnia singulariter quasi de uno locutus esset,

D

Πάντα δὲ ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς ἐπιλεγόμενα ἐπὶ τὸν ἐν Χριστῷ ἄνθρωπον ἀνενεχθήσεται, καὶ ἐπὶ πάντ τὸν οἷόν τε λέγειν· *Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυνα μοῦντί με Χριστῷ Ἰησοῦ.* Οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ Χρ στοῦ χορὸς, ὁ ἐξ ἁγίων καὶ τελείων Θεοῦ μαρτύρω συνεστὼς, ὁ μέχρις αἵματος ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ἀλη θείας, καὶ τὰ βραβεῖα τῆς ἐν Θεῷ νίκης κατὰ τῶν ἀντιπάλων αἱρόμενος. Καὶ ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον δὲ τοῦ Χριστοῦ ἁρμοσθήσεται τὰ λεγόμενα· τοῦτο γοῦν παγ ἱστησιν αὐτῆ ἡ τῶν ἐμφερομένων ἀκολουθία. Εἰπὼν γὰρ ὁ λόγος πρὸς ἕνα τινὰ, *Ὅτι αὐτὸς ῥύσεται σ παγίδος θηρευτῶν καὶ ἀπὸ λόγου ταραχώδους*, καὶ *Ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει σοι*, καὶ *ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐλπιεῖς*· καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν ἐπάγων τὸ, *Ὅπλῳ κυκλώσει σε ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ*· καὶ τὸ, *Οὐ φοβηθήσῃ ἀπὸ φόβου νυκτερι νοῦ*· καὶ τὸ, *Πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιὰς καὶ μυριὰς ἐκ δεξιῶν σου, πρὸς σὲ δὲ οὐκ ἐγγιεῖ* καὶ τούτοις προστιθεὶς τὸ, *Πλὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου κατανοήσεις, καὶ ἀνταπόδοσιν ἁμαρτωλῶν ὄψει*·

[70] Psal. cxxiii. 1-5. [71] Philip. iv. 13.

τα δὲ τὰ ἐνικῶς εἰπὼν ὡς πρὸς ἕνα τινά, ἐπισυν- A sic infert : *Quoniam tu es, Domine, spes mea, Altis-*
ει λέγων, *Ὅτι σὺ, Κύριε, ἐλπίς μου, τὸν Ὕψι-*
ν ἔθου *καταφυγήν σου·* σαφέστατα παρίσταται, **Κύριος** ἦν πρὸς ὃν ταῦτα πάντα ἐλέγετο. Μηδε-
ς γὰρ διαμέσου ἐναλλαγῆς προσώπου γενομένης,
ῆψεν ὁ λόγος ὑπὸ μίαν διάνοιαν ὡς πρὸς ἕνα τὰ
ντα· παρέστησέ τε τίς ποτε ἦν οὗτος, διασαφῶν
ς καὶ λέγων· *Ὅτι σὺ, Κύριε, ἐλπίς μου, τὸν*
ψιστον ἔθου καταφυγήν σου. Ἐπειδὴ γὰρ σὺ,
σὶν, ᾧ **Κύριε**, ἐφ' ὃν ἐγὼ ἤλπισα, τὸν Ὕψιστον,
λαβὴ τὸν ἀνωτάτω Θεὸν, καὶ σαυτοῦ Πατέρα, κατα-
γὴν ἔθου σεαυτοῦ, διὰ τοῦτο οὐ προσελεύσεταί σοι
τε χιλιὰς, οὔτε μυριὰς, οὔτε παγίδες θηρευτῶν, οὔ-
τι ἕτερον τῶν κατηριθμημένων· καὶ ἐπειδήπερ σὺ,
Κύριε, εἶ μου τοῦ ταῦτα λέγοντος ἐλπὶς, *Τὸν Ὕψι-*
στον ἔθου καταφυγήν σου · διὰ τοῦτο καὶ ἀρχόμε- B nis de te dicebam : *Qui habitat in adjutorio Altis-*
ς ἔλεγον περὶ σοῦ, *Ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ*
Ὑψίστου, ἤ, *Ὁ καθήμενος ἐν ἀποκρύφῳ Ὑψίστου·*
πειδήπερ ἐν ἀπορρήτοις καὶ ἀποκρύφοις σύνεδρόν
ε καὶ σύνθρονον ὁ Ὕψιστος ἐποιήσατο, φήσας πρὸς
έ· *Κάθου ἐκ τῶν δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς*
χθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

Ὑψίστου δὲ νοουμένου ἐν τούτοις τοῦ ἀνωτάτου Θεοῦ
τῶν ὅλων· Κυρίου δὲ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὃς τὸν Ὕψιστον
ἔθετο καταφυγὴν αὐτοῦ, εἰκότως καὶ Μωϋσῆς τῷ αὐ-
τῷ θείῳ Πνεύματι θεοφορούμενος ἐδίδασκεν ἐν μεγάλῃ
ᾠδῇ λέγων· *Ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ὡς*
διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ
ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. Καὶ ἐγενήθη μέρος Κυρίου
λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ
Ἰσραήλ. Διὰ τούτων γοῦν καὶ ὁ Μωϋσῆς Ὕψιστον C
σαφῶς προσεῖπε τὸν ἀγέννητον Θεὸν, διανέμοντα τὰ
ἐπὶ γῆς ἔθνη τοῖς ἑαυτοῦ ἀγγέλοις· Κύριον δὲ τὸν Υἱὸν
τοῦ Θεοῦ, τὸν παρὰ τοῦ Πατρὸς τὸν Ἰσραὴλ ὑποδεξε-
γμένον. Αὐτὸς δ' οὖν οὗτος ὁ Κύριος καὶ διὰ τῶν προ-
κειμένων ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου κατοικεῖν ἐλέγετο,
καταφυγήν τε ἑαυτοῦ τὸν Ὕψιστον τεθεῖσθαι, δηλαδὴ
τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα. Διὸ λέλεκται πρὸς αὐτόν· *Ὅτι*
σὺ, Κύριε, ἐλπίς μου, τὸν Ὕψιστον ἔθου καται-
φυγήν σου. Ἐπεὶ δὲ Ἰουδαϊκώτερον ὁ Ἀκύλας καὶ
ὁ Σύμμαχος τὴν ἑρμηνείαν ἐκτεθείκασι, ὑφορώμενοι
τὸ περὶ τοῦ Ὑψίστου καὶ περὶ τοῦ Κυρίου ἀποδεδο-
μένον ἡμῖν δόγμα· καὶ ὁ μὲν Ἀκύλας ἑρμήνευσεν
εἰπών· *Ὅτι σὺ, Κύριε, ἐλπίς μου, ὕψιστον ἔθη-*
κα κατοικητήριόν σου· ὁ δὲ Σύμμαχος· *Σὺ γὰρ,*
Θεὲ, ἀφοβία μου, ὑψίστην ἔθου τὴν κατοίκησίν D
σου· τηρητέον πρῶτον μὲν, ὡς ἡ πέμπτη ἔκδοσις
συνᾴδει τοῖς Ἑβδομήκοντα, φήσασα καὶ αὐτή· *Ὅτι*
σὺ, Κύριε, ἐλπίς μου, τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυ-
γήν σου· δεύτερον, ὡς ἡ Ἑβραϊκὴ φωνὴ, *Ἐλίων*
περιέχουσα τὸν Ὕψιστον δηλοῖ. Εὕρομεν γοῦν ἐν νς'
ψαλμῷ κείμενον τὸ, *Κεκράξομαι πρὸς τὸν Θεὸν τὸν*
ὕψιστον· ἔνθα ἀντὶ τοῦ, *τὸν ὕψιστον*, τὸ Ἑβραϊ-
κὸν *Ἐλίων* περιέχει, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος.
Οὐκ ἄρα χρὴ βιαζομένους τὴν ἀλήθειαν διαστρέφειν.
Καὶ ἄλλως δὲ, εἴπερ κατὰ τὸν Ἀκύλαν πρὸς αὐτὸν
τὸν Κύριον λέλεκται, *Ὅτι σὺ, Κύριε, ἐλπίς*
μου, ὕψιστον ἔθηκα οἰκητήριόν σου· ἢ κατὰ

simum posuisti refugium tuum ; apertissime declarans Dominum esse ad quem hæc omnia dicebantur. Cum nulla enim in medio personæ mutatio facta sit, omnia una sententia, quasi uni dicta, concinnata sunt, ac his verbis clare significatur declaratur que quis ille sit : *Quoniam tu es, Domine, spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum.* Quia enim, inquit, tu, Domine, in quem ego speravi, Altissimum, id est supremum Deum et Patrem tuum, refugium tuum posuisti, ideo non accedent ad te, neque millia, neque decem millia, nec laquei venantium, neque aliud quidpiam ex memoratis : et quia tu, Domine, spes mei es hæc dicentis : *Altissimum posuisti refugium tuum* ; ideo initio sermo-
nis de te dicebam : *Qui habitat in adjutorio Altissimi*, aut : *Qui habitat in abscondito Altissimi*, quia in arcanis et occultis te Altissimus sedis et throni consortem effecit, te sic alloquens : *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [72].

Cum autem Altissimus hic pro supremo omnium Deo intelligatur ; Dominus autem pro Filio Dei, qui Altissimum posuit refugium suum ; jure Moyses ejusdem Spiritus numine afflatus in magno cantico hæc docuit : *Quando dividebat Altissimus gentes, ut disseminabat filios Adam, constituit terminos populorum, secundum numerum angelorum Dei. Et facta est portio Domini populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel* [73]. His enim Moyses Deum ingenitum liquido Altissimum appellavit, qui gentes terræ angelis suis distribuit ; Dominum vero Filium Dei, qui Israelem a Patre suscepit. Hic ergo ipse Dominus in adjutorio Altissimi habitare affirmabatur, et Altissimum posuisse refugium suum, videlicet Patrem suum. Quamobrem dictum est illi : *Quoniam tu es, Domine, spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum.* Quia vero Aquila et Symmachus modo ad Judaicam sententiam propius accedente interpretati sunt, doctrinam a nobis de Altissimo et de Domino traditam suspectam habentes ; Aquila enim edidit, *Quoniam tu, Domine, spes mea, altissimum posui habitaculum tuum* ; Symmachus vero, *Tu enim, Deus, fiducia mea, altissimam posuisti habitationem tuam* ; observandum primo est, quintam editionem Septuaginta Interpretibus accinere, nam et ipsa sic habet, *Quoniam tu, Domine, spes mea, altissimum posuisti refugium tuum* ; secundo, Hebraicam vocem, quæ *Elion* habet *Altissimum* significare. In LVI enim psalmo sic expressum invenimus [74] : *Clamabo ad Deum altissimum* : ubi pro illo, *altissimum*, Hebraicum exemplar, *Elion*, circumfert, ut et in præsenti. Non oportet ergo violentia utentes veritatem evertere. Et alioquin si secundum Aquilam ipsi Domino dictum sit, *Quoniam tu es, Domine, spes mea, altissimum posui habitaculum tuum* ; aut secundum

[72] Psal. CIX, 1. [73] Deut. XXXII, 8, 9. [74] Psal. LVI 3.

Symmachum, *Tu enim, Deus, fiducia mea, altissimam posuisti habitationem tuam*; et sermo, ut Judæi opinantur, ad Deum universorum referatur: cur deinceps additur, secundum Aquilam, *Non importabitur tibi malitia, et plaga non appropinquabit tegumento tuo, quoniam angelis suis præcipiet ut custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus tollent te, ne forte offendat in lapide pes tuus*; secundum Symmachum vero, post illud, *Tu, Domine, fiducia mea, altissimam posuisti habitationem tuam*; qua de causa subjicitur, *Non prævalebit adversum te malum, neque plaga appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mandabit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus gestabunt te, ut ne impingas in lapidem pede tuo?* Hæc quippe de Deo universorum dicta putare, qui non omnium impiissimum fuerit? Quis enim angelis suis mandet de Deo universorum, ut custodiant eum in omnibus viis ipsius? aut quomodo Deum, qui supra omnia est, manibus gestabunt, ut non offendat ad lapidem pes ejus? At vides non licere per sermonis seriem, hæc ad personam Dei, qui supra omnia est, referre: neque item superius dicta ab illo, *Quoniam ipse liberabit te de laqueo venantium, a verbo turbulento. In scapulis suis obumbrabit tibi et sub pennis ejus sperabis*, et cætera quæ sequuntur.

Quod si quis hæc accipiat de Christo Dei, qui hic, ut etiam alibi, Dominus vocatur, is non aberraverit a vero: nam Apostolus quoque ait: *Unus Deus ex quo omnia, et unus Dominus per quem omnia*[75]: ac rursum, *Unus Dominus*, inquit, *una fides, unum baptisma. Unus Deus, qui est super omnia, et per omnia, et in omnibus*[76]. Duo autem Domini aperte a Davide dicti sunt in illo, *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*[77]; imo etiam illud Moysis, *Pluit Dominus a Domino in Sodomam et Gomorrham sulphur et ignem*[78], eidem sententiæ astipuletur; quemadmodum etiam cum diceret, *Quando dividebat Altissimus gentes, facta est pars Domini populus ejus Jacob*[79]; manifeste quippe hinc et Altissimum et Dominum nosse videtur; Altissimum quidem eum, qui distribuit et sortes dat angelis suis; Dominum vero, qui cum angelis præcellentem omnium gentium sortem accipit. Quia igitur Dominus, qui hic indicatur, forma servi accepta, in similitudinem hominum factus est et habitu inventus ut homo, ac post baptismum in Jordane omnem passus tentationem est, quando ductus est a Spiritu in desertum ut tentaretur a diabolo, et in solitudine quadraginta diebus et quadraginta noctibus tentatus est, et erat cum feris, ut ait evangelista[80]; jure hæc omnia Spiritus sanctus prænuntiare occupat, significans quanta diebus quadraginta tentatus, quanta totidem noctibus sustinuit. Cum enim ad Evangelium regni Dei prædi-

A τὸν Σύμμαχον, Σὺ γάρ, Κύριε, ἀφοβία μου, ἐξέθου τὴν οἴκησίν σου· ἀναφέρεται δὲ ὁ λόγος ἀν οἰηθεῖεν Ἰουδαίων παῖδες, ἐπὶ τὸν τῶν ὅλων· πῶς συνῆπται ἑξῆς κατὰ μὲν τὸν Ἀκύλαν· μεταχθήσεται πρὸς σὲ κακία, καὶ ἄφη σὺ ἐν σκέπῃ σου· ὅτι ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται φυλάξαι ἐν πάσαις ὁδοῖς σου. Ἐπὶ ταρσῶν σι, μήποτε προσκόψῃ ἐν λίθῳ ὁ πούς σου· κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, μετὰ τὸ, Σὺ, Κύριε, ἀφοβία ὑψίστην ἔθου τὴν οἴκησίν σου· πῶς ἐπὶ τὸ, Οὐ κατισχύσει σου κακὸν, οὐδὲ ἄφη ἐν τῇ σκηνῇ σου. Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις ἐντελεῖται σοῦ φυλάσσειν σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου. χειρῶν βαστάσουσί σε, ἵνα μὴ προσκόψῃς ἐν θῳ ποδί σου; Ταῦτα γὰρ πρὸς τὸν τῶν ὅλων λέγεσθαι πῶς οὐκ ἂν εἴη πάντων ἀσεβέστατος· γὰρ ὁ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελλόμενος περὶ τῶν ὅλων, ὥστε φυλάττειν αὐτὸν ἐν πάσαις ταῖς αὐτοῦ; ἢ πῶς τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἐπὶ χειρῶν στάσουσιν, ἵνα μὴ προσπαίσῃ λίθῳ ὁ πούς σ Ἀλλ' ὁρᾷς, ὡς ὁ λόγος οὐκ ἐπιτρέπει εἰς προ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ ταῦτα ἀναφέρεσθαι· ἐπὶ τὰ ἀνωτέρω ἀπὸ τοῦ, Ὅτι αὐτὸς ῥύσεταί σε ἐκ γίδος θηρευτῶν, ἀπὸ λόγου ταραχώδους. Ἐν μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει σοι, καὶ ὑπὸ πτέρυγας αὐτοῦ ἐλπιεῖς, καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς·

B Εἰ δέ τις ταῦτα ἐκλάβοι ἐπὶ τὸν Χριστὸν τοῦ Θε καὶ ἐνταῦθα Κύριον, ὥσπερ οὖν καὶ ἐν ἄλλοις μασμένον, οὐκ ἂν διαμάρτοι τῆς ἀληθείας· ἐπεὶ ὁ Ἀπόστολος, Εἷς Θεός, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ C Κύριος, δι' οὗ τὰ πάντα· καὶ πάλιν, Εἷς Κύρι φησὶ, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. Εἷς Θεὸς ὁ ἐπὶ πα των καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσι. Κύριοι δὲ ἀντικρυς καὶ ὑπὸ τοῦ Δαυὶδ ὠνομάσθησαν κατὰ Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξι μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· ἀλλὰ καὶ Μωϋσῆς λέγων, Ἔβρεξε Κύ ριος παρὰ Κυρίου ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα θεῖ καὶ πῦρ, τῆς αὐτῆς ἂν γένοιτο δόξης· ὥσπερ καὶ ἐν οἷς ἔφασκε τὸ, Ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστ ἔθνη, ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώ ἀντικρυς γὰρ διὰ τοῦ, τὸν Ὕψιστον καὶ Κύριον εἶν φαίνεται· Ὕψιστον μὲν τὸν διανέμοντα καὶ κλη δοτοῦντα τοῖς ἑαυτοῦ ἀγγέλοις, Κύριον δὲ τὸν με τῶν ἀγγέλων κληρούμενον τὴν πάντων τῶν ἐθ D διαφέρουσαν μερίδα. Ἐπεὶ τοίνυν ὁ δηλούμενος τούτοις Κύριος μορφὴν δούλου λαβὼν ἐν ὁμοιώμα ἀνθρώπων γέγονε, καὶ σχήματι εὑρέθη ὡς ἄνθρ πος, ὑπέμεινέ τε πάντα πειρασμὸν μετὰ τὸ βάπτισμ τὸ ἐν Ἰορδάνῃ, ὅτε ἀνήχθη ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ε τὴν ἔρημον πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ ἐν ἐρήμῳ μ' ἡμέρας καὶ μ' νύκτας πειραζόμενος, κ ἦν μετὰ τῶν θηρίων, ὥς φησιν ὁ εὐαγγελιστής· εἰκ τως ταῦτα πάντα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προλαβὸν ὑ σπίζει, σημαῖνον ὅσα τε ἐν ταῖς τεσσαράκοντα ἡμέρ πειραζόμενος ὑπέμεινε, καὶ ὅσα κατὰ τὰς ἰσαρίθμους

[75] I Cor. VIII, 6. [76] Ephes. IV, 5, 6. [77] Psal. CIX, 1. [78] Gen. XIX, 24. [79] Deut. XXXII, 8, 9. [80] Marc. I, 13.

ἡμέραις νύκτας. Μέλλων γὰρ ἐπὶ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ βασιλείας παριέναι, πρὶν ἄρξασθαι τοῦ ὑγματος, καὶ πρὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίας, τὰς ἐχθρὰς καὶ πολεμίας τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἡμεις ἀνήγετο· ὅπως, ἐκείνας πρώτας καταγωνισάμενος καὶ καθελών, οὕτως ἐπὶ τὴν τῶν πάλαι καταδουλουμένων λύτρωσίν τε καὶ ἐλευθερίαν παρέλθοι. Χρῆν γὰρ αὐτοὺς δὴ μάλιστα πρώτους τοὺς παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι θεοὺς εἶναι νομίσαντας, καὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς αἰχμαλώτους, ἀπὸ τῆς τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ γνώσεώς τε καὶ εὐσεβείας ἁφαρπάσαντας, καθυπάξαι καὶ τῆς τυραννίδος καθελεῖν· εἶθ' οὕτως ἅπασιν ἀνθρώποις τὸ Εὐαγγέλιον τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας παραδοῦναι. Διὸ δὴ πρὸ πάσης ἱστορουμένης αὐτοῦ πράξεως ἀνήγετο εἰς τὴν ἔρημον πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου· καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων, ὡς φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς, θηρία προσειπὼν τὰς ἀπηγριωμένας καὶ θηριώδεις πονηρὰς δυνάμεις. Αὐτὰ δὴ οὖν ταῦτα καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς προαναφωνεῖ προφητικῷ Πνεύματι ἀναγκαίως. Χρὴ γὰρ, διὰ τῶν ἔμπροσθεν διδαχθέντας τὰ περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους παρουσίας τοῦ προφητευομένου, καὶ τὰ περὶ τῆς ἐνσάρκου γεννήσεως αὐτοῦ, τά τε περὶ τοῦ θανάτου, ὅπως τε ἐκ σπέρματος Δαυὶδ προελεύσεσθαι προκεκήρυκτο, ἀκολούθως καὶ τὸν ἀγῶνα μαθεῖν ἡμᾶς ὃν ἤρατο κατὰ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων. Ταῦτα οὖν ἡ παροῦσα παρίστησι προφητεία προλέγουσα, ὅσα κατὰ τὴν ἔρημον ὑπέμεινεν ἐφ' ὅλαις ἡμέραις μ' καὶ νυξὶ ταῖς ἴσαις πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Θηρευταὶ γὰρ ἦσαν περὶ αὐτὸν ἀόρατοι δυνάμεις, παγίδας αὐτῷ κατασκευάζουσαι. Καὶ αἱ μὲν λόγοις ταραχώδεσιν αὐτὸν θορυβεῖν πειρώμεναι, αἱ δὲ φοβεῖν κατὰ τὰς νύκτας, καὶ πάλιν ἄλλα δι' ἡμέρας βέλη νοητὰ πέμπουσαι κατ' αὐτοῦ· καὶ αὖθις ἕτεραι οὐκ ὠνομάσθαι ἡμῖν, οὐδὲ λεχθῆναι δυνάμεναι θνηταῖς ἀκοαῖς, τὸν κατ' αὐτοῦ πειρασμὸν πραγματευόμεναι· ὃ δὴ σημαίνει φάσκων ὁ λόγος, Ἀπὸ *πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου*· Ἀνθ' οὗ ὁ μὲν Ἀκύλας ἡρμήνευσεν, Ἀπὸ *ῥήματος ἐν σκοτομήνῃ περιπατοῦντος*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Οὐδὲ λοιμὸν ζόφῳ ὀδεύοντα.*

candum proditurus esset, antequam prædicationem iniret, et antequam beneficia hominibus impertiret, ad inimicas et adversarias generi humano virtutes adductus est; ut cum illas priores debellasset et destruxisset, sic ad eorum qui olim affligebantur redemptionem et libertatem curandam procederet. Oportebat enim primo illos qui apud omnes gentes pro diis reputabantur, hominumque animas captivas a cognitione Dei universorum et a pietate abripuerant, subigere, eorum tyrannidem delere: deindeque omnibus hominibus Evangelium regni Dei tradere. Quapropter ante omnes alias ejus actiones, quæ in historia feruntur, ductus est in desertum, ut tentaretur a diabolo, eratque cum feris, ut ait evangelista, feras nuncupans agrestes illas et ferinas malignas virtutes. Hæc igitur ipsa præsens psalmus prophetico Spiritu necessario prænuntiat. Par quippe erat nos ante edoctos ea quæ ejus qui in prophetia enuntiatur adventum ad homines spectant, necnon quæ ad ejus carnalem generationem pertinent, ad mortem item ejus, et ad modum quo ex semine David proditurus prænuntiabatur, ediscere; ac consequenter etiam de certamine ejus, quod contra adversarias potestates suscepit, erudiri. Hæc igitur præsens prophetia declarat, prænuntians quanta in deserto sustinuit, diebus quadraginta totidemque noctibus tentatus a diabolo. Venatores quippe illum circumdabant, invisibiles nempe potestates, laqueos ipsi parantes. Et aliæ quidem verbis turbulentis conturbare ipsum tentabant; aliæ in nocte perterrefacere. Aliæ item in die spiritualia tela immittebant in eum; rursum aliæ, quæ nec nominari nobis, nec dici mortalibus auribus possunt, tentationem in eum adornabant: quod his significatur, *A negotio perambulante in tenebris.* Pro quo Aquila quidem interpretatus est, *A verbo in nocte illum perambulante*; Symmachus vero, *Neque pestem in caligine ambulantem*

Ἤδη δὲ καὶ τὰ ἀναιδέστατα καὶ ἀρχοντικὰ τῶν δαιμονίων, τὰ ἐν αὐτῇ τῇ μεσημβρίᾳ κἀὶ τῇ τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς ἀκμῇ τολμῶντα παραφαίνεσθαι, προσῆεσαν αὐτῷ. Τῶν γὰρ ἄλλων τὸ οἰκεῖον σκότος μεταδιωκόντων, καὶ ἐν μόνῃ νυκτὶ φαντασιοῦν εἰωθότων, τὰ ἀναιδέστατα καὶ δι' ἡμέρας τολμᾷ φαίνεσθαι, καὶ ἐν μέσαις αὐγαῖς ἡλίου. Τοιαῦτα δὲ ἦν τὰ καὶ τῷ Σωτῆρι ἐπιόντα· μεθ' ἡμέραν μὲν οὖν τοιαῦτά τινα αὐτῷ προσῆει, κατὰ δὲ τὰς νύκτας ἕτερα. Διὸ εἴρηται ἐξῆς· *Οὐ φοβηθήσῃ ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, καὶ ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου.* Ὁρῶντα δὲ αὐτοῦ τὴν ἄμαχον καὶ ἀήττητον δύναμιν, ὁμοῦ πάλιν ἀθροιζόμενα κατὰ στίφη προσίεσαν αὐτῷ πλήθη δυνάμεων ἀντικειμένων. Καί μοι δοκοῦσιν οἱ πάλαι παρ' ἀνθρώποις νομιζόμενοι θεοὶ, καὶ τὰ ἀντικείμενα πνεύματα, ξένην τινὰ φύσιν καὶ δύναμιν πάντων αὐτῶν καθαιρετικὴν θεώμενα ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὁμοῦ συνῆχθαι ἁπανταχόθεν, ἀθρόα τε ποσιέναι καὶ ποσορήσσειν ἐθέλειν αὐτῷ. Καὶ τὰ

Ad hæc vero etiam impudentissimi dæmoniorum principes, qui in meridie, vigente solis luce, apparere ausi sunt, accesserunt ad eum. Nam cum alii proprias sibi tenebras sectentur, et in sola nocte phantasias movere soleant; qui impudentissimi sunt, etiam in die apparere audent, et in mediis solaribus radiis. Tales erant qui Salvatorem adorti sunt; in die namque hujusmodi spiritus accedebant ad eum, in noctibus autem alii. Quare dicitur postea, *Non timebis a timore nocturno, et a negotio perambulante in tenebris.* Cum autem invictam et insuperabilem ejus virtutem cernerent, agmine simul instructo, multitudo adversariarum potestatum ipsum aggressa est. Videturque mihi, illos olim, qui apud homines dii existimabantur, itemque adversarios spiritus, stupendam quamdam naturam et virtutem sibi omnibus exitiosam in homine Salvatoris nostri videntes, una congregatos undique confertim accessisse, ut irrumperent in eum.

Et primo quidem diabolum aliorum particularium spirituum opera ipsum tentasse : quare dictum est, *Et erat cum feris* [81]. Quibusnam feris? id aperit in sequentibus sermo præsens his verbis, *Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem.* Etenim, ut verisimile est, tali specie talique forma suscepta, malignæ quædam virtutes, principatus et potestates, rectores mundi tenebrarum harum, ac spiritualia nequitiæ, per aerem volantes ; sive allegorico more, aspides, basilisci, leones et dracones vocatæ ; sive ob malitiæ similitudinem his comparatæ, omne tentationum genus in ipsum moverunt. In fine autem omnium, conspicatus diabolus eum super aspidem et basiliscum ambulare, omnesque ipsi subditas operationes conculcare : ipse demum accessit humilis et formidolosus, ipsique interrogationes in Evangeliis descriptas proposuit, tentans eum ac dicens : Si Filius Dei es, hæc dicito, illa facito. Impetum itaque confertim a malignis spiritibus factum, eorumque eladem describit hæc prophetia : quæ illos una quidem coactos esse docet, neque tamen aliquid agere potuisse ; sed cum appropinquarent ipsi, humi decidisse. Ideo dictum est, *Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis.* Pro illo autem, *A latere tuo*, Aquila et Symmachus, *ex transverso tuo*, ediderunt ; sic sinistram Salvatoris nuncupante divina Scriptura, quia fortasse penes eum nihil lævum aut sinistrum est. Cæterum de omnibus simul adversariis potestatibus dictum est illud, *Ad te autem non appropinquabunt ;* itemque illud, *Verumtamen oculis tuis considerabis, et retributionem peccatorum videbis.* Et hæc, inquit, omnia tibi accident ; quoniam tu, Domine, spes mea, *Altissimum posuisti refugium tuum.*

Æstimo autem has invisibiles et adversarias potestates, quæ sub universo cœlo erant, adversus cum confertim congregatas fuisse, quod perturbarentur ex allata ipsi voce, quando in columbæ specie Spiritus sanctus descendit in illum, et audita vox est desuper dicens : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui* [82]. Hac igitur audita voce, conspicatæ item a Spiritu sancto per columbam commonstratum fuisse hominem Filium Dei appellatum, neque voci non credere, neque, hominem carne indutum cernentes, hunc dilectum esse Dei persuasum habere poterant. Quare stupendum quidpiam, et novam hominis naturam cernentes, suam operandi vim præstantiori virtute delendam esse exspectabant. Idcirco illum adortæ sunt, qui sese alacri animo omnibus tentationibus obtulit, quas pro salute hominum susceperat. Nam cum, ut dixi, prædicaturus esset *captivis dimissionem, et cæcis visus restitutionem*, secundum prophetiam de ipso prolatam [83] ; atque futurum esset, ut animas ho-

A μὲν πρῶτα δι' ἑτέρων μερικῶν πνευμάτων [illegible] αὐτὸν ἐπιχειρεῖν τὸν διάβολον· διὸ λέλεκται· *μετὰ τῶν θηρίων.* Ποίων δὲ θηρίων ; ὁ μετὰ παρίστησι λόγος προϊὼν ἐξῆς καὶ λέγων· *Ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα.* Τοιούτοις γάρ τισι εἰκὸς, εἴδεσί τε καὶ μορφαῖς σχηματιζόμενα ἀέριον τόπον διιπτάμεναί τινες δυνάμεις [illegible] ἀρχαί τε καὶ ἐξουσίαι, καὶ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τούτου, καὶ πνευματικὰ πονηρίας, ἐν ἀλληγορίας ἀσπίδες καὶ βασιλίσκοι καὶ δράκοντες καὶ λέοντες ὀνομαζόμεναι, ἢ καὶ διὰ τὸ ἐμφερεῖς κακίας τούτοις παραβαλλόμεναι, πάντα τὰ τοιαῦτα ἐκείνου κατ' αὐτοῦ. Ἐπὶ τέλει δὲ πάντων, ὡς εἶδε διάβολος ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβεβηκότα καὶ καταπεπατηκότα πάσας τὰς ὑπ' αὐτὸν ἐνεργ[illegible] αὐτὸς ἤδη λοιπὸν δι' ἑαυτοῦ προσῆλθε ταπεινῶς, ὑποδεδοικὼς, προσέφερέ τε αὐτῷ τὰς ἐρωτήσεις ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἀναγεγραμμένας, πειράζων τε καὶ λέγων, Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ τάδε· ποίησον τάδε. Τὴν οὖν ἀθρόαν ὁρμὴν τῶν πονηρῶν πνευμάτων καὶ τὴν ἧτταν αὐτῶν ἡ παροῦσα προ[illegible] ἱστησι προφητεία· ὁμοῦ μὲν συνῆχθαι δεδάσκουσα, μὴ μὴν δεδυνῆσθαί τι μηδ' ἰσχυκέναι· ἀλλ' ἐγγίσαντας πλησιάζειν αὐτῷ καταπίπτειν χαμαί. Διὸ λέλεκται· *Πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιὰς, καὶ μυριὰς ἐκ δεξιῶν σου.* Ἀντὶ δὲ τοῦ· *Ἐκ τοῦ κλίτους σου,* Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος, *Ἐκ τοῦ πλαγίου σου* ἐκδεδώκασιν· οὕτω τῆς θείας Γραφῆς τὰ ἀριστοποιὰ τοῦ Σωτῆρος ὀνομαζούσης, τάχα τὸ μηδὲν εἶναι αὐτῷ σκαιὸν μηδὲ ἀριστερόν. Πλὴν ἀλλὰ περὶ τῆς ἀθρόως τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων εἴρηται τὸ, *Πλὴν σὲ δὲ οὐκ ἐγγιοῦσι,* καὶ τὸ, *Πλὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου κατανοήσεις, καὶ ἀνταπόδοσιν ἁμαρτωλῶν ὄψει.* Καὶ ταῦτα, φησὶ, πάντα ἔσται περὶ σὲ, ἐπειδήπερ σὺ, ὦ Κύριε, ἡ ἐμὴ ἐλπὶς, *τὸν Ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου.*

Ἡγοῦμαι δὲ τὰς ἀοράτους ταύτας καὶ ἀντικειμένας δυνάμεις, τὰς ὑπὸ παντὶ τῷ οὐρανῷ συνῆχθαι πάσας ἀθρόως κατ' αὐτοῦ θορυβηθείσας ἀπὸ τῆς ἐνεχθείσης πρὸς αὐτὸν φωνῆς, ὅτε ἐν εἴδει περιστερᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατέβαινεν ἐπ' αὐτὸν, ἦ τε ἄνωθεν φωνὴ ἠκούσθη λέγουσα· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.* Ἀκούσασαι γοῦν τῆς φωνῆς ταύτης, καὶ θεασάμεναι τὸν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ τῆς περιστερᾶς ἀναδειχθέντα ἄνθρωπον Υἱὸν Θεοῦ ὠνομασμένον, οὔτε τῇ φωνῇ ἀπιστεῖν εἶχον, οὔτε τὸν ἄνθρωπον ὁρῶσαι σάρκα ἠμφιεσμένον πιστεύειν τοῦτον εἶναι τὸν ἀγαπητὸν τοῦ Θεοῦ. Διὸ ξένον τι χρῆμα καὶ καινὴν ἀνθρώπου φύσιν θεώμεναι, τὰς οἰκείας ἐνεργείας δυνάμει κρείττονι καθαιρεθήσεσθαι προσεδόκησαν. Διὸ δὴ ἐπῆσαν αὐτῷ ἐπιδόντι εὖ μάλα προθύμως ἑαυτὸν εἰς πάντας τοὺς πειρασμοὺς, οὓς ὑπὲρ τῆς ἀνθρώπων σωτηρίας ἀνεδέξατο. Μέλλων γοῦν, ὥσπερ ἔφην, κηρύττειν *αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν,* κατὰ τὴν περὶ αὐτοῦ προφητείαν, ἀφέλκειν τε τὰς τῶν ἀνθρώ-

[81] Marc. I, 13. [82] Matth. III, 17. [83] Luc. IV, 18 · Isa. [illegible]

ψυχὰς ἀπὸ τῶν πάλαι ἠχμαλωτισμένων αὐτὰς, θεροῦν τε αὐτὰς ἀπὸ τῆς εἰδωλολάτρου πλάνης, καίως πρώτων ἐπόντων κατ' αὐτῶν ἐστρατεύετο τὸν μακρὸν αἰῶνα τετυραννηκότων. Ἐπεὶ δὲ τοις κατηγωνίσατο δι' ὑπομονῆς παντὸς πειρασμοῦ, διό φησιν ὁ Λουκᾶς· *Καὶ συντελέσας πάντα πασμὸν ὁ διάβολος ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ.* Μετὰ τα ἐπὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων θεραπείαν ἐχώρει· εν καὶ ἐφριττον αὐτὸν οἱ δαίμονες, ὡμολόγουν αὐτὸν εἰδέναι ὅστις εἴη, βοῶντες καὶ λέγοντες· α, *τί ἡμῖν καὶ σοι, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ; οἴδαμέν σε ; εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ.* Ἀπὸ γὰρ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐχθείσης φωνῆς μεμαθήκεισαν ὅστις ἦν· ἀλλὰ καὶ ῶν εἰργάσατο κατὰ τὸν τοῦ πειρασμοῦ καιρὸν ἴεσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν.

A minum ab iis, qui ipsas olim in captivitatem abegerant, abduceret, liberaretque ab idolorum errore; necessario bellum primo gerebat in eos qui diuturno tempore tyrannidem obtinebant. Et quia ipsos per tentationum omnium tolerantiam oppugnabat, ideo Lucas ait: *Et cum consummasset omnem tentationem diabolus, discessit ab eo* [84]. Deinde vero ad hominum curationem et medelam accedebat: quare fremebant in eum dæmones, confitebanturque se nosse quis esset, clamantes et dicentes: *Sine, quid nobis et tibi, Fili Dei? Novimus te quis sis, sanctus Dei* [85]. Ab illata enim illi voce didicerant quisnam esset; imo etiam ex iis quæ tentationis tempore gesserat, ejus virtutem noverant.

Οὐ προσελεύσεται πρὸς σὲ κακὰ, καὶ μάστιξ ὐκ ἐγγιεῖ τῷ σκηνώματί σου. Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις ὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ τοῦ διαφυλάξαι σε ν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου. Ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί τε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. Καὶ τεῦτα τῷ κατὰ Χριστὸν τετελειωμένῳ ἀνδρὶ καὶ τῷ χορῷ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων, τῇ τε ἁγίᾳ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ, καὶ δὴ καὶ αὐτῷ τῷ Χριστοῦ σώματι ἁρμόσειεν ἂν λέγεσθαι· Εἰ γὰρ *παρεμβάλλει ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς*, τῶν ὑπερβεβηκότων τὸν φόβον καὶ ἐν ἕξει τελείᾳ τῆς κατὰ ψυχὴν ἀρετῆς τυγχανόντων, ὁποῖός ἐστιν *ὁ καθήμενος ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου, καὶ ὑπὸ τὴν σκιὰν τοῦ Ἰακὼβ αὐλιζόμενος*· τῶν οὖν τοιούτων οὐχ εἷς ἄγγελος, ἀλλὰ παρεμβολαὶ πλείους καθίστανται φύλακες, ὅσαι καὶ πλείους οἱ τῷ κατὰ Θεὸν τελείῳ ἐπιβουλεύοντες. Οὕτω γοῦν καὶ τὸν προφήτην Ἐλισσαῖον ἐκύκλουν πλῆθος δορυφόρων ἀγγέλων. Διὸ οὐδὲν τῶν βλαπτικῶν ἐπελεύσεσθαι λέγεται τῷ διὰ τοῦ ψαλμοῦ προφητευομένῳ· ἀλλ' οὐδὲ μάστιξ ἐπὶ τὸ σῶμα ἐφάψασθαι τοῦ σκηνώματος αὐτοῦ· μάστιγα νοούντων ἡμῶν οὐ τὴν κοινότερον λεγομένην· ταύτῃ γὰρ ἐμαστίχθησαν μυρίοι τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ μαρτύρων καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὸ σωματικὸν σκήνωμα καὶ ἡ σὰρξ μάστιξιν ἠπίσθη κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, ἀκολούθως τῇ φασκούσῃ περὶ αὐτοῦ προφητείᾳ, *Τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα*· διὸ μάστιγα νῦν δηλοῦσθαι τὴν ἀπὸ δαιμονικῆς ἐνεργείας πληγὴν νομιστέον, ὁποίας εἴρηται αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἰάσασθαι καὶ θεραπεύειν ἐν ἀνθρώποις δαιμόνων ἀκαθάρτων μάστιγας. Τοιαύτην οὖν μάστιγά φησιν ὁ παρὼν λόγος μὴ ἐγγίσειν τῷ σκηνώματι τοῦ προφητευομένου, διὰ τὸ φυλάττεσθαι ὑπὸ τῶν καθεσταμένων ἐπὶ τὸ φρουρεῖν αὐτὸν ἀγγέλων, οἳ δὴ καὶ ἐπὶ χειρῶν αὐτὸν μετέωρον ἀναλήψεσθαι λέγονται, πρὸς τὸ μὴ προσκόπτειν αὐτοῦ λίθῳ τὸν πόδα. Σκήνωμα δὲ αὐτοῦ καθ' ἕνα μὲν τρόπον ἐρεῖς εἶναι τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ, κατὰ τὸ, *Ἕως ἂν εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ*· οὕτω καὶ πλείονα σκηνώματα τὰς ἁπαντα-

B

C

D

Vers. 10-12. *Non accedent ad te mala, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mandabit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum.* Hæc de viro secundum Christum consummato, de choro martyrum Christi, vel de sancta ejus Ecclesia; imo vero de ipso Christi corpore opportune dici possunt. Nam si *castrametatur angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos* [86], qui formidinem superarunt, et in bono virtutis, quæ secundum animam est, affectu versantur, qualis est *qui sedet in adjutorio Altissimi, et sub umbra fortis commoratur;* iis sane qui sic affecti sunt, non angelus unus, sed castra plurima in custodiam tradita sunt, et tanto plurima, quanto qui viro secundum Deum profecto insidiantur. Sic itaque Elisæum prophetam muniebant satellitum angelorum turmæ Quamobrem nocumenti nihil passurus esse dicitur qui in psalmo prænuntiatur; neque flagellum corpori tabernaculi ejus incutiendum prædicitur. Per flagellum vero non vulgare illud intelligimus; nam eo cæsi sunt innumerabiles sancti Dei martyres, atque ipsum corporeum Servatoris nostri tabernaculum et caro ejus tempore passionis flagellis lancinata est, secundum prophetiam quæ de ipso fatur, *Dorsum meum dedi ad flagellas, et genas meas ad alapas* [87]: sed flagellum hic plagam dæmonica vi inflictam significare putandum est, qualia ipse Servator impurorum dæmonum hominibus incussa flagella curasse narratur. Hujusmodi flagellum dicitur non appropinquaturum esse tabernaculo ejus, qui in vaticinio fertur; quia ab angelis ad custodiam ejus deputatis servabitur, qui etiam eum in manibus sublimem assumpturi esse dicuntur, ut ne pes ejus ad lapidem offendat. Tabernaculum porro ejus aliqua ratione dicas esse Ecclesiam ipsius, secundum illud, *Donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob* [88]; sic et illas per orbem ecclesias plurima tabernacula esse novit qui dixit, *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum* [89]! Alio autem modo, corporeum il-

[84] Luc. IV, 13. [85] Marc. I, 24; Luc. IV, 34. [86] Psal. XXXIII, 8. [87] Isa. L, 6. [88] Psal. CXXXI, 5. [89] Psal. LXXXIII, 2.

lud instrumentum, in quo habitavit Dei Verbum, dixeris tabernaculum ejus esse.

Et quidem præcipua et majora gesta illius, qui in prophetia enuntiatur, opera præstantioris cujuspiam edebantur; nam is qui secundum carnem ex semine Davidis esse a nobis intelligitur, cum sederet in adjutorio Altissimi, et cum Altissimum posuisset refugium suum, jure ab Altissimo servabatur. Quamobrem dicebat illi, *Susceptor meus es tu et refugium meum, Deus meus, et sperabo in eum.* Ipse namque eruebat eum de laqueo venantium, et in scapulis suis obumbrabat illi; quin etiam circumdabat illum veritatis scudo obtegens. Et hæc illi omnia Altissimus præstabat, ut ne turbaretur a timore nocturno, vel a sagitta volante in die, aut a negotio perambulante in tenebris, aut a ruina et dæmonio meridiano. Ad hæc vero Altissimus auxiliatus ei de quo agitur omnes inimicorum et hostium ejus virtutes de medio tollebat et pedibus ejus subjiciebat. Quare dictum est, *Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabit.* Magna itaque, ut dixi, et perfecta opera Altissimus ipse, memorato viro opitulans, edebat; minora autem, ut quis dixerit, et leviora corporeaque, angelis procuranda demandabat. Hæc porro erant quæ ad tabernaculum, sive ad corporeum instrumentum atque ad ipsam carnem pertinebant; et hæc, utpote quæ modica, atque superius memoratis collata, vilia essent, ministris angelis ad custodiam concredebantur, ne quid nocumenti corpori ejus inferretur, neve flagellum quodpiam, non ipsi, sed tabernaculo ejus incuteretur: nam ipsi neque millia, neque decem millia malignarum virtutum appropinquare audebant. Carni vero et corpori ejus, qui in prophetia fertur, angeli ministrabant vel in minimis et vilissimis: quod sane his declaratur, *Ne offendas ad lapidem pedem tuum.* His quippe indicari arbitror, vel in minimis et parvi momenti rebus quæ corpori accidere solebant, angelos ipsi ministrasse. In Evangeliis porro hoc de Salvatore testimonium deprehendas; Marcus enim scripsit tempore tentationis Salvatorem cum feris fuisse, et angelos ei ministrasse [90]; Matthæus vero idipsum tempus significans ait: *Tunc dimittit eum diabolus, et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei* [91]. Sane quod angeli ipsi ministraverint, evangelistæ declarant; quod autem ministerii genus ipsi præstiterint, non memorarunt illi: sed id præsens prophetia docuit, videlicet circa corporea et minima eorum ministerium fuisse. Nam ejus tabernaculum custodiebant, ne flagellum ipsi appropinquaret; ejus autem pedes tutabantur, ut ne vel in minimo ac levissimo offenderent.

χοῦ γῆς εἰρημένας ἐκκλησίας οἶδεν ὁ φήσας· Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων! Καθ' ἕτερον δὲ τρόπον τὸ σωματικὸν ὄργανον, ἐν ᾧ κατεσκήνωσεν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, λέγεται ἂν αὐτοῦ σκήνωμα.

Τὰ μὲν κεφαλαιωδέστερα καὶ μείζονα τῶν κατορθωμάτων τοῦ διὰ τῆς προφητείας δηλουμένου ἔκ τε τῆς ἐνεργείας τοῦ μείζονος κατωρθοῦτο. Καθήμενος γὰρ ἐν βοηθείᾳ τοῦ Ὑψίστου ὁ κατὰ σάρκα νοούμενος, ὁ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ γεγονὼς, ὁ αὐτὸς δὲ Ὑψιστον θέμενος αὐτοῦ καταφυγὴν, εἰκότως τοῦ Ὑψίστου ἐφυλάττετο· διὸ καὶ αὐτῷ ἔλεγε· Ἀντιλήπτωρ μου εἶ καὶ καταφυγή μου, καὶ ὁ Θεός μου, καὶ ἐλπιῶ ἐπ' αὐτόν. Αὐτὸς γὰρ ἐῤῥύετο ἐκ παγίδος θηρευτῶν, καὶ ἐν τοῖς μετώποις αὐτοῦ ἐπεσκίαζεν αὐτόν· ἀλλὰ καὶ ἐκύκλου αὐτὸν περιβάλλων ἀληθείας ὅπλῳ. Καὶ ταῦτα πάντα παρεῖχεν αὐτῷ Ὕψιστος, ὅπως μὴ ταράττηται ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ, μήτε ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, μηδὲ ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου, μηδὲ ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις αὐτὸς ὁ Ὕψιστος συνεργῶν ἦν περὶ οὗ ὁ λόγος, πάσας τὰς τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ καὶ πολεμίων δυνάμεις καθῄρει καὶ ὑπὸ πόδας αὐτοῦ κατέβαλλε. Διὸ ἐλέγετο· *Πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιὰς καὶ μυριὰς ἐκ δεξιῶν σου, πρὸς δὲ σὲ οὐκ ἐγγιεῖ.* Τὰ μὲν οὖν, ὡς ἔφην, μεγάλα καὶ ἐντελῆ κατορθώματα ὁ Ὕψιστος αὐτὸς συνεργῶν τῷ δηλουμένῳ ἐξετέλει· τὰ δὲ, ὡς ἂν εἴποι τις, λεπτότερα καὶ σωματικώτερα ἀγγέλοις διακονεῖσθαι προσέταττε. Ταῦτα δὲ ἦν τὰ περὶ τὸ σκήνωμα αὐτοῦ, δηλαδὴ τὸ σωματικὸν ὄργανον, καὶ τὰ περὶ αὐτὸ, τὴν σάρκα, ἃ δὴ ὡς σμικρὰ καὶ παραθέσει τῶν ἔμπροσθεν κατωνομασμένων εὐτελῆ, ὑπηρέταις ἀγγέλοις παρεδίδοτο εἰς τὸ φυλάττειν, μή τι κακοποιὸν ἐπέλθοι τῷ σώματι αὐτοῦ, μηδέ τις μάστιξ ἐγχρίμψειεν, οὐκ αὐτῷ, ἀλλὰ τῷ σκηνώματι αὐτοῦ· αὐτῷ γὰρ οὔτε χιλιάδες, οὔτε μυριάδες δυνάμεων πονηρῶν πλησιάζειν ἐτόλμων. Διηκονοῦντο δὲ ἄγγελοι τῇ σαρκὶ τοῦ προφητευομένου καὶ τῷ σώματι, καὶ μέχρι τοῦ σμικροτάτου καὶ εὐτελεστάτου· ὃ δὴ καὶ παρίστησιν ὁ λόγος φάσκων· *Ὅπως μὴ προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.* Σημαίνειν γὰρ οἶμαι διὰ τούτου τὸ καὶ μέχρι τοῦ τυχόντος καὶ βραχυτάτου συμβαίνειν εἰωθὸς περὶ τοῦ σώματος ἀγγέλους διακονεῖσθαι αὐτῷ. Ἔχεις δὲ καὶ ἐν Εὐαγγελίοις ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος αὐτοῦ ταύτην τὴν μαρτυρίαν. Ὁ μὲν γὰρ Μάρκος ἀνέγραψε κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πειρασμοῦ τοῦ Σωτῆρος, ὡς ἄρα ἦν μετὰ τῶν θηρίων, καὶ οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ· ὁ Ματθαῖος πάλιν τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐπισημηνάμενός φησι· *Τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος, καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι προσῆλθον καὶ διηκόνουν αὐτῷ.* Ἀλλὰ ὅτι μὲν οἱ ἄγγελοι διηκόνουν αὐτῷ, ἔδειξαν οἱ εὐαγγελισταί· ποίας δὲ διακονίας αὐτῷ παρεῖχον, οὗτοι μὲν οὐκ ἐμνημόνευσαν· ἡ δὲ προκειμένη προφητεία ἐδίδαξεν, ὅτι τὴν περὶ τὰ σωματικὰ καὶ σμικρὰ διακονίαν. Ἐφύλαττον γὰρ αὐτοῦ τὸ σκήνωμα, ὅπως μὴ μάστιξ αὐτῷ πλησιάσῃ· ἐφρούρουν δὲ αὐτοῦ καὶ τοὺς πόδας, ὡς ἂν μὴ προσκόψειαν μέχρι τοῦ σμικροτάτου καὶ εὐτελεστάτου.

[90] Marc. I, 13. [91] Matth. IV, 11.

Καὶ ταῦτα μὲν κατ' αὐτὴν τὴν λέξιν· πρὸς δὲ ἀνοιαν ἐπισκήνωμα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡ Ἐκκλησία ὑτοῦ ἀποδέδεικται· ἀλλὰ καὶ σῶμα αὐτοῦ ὁ λαὸς ὑτοῦ κατὰ τὸν φήσαντα Ἀπόστολον· *Ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέρους.* Εἶεν ἂν τῶν ἑλῶν οἱ μὲν ὀφθαλμοὶ τοῦ Χριστοῦ σώματος, οἱ δὲ αἱ ὦτα, οἱ δὲ καὶ χεῖρες· κατὰ ταῦτα τοίνυν ἔσονται ὑτοῦ καὶ πόδες ἕτεροι, περὶ ὧν εἴρηται· *Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων ἀγαθά!* Τούτων δὴ ὖν τῶν ποδῶν, ὅπως μή τις προσκόψῃ πρὸς λίθον τὸν πόδα, μηδὲ σκανδαλίζηται ἐν τῷ δρόμῳ, ὁμαλῶς τε καὶ ἀκωλύτως διατρέχῃ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου πορείαν, ἄγγελοι καθέστανται φρουροῦντες τοῦ δηλωθέντος σκηνώματος φύλακες. Πάλιν ἕτεροι ἄγγελοι οἱ τὰς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ τὰς ἁπανταχοῦ γῆς ἱδρυθείσας πεπιστευμένοι. Ταῦτα δὲ μὴ συνιεὶς ὁ διάβολος· πῶς γὰρ ἢ πόθεν αὐτῷ τοῦ θείου Πνεύματος συνιέναι φωνάς; ἐν τῷ πειράζειν τὸν Σωτῆρα, εἰς τὸ πτερύγιον αὐτὸν τοῦ ἱεροῦ ἀναγαγών, εἶπε πρὸς αὐτόν· *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω. Γέγραπται γάρ, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.* Συνιδὼν γὰρ ἔργοις αὐτοῖς εἰς τὸν Σωτῆρα πεπληρωμένην τὴν ἐν τοῖς προκειμένοις προφητείαν, ὁρῶν τε ξένον θέαμα ἐν ἀνθρώπου φύσει, ὡς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν στρατείαν καθῃρῆσθαι, καὶ πάσας αὐτοῦ νενικῆσθαι τὰς δυνάμεις, ὑπὸ τοῦ φαινομένου, χιλιάδας τε ἀθρόας, καὶ μυριάδας ἀπέμπροσθεν αὐτοῦ πιπτούσας, αὐτόν τε ἀτρεμεῖ καὶ ἀπαραποδίστως ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβαίνοντα, λεόντά τε καὶ δράκοντα, τὰς ἀρχοντικὰς αὐτοῦ δυνάμεις, καταπατοῦντα, καὶ τοῦτ' ἐπείραζε γνῶναι, εἰ, ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ πτερυγίου ῥίψαντος, ἄγγελοι προσελθόντες αὐτὸν βαστάσουσι. Πρὸς ταύτην αὐτοῦ τὴν ὑπόνοιαν διεψευσμένην οὖσαν ὁ Σωτὴρ ἀπεκρίνατο· *Γέγραπται*, λέγων, *Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου.* Τὸ γὰρ ἑαυτὸν κρημνίζειν καὶ καταβάλλειν ἀπὸ τῶν ὑψηλοτάτων, καὶ τοῦτο ποιεῖν ἵνα γνῷ. πότερόν ποτε βοηθείας τεύξεται τῆς διὰ τῶν ἀγγέλων, ἢ μή, . ειράζοντος ἦν τὸν Θεόν· ὃ δὴ πειράζειν ἐβούλετο ὁ πειράζων. Οἰκεῖον γὰρ αὐτῷ ἦν πειράζοντι τὸν Σωτῆρα, καὶ τὸν Θεὸν πειράζειν τολμᾷν. Ἀλλ' οὐχ ὁ Σωτήρ γε ἐπείραζεν· εὖ γὰρ ᾔδει καὶ πέπειστο περὶ τῆς τοῦ Πατρὸς δυνάμεως τῆς συνεργούσης αὐτῷ. Διὸ καὶ τῷ διαβόλῳ προστακτικῶς παρεκελεύετο λέγων· *Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου*, θείας Γραφῆς λέξιν τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου ἀντιπαρατιθεὶς τῇ φωνῇ τῆς παρούσης Γραφῆς, ἣν μὴ νοήσας ὁ διάβολος προήγαγεν αὐτῷ, μὴ συνιείς, ὅτι οὐκ ἐδεῖτο βοηθείας ἀγγέλων ὁ Σωτήρ, εἰ καὶ καθ' ὑπόθεσιν οἰκείᾳ προαιρέσει καθεῖναι ἑαυτὸν ἐβουλήθη· ἐπεὶ καὶ κατὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν (ὅπερ ἦν μεῖζον τῆς ἀπὸ τοῦ πτερυγίου τοῦ ἱεροῦ ἐπὶ τὴν γῆν δι' ἀέρος καθόδου), οὐκ ἀγγελικῆς ἐδεήθη χειρός. Ὅρα δέ, πῶς, μνημονεύσας ὁ διάβολος τοῦ, *Ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου*, τὸ ἐξῆς συνημμέ-

Et hæc quidem secundum nudam lectionem : at intelligendi more tabernaculum Servatoris nostri Ecclesiam ejus esse commonstratum est; corpus vero ejus, populus ejus est, secundum Apostolum, qui ait : *Vos autem estis corpus Christi, et membra ex parte* [91]. Ex membris autem alii fuerint corporis Christi oculi, alii aures, alii manus; hac porro ratione alii pedes ejus erunt, de quibus dictum est : *Quam speciosi pedes evangelizantium bona* [92]! Ne quis vero horumce pedum ad lapidem offenderet, neque in cursu impingeret, sed plana via et sine obice iter evangelicum permearet, angeli tutores ac custodes præfati tabernaculi constituti sunt. Rursum vero exstant alii angeli, quibus Ecclesiæ Christi ubique terrarum fundatæ, concreditæ sunt. Quod cum non intelligeret diabolus : quomodo enim aut unde divini Spiritus voces intelligere possit? cum Salvatorem tentaret, ipsum ad pinnaculum templi ductum sic alloquebatur : *Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quia angelis suis mandabit de te, et in manibus tollent te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum* [93]. Nam cum ex ipsis operibus perspiceret, prophetiam his verbis traditam in Salvatore impleri, ac stupendum in hominis natura spectaculum cerneret; ita ut omnis exercitus suus de medio sublatus, omnesque virtutes suæ ab eo qui apparuerat superatæ, millia vero et decem millia in conspectu illius lapsa essent, ille autem sine formidine et obice super aspidem et basiliscum ambularet, leonem et draconem, principes ejus virtutes, conculcaret; hoc item experiri volebat, num ipsum ex pinnaculo se projicientem, accedentes angeli gestaturi essent. Hujusmodi itaque falsæ suspicioni ita respondit Servator : *Scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum* [94]. Nam e sublimi sese præcipitare ac dejicere, idque animo experiundi an angelorum auxilium adfuturum esset, necne, hoc sane tentare Deum fuisset : quod experiri tentator optabat. Nam ipsi Salvatorem tentanti, proprium erat vel ipsum Deum tentare audere. At Servator tentare noluit : gnarus quippe erat ac persuasum habebat Patris virtutem sibi opitulari. Quare imperantis more diabolo dixit : *Non tentabis Dominum Deum tuum*, divinæ Scripturæ dictum ex lege sumptum hujus Scripturæ voci opponens, quam non intelligens diabolus ipsi proferebat, ignorans Servatorem angelorum ope non egere, etiamsi proprio nutu voluisset sese deorsum projicere. Quandoquidem in sua ad cœlos ascensione (quod sane majus erat, quam ille a pinnaculo templi ad terram per aerem transitus), non angelica manu opus habuit. Animadverte porro, quo pacto diabolus his commemoratis, *In manibus tollent te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum;* quod sequebatur non addiderit, videlicet illud, *super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem*, quod Salvatoris de diabolo et angelis

[91] I Cor. xii, 27. [92] Rom. x, 15. [93] Matth. iv, 6. [94] ibid. 7.

Θεὸς ἐκδικήσεων Κύριος, Θεὸς ἐκδικήσεων ἐπαῤῥησιάσατο. Ἀνεπίγραφος μὲν ἐστι παρ' Ἑβραίοις ὁ ψαλμὸς, περιέχει δὲ παράκλησιν καὶ παραμυθίαν τῶν κατὰ τὸν βίον τὸν ἐνεστῶτα διωκομένων καὶ καταπονουμένων εὐσεβείας ἕνεκα, ὧν καὶ τὴν εὐχὴν ὑποκαταβὰς τίθησι. Προτάττει δὲ τῆς εὐχῆς τὴν παράκλησιν καὶ τὴν παραμυθίαν προλαμβάνων τὴν δέησιν τῶν διωκομένων καὶ προθεραπεύων αὐτῶν τοὺς πόνους, ἔργοις τε παριστὰς πληρούμενον ἐπ' αὐτοῖς τὸ, *Ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ· Ἰδοὺ πάρειμι*. Θαρσεῖτε τοιγαροῦν, ὦ οὗτοι, φησὶν· ἔστι γὰρ ὁ Κύριος, ἐφ' ὃν ἠλπίσατε. ὥσπερ Θεὸς ποιητὴς καὶ Θεὸς δημιουργὸς, καὶ Θεὸς σωτὴρ, καὶ Θεὸς εὐεργέτης, καὶ Θεὸς κριτὴς, καὶ Θεὸς πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως, μακρόθυ-

PSALMUS DAVIDI, QUARTA SABBATORUM. XCIII.

Vers. 1. *Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit*. Hic psalmus apud Hebræos inscriptione caret, consolationem autem et levamen complectitur pro iis qui in præsenti vita pietatis causa vexantur et affliguntur, quorum item orationem inferius consignat. Orationi vero consolationem et levamen præmittit, a supplicatione eorum qui persecutionem patiuntur orsus, eorumque malis remedium admovere occupans, declaransque opere impletum illud esse, *Adhuc te loquente dicam : Ecce adsum*[49]. Ait itaque, Heus vos, confidite : adest quippe Dominus, in quem sperastis, utpote Deus opifex, Deus creator, Deus servator, Deus beneficus, Deus judex, Deus pater misericordiarum, Deus totius consolationis, tolerans et multum misericors, placabilis

[48] Luc. XIII, 35. [49] Isa. LVIII, 9.

super peccata, cui sexcentæ aliæ divinæ rationes competunt; atque ita jam Deus ultionum dicitur. Coram enim habet eorum, quæ in cœlis [*melius*, in terra,] geruntur, ita ut dignam ultionem de iniquе agentibus sumat, juste judicet, reos plectat, ac cuique tribuat secundum opera sua. Confidite igitur, edocti vos Deum ultionum habere : vester quippe Deus, ultionum Deus esse solet. Et quod, utpote Deus vindex eorum qui læduntur, cum fiducia agat; idipsum clare et cum fiducia per prophetas suos deprædicat : atque sic ejus providentiæ ratio consistit, qua juste et sapienter omnia administrat. In hac quidem vita solem suum oriri facit super justos et injustos, ac pluit super improbos et bonos, atque bona sua æqualiter omnibus impertit; sed congruenti tempore Deus ultionum efficietur, quando promeritas pœnas ab iis qui beneficiis ejus non recte sunt usi expetet.

Vers. 2-4. *Exultare, qui judicas terram, redde retributionem superbis. Usquequo peccatores, Domine, usquequo peccatores gloriabuntur? Effabuntur et loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur injustitiam?* Spiritus quidem sanctus vel ante orationem prophetice responsionem edit, illud proferre occupans quod post orationem dicendum erat; idque ex præscientia eorum quæ in oratione dicenda erant. Quamobrem duo versiculi responsionem sancti Spiritus orationi congruentem complectentes præmissi sunt. Nam quæ ad supplicationem Deo emissam attinent, ab hoc dicto, *Exaltare, qui judicas terram*, exordium habent. Ait ergo Scriptura : Ex quo hominum genus esse cœpit, peccatores justis prævalere cœperunt, ut Cain Abeli, et tempore diluvii gigantes aliis secum versantibus; imo etiam Esau Jacobo, Josepho fratres ejus. Ac si ita subsequentia tempora percurras, in singulis generationibus peccatores contra justos insurgere deprehendes. Usquequo, Domine, hæc erunt? Usquequo in tantam superbiam peccatores erigentur, ut in impietatibus suis glorientur; neque gesta sua taceant, neque malitiam occultent suam; sed loquantur in omniumque auribus injustitias efferant suas? Usquequo igitur eos talia audentes feras? At cum jam in excelsum justi judicii tui thronum conscenderis, *Exaltare, qui judicas terram*, et, *redde retributionem superbis*, promeritum ipsis infligens supplicium. Nunc enim te quoque despiciunt, quasi nihil excelsum habeas, nihil videas, nec terram judices. Quapropter quæ ad vitam pertinent suam et judicio et providentia carere arbitrantur. At ego qui precor et opto ab impietate eorum alienus esse, persuasum habeo te Deum ultionum esse, teque judicare omnem terram. Etiamsi enim mansuetudine, tolerantia et patientia usus teipsum deprimas, tuamque contra impios iram cohibeas; at ego certus judicio tuo, qui omnia prospicis, nihil immune fore, supplico precorque ut exalteris, tuamque

A μός τε καὶ πολυέλεος καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις, καὶ ἄλλας μυρίας ἔχων θείκὰς ἐπινοίας· οὕτω καὶ Θεὸς ἐκδικήσεων. Μέλει γὰρ αὐτῷ τῶν ἐν οὐρανοῖς πραττομένων, ὡς καὶ δίκην τὴν ἀξίαν παρὰ τῶν ἀδικούντων εἰσπράττεσθαι, κρίνειν τε δικαίως καὶ κολάζειν οὓς δεῖ, ἀποδιδόναι τε ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Θαρσεῖτε τοιγαροῦν μαθόντες, ὅτι Θεὸν ἔχετε ἐκδικήσεων· πέφυκε γὰρ εἶναι Θεὸς ἐκδικήσεων ὁ ὑμέτερος Θεὸς, καὶ τῷ παῤῥησίαν ἄγειν ὡς Θεὸς ἔκδικος τῶν ἀδικουμένων, διαῤῥήδην τε καὶ μετὰ παῤῥησίας τοῦτο διὰ τῶν αὐτοῦ προφητῶν κηρύττει· οὕτω γοῦν αὐτοῦ καὶ ὁ περὶ προνοίας συνίσταται λόγος, καθ' ἣν δικαίως καὶ σοφῶς τὰ σύμπαντα διοικεῖ. Τέως μὲν κατὰ τὸν ἐνεστῶτα βίον, ἀνατέλλων τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, B καὶ βρέχων ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, ἐξ ἴσου τε τοῖς πᾶσι τὰ αὐτοῦ παρέχων ἀγαθά· κατὰ καιρὸν δὲ τὸν προσήκοντα Θεὸς ἐκδικήσεων γινόμενος, ὅτε καὶ τὴν πρέπουσαν δίκην παρὰ τῶν μὴ καλῶς ταῖς εὐεργεσίαις αὐτοῦ κεχρημένων εἰσπράξεται.

Ὑψώθητι ὁ κρίνων τὴν γῆν, ἀπόδος ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις. Ἕως πότε ἁμαρτωλοὶ, Κύριε, ἕως πότε ἁμαρτωλοὶ καυχήσονται; Φθέγξονται καὶ λαλήσουσιν ἀδικίαν, λαλήσουσι πάντες οἱ ἐργαζόμενοι ἀδικίαν; Τὸ μὲν θεῖον Πνεῦμα προφητικῶς καὶ περὶ τῆς εὐχῆς τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο προλαβὸν τὸ μέλλον ῥηθήσεσθαι μετὰ τὴν εὐχὴν διὰ τὴν πρόγνωσιν τῶν ἐν τῇ εὐχῇ περιεχομένων. Διόπερ οἱ δύο προετάγησαν στίχοι τὴν ἀπόκρισιν περιέχοντες τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὴν ἁρμόζουσαν C τῇ προσευχῇ. Τά τε μὴν τῆς ἱκετηρίας τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τοῦ, *Ὑψώθητι ὁ κρίνων τὴν γῆν*, ἄρχεται. Φησὶ τοίνυν ὁ Λόγος· Ἀφ' οὗπερ ὁ τῶν ἀνθρώπων ἤρξατο συνεστάναι βίος, ἀπὸ τότε ἁμαρτωλοὶ κατισχύειν τῶν δικαίων ἤρξαντο· ὡς Κάϊν τοῦ Ἄβελ, καὶ οἱ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ γίγαντες τῶν ἐν αὐτοῖς· ἀλλὰ καὶ Ἡσαῦ τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τοῦ Ἰωσὴφ οἱ ἀδελφοί· καὶ οὕτω προϊὼν τοῖς χρόνοις, εὕροις ἂν κατ' ἐκάστην γενεὰν τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐπανισταμένους τοῖς δικαίοις. Ἕως οὖν πότε, ὦ Κύριε, τοῦτο ἔσται; Ἕως πότε εἰς τοσοῦτον ἐπιτριβῆς ἐλάσουσιν οἱ ἁμαρτωλοὶ, ὡς καὶ ἐγκαυχᾶσθαι ταῖς ἀσεβείαις αὐτῶν, καὶ μηδὲ σωπᾷν ἐφ' οἷς πράττουσι, μηδὲ ἀποκρύπτειν τὴν αὐτῶν κακίαν, ἀλλὰ καὶ φθέγξασθαι καὶ D ἐξάκουστον τοῖς πᾶσιν ἐκλαλεῖν τὰς ἀδικίας αὐτῶν; Ἕως οὖν πότε ἆρα προχωρήσῃ αὐτοῖς ταῦτα ποιοῦσι; Ἀλλὰ γὰρ ἤδη ποτὲ ἐπὶ τὸν ὑψηλὸν ἀναβὰς τῆς δικαιοκρισίας σου θρόνον, *Ὑψώθητι ὁ κρίνων τὴν γῆν*, καὶ, *ἀπόδος ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις, τὴν ἀξίαν αὐτοῖς ἀποδιδοὺς τιμωρίαν.* Νῦν γάρ σου αὐτοῦ καταπεφρονήκασιν, ὡς μηδὲν ὑψηλὸν ἔχοντος, μηδὲ ὁρῶντος, μηδὲ κρίνοντος τὴν γῆν. Διὸ καὶ ἄκριτα καὶ ἀπρονόητα ὑπειλήφασιν εἶναι τὰ κατὰ τὸν ἑαυτῶν βίον. Ἀλλ' ἐγὼ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἀλλότριος εἶναι εὐχόμενος, πέπεισμαι, ὅτι σὺ Θεὸς ἐκδικήσεων, ἢ καὶ σὺ εἶ ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν. Εἰ γὰρ καὶ ταπεινοῖς σεαυτὸν, χρηστότητι καὶ ἀνοχῇ καὶ μακροθυμίᾳ χρώμενος, ἐπέχεις τε τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὀργήν· ἀλλ' ἐγὼ πιστεύων, ὅτι

οὐδὲν ἔσται ἄκριτον τοῦ ἐφορῶντος τὰ σύμπαντα. ἱκετεύω καὶ δέομαι ὑψωθῆναί σε καὶ δεῖξαι τοῖς πᾶσι τὸ οἰκεῖόν σου μέγεθος καὶ τὸ ὕψος τῆς θεότητός σου· ὅπως ἤδη ποτὲ παύσωνται οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐναβρυνόμενοι καὶ ἐγκαυχώμενοι ἐπὶ πᾶσιν οἷς παρανόμως διαπράττονται.

magnitudinem ac deitatis tuæ sublimitatem omnibus exhibeas; ut vel sero tandem peccatores finem faciant luxuriandi ac gloriandi de omnibus quæ improbe perpetrant.

Τὸν λαόν σου, Κύριε, ἐταπείνωσαν, καὶ τὴν κληρονομίαν σου ἐκάκωσαν. Χήραν καὶ προσήλυτον ἀπέκτειναν, καὶ ὀρφανοὺς ἐφόνευσαν. Καὶ εἶπαν, Οὐκ ὄψεται Κύριος, οὐδὲ συνήσει ὁ Θεὸς τοῦ Ἰακώβ. Οὐκ ἤρκει, φησὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς τὸ εἰς αὐτοὺς ἁμαρτάνειν, ἀλλ' ἤδη καὶ τῷ σῷ λαῷ καὶ τῇ σῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπανέστησαν, τοὺς μὲν ταπεινοῦντες, τοὺς δὲ κακοῦντες, τοὺς δὲ παντελῶς ἀναιροῦντες. Καὶ ταῦτα κατὰ τοῦ σοῦ λαοῦ, ὦ Κύριε, καὶ κατὰ τῆς σῆς κληρονομίας τετολμήκασι, μονονουχὶ τὰ ἀσεβῆ καὶ βλάσφημα περὶ σοῦ φρονοῦντες Εἶπον γὰρ ἐν ἑαυτοῖς ἀσεβὲς λογισάμενοι· *Οὐκ ὄψεται Κύριος, οὐδὲ συνήσει ὁ Θεὸς τοῦ Ἰακώβ.* Διὸ, ὡς μὴ ἐφορῶντος, μηδὲ συνιέντος σοῦ, τὰ τοσαῦτα δρᾷν ἐπιχειροῦσι κατὰ τοῦ λαοῦ σου, καὶ κατὰ τῆς κληρονομίας σου, κατά τε χηρῶν καὶ προσηλύτων καὶ ὀρφανῶν, τῶν κατὰ ἀνθρώπειον ἀπεριστάτων καὶ ἀβοηθήτων. Οὐ τοσοῦτον δὲ κατ' ἐκείνων ταῦτ' ἔπραττον, ὅσον κατὰ σοῦ, ὦ Κύριε· σοῦ γὰρ ἦσαν λαὸς καὶ σοῦ κληρονομία οἱ καταπονούμενοι· καὶ εἰς σὲ βλασφημοῦντες καὶ ἀσεβοῦντες οἱ καταπονοῦντες αὐτοὺς ταῦτ' ἐλογίζοντο, ὡς οὐκ ὄντος σοῦ, οὐδ' ἐφορῶντος, οὐδὲ συνιέντος, οὐδὲ ἐκδικοῦντος τὰ πραττόμενα. Διὸ εἰκότως ἔφην εὐχόμενος, *Ἕως πότε ἁμαρτωλοί, Κύριε,* ἕως πότε διαμενοῦσι ταῦτα ποιοῦντες.; Λαόν τε καὶ κληρονομίαν Θεοῦ χρὴ νοεῖν πάλαι μὲν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, ἐπεὶ *ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ.* Μετὰ δὲ τὴν ἐκείνων ἀποβολὴν, ἣν παρίστησι προφητικός τις λόγος, φήσας· *Ἐγκατέλειπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου·* νέον λαὸν τὸν ἐξ ἐθνῶν ἀντ' ἐκείνων εἰσάγει ἀκολούθως ἑτέρα προφητεία εἰς πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ φάσκουσα· *Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς.*

Vers. 5-7. *Populum tuum, Domine, humiliaverunt, et hæreditatem tuam vexaverunt. Viduam et advenam interfecerunt, et orphanos occiderunt. Et dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob.* Non erat, inquit, peccatoribus in se peccare satis; jam vero in populum tuum et in Ecclesiam tuam insurrexerunt, alios humiliantes, alios vexantes, alios prorsus occidentes. Et hæc contra populum tuum, Domine, et contra hæreditatem tuam aggredi ausi sunt, tantum non impia et blasphema de te sentientes. In seipsis namque dixerunt impie cogitantes, *Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob.* Quamobrem, quasi te nec vidente nec intelligente, talia facinora moliuntur contra populum tuum et hæreditatem tuam, contra viduas, advenas et orphanos, qui omni humano subsidio et patrocinio carent. Neque tam contra illos, quam contra te, Domine, hæc perpetrabant: nam qui vexabantur, populus tuus et hæreditas tua erant; atque ii, qui illos opprimebant, de te blasphema et impia sentientes hæc cogitabant, ac si non exsisteres, nec videres, nec intelligeres, neque talia facinora ulciscereris. Quocirca jure ita precabar: *Usquequo peccatores, Domine,* usquequo talia agentes manebunt? Populum vero et hæreditatem Dei putare convenit, olim quidem Judaicam gentem, quia *facta est portio Domini populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel*[44]. Post eorum vero repulsam, quam sic declarat propheticus quidam sermo, *Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam*[45], ipsorum loco novum populum ex gentibus consequenter inducit alia prophetia, quæ in persona Christi ita loquitur: *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ*[46].

Σύνετε δὴ ἄφρονες ἐν τῷ λαῷ, καὶ μωροί ποτε σοφήσατε. Ὁ φυτεύσας τὸ οὖς οὐκ ἀκούσεται; ἢ ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμὸν οὐ κατανοεῖ; Ὁ παιδεύων ἔθνη οὐχὶ ἐλέγξει, ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν; Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι. Ἀποδυσπετήσας καὶ ἀνθρωπίνως ἀποκλαυσάμενος ὁ Προφήτης περὶ τῶν τοῖς ἀσεβέσι τολμωμένων, εὐξάμενός τε καὶ εἰπών· *Ὑψώθητι ὁ κρίνων τὴν γῆν, ἀπόδος ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις·* ἀλλὰ καὶ ὡς ἀνακινήσας τὸν Θεὸν, καὶ διεγείρας διὰ τοῦ φάναι· *Τὸν λαόν σου καὶ τὴν κληρονομίαν σου ἐκάκωσαν καὶ ἐταπείνωσαν, καὶ εἶπαν, οὐκ ὄψεται Κύριος, οὐδὲ συνήσει ὁ Θεὸς τοῦ Ἰακώβ·* ἐμπίπλαται τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δυνάμεως, καὶ ὡς πρὸς τοὺς εἰρη-

Vers. 8-11. *Intelligite insipientes in populo, et stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? Qui corripit gentes non arguet, qui docet hominem scientiam? Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* Postquam impiorum ausus ægre ferens Propheta humano more deflevit, ac precatus dixit· *Exaltare, qui judicas terram, redde retributionem superbis;* sed etiam Deum quasi commovit et excitavit his verbis: *Populum tuum et hæreditatem tuam vexaverunt et humiliaverunt, et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob;* Spiritus sancti virtute repletur, et quasi responderet iis qui dixerant: *Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob,* sic loquitur: Et quomodo, o vere mente

[44] Deut. xxxii, 9. [45] Jerem. xii, 7. [46] Psal. ii, 8.

cæci, potest non videre et non audire, qui hæc non habentibus impertit? Nam is certe qui aliis quidpiam elargitur, prior utique habet ea quæ aliis communicat. Est porro sermo syllogismi ritu prolatus et concinnatus ad providentiæ doctrinam comprobandam. Par autem erat iis maxime Scripturæ divinæ locis animum adhibere, ut ostendatur, non ratione vacuam ibi fidem nobis offerri, sed claris ratiociniis et demonstrationibus logicis doctrinæ testimonia exhiberi. Sexcenta autem similia in sacris Bibliis conspersa sunt. Syllogismis itaque impios et atheos confutat, qui dicebant Deum humana non respicere. Heus vos, inquit, animaliumne natura per se sponte substitit, an a quadam causa condita est? si dicatur enim temere, ac sorte quadam, sine ratione et sponte sua vita carentem et inanimatam materiam tot animalia, et singulis generibus inditam hujusmodi constitutionem, formas item et species, ac tantam partium et membrorum concinnitatem, pulchritudinis varietatem, et tot discrimina producta esse; stultum certe insanumque fuerit illud, et hominum qui vere anima mortui fuerint, ratiocinium. Quomodo enim quod vitam non habet alteri impertiat? aut quomodo inanimatum animam constituerit? aut irrationabile quomodo quidpiam rationabile produxerit? Quo pacto primum movebitur, aut aliud movebit, quod ex natura sua immobile sit? Hujusmodi est terræ elementum, ex quo omnia et varia prodiere animalium genera, quæ oculis, auribus cæterisque sensibus instructa sunt, vita, motu et appetitu prædita? homo vero iis longe præstat, cum sit naturæ rationabilis, ac mentis et scientiæ capax. Num igitur ex ratione vacuo et inanimato elemento hæc omnia substiterunt? At eum qui hæc confiteri nolit, rei ipsius vis et efficacia vincit, ac ipsum naturale ratiocinium vera dicere cogit; nimirum nec inanimatam materiam, neque aridam rationeque vacuam substantiam, horum esse causam: sed mundi opificem esse mentem quamdam divinam et creatricem, Dei nempe Verbum, rerum omnium factorem, qui tum reliquis omnibus, tum ipsi homini sensus corporis indidit, et animæ humanæ ratiocinium, atque etiam mentem, qua naturam rerum consideret; ac oculis quidem, visibilia respiciat; auribus vero, in auditum cadentia audiat; cogitationes demum, intelligibilia comprehendat. Qui igitur fieri potest ut, qui aliis facultatem videndi, quam ex se non habebant, impertiit, non ipse videat? Qui fieri potest ut is, qui in terreno et luteo vase auditum et aurem perforavit, ita ut muta et surda materia, ea quæ ad aurem proferuntur audiat, non ipse melius et præstantius aliis omnibus humanas cogitationes percipiat? Quod si universæ per orbem gentes, cum barbaræ tum Græcæ, naturali cogitationum, quas a Deo acceperunt, impulsu, quasdam sibi leges et constitutiones efformarunt; quomodo is qui talem ipsis prudentiam indidit, non arguat eos qui præter naturam ac præter sanam mentem quid agere

κότας· *Οὐκ ὄψεται ὁ Κύριος, οὐδὲ συνήσει ὁ Θεὸς τοῦ Ἰακώβ*, ἀποκρίνεται λέγων· Καὶ πῶς, ὦ τὴν διάνοιαν ἀληθῶς τυφλοί, οὐ δύναται μὴ ὁρᾷν, μηδὲ ἀκούειν, ὁ τοῖς μὴ ἔχουσι ταῦτα παρασχόμενος; Πάντως γάρ που ὁ μεταδιδοὺς ἑτέροις πρῶτος αὐτὸς κέκτηται ταῦτα, ὧν μεταδίδωσιν. Ἔστι δὲ ὁ λόγος κατὰ συλλογισμὸν εἰρημένος καὶ κατασκευαστικὸς τοῦ περὶ προνοίας δόγματος. Προσῆκε δὲ μάλιστα τοῖς τοιούτοις τῶν θείων Γραφῶν ἐφιστάναι τὸν νοῦν τόποις, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ μὴ ἄλογον πίστιν προβάλλεσθαι ἡμῖν ὑπ' αὐτῶν, μετὰ λογισμῶν δὲ ἐναργῶν καὶ ἀποδείξεων λογικῶν τὰς τῶν δογμάτων μαρτυρίας παρέχειν Μυρία δ' ἂν εἴη τοιαῦτα ταῖς ἱεραῖς βίβλοις κατεσπαρμένα. Συλλογίζεται τοιγαροῦν τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀθέους τοῦ μὴ ἐφορᾷν τὸν Θεὸν τὰ ἀνθρώπινα φάσκοντας. Πότερα γάρ, φησίν, ὦ οὗτοι, αὐτόματος ὑπέστη τῶν ζώων ἡ φύσις, ἢ γέγονεν ἔκ τινος αἰτίου; Τὸ μὲν οὖν φάσκειν εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν, ἀλόγως καὶ αὐτομάτως τὴν ἄζωον καὶ ἄψυχον καὶ ἀνόητον ὕλην εἰς τοσαῦτα ζῶα καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ γένει τῶν ζώων τοιάνδε κατασκευήν, τάς τε ἐν αὐτοῖς μορφὰς καὶ τὰ εἴδη καὶ τὴν τοσαύτην τῶν μερῶν τε καὶ μελῶν διάθεσιν, τήν τε τοῦ κάλλους ποικιλίαν, καὶ τὰς τοιαύτας διαφορὰς προενηνοχέναι, σφόδρα μωρὸν καὶ ἠλίθιον, καὶ ἀνδρῶν ὡς ἀληθῶς τὰς ψυχὰς νενεκρωμένων. Πῶς γὰρ τὸ μὴ ζωῆς μετέχον ζωὴν ἑτέρῳ ἂν παράσχοι; ἢ τὸ ἄψυχον πῶς ἂν ψυχὴν ὑποστήσαιτο; ἢ τὸ ἄλογον πῶς ἂν λογικόν τι κατασκευάσειε; Πῶς δὲ τὴν ἀρχὴν κινηθήσεται, ἢ πῶς ἕτερον κινήσει τὸ ἐξ ἑαυτοῦ τὴν φύσιν ἀκίνητον; Τοιοῦτον δὲ τὸ τῆς γῆς στοιχεῖον, ἐξ οὗ παντοῖα προῆλθε ζώων γένη, ὀφθαλμοὺς ἔχοντα καὶ ὦτα καὶ τὰ λοιπὰ αἰσθητήρια, ζωῆς καὶ κινήσεως καὶ ὁρμῆς μέτοχα; ἄνθρωπος δὲ καὶ τούτων ἐπάγεται πλέον, λογικῆς ὢν φύσεως, νοῦ τε καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸς τυγχάνων. Ἆρ' οὖν ἐξ ἀλόγου καὶ ἀψύχου στοιχείου τὰ τοιάδε πάντα ὑπέστη; Ἀλλὰ καὶ τὸν μὴ βουλόμενον ὁμολογεῖν αὐτὰ νικᾷ ἡ ἐνέργεια, καὶ ὁ κατὰ φύσιν λογισμὸς τἀληθῆ λέγειν ἐκβιάζεται, τὸ μὴ τὴν ἄψυχον ὕλην, μηδὲ τὴν ξηρὰν καὶ ἄλογον οὐσίαν τούτων ὑπάρχειν αἰτίαν· νοῦν δέ τινα θεῖον καὶ δημιουργικὸν εἶναι Λόγον Θεοῦ τὸν κοσμοποιὸν, καὶ πάντων ποιητὴν αὐτὸν, καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασι καὶ αὐτῷ ἀνθρώπῳ αἰσθήσεις δεδωκότα σώματος, καὶ ψυχῆς λογισμὸν, καὶ νοῦν πρὸς τούτοις εἰς τὸ ἐπιβάλλειν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων· καὶ θεωρεῖν μὲν ὀφθαλμοῖς τὰ ὁρατὰ, ὠσὶ δὲ τὰ ἀκουστὰ ἀκούειν, λογισμῷ δὲ συνιέναι τὰ νοητά. Πῶς οὖν οἷόν τε τὸν ἑτέροις τοῖς μὴ παρ' ἑαυτῶν ἔχουσι παρεσχηκότα τὴν ὁρατικὴν δύναμιν, αὐτὸν μὴ ὁρᾷν; Πῶς δὲ δυνατὸν τὸν ἐν τῷ γεώδει καὶ πηλίνῳ σκεύει διατρήσαντα ἀκοὴν καὶ οὖς, ἔνθεν τὰ εἰς ὦτα ἀκούειν τὴν ἄνοδον καὶ κωφὴν ὕλην τῶν ἔξωθεν φωνῶν αὐτῶν, μὴ οὐχὶ πρὸ πάντων πολὺ κρειττόνως καὶ μειζόνως τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπιβάλλει λογισμοῖς; Εἰ δὲ καὶ ὅλα ἔθνη τὰ ἐπὶ γῆς βάρβαρά τε καὶ Ἑλληνικὰ, φυσικαῖς ἐννοίαις κινούμενα, ἃς ὑπὸ Θεοῦ εἰλήφασι, νόμους τινὰς καὶ διατάξεις ἑαυτοῖς διετυπώσαντο· πῶς οὐχὶ ὁ ταύτην αὐτοῖς τὴν σύνεσιν δεδωρημένος Θεὸς ἐλέγξει τοὺς παρὰ τὴν φύσιν καὶ παρὰ τὰς ὀρθὰς ἐννοίας

πράττειν τι τολμῶντας ; Πόθεν δὲ ἀνθρώποις ἡ περὶ παντὸς οὑτινοσοῦν πράγματος γνῶσις ; πόθεν αἱ τέχναι ; πόθεν τῶν ἐπιστημῶν αἱ θεωρία. , πόθεν οἱ τῶν μαθημάτων λόγοι ; ἆρ' οὐκ ἀπὸ τοῦ καταστπείραντος ἐν αὐτοῖς τὴν δύναμιν τῆς τούτων καταλήψεως ; Τί οὖν ; ὁ τοιαύτην ἀνθρώπῳ φύσιν χαρισάμενος, αὐτὸς ἐστέρηται τῆς γνώσεως, ὡς μηδὲ γινώσκειν ταῦτα, ὧν αὐτὸς τυγχάνει δοτήρ ; Ἀλλὰ γὰρ παύσασθε ἀσεβοῦντες, ὦ μάταιοι · ἀληθεῖ δὲ λόγῳ πειθόμενοι, γνῶτε, ὅτι ὁ φυτεύσας ἐν ἀνθρώποις τὸ οὖς, πολὺ πρότερος αὐτὸς τῶν παρὰ ἀνθρώποις λαλουμένων ἀκούσεται · καὶ οὐ μόνον ὄψεται καὶ τὰ πραττόμενα ἐποπτεύσει ὁ ἐν ἀνθρώποις πλάσας ὀφθαλμὸν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐνθυμήσεις, τὰς ἔτι κατὰ διάνοιαν κρυπτομένας συνήσει. Αὕτη γὰρ Θεοῦ δύναμις γινώσκοντος καὶ διακρίνοντος τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι. Ἀληθῶς γὰρ πᾶσα ἡ παρὰ ἀνθρώποις νομιζομένη ἀλήθεια, καὶ πᾶσα ἡ παρ' αὐτοῖς σοφία, ἣν ἐξ οἰκείων λογισμῶν καὶ θνητῶν ἐνθυμήσεων προβάλλονται, μάταιος ἂν εἴη. Πᾶν γὰρ σοφὸν καὶ ἀληθὲς παρ' αὐτῷ μόνῳ τυγχάνει, καὶ παρ' αὐτοῦ μόνοις τοῖς ἀξίοις δίδοται.

Μακάριος ἄνθρωπος, ὃν ἂν παιδεύσῃς, Κύριε, καὶ ἐκ τοῦ νόμου σου διδάξῃς αὐτὸν, τοῦ πραῦναι αὐτῷ ἀφ' ἡμερῶν πονηρῶν, ἕως οὗ ὀρυγῇ τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρος. Πεισθεὶς ἐγὼ καὶ πιστεύσας τοῖς εἰρημένοις, καὶ ὅτι οἱ διαλογισμοὶ τῶν ἀνθρώπων εἰσὶ μάταιοι, εἰκότως ἐκεῖνον μόνον μακάριον εἶναι ἡγοῦμαι, ὦ Κύριε, τὸν ἀπὸ τῆς σῆς σοφίας καὶ παιδείας, ὥσπερ ἀπὸ πηγῆς μεταλαμβάνοντα. Πῶς δὲ μεταλάβοι ἄν τις τῆς σῆς παιδείας ἢ τῷ νόμῳ σου τῷ θείῳ μαθητευθείς ; Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐγγράφους παρέδωκας εὐσεβείας νόμους, εἰς τὸ μεταλαμβάνειν τῆς σῆς παιδεύσεως τοὺς μαθητευομένους αὐτοῖς. Διδασκόμεθα δὲ διὰ τούτων, ὅτι τὰ συμβαίνοντα τοῖς δικαίοις λυπηρὰ ἐπ' ὠφελείᾳ αὐτῶν γίνεται, γυμναζομένων καὶ πειραζομένων δίκην ἀθλητῶν Θεοῦ διὰ πόνων καὶ διὰ πληγῶν ἐν ὑπομονῇ δοκιμαζομένων. Διὸ οὐ χρὴ λυπεῖσθαι, οὐδὲ ἀδημονεῖν ἐπὶ τοῖς κακουμένοις κατὰ τὸν παρόντα βίον, μακαρίζειν δὲ μᾶλλον αὐτοὺς, ὡς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ παιδευομένους · *Μακάριος γὰρ ἄνθρωπος, ὃν ἂν παιδεύσῃς, Κύριε; καὶ ἐκ τοῦ νόμου σου διδάξῃς αὐτόν.* Ὁ γὰρ παιδευόμενος ὑπὸ σοῦ καὶ διδασκόμενος, πραΰνεται ἐν ταῖς πονηραῖς ἡμέραις. Ἐν αὐταῖς γοῦν ταῖς κακοπαθείαις καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς πειρασμοῖς τὰς ἀπὸ τοῦ νόμου σου παραμυθίας λαμβάνων θεραπεύεται, ὑπομένειν διδασκόμενος καὶ μακροθυμεῖν, ἕως οὗ ὀρυγῇ τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρος · τοῦτο γὰρ αὐτὸν περιμένει τὸ τέλος, καθάπερ ὁ σὸς νόμος διδάσκει. Διὸ ταῦτα μανθάνων ἐν τοῖς τῶν πειρασμῶν καιροῖς ὁ δίκαιος, πραΰνεται καὶ θεραπεύεται, τὰ; ἐκβάσεις τῶν πραγμάτων σκοπῶν, καὶ τοῦ μὲν καταπονοῦντος αὐτὸν ἁμαρτωλοῦ τὸν βόθρον εἰς ὃν ἐμπεσεῖται, ἑαυτοῦ δὲ τὰς παρὰ τῷ Θεῷ ἀγαθὰς ἐλπίδας πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενος.

Ὅτι οὐκ ἀπώσεται Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει, ἕως οὗ δικαιοσύνη ἐπιστρέψῃ εἰς κρίσιν, καὶ ἐχόμενοι αὐτῆς πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Διάψαλμα. Ἀκολούθως μετὰ τὸ δηλῶσαι τὸν ἀποκείμενον τῷ

ausi fuerint? Unde hominibus prodiit omnis et cujuslibet rei notitia? unde artes? unde scientiarum speculationes? unde disciplinarum sermones? annon ab eo qui harumce rerum comprehensionis facultatem in illis insevit? Quid igitur? num is qui tali hominem natura donavit, ipse cognitionis expers erit, ita ut ne ipsa quidem, quorum ipse largitor est, cognoscat? Verum impie cogitandi ac loquendi finem facite, o vani homines: ac vero sermoni obtemperantes scitote, eum qui plantavit aurem in hominibus, longe prius quæ dicuntur auditurum esse; ac eum qui oculum finxit hominibus, non modo visurum ac gesta conspecturum: sed et cogitationes adhuc in mente latentes intellecturum esse. Hæc enim virtus est Dei, cognoscentis ac discernentis cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. Revera omnis, ut apud homines existimatur, veritas, omnisque illorum sapientia, quam ex propriis ratiociniis et mortalibus cogitationibus præferunt, vana certe fuerit. Omnis quippe sapientia et veritas penes ipsum solum exsistit, et ab ipso iis tantum qui digni sunt inditur.

Vers. 12, 13. *Beatus homo quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum, ut mitiges ei a diebus malis, donec fodiatur peccatori fovea.* Ego supra dictis obtemperans et credens, nimirum cogitationes hominum vanas esse illum solum beatum jure arbitror, Domine, qui ex tua sapientia et eruditione velut ex fonte hausit. Quomodo autem quis eruditionis tuæ particeps fuerit, nisi divinæ legis tuæ disciplina institutus? Nam ideo pietatis leges scripto tradidisti, ut qui illis instituuntur, eruditionis tuæ participes sint. His vero docemur tristia illa, quæ justis accidunt, ad eorum utilitatem esse; instar enim athletarum Dei, laboribus exercitantur ac tentantur, plagisque in patientia probantur. Quapropter ingruentibus in præsenti vita calamitatibus, non dolendum nec desperandum est; imo potius illos beatos æstimare convenit, quod a Deo eruditantur: nam *beatus homo quem tu erudieris Domine, et de lege tua docueris eum.* Etenim qui abs te eruditur et docetur, in diebus malis mitigatur. In ipsis quippe afflictionibus et tentationibus a lege tua consolationem nactus, hinc medelam accipit, ad patientiam et tolerantiam institutus, *donec fodiatur peccatori fovea;* hic enim illum finis exspectat, ut lex tua declarat. Quamobrem justus hæc in tentationis tempore edoctus, mitigatur ac medelam accipit, rerum eventus, atque vexantis se peccatoris foveam, in quam cadet, considerans, bonamque suam apud Deum spem præ oculis habens.

Vers. 14, 15. *Quia non repellet Dominus plebem suam, et hæreditatem suam non derelinquet, quoadusque justitia convertatur in judicium, et qui adhærent ipsi omnes recti corde. Diapsalma.* Postquam paratam peccatori foveam descripserat, faustum

eorum qui propter Deum vexantur finem enarrat. Quoniam enim supra dictum fuerat : *Populum tuum, Domine, humiliaverunt, et hæreditatem tuam vexaverunt*, merito jam humiliati populi et vexatæ hæreditatis finem declarat his verbis : *Non repellet Dominus plebem suam, et hæreditatem suam non derelinquet.* Etiamsi enim ad breve tempus impiis concedat ut populum suum humilient et vexent ; at non in finem usque repellet plebem suam, et hæreditatem suam derelinquet. Quæ plebs, quæ hæreditas illa sit, novimus ex hac voce de persona Christi prolata : *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ*[57]. Hunc ipsum ex gentibus futurum populum Zacharias propheta vaticinatur dicens : *Gaude, multum, filia Sion : prædica, filia Jerusalem : Ecce ego venio, et habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multæ ad Dominum : et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum*[58]. Hunc igitur populum suum non repellet Dominus, et hæreditatem suam non derelinquet, donec justitia convertatur in judicium. Nam eo usque populum suum hæreditatemque suam custodiet, donec justitia Dei convertat se, laborum præmia iis qui bene decertaverint redditura. Qui vero justitiæ Dei adhærent, proxime illum stabunt, a dextris Regis constituendi ; utpote qui recto et sincero corde fuerint, nec in animam quidpiam perversum aut tortuosum advexerint, in sola autem recta ac regia via incesserint.

A ἁμαρτωλῷ βόθρον, τὰ χρηστὰ τέλη τῶν διὰ τὸν θεὸν κακουμένων ὑφηγεῖται. Ἐπεὶ γὰρ διὰ τῶν ἀνωτέρω εἴρητο, *Τὸν λαόν σου, Κύριε, ἐταπείνωσαν, καὶ τὴν κληρονομίαν σου ἐκάκωσαν*, εἰκότως νῦν τὸ τέλη τοῦ ταπεινουμένου λαοῦ καὶ τῆς κακουμένης κληρονομίας παρίστησι λέγων· *Οὐκ ἀπώσεται Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει.* Εἰ γὰρ καὶ πρὸς βραχύν τινα καιρὸν ἐπιτρέπει τοῖς ἀσεβέσι συγχωρῶν ταπεινοῦν καὶ κακοῦν τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ἀπώσεται τὸν λαὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν κληρονομίαν καταλείψει. Ποῖον δὲ λαὸν καὶ ποίαν κληρονομίαν, ἐγνωμεν ἀπὸ τῆς εἰς πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ λεγούσης φωνῆς· *Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα* B *τῆς γῆς.* Τὸν αὐτὸν δὲ λαὸν, τὸν ἐξ ἐθνῶν, καὶ Ζαχαρίας ὁ προφήτης θεσπίζει λέγων· *Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών· κήρυσσε, θύγατερ Ἰερουσαλήμ· ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει Κύριος. Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον· καὶ ἔσονταί μοι εἰς λαὸν, κἀγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν.* Ταῦτον τοίνυν τὸν λαὸν αὐτοῦ οὐκ ἀπώσεται Κύριος, οὐδὲ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ ἐγκαταλείψει, ἕως οὗ δικαιοσύνη ἐπιστρέψῃ εἰς κρίσιν. Μέχρι γὰρ τούτου φυλάξει τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἐπιστρέψῃ ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη, τὰ ἔπαθλα τῶν πόνων ἀποδώσουσα τοῖς καλῶς ἠγωνισμένοις. Οἱ δὲ ἐχόμενοι τῆς δικαιοσύνης τοῦ Θεοῦ πλησίον αὐτοῦ στήσονται ἐν τοῖς δεξιοῖς τοῦ C βασιλέως καταταγησόμενοι· ἅτε δὴ ὀρθοὶ καὶ εὐθεῖς γενόμενοι τῇ καρδίᾳ, καὶ μηδὲν τῇ ψυχῇ σκολιὸν, μηδὲ σκαμβὸν ἐπενηνεγμένοι, μόνην δὲ τὴν εὐθεῖαν καὶ βασιλικὴν ὁδὸν βεβαδικότες.

VERS. 16-18. *Quis consurget mihi adversus malignantes, aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem? Nisi quia Dominus adjuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam : Motus est pes meus, misericordia tua, Domine, adjuvabat me.* Diapsalmatis distinctio magnam attulit sententiæ mutationem. Nam quasi priore absoluto sermone, ceu aliud exordium ducens ait : *Quis consurget mihi adversus malignantes?* Nam, inquit, ex Spiritus sancti doctrina edidicimus, Deum ultionis esse Dominum, ac redditurum esse retributionem superbis, et futurum esse ut fodiatur peccatori fovea, neque unquam eventurum ut repellat Dominus plebem suam, vel hæreditatem suam derelinquat ; sed in fine rerum, quando conversus fuerit D populus in judicium, redditurum esse unicuique secundum opera sua, ac futurum etiam ut omnes recti corde stent a dextris et prope justitiam ejus, cum ipso Domino in regno cœlorum commoraturi, per totam vitam suam cum ipso futuri. Hæc credidi, hæc credendo consolationem accepi. At interea quis hoc tempore pro me stabit contra malignantes? aut quis ultor aderit mihi contra operantes iniquitatem? At enim vera confitendo dicam, neminem me adjutorem inter homines inventurum,

Τίς ἀναστήσεταί μοι ἐπὶ πονηρευομένους, ἢ τίς συμπαραστήσεταί μοι ἐπὶ τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν; Εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἐβοήθησέ μοι, παρὰ βραχὺ παρῴκησε τῷ ᾅδῃ ἡ ψυχή μου. Εἰ ἔλεγον, Σεσάλευταί σου ὁ πούς μου, τὸ ἔλεός σου, Κύριε, ἐβοήθει μοι. Ἡ κατὰ τὸ διάψαλμα διαστολὴ πλείστην καὶ τῆς διανοίας ἐποιήσατο μεταβολήν. Ὡς γὰρ σύμπληρωθέντος τοῦ προτέρου λόγου ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς φησι· *Τίς ἀναστήσεταί μοι ἐπὶ πονηρευομένους;* μεμαθήκαμεν γὰρ, φησὶν, ἀπὸ τῆς τοῦ θείου Πνεύματος διδασκαλίας, ὅτι Θεὸς ἐκδικήσεών ἐστι Κύριος, καὶ ὅτι ἀποδύσει ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις· καὶ ὅτι ὀργήσεται τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρος· καὶ ὅτι οὐκ ἀπώσεται τὸν λαὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ καταλείψει· ἀλλ' ἐπὶ τέλει τῶν πραγμάτων, ἐπὰν D ἐπιστρέψῃ ὁ λαὸς εἰς κρίσιν, ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· καὶ ὡς δεξιοὶ στήσονται πλησίον τῆς αὐτοῦ δικαιοσύνης πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ σὺν αὐτῷ τῷ Κυρίῳ τὰς διατριβὰς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν ποιησόμενοι, καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν ζωὴν αὐτῷ παραστησόμενοι. Τούτοις μὲν οὖν ἐπίστευσα, καὶ πιστεύσας παρεκλήθην. Ἀλλὰ τέως κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν τίς ὑπὲρ ἐμοῦ στήσεται κατὰ τῶν πονηρευομένων; ἢ τίς ἔκδικος συμπαραστήσεταί μοι ἐπὶ τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν; Ἀλλὰ γὰρ εἴποιμ' ἂν

[57] Psal. II, 8. [58] Zachar. II, 10, 11.

quia tibi Deo, utpote justo et bono, non adest thronus iniquitatis; omnia quippe justo judicio et recta lege administras : ideo *fingis laborem in præcepto;* id est, præceptum tuum labores et sudores parit ob præmia, quæ post laborem strenue decertantes, alacriter et perseveranter passos, exceptura sunt.— Vers. 21-23. *Venabuntur in animam justi, et sanguinem innocentem condemnabunt. Et factus est mihi Dominus in refugium, et Deus meus in adjutorium spei meæ. Et reddet illis iniquitatem ipsorum, et secundum malitiam eorum disperdet eos Dominus Deus noster.* Impii, ait, tandiu animam justi venabuntur, laqueis illam et retibus circumdantes, donec sanguinem innocentem condemnantes, eam ad mortem usque deduxerint. Non enim sat illis sunt mulctæ pecuniarum, neque plagæ vulneraque corpori justorum inflicta; sed etiam mortis sententiam et calculum contra illos ferunt. Ac illi quidem ita se habent : ego vero eos, licet ejusmodi sint, contemnere edoctus sum, et usque ad mortem cum fiducia consistere, gnarus me pro refugio Dominum habere, et pro adjutorio spei meæ Deum meum. Qui refugium meum effectus, auxiliabitur mihi; in caput vero eorum qui captant animam justi, et sanguinem innocentem condemnant, iniquitatem ipsorum retorquebit, et malitiam eorum adversus eos justi judicii tempore convertet, quando disperdet eos Dominus Deus noster : quare Deus ultionum initio psalmi dictus est.

(1) PSALMUS XCIV.

Vers. 1. *Venite exsultemus Domino, jubilemus Deo Salvatori nostro.* Apud Hebræos nulla fertur inscriptio : et merito sane; neque enim consentaneum erat, ut vel psalmus, vel hymnus, vel canticum inscriberetur, cum Judæorum quidem gentem ad exsultationem evocet, ipsis tamen interminetur iram, et præceptorum finem tristibus circumscribat. Observes porro velim, sicubi alias in Scriptura illud, *venite*, dictum sit, quomodo eos quasi abs se procul remotos ad accedendum provocet. Nota item eam vocationem semper ad bonum aliquod dirigere : ut in illo : *Venite, filii, audite me* [82]; et : *Venite, ascendamus ad montem Domini* [83]; et : *Venite ad me omnes qui laboratis* [84]; et : *Venite, benedicti Patris mei* [85]. In hoc autem psalmo clare ad exsultationem venire provocat. Quare observes item, non recte æstimare eos, qui jugum religionis triste ac molestum esse arbitrantur : ad bona quippe et ad læta vocationem edit. His compares illud : *Discedite in ignem æternum* [86], et similia, quæ ratione longe contraria et diversa ab illo, *venite*, peccatoribus dicuntur. Quoniam bellorum tempore victores jubilare solent, atque altum conclamare adversus inimicos; opportune non modo gaudere et exsultare, sed etiam de parta salutari victoria jubilare præcipit. Quis autem fuerit Salvator et Deus noster,

οὐ πρόσεστί σοι Θεῷ ὄντι δικαίῳ καὶ ἀγαθῷ θρόνος ἀνομίας· πάντα γὰρ κρίσει δικαίᾳ καὶ ὀρθῷ νόμῳ διοικεῖς· διὸ *πλάσσεις κόπον ἐπὶ πρόσταγμα*, τουτέστι, τὸ πρόσταγμά σου κόπων καὶ καμάτων ἐπὶ ποιητικὸν διὰ τὰς μετὰ τοὺς πόνους διαδεξομένας ἀμοιβὰς τοὺς καλῶς ἀγωνισαμένους καὶ τὸν κόπον προθύμως καὶ εὐτόνως ὑπομείναντας. *Θηρεύσουσιν ἐπὶ ψυχὴν δικαίου, καὶ αἷμα ἀθῷον καταδικάσουσι.* Καὶ ἐγένετό μοι Κύριος εἰς *καταφυγήν*, καὶ ὁ Θεός μου εἰς *βοηθὸν ἐλπίδος μου*. *Καὶ ἀποδώσει αὐτοῖς τὴν ἀνομίαν αὐτῶν, καὶ κατὰ τὴν πονηρίαν αὐτῶν ἀφανεῖ αὐτοὺς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν.* Οἱ μὲν ἀσεβεῖς, φησὶν, ἐπὶ τοσοῦτον τὴν τοῦ δικαίου ψυχὴν θηρεύσουσι παγίσιν αὐτὴν καὶ δικτύοις περιβάλλοντες, ἕως ὅτε καὶ μέχρι θανάτου περιελάσωσιν αὐτὴν, αἷμα ἀθῶον καταδικάζοντες. Οὐκ ἀρκοῦνται γὰρ ταῖς διὰ χρημάτων ζημίαις, οὐδὲ ταῖς κατὰ τοῦ σώματος τῶν δικαίων πληγαῖς τε καὶ αἰκίαις, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπὶ θανάτῳ ψῆφον κατ' αὐτῶν ἐκφέρουσι. Καὶ κεῖνοι μὲν τοιοῦτοι· ἐγὼ δὲ καὶ τοιούτων καταφρονεῖν μεμαθηκὼς, καὶ μέχρι θανάτου εὐθαρσῶς ἵστασθαι, εἰδὼς ἔχειν ἐμαυτῷ καταφυγὴν τὸν Κύριον, καὶ βοηθὸν ἐλπίδος μου τὸν Θεόν μου· ὃς ἐμοὶ μὲν βοηθήσει καταφυγή μου γινόμενος· τοῖς δὲ θηρεύουσι τὴν ψυχὴν τοῦ δικαίου, καὶ αἷμα ἀθῶον καταδικάζουσιν, ἀποδώσει τὴν ἀνομίαν αὐτῶν εἰς κεφαλὴν αὐτῶν, καὶ τὴν πονηρίαν αὐτῶν στρέψει κατ' αὐτῶν ἐν τῷ τῆς δικαιοκρισίας καιρῷ, ὅτε καὶ ἀφανιεῖ αὐτοὺς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν· διὸ καὶ Θεὸς ἐκδικήσεων κατ' ἀρχὰς εἴρηται τοῦ ψαλμοῦ.

ΨΑΛΜΟΣ ΙΔ'.

Δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ, ἀλαλάξωμεν τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν. Οὐ φέρεται παρ' Ἑβραίοις ἡ προγραφή· καὶ εἰκότως· οὔτε γὰρ ψαλμὸν, οὔτε ὕμνον, οὔτε ᾠδὴν εὔλογον ἦν ἐπιγράφειν, τὸν καλοῦντα μὲν τὸν Ἰουδαίων λαὸν ἐπὶ ἀγαλλίασιν, ἀπειλοῦντα δὲ αὐτοῖς ὀργὴν καὶ τὰ τέλη τῶν παραγγελμάτων ἐπὶ σκυθρωποῖς περιγράφοντα. Σημειώσῃ δὲ εἴ που καὶ ἀλλαχοῦ τῆς Γραφῆς τὸ, *δεῦτε*, εἴρηται, καὶ τίνα τρόπον ὡς ἀφεστῶτας καὶ μακρὰν γεγονότας πλησιάζειν αὐτῷ καλεῖ· τηρήσεις καὶ ὅτι πάντοτε τὴν κλῆσιν ἐπ' ἀγαθῷ ποιεῖται, ὡς ἐν τῷ, *Δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου*, καὶ, *Δεῦτε ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου*, καὶ, *Δεῦτε πρὸς μὲ πάντες οἱ κοπιῶντες*, καὶ, *Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου*. Ἐν δὲ τῷ μετὰ χεῖρας ψαλμῷ σαφῶς ἐπὶ ἀγαλλίασιν ἥκειν παρακαλεῖ. Διὸ σημειώσῃ, ὅτι μὴ καλῶς ἠγοῦνται οἱ σκυθρωπὸν καὶ ἐπίλυπον νομίζοντες εἶναι τὸν τῆς θεοσεβείας ζυγόν· ἐπ' ἀγαθοῖς γὰρ καὶ φαιδροῖς ποιεῖται τὴν κλῆσιν. Τούτοις παράθες τὸ, *Πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον*, καὶ τὰ ὅμοια, ἐναντίως τὸ, *δεῦτε*, τοῖς ἁμαρτάνουσι λεγόμενα. Ἐπειδὴ ἐν τοῖς καιροῖς τῶν πολέμων οἱ νικῶντες ἀλαλάζειν εἰώθασι, καὶ μέγα βοᾷν κατὰ τῶν πολεμίων, εἰκότως οὐ μόνον χαίρειν καὶ ἀγαλλιᾶν, ἀλλὰ καὶ ἀλαλάζειν ἐπὶ τῇ σωτηρίῳ νίκῃ προστάττει. Τίς δ' ἂν εἴη ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ Θεὸς ἡμῶν, ἢ ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὁ εἰπὼν, θαρ-

[82] Psal. xxxiii, 12. [83] Isa. ii, 3. [84] Matth. xi, 28. [85] Matth. xxv, 34. [86] ibid. 41.

(1) Vulg. habet, *Laus cantici ipsi David.*

σεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον; ὁ καὶ ῥυσάμενος A nisi Dei Verbum quod dixit : *Confidite, ego vici mundum*[67], atque nos ab efficaci illa dæmonum virtute, quæ nobis olim dominabatur, liberavit; cujus nomen Jesus, *salutare* Hebraice significat? Quosnam vero præcipue ad exsultationem provocet deprehendes, si consideres ea quæ sequuntur, et sic habent, *Secundum diem tentationis in deserto, ubi tentaverunt me patres vestri.* His enim manifeste significat filios eorum qui in deserto exacerbaverunt eum, sive populum ex circumcisione. Hos igitur evocat dicens, *Venite, exsultemus Domino.* Vaticinatur porro, eos vocationi non obtemperaturos esse : fit enim sub finem : *Semper errant corde. Ipsi vero non cognoverunt vias meas, sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Quoniam igitur illi B semper errant corde; merito subsequens psalmus omnes gentes ad canticum novum, et ad exsultationem in Deo provocat.

ἡμᾶς ἀπὸ τῆς πάλαι κατακρατούσης ἡμῶν δαιμονικῆς ἐνεργείας, οὗ καὶ τὸ Ἰησοῦς ὄνομα σωτήριον Ἑβραϊκῇ φωνῇ σημαίνει. Τίνας δὲ προηγουμένως ὁ λόγος ἐπὶ τὴν ἀγαλλίασιν παρακαλεῖ, εὕροις ἂν ἐπιστήσας τοῖς ἑξῆς, ἐν οἷς εἴρηται, *Κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν.* Σαφῶς γὰρ διὰ τούτων δηλοῖ τοὺς υἱοὺς τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ παραπικρανάντων, δῆλον δ' ὅτι τοὺς ἐκ περιτομῆς. Τούτους τοιγαροῦν ἀνακαλεῖται λέγων· *Δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ.* Θεσπίζει δ' ὅτι μὴ ὑπακούσονται τῇ κλήσει· λέγει δ' οὖν ἐπὶ τέλει· *Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. Αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου, ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.* Ἐπεὶ οὖν ἐκεῖνοι ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ, εἰκότως B ὁ ἐπιφερόμενος ἑξῆς ψαλμὸς τὰ ἔθνη πάντα καλεῖ ἐπὶ τὸ καινὸν ᾆσμα, καὶ ἐπὶ τὴν ἐν Θεῷ ἀγαλλίασιν.

Προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, καὶ ἐν ψαλμοῖς ἀλαλάξωμεν αὐτῷ. Ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης αὐτοῦ παρουσίας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τὸ ἔνθεον ἀποκρύψας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τὴν τοῦ δούλου μορφὴν περιεβάλετο· διὸ εἴρηται· *Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν· ὅτι ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη, καὶ οὐκ ἐλογίσθη.* Ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ καὶ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς ἐπιστήσεται· διόπερ ὁ λόγος, προτάξας τὰ εἰρημένα διὰ τῶν πρώτων, ἅπερ ἐχρῆν ἐπὶ τῆς C προτέρας αὐτοῦ παρουσίας πράττειν, ἑξῆς ἀκολούθως τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ καὶ ἐνδόξου ἐπιφανείας ὑπομιμνήσκει, παρακελευόμενος προβαλεῖν τὸ μέλλον, καὶ προφθάσαι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει. Καλὸν γὰρ προφθάσαι καὶ προλαβεῖν, καὶ πρὶν φανῆναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἔνδοξον, ἐφ' οἷς ἡμάρτομεν ἀποκάθαρσιν ἑαυτοῖς πορίσασθαι διὰ τῆς ἐξομολογήσεως. Γένοιτο δ' ἂν ἡ ἐξομολόγησις γνησία, εἰ ἐν ψαλμοῖς ἀλαλάζωμεν αὐτῷ, τουτέστι διὰ τῶν ὀργάνων τῆς ψυχῆς, ἅπερ ἐστὶ τὰ σώματα· δι' ὧν προσήκει τὸν καλούμενον ἀλαλαγμὸν ἐπιτελεῖν, βίῳ σώφρονι καὶ πολιτείᾳ ἐναρέτῳ τὴν τοῦ θείου Πνεύματος ἁρμονίαν καὶ τὸν ἅγιον ῥυθμὸν ἐπιδεικνυμένους. Ταῦτα δὲ προηγουμένως πρὸς τὸν Ἰουδαίων λέλεκται λαόν, προκαλουμένου αὐτοὺς τοῦ λόγου ἐπὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γνῶσιν· ὅμως δὲ καὶ πρὸς πάντας ἡμᾶς χρησίμως ἂν ἐφαρμοσθείη. *Ὅτι Θεὸς μέγας Κύριος καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς θεούς.* Τὰ παρηγγελμένα διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἐν τῷ Κυρίῳ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν, δηλαδὴ τῷ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ, ἐπιτελεστέον, διά τε τὰ ἄλλα, καὶ διότι φύσει μέγας ὢν Θεὸς καὶ μέγας τυγχάνει βασιλεύς, ἅτε μονογενὴς ὢν τοῦ Θεοῦ Λόγος. Βασιλεὺς δὲ μέγας ἐστὶν ἐπὶ πάντας τοὺς θεούς, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, *ἐπάνω πάντων τῶν θεῶν*· ἤτοι τῶν πεπλανημένως παρὰ τοῖς ἔθνεσι νενομισμένων· ἢ τῶν Μωϋσεῖ παραπλησίων, ᾧ εἴρηται, *Τέθεικά σε θεὸν Φαραώ*· ἢ θεῶν περὶ ὧν εἴρη-

Vers. 2. *Præoccupemus faciem ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei.* In primo quidem adventu suo, divinam suam occultans faciem, Dei Verbum servi formam induit : quare dictum est, *Homo in plaga constitutus, et sciens ferre infirmitatem; quoniam avertit vultum suum, inhonoratus est, nec reputatus*[68]. In secundo autem adventu suo, revelata facie, cum potestate et gloria magna aderit : quamobrem Scriptura, præmissis iis quæ dicta sunt in principio, quæ in primo adventu ejus edenda erant, hinc consequenter secundum et gloriosum ejus adventum commemorat, jubetque futura prævertere, et faciem ejus in confessione præoccupare. E re namque fuerit antevertere, atque gloriosum ejus vultum prævenire, et antequam gloriosa ejus facies appareat, purgationem delictorum per confessionem nobis procurare. Confessio autem sincera et germana fuerit, si in psalmis jubilemus ei, id est, per animæ instrumenta, quæ sunt corpora nostra : queis convenit illam, ut vocat, jubilationem per vitam honestam ac virtutis institutum persolvere, ac divini Spiritus harmoniam sacrumque concentum exhibere. Hæc porro Judæorum præsertim populo dicuntur, sermone ipsos ad Salvatoris nostri cognitionem provocante. Attamen nobis etiam omnibus hæc opportune applicentur : — Vers. 3. *Quoniam Deus magnus Dominus, et rex magnus super omnes deos.* Quæ prius præcepta et mandata fuere, in Domino et Servatore nostro, scilicet in Dei Verbo complenda sunt; tum aliis de causis, tum quia eum natura Deus magnus sit, magnus item rex fuerit, utpote unigenitum Dei Verbum. Est autem rex magnus super omnes deos; sive, secundum Symmachum, *Supra omnes deos*; videlicet eos qui gentium errore dii esse putantur; sive eos, qui Moysi similes sunt, cui dictum est : *Posui te Deum Pharaonis*[69]; sive deos de quibus hæc dicuntur, *Deus deorum Dominus locutus est*[70]; et, *Deus stetit in synagoga deorum*[71] :

[67] Joan. xvi, 33. [68] Isa. liii, 3. [69] Exod. vii, 1. [70] Psal. xlix, 1. [71] Psal. lxxxi, 1.

nemo enim eorum ipsi similis est. Quamobrem alibi quoque dictum est : *Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino, similis erit Domino in filiis Dei*[62] ?

Vers. 4. *Quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, et altitudines montium ipsius sunt.* Ideo exsultemus et jubilemus Deo; non modo quia Dominus et Deus est et rex magnus super omnes deos; sed etiam quia fines terræ sibi subjecit et subdidit. Id enim cum petiisset a Patre, impetravit, secundum illud : *Postula a me et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ*[63]. Quod si quædam altitudines montium penes Scripturam divinam in honore habentur, verbi gratia, Sinai, Choreb, Thabor, mons Sion, mons Olivarum, et si quis alius similiter; sive etiam iis contrarii et oppositi montes, qui a dæmonibus olim occupabantur, ubi gentes malignis dæmonibus quasi diis immolabant; sed hos omnes Domini et Salvatoris nostri esse docemur : ipse namque eorum opifex erat. Num forte ideo in manu ejus sunt fines terræ, quia sub manu ejus terrena dispensantur; cœlestia vero, quæ tropice altitudines montium vocantur, quid præstantius terrenis habent; quia ejus quasi possessio sunt, et domicilium regni. — Vers. 5. *Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud, et aridam fundaverunt manus ejus.* Ne mireris, inquit, si fines terræ ipsius sunt, et si altitudines montium ad ipsum pertinent. Imo vero disce universum humidæ substantiæ elementum, in quo terra firmatur, ejus opificium esse : neque solum possessio, sed etiam opificium ejus est. Mare igitur, quo totum humidæ substantiæ elementum significatur, ipse fecit; aridam vero manus ipsius efformarunt : ideo fortasse quia dictum est : *Accepit Deus pulverem de terra, et efformavit hominem*[64]; ac rursum : *Formavit Deo de terra omnes feras*[65]. Videtur porro terræ elementum, quod sphæricum est ut aiunt, sive quadam alia ratione efformatum, verbo Dei talem accepisse formationem. Quamobrem accurate et secundum physicam rationem dictum illud est : *Et aridam formaverunt manus ejus.*

Vers. 6. *Venite, adoremus et procidamus et ploremus coram Domino qui fecit nos.* Cum divinam Domini virtutem ex præcedenti doctrina sermo declarasset, ac superius dixisset, *Præoccupemus faciem ejus in confessione:* jam necessario confessionis modum aperit. Adhortantis autem more psalmum plane exorsus, non a tristioribus cœpit, sed a lætioribus : ne ii qui evocabantur, illud *procidamus* et *ploremus* aversarentur, si statim ab initio audissent. Nisi fortasse his verbis duos ordines significet; unum meliorem, quem primo ad laudem et exsultationem evocabat; alterum vero medela egentem :

ται· *Θεὸς θεῶν Κύριος ἐλάλησε· καὶ, Ὁ θεὸς ἐστὶν ὃν συναγωγῇ θεῶν·* οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ τούτων ὅμοιος. Διὸ καὶ ἀλλαχοῦ εἴρηται· *Ὅτι τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ Κυρίῳ, ὁμοιωθήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ ;*

Ὅτι ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς καὶ τὰ ὕψη τῶν ὀρέων αὐτοῦ εἰσι. Καὶ διὰ τοῦτο ἀγαλλιασώμεθα καὶ ἀλαλάξωμεν τῷ Θεῷ, οὐ μόνον ὅτι Κύριος καὶ Θεός ἐστι καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς θεούς, ἀλλ' ὅτι καὶ ὑπηγάγετο καὶ ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιήσατο τὰ πέρατα τῆς γῆς. Τοῦτο γὰρ αἰτήσας παρὰ τοῦ Πατρὸς εἴληφε κατὰ τό· *Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς.* Εἰ δὲ καί τινα ἦν ὕψη ὀρέων, ἤτοι τὰ παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ τετιμημένα, ὡς τὸ Σιναῖ, καὶ τὸ Χωρήβ, τό τε Θαβώρ, καὶ τὸ ὄρος Σιών, καὶ τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, καὶ εἴ τι ἄλλο τούτοις παραπλήσιον· ἢ καὶ τὰ τούτοις ἐναντία, τὰ δὴ ὑπὸ δαιμόνων πάλαι κρατούμενα, ἐν οἷς ἐθυσίαζον ὡς θεοῖς τοῖς πονηροῖς δαίμοσι τὰ ἔθνη· ἀλλὰ καὶ ταῦτα πάντα δεδιδάγμεθα ὅτι τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἴδια τυγχάνει· αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ ποιητὴς αὐτῶν. Μήποτε δὲ ἐν μὲν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατά εἰσι τῆς γῆς, διὰ τὸ ὑπὸ τὴν αὐτοῦ χεῖρα διοικεῖσθαι τὰ περίγεια, τὰ δὲ ἐπουράνια, τροπικῶς ὕψη ὀρέων ὀνομαζόμενα, κρεῖττόν τι ἔχει τῶν ἐπὶ γῆς ; ἐπειδήπερ αὐτοῦ ἐστιν οἷόν τι κτῆμα καὶ οἰκητήριον τῆς βασιλείας· *Ὅτι αὐτοῦ ἐστιν ἡ θάλασσα καὶ αὐτὸς ἐποίησεν αὐτήν, καὶ τὴν ξηρὰν αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἔπλασαν.* Μὴ θαυμάσῃς, φησὶν, εἰ τὰ πέρατα τῆς γῆς αὐτοῦ τυγχάνει· καὶ εἰ τὰ ὕψη τῶν ὀρέων αὐτοῦ ἐστιν. Ἀλλὰ γὰρ μάνθανε, ὅτι καὶ τὸ πᾶν στοιχεῖον τῆς ὑγρᾶς οὐσίας, ἐφ' ᾧ ἐστερέωται ἡ γῆ, αὐτοῦ ἔργον ὑπάρχει· οὐ μόνον κτῆμα ὄν, ἀλλὰ καὶ ποίημα αὐτοῦ. Τὴν μὲν οὖν θάλασσαν, δι' ἧς τὸ πᾶν στοιχεῖον τῆς ὑγρᾶς οὐσίας δηλοῦται, αὐτὸς ἐποίησε· τὴν δὲ ξηρὰν αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἔπλασαν· τάχα διὰ τὸ λέγεσθαι· *Ἔλαβεν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον·* καὶ πάλιν· *Ἔπλασεν ὁ Θεὸς ἀπὸ τῆς γῆς πάντα τὰ θηρία.* Ἔοικε δὲ τὸ τῆς γῆς στοιχεῖον, σφαιροειδὲς ὄν, ὥς φασιν, ἢ καὶ ἄλλως κατά τινα τρόπον ἐσχηματισμένον, λόγῳ Θεοῦ καὶ αὐτὸ τὴν τοιάνδε πλάσιν εἰληφέναι. Διὸ ἀκριβῶς καὶ κατὰ φυσικὸν λόγον εἴρηται τό· *Καὶ τὴν ξηρὰν αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἔπλασαν.*

Δεῦτε *προσκυνήσωμεν, καὶ προσπέσωμεν καὶ κλαύσωμεν ἐναντίον Κυρίου τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς.* Τὴν ἔνθεον τοῦ Κυρίου δύναμιν διὰ τῆς προτεθείσης διδασκαλίας παραιτήσας ὁ λόγος, ἀνωτέρω τι εἰπὼν, *Προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει,* νῦν ἀναγκαίως διασαφεῖ τὸν τρόπον τῆς ἐξομολογήσεως. Ἤδη δὲ προτρεπτικῶς ἀρχόμενος τοῦ ψαλμοῦ, οὐκ ἐντεῦθεν ἀπὸ τῶν σκυθρωποτέρων ἤρξατο, ἀλλ' ἀπὸ τῶν φαιδροτέρων, ὡς ἂν μὴ ἀποτραπεῖεν οἱ καλούμενοι τὸ, *προσπέσωμεν* καὶ *κλαύσωμεν,* εὐθὺς ἐν ἀρχαῖς ἀκούσαντες· εἰ μὴ ἄρα δύο τάγματα διὰ τούτων δηλοῖ· ἓν μὲν τὸ κρεῖττον, ὃ

[62] Psal. LXXXVIII, 7. [63] Psal. II, 8. [64] Gen. II, 7. [65] Gen. I, 25.

προηγουμένως ἐπὶ τὸν αἶνον καὶ τὴν ἀγαλλιασι
σαι· δεύτερον δὲ τὸ δεόμενον θεραπείας· δ
Δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα, ἐν τοῖς πρώτοις εἴρητα
ἑξῆς μετὰ τὰ τεθεολογημένα περὶ τοῦ Κυρίο
μετὰ τὴν τῶν προτέρων κλῆσιν ἐπὶ τοὺς δευτ
μεταβαίνει, καὶ τούτους διδάσκων ἀντὶ ὕδατο
περιῤῥαντηρίων, κλαυθμῷ καὶ ἐξομολογήσει ἐτ
πρώτοις αὐτῶν ἁμαρτήμασι χρήσασθαι. Προτρ
κῶς δὲ τὸ, *κλαύσωμεν ἐναντίον Κυρίου*, ἐπαγ
τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς, ἀγαθὰς ὑπέγραψεν ἐλ
διδάξας, ὅτι μὴ ἀλλότριοί ἐσμεν αὐτοῦ, ἀλλ'
αὐτοῦ καὶ ποίημα αὐτοῦ· δι' ὃ προσήκει τὰ χ
τερα προσδοκᾷν, ἅτε δὴ κηδομένου αὐτοῦ το
ποιήματος. Ἔτι πρὸς τούτοις διὰ τοῦ, *Προσπέ
καὶ κλαύσωμεν ἐνώπιον Κυρίου*, διδάσκει
ώπιον ἀνθρώπων μηδὲ δι' ἀνθρώπους τοῦτο
ἀλλ' ἐν τῷ κρυπτῷ κατὰ τὸ, *Ὁ Πατήρ σου
πων ἐν τῷ κρυπτῷ ἀποδώσει σοι*. Καθόλου μ
ἅπασιν ἁρμόζει τὰ παρηγγελμένα· κυρίως
προηγουμένως ὁ Λόγος τὸν Ἰουδαίων λαὸν ἐπ
νοίᾳ ὧν ἐτόλμησαν παρακαλεῖ, *Ὅτι αὐτός ἐ
Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς λαὸς νομῆς αὐτο
πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ*. Οὐ μόνον Κύριος ἡμῶ
ὡς οἰκετῶν δεσπότης, οὐδὲ μόνον ποιητὴς ὡς
στης ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ Θεός ἐστιν ἡμῶν, ἅτε δὲ
ὧν καὶ ἵλεως. Δι' ὃ καὶ φείσεται ἡμῶν καὶ
ἡμᾶς· ὅτι οὐ μόνον ποίημα, ἀλλὰ καὶ κτῆμ
τυγχάνομεν ὄντες· καὶ οἱ μὲν λογικώτεροι λ
τοῦ, οἱ δὲ ἔτι ἀτελεῖς καὶ ἀλογώτεροι πρόβατα
αὐτοῦ· ὥστε ἐὰν ἐξομολογησώμεθα αὐτῷ καὶ
νήσωμεν καὶ προσπέσωμεν καὶ κλαύσωμεν
αὐτοῦ, ἐξ ἅπαντος σωθησόμεθα, οἱ μὲν ὡς λαὸ
οἱ δὲ ὡς πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ. Λέγεται γοῦ
εἶναι ὁ ποιμὴν ὁ καλός· καὶ ἡμεῖς λέγειν διδασ
Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερη

*Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσ
σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν ἐν τῷ
κρασμῷ*. Ἅπαξ τότε, φησὶν, ἐσκληρύνατε τ
δίας ὑμῶν, ἀκούσαντες αὐτοῦ τῆς φωνῆς ἐπὶ
μου· ὁρᾶτε οὖν μὴ καὶ δεύτερον ταὐτὸν πράξ
αὖθις τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε ἐν ἀνθρώπ
ρον γενομένου. Ὁ δὲ λόγος προηγουμένως π
ἐκ περιτομῆς λέλεκται ἐκ προσώπου τοῦ χ
προφητῶν προφερόμενος· οἱ δὴ κατὰ μὲν τ
τὰ πάντα ἔλεγον πληθυντικῶς, καὶ ἑαυτοὺ
ταλέγοντες τοῖς καλουμένοις· Δεῦτε, γὰρ
*ἀγαλλιασώμεθα καὶ ἀλαλάξωμεν καὶ πρ
μεν*· καὶ πάλιν· *Δεῦτε προσκυνήσωμεν κ
πέσωμεν καὶ κλαύσωμεν*· ἐπὶ δὲ τοῦ παρ
ρων εἰς πρόσωπον μὴ παραιτήσασθαι τὴν κ
ραινοῦσι· μηδ' ἀπιστῆσαι τῇ φωνῇ τῇ σήμερ
μελλούσῃ λαλεῖν. Τὸ δὲ, *σήμερον*, ὁ Ἀπό
πάντα τὸν παρατεινοντα τῆς ζωῆς ἡμῶν χρ
ληφε, κατὰ τὸ, *ἕως οὗ τὸ σήμερον καλεῖ*
τρέπει δὲ καὶ ἡμᾶς ὁ λόγος ἐντεῦθεν ἀπάρξ
παρηγγελμένων. Εἰ γὰρ καὶ πολλή τις γέγ
μία ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ· ἀλλὰ κἂν

[66] Matth. vi, 4, 6, 18. [67] Psal. xciv.

visione in deserto, audita Dei voce, corde obdura- A
tus est in tempore exacerbationis, cum ipsorum
omnium membra in deserto prostrata sunt, quia
voci Dei non obtemperaverant. Necessario itaque illa
commemorat, ne nos quoque præcepta Dei hodie
audientes, ac non obtemperantes, ipsum exacer-
bemus, obdurati corde, et non exaudientes salutа-
ria præcepta ejus; atque ideo ipsum acerbum nobis
ac severum judicem parantes. Sane, ut dixi, nobis
omnibus præceptum convenit; sed secundum prius
allatam rationem, populo ex circumcisione illa di-
cuntur, quorum hæc sententia fuerit: Cum semel
olim vocem Dei in deserto audissetis, exacerbastis
eum, obdurato tempore Moysis corde vestro; verum
quia ipsum Dei Verbum in mundo apparens, homi-
nibus iterum locuturum, atque apud vos Novi B
Testamenti mysteria declaraturum est; cavete ne
iterum corda obduretis ut prisce obdurastis, neve
rursum eum exacerbetis, si denuo vocem ejus au-
dieritis, neque hac in re patres vestros imitemini,
ne vos vero Sabbato et requie ejus orbetis: quam
requiem dabit ipsum Dei Verbum, postquam
regnum suum acceperit, in ipsoque requiescet, om-
nesque quotquot ipsum receperint ad eam ipsam
quietem admittet: ac sanctum verumque Sabbatum
iis impertiet qui secum et penes se, illo dign
erunt.

σήμερον καλουμένης ἡμέρας καὶ ἀπὸ ἐνεστώτος
ροῦ σπουδάσωμεν προσέχειν τοῖς εἰρημένοις κα
ζηλώσωμεν τὸν λαὸν ἐκεῖνον, ὃς, ἀκούσας φωνῆς
ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν ἔρημον ὀπτασίας, ἐσκλήρυνε
καρδίαν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ παραπικρασμοῦ, ὅπ
πάντων αὐτῶν τὰ κῶλα κατεστρώθη ἐν τῇ ἐρ
διὰ τὸ παρακοῦσαι τῆς φωνῆς τοῦ Θεοῦ. Ἀναγκ
οὖν ἐκείνων ὑπομιμνήσκει, ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς τῇ
μερον ἡμέρᾳ τῶν τοῦ Θεοῦ παραγγελμάτων ἀκ
τες καὶ παρακούοντες παραπικραίνωμεν αὐτὸν σκλ
νόμενοι τὰς καρδίας, καὶ μὴ ὑπακούοντες τοῖς α
ρίοις παραγγέλμασι, καὶ διὰ τοῦτο πικρὸν αὐτὸ
δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον, καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν. Κατὰ δὲ τὴν ἱστορίαν, Βλέπων, φησὶν, ἐμαυτὸν ἀτονοῦντα καὶ βαρυνόμενον, ὀλίγον ὑπολαμβάνω καιρὸν ὑπολελεῖφθαί μοι ζωῆς. Μὴ οὖν ἐκδημήσαιμι τοῦ σώματος ἐν τῷ ἡμίσει καὶ ἀτελεῖ τῶν ἡμερῶν. Ἐν γενεᾷ γενεῶν τὰ ἔτη σου. Ἀναγκαίως προειπών· Μή ἀναγάγῃς με ἐν ἡμίσει ἡμερῶν μου, εὐξάμενός τε παραθεῖναι τὴν ζωὴν μέχρι τῆς ἐκβάσεως τῶν προφητευομένων, συνορᾷ τὸ ἀδύνατον διὰ τὸ ἀσθενὲς καὶ ὀλιγοχρόνιον τῆς θνητῆς φύσεως· εἶτα ἔφη· Σοῦ μόνου, Κύριε, τὰ ἔτη εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν διατείνει· καὶ σὺ ἤξεις εἰς ἐκείνην τὴν γενεὰν, κἀκεῖνον τὸν λαὸν, περὶ ὧν ἀνωτέρω ἐλέγετο· Γραφήτω αὕτη εἰς τὴν γενεὰν ἑτέραν, καὶ τὰ ἑξῆς.

A Dum me infirmum et gravatum cerno, suspicor mihi perbreve tempus vitæ residuum esse. Ne itaque in dimidio dierum et immature a corpore proficiscar. *In generatione generationum anni tui.* Cum dixisset, *Ne revoces me in dimidio dierum meorum*, ac rogasset vitam suam usque ad rerum prænuntiatarum eventum prorogari; videt hoc ob imbecillam et fluxam mortalis naturæ conditionem fieri non posse; deinde ait: Tui solius anni, Domine, in generationem et generationem producuntur: tuque pervenies ad illam generationem et populum, de quibus superius dicebatur: *Scribatur hæc in generationem alteram*, et cætera.

Κατ' ἀρχὰς τὴν γῆν σύ, Κύριε, ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοί. Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις. Εἰ μὲν γὰρ οὐ συνῆσθα, φησὶ, κατ' ἀρχὰς, ὦ Κύριε, καὶ εἰ μὴ ἔργα τῶν χειρῶν σου ὑπῆρχον οἱ οὐρανοὶ, οὐχ οἷόν τε ἦν αὐτὰ μετατεθῆναι, οὐδὲ εἰς μεταβολὴν ἐλθεῖν· εἰ γὰρ ἀγένητα ἦν, ἔμειναν ἂν καὶ ἀτελεύτητα· νῦν δὲ, ἐπεὶ ποιητὴς αὐτῶν γέγονας, δυνατὸς εἶ καὶ παραγαγεῖν αὐτὰ θελήσας· φύσεως γὰρ ὑπάρχουσι φθαρτῆς καὶ ἀπολλυμένης· ὅτι, καὶ μὴ πρότερον ὄντα, σῇ βουλῇ καὶ δυνάμει γέγονεν. Ἓν γάρ ἐστι μένον ἀεὶ, καὶ οὔποτε δυνάμενον μὴ εἶναι, δηλαδὴ σὺ αὐτὸς ὁ μόνος τῶν ὅλων ποιητής. *Καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτούς, καὶ ἑλιχθήσονται.* Καὶ οἱ οὐρανοὶ δὲ, εἰ καὶ μέγα καὶ ἐξαίρετόν τι τυγχάνουσι κτίσμα, ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτοὶ ὑποβληθήσονται φθορᾷ· ἡ δὲ φθορὰ αὕτη γενήσεται αὐτοῖς εἰς ἀνακαινισμὸν, καὶ συστελεῖς αὐτοὺς εὐχερῶς οὕτως ὡς ἑλίσσει τις περιβόλαιον· ἑλιχθήσονται γὰρ εἰς βέλτιον σχῆμα μεταβαλλόμενοι, καὶ ἀλλαγήσονται, καὶ τροπὴν ἀγαθὴν ὑπομενοῦσι τὴν ἀπὸ τῆς παλαιότητος ἐπὶ τὴν ἀνακαίνισιν καὶ τὴν ἀφθαρσίαν. *Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. Οἱ υἱοὶ τῶν δούλων σου κατασκηνώσουσι, καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα κατευθυνθήσεται.* Καινοῖς (2) γενομένοις καὶ ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεθαρμοσθεῖσι, *καὶ τὸ σπέρμα ἑαυτῶν*, δηλαδὴ τῶν δούλων σου, εἰς τὸν αἰῶνα κατευθυνθήσεται.

B Vers. 26-29. *Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes.* Nisi enim a principio, Domine, fuisses, et nisi cœli opera manuum tuarum essent, non possent illa opera mutari, nec in aliam conditionem venire: nam si non facta essent, sine fine manerent. Jam vero quia eorum opifex fuisti, potes illa mutare si velis: nam fluxæ et corruptibilis naturæ sunt: quia cum non prius exsisterent, voluntate ac virtute tua condita sunt. Unum quippe est quod manet, et nunquam non esse potuit, nempe tu solus omnium conditor. *Et omnes sicut vestimentum veterascent, et velut amictum volves eos, et volventur.* Cœli quoque etiamsi magnum præstantissimumque sint opificium, attamen ipsi quoque corruptioni subjicientur: hæc autem corruptio ipsis in renovationem vertet, atque ipsos ita facile contrahes, ac si quis amictum convolvat: nam meliorem in formam volventur, ac mutabuntur atque conversionem optimam subibunt, a vetustate nempe ad renovationem et incorruptionem translati. *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient. Filii servorum tuorum habitabunt, et semen eorum in sæculum dirigetur.* Innovati scilicet erunt ac meliorem in formam translati, *et semen eorum*, scilicet servorum tuorum, *in sæculum dirigetur.*

C

ΤΩ ΔΑΥΙΔ. ΡΒ'.

IPSI DAVID. CII.

D

Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον. Τάχα δὲ μέσην ἀπολειφθεῖσαν τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος καὶ τοῦ πνεύματος, τὸ μὲν σῶμα ἐπὶ τὰς οἰκείας ἐπιθυμίας καὶ ἀνδραποδώδεις ἡδονὰς καθέλκει, ὥσπερ ἀφ' ὕψους ἄνωθέν ποθεν καταβάλλον αὐτήν· τὸ δὲ πνεῦμα πάλιν πρὸς ἑαυτὸ ἀνέλκει ἄνω που πρὸς Θεὸν ἀνάγον, καὶ τοῦ Κυρίου μνημονεύειν παρακαλεῖ, εὐλογεῖν τε αὐτὸν, καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν διὰ παντὸς ἔχειν· ἢ αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπὶ τὸν ὕμνον διεγείρειν καὶ εὐλογεῖν τὸν Θεὸν ἐγκελεύεται, καλὸν ἑαυτῷ σωτηρίας φάρμακον τὴν εἰς τὸν Θεὸν εὐλογίαν προβαλλόμενος. *Καὶ πάντα τὰ ἐντός μου τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ.* Τοῖς ἐντὸς αὐτοῦ προστάσσει εὐλογεῖν τὸ ὄνομα Κυρίου, τουτέστι τῇ φύσει τῶν ἐσωθεν ἐξερχομένων διά-

Vers. 1. *Benedic, anima mea, Domino.* Fortasse mediam relictam animam inter corpus et spiritum, corpus quidem ad proprias concupiscentias et serviles voluptates pertrahit, quasi ex sublimi et altissimo loco dejiciens illam; spiritus vero contra ad se sursum trahit, et ad Deum adducit, hortaturque ut Dominum memoret, ipsi benedicat, ipsum præ oculis semper habeat: vel fortasse quemlibet seipsum excitare ac Deo benedicere jubet, bonum sibi ad salutem esse Deo benedicere proponens. *Et omnia interiora mea nomini sancto ejus.* Nomini Domini benedicere jubet interiora sua, id est, cogitationes suas quæ ab intus procedunt, quarum duplex est ordo: aliæ enim pravæ sunt, nempe, cædes, for-

(2) Sic.

nicationes et furta spectantes; aliæ vero urbanæ et salutares, nempe humanitas, temperantia et communitas. Is itaque cujus omnia interiora recta sunt et parata ad benedicendum nomini sancto Dei, interiori suo affectu recte utitur, ad gratiarum actiones Deo agendas, atque omnia interiora sua conseçrat, omnesque animæ virtutes et cogitationes ad divinum hymnum concitat. Is enim ratiocinia, cogitationes, omnesque animi motus, atque varias ejus virtutes advocat, vim nempe cogitandi, discernendi, respiciendi, agendi, imaginandi, recordandi, et alias : nam multæ in anima virtutes variique motus sunt. Quare modo strenuum quidpiam cogitamus, modo concupiscimus, mox judicamus; aliquando quæpiam desideramus, aliquando aversamur; ac rursum modo aliquo tendimus, modo declinamus; interdum mœsti sumus, postea vero pacati, læti et tranquilli. Omnes itaque hujusmodi animæ facultates divinus Spiritus hortatur ut benedicant Domino. Quod si cui corporeo more dictum excipere animus sit, dicat, quia omnia corporis nostri interiora et viscera profundissima Dei sapientia concinnata sunt, ita ut inutile nihil in nobis sit, atque illa omnium mutua concordia et consensus ad Dei laudem et benedictionem conferat : jure ista quoque ad Deo benedicendum evocari. Si itaque animam ipsam corporeo more sermo effingit, et corporeas partes in ea partibus carente reponit; partes attributas animæ, quæ sane in partes divisibilis non est, alio ritu cogitabimus; caputque dicemus, mentem; collum opinionem, utpote quæ ceu intermedia sit inter rationabile et irrationabile; pectus, animum; ventrem, concupiscentiam : harum partium nominibus ceu virtutum singularum symbolis usi.

A λογισμῶν, ὧν διπλοῦν ἐστι τὸ τάγμα· οἱ μὲν γὰρ μεμιθηροί εἰσι, φόνοι, μοιχεῖαι, κλοπαί· οἱ δὲ ἀστεῖοι καὶ σωτήριοι, φιλανθρωπία, σωφροσύνη, τὸ κοινωνικόν. Ὃ τοίνυν πάντα τὰ ἐντὸς κατώρθωται εἰς ἑτοιμότητα τοῦ εὐλογεῖν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ τὸ ἅγιον, οὗτος καλῶς συμπαραλαμβάνει τὴν ἔνδον διάθεσιν εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ εὐχαριστίαν, καὶ πάντα τὰ ἐντὸς καθιερεῖ καὶ πάσας τῆς ψυχῆς τὰς δυνάμεις, καὶ πάντα λογισμὸν εἰς τὸν θεῖον ὕμνον ἀνακινεῖ· ἐντὸς γὰρ ἐκάλεσε τοὺς λογισμοὺς καὶ τὰς ἐνθυμήσεις, καὶ πάντα τῆς ψυχῆς τὰ κινήματα καὶ τὰς διαφόρους δυνάμεις αὐτῆς, τὴν νοητικὴν, τὴν διανοητικὴν, τὴν βλεπτικὴν, τὴν ὁρμητικὴν, τὴν φανταστικὴν, τὴν μνημονευτικὴν, τὰς ἑτέρας· πολλαὶ γὰρ δυνάμεις καὶ διάφορα κινήματα ἐν τῇ ψυχῇ· καθ' ἃ ποτὲ μὲν σπουδαῖόν τι διανοούμεθα, ποτὲ δὲ ἐπιθυμοῦμεν, ποτὲ δὲ ἐπιθυμοῦμεθα (1), ποτὲ δὲ κρίνομεν· καὶ ἄλλοτε μὲν ἐφιέμεθά τινων, ἄλλοτε δὲ ἀποστρεφόμεθα· καὶ πάλιν ἄλλοτε μὲν ὁρμῶμεν, ἄλλοτε δὲ ἐκκλίνομεν, καὶ ποτὲ μὲν διακείμεθα λυπηρῶς, ποτὲ δὲ εὐμενεῖς ἐσμεν καὶ φαιδροὶ καὶ ἀνειμένοι. Πάσας οὖν ὁμοῦ τὰς τοιαύτας τῆς ψυχῆς δυνάμεις προτρέπει τὸ θεῖον Πνεῦμα εὐλογεῖν τὸν Κύριον. Εἰ δὲ καὶ σωματικώτερον βουληθείη τις ἐκλαβεῖν τὸν λόγον, εἶπα ἄν, ἐπειδὴ καὶ τοῦ σώματος τοῦ ἡμετέρου πάντα τὰ ἐντὸς ἔγκατά τε καὶ σπλάγχνα βαθυτάτῃ Θεοῦ σοφίᾳ κατεσκεύασται, ὡς μηδὲν ἄχρηστον εἶναι τῶν ἐν ἡμῖν, συμβάλλεσθαι δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ δοξολογίᾳ τε καὶ εὐλογίᾳ τὴν ὁμοῦ πάντων πρὸς ἄλληλα συμφωνίαν τε καὶ ἁρμονίαν, εἰκότως καὶ ταῦτα ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ εὐλογίαν κέκληται. Εἰ μέντοι τὴν ψυχὴν αὐτὴν σωματοειδῶς ὁ λόγος πλάττει, καὶ μέρη σωματικὰ τῇ ἀμερεῖ περιπλάττει, ἑτέρως νοήσομεν ἐπ' αὐτῇ τὰ περιτιθέμενα μέρη τῇ ἀμερείᾳ τῇ κατὰ ψυχήν, οἰκείως κεφαλὴν μὲν τὸν νοῦν, αὐχένα δὲ τὴν δόξαν ὡς ἐν μέσῳ λογικοῦ καὶ ἀλόγου· στῆθος τὸν θυμὸν, γαστέρα τὴν ἐπιθυμίαν, τοῖς τῶν μερῶν ὀνόμασι συμβόλοις τῶν δυνάμεων χρώμενοι.

B

C

Vers. 2–4. *Benedic, anima mea, Domino, et noli oblivisci omnes retributiones ejus. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas : qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia et miserationibus.* Hæ sunt retributiones nobis a Deo concessæ : Primo propitiationem posuit pro peccatis nostris, quæ in errore et idololatria admisimus : singulisque eorum propitius ille fuit, supplicationem prævertens, veniamque tribuens per propitiationem suam, quæ est Christus; secundo, quia etiam post remissionem te, o anima, infirmari contigit, in humanos affectus delapsam : et has ægritudines Servator rationabilibus et spiritualibus remediis, quæ in divinis ejus Scripturis fundata sunt, curavit; ad hæc tertio, vitam tuam, quæ in corruptionem cessura, et a morte absorbenda est, secundum illud, *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur* [28], misericordiæ suæ consentaneam rem agens, ac præ-

Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον, καὶ μὴ ἐπιλανθάνου τὰς ἀνταποδόσεις αὐτοῦ. Τὸν εὐλατεύοντα πάσαις ταῖς ἀνομίαις σου, τὸν ἰώμενον πάσας τὰς νόσους σου, τὸν λυτρούμενον ἐκ φθορᾶς τὴν ζωήν σου, τὸν στεφανοῦντά σε ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς. Αὗται εἰσιν αἱ περὶ ἡμᾶς ἀνταποδόσεις τοῦ Θεοῦ· Πρῶτον ἱλασμὸν ἔθεικε τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν, ἃς ἐν πλάνῃ καὶ εἰδωλολατρείᾳ διεπραξάμεθα· καὶ ἵλεως ἑκάστῃ τούτων ἐγένετο, προλαβὼν πᾶσαν ἱκετηρίαν καὶ τὴν ἄφεσιν δοὺς διὰ τοῦ ἱλασμοῦ αὐτοῦ, ὅς ἐστι Χριστός· δεύτερον δὲ, ἐπειδὴ καὶ μετὰ τὴν ἄφεσιν συνέβη σε νοσεῖν, ὦ ψυχὴ, ὑπολισθήσασαν τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσι, καὶ ταύτας τὰς νόσους ὁ Σωτὴρ καὶ λογικοῖς καὶ σωτηρίοις φαρμάκοις, τοῖς ἐν ταῖς θείαις αὐτοῦ Γραφαῖς καταβεβλημένοις, ἐθεράπευσε· τρίτον ἐπὶ τούτοις τὴν ζωήν σου μέλλουσαν χωρεῖν εἰς φθοράν, καὶ καταπίνεσθαι ὑπὸ τοῦ θανάτου, κατὰ τὸ, *Ψυχὴ ἡ ἁμαρτοῦσα, αὐτὴ ἀποθανεῖται*, ἀκόλουθα τῷ

D

[28] Ezech. XVIII, 4.

(1) *Ἐπιθυμοῦμεν... ἐπιθυμούμεθα.* Alterutrum redundare videtur. Edit. Patrol.

αὐτοῦ πράττων ἐλέῳ, λύτρα δοὺς ὑπὲρ σοῦ τῷ θανάτῳ τὸ τοῦ Μονογενοῦς αἷμα, ἐλυτρώσατο· τέταρτον, οἰκείᾳ φιλανθρωπίᾳ καὶ ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς χρώμενος, ἐπεὶ ἐξ ἔργων οὐδεὶς δικαιοῦται, ἐστεφάνωσέ σε τῷ τῆς υἱοθεσίας χαρίσματι. Καὶ ἁπλῶς οὗτός σοι δεδώρηται τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν, οὗτός σοι δεδώρηται τῶν παθῶν τὴν ἴασιν, τῆς ἀναστάσεως τὴν ἐλπίδα, τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος, καὶ τὸν τῆς ἀφθαρσίας χιτῶνα ἐνέδυσε, καὶ χάριτι σέσωκε. Χάριτος γὰρ καὶ φιλανθρωπίας ὁ στέφανος. Καὶ ταῦτα πάντα ἴδνα τοῦ νυμφίου καὶ δῶρα· πίστιν γὰρ ἡ νύμφη προσενήνοχε μόνον. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ πνευματικῶν ἀγαθῶν σε ἐνέπλησεν, ἡ καὶ τὴν ἐν ἀγαθοῖς ἐπιθυμίαν σου ἐπλήρωσεν, ὃς τήν γε ψυκτὴν ψυχὴν ἀπαγορεύει, δίδωσι δὲ ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν. Εἰ δὲ βούλει κατὰ ταὐτὸν ἰδεῖν παθήματα καὶ ἁμαρτήματα λυόμενα, ἔχεις τὸν παράλυτον τῆς διπλῆς ταύτης ἀπολαύσαντα χάριτος· ἤκουσε γὰρ, *Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου*, καὶ, *Ἆρον τὸν κράββατόν σου*· οὕτως ἡ ἁμαρτωλὸς γυνὴ τετύχηκε τῆς ἀφέσεως, ὁ λῃστὴς, οἱ τελῶναι, ἁπλῶς ἅπαντες οἱ πιστεύσαντες.

Τὸν ἐμπιμπλῶντα ἐν ἀγαθοῖς τὴν ἐπιθυμίαν σου, ἀνακαινισθήσεται ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης σου· ὥστε ἀνακαινίζεσθαι αὐτὴν τὸν παλαιὸν ἀποθεμένην ἄνθρωπον, τὸν δὲ νέον, τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ κτίσαντος αὐτὸν, λαμβάνουσαν. Οὕτω δὲ, φησὶν, ἡ νεότης σου ἀνακαινισθήσεται, ὡς μηκέτι παλαιοῦσθαι, μηδὲ εἰς φθορὰν αὖθις χωρεῖν, ἀεὶ δὲ παραμένειν ἐν τῷ νεάζειν ἐν τῇ ἀφθάρτῳ ζωῇ. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἀετὸς τῶν ὀρνέων ἐστὶ βασιλικώτατον, ἀλλὰ καὶ ὑψιπετέστατος, μόνος δὲ ζώων ἡλίου φωτὸς μαρμαρυγαῖς ἀντωπεῖν δυνατὸς, καὶ ἀτενὲς ἀφορᾷν αὐτῷ, εἰκότως τὴν ἀνανέωσιν τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν πτῆσιν, καὶ τὸν βίον αὐτῆς τὸν ἐν ἄκρᾳ φωτὶ γενησόμενον, ἀετοῦ φύσει παρέβαλε.

Ποιῶν ἐλεημοσύνας ὁ Κύριος, καὶ κρίμα πᾶσι τοῖς ἀδικουμένοις, ἐγνώρισε τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ τῷ Μωσῇ, τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὰ θελήματα αὐτοῦ. Ἐκ τῆς αὐτῆς δὲ Μωσέως Γραφῆς μαθήσῃ ὁποῖα κρίματα παρέσχε τοῖς ἀδικουμένοις· κρίσει γὰρ δικαίᾳ μετῆλθε τοὺς Αἰγυπτίους, πληγαῖς θεηλάτοις κολάσας αὐτοὺς ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἠδικημένων υἱῶν Ἰσραήλ. *Οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ὁ Κύριος, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος, οὐκ εἰς τέλος ὀργισθήσεται, οὐδὲ εἰς τὸν αἰῶνα μηνιεῖ. Οὐ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῖν, οὐδὲ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν. Ὅτι κατὰ τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ἐκραταίωσε Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν. Καθόσον ἀπέχουσιν ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν, ἐμάκρυνεν ἀφ' ἡμῶν τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Καθὼς οἰκτείρει πατὴρ υἱοὺς, ᾠκτείρησε Κύριος τοὺς φοβουμένους αὐτόν, ὅτι αὐτὸς ἔγνω τὸ πλάσμα ἡμῶν. Μνήσθητι ὅτι χοῦς ἐσμεν· ἄνθρωπος, ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ· ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ, οὕτως ἐξανθήσει.*

mium pro te morti sanguinem Unigeniti tribuens, liberavit; quarto, propria clementia, misericordia et miserationibus usus, quia nemo ex operibus justificatur, adoptionis te gratia coronavit. In summa, hic te peccatorum venia donavit, morborum animi medelam tribuit, necnon spem resurrectionis, pignus Spiritus: ac te incorruptionis veste induit, gratia sua salvum fecit. Nam gratiæ et clementiæ corona est. Atque hæc omnia, dotalia sponsi munera et dona sunt: sponsa quippe solam fidem obtulit. Neque solum illis, sed etiam spiritualibus bonis te replevit; sive etiam tuo in bonis desiderio satisfecit, qui frigidam animam repudiat, bona vero petentibus se tribuit. Quod si volueris morbos simul et peccata soluta videre, habes paralyticum hac duplici gratia donatum; audivit enim, *Dimittuntur tibi peccata tua*, et, *Tolle grabatum tuum*[29]: sic peccatrix mulier remissionem consecuta est; sic latro, publicani, ac demum omnes qui crediderunt.

Vers. 5. *Qui replet in bonis desiderium tuum, renovabitur ut aquilæ juventus tua;* ita ut priori deposito homine, ac novo, qui renovatur ad cognitionem Creatoris sui, adjuncto, et ipsa renovetur. Sic autem, ait, juventus tua renovabitur, ut nunquam veterascat, neque ad corruptionem rursus abeat, sed semper vegeta maneat in incorrupta vita. Cum autem aquila sit avium rex, altissimeque volet, ac sola inter animalia solares radios valeat obtueri, ipsumque attente conspicere; renovationem animæ, et e terra ad cœlum volatum, vitamque supremo in lumine versaturam aquilæ naturæ merito comparavit.

Vers. 6-18. *Faciens misericordias Dominus, et judicium omnibus injuriam patientibus, notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas.* Ex ipsa vero Moysis Scriptura edisces, qualia pro læsis judicia tulerit: justo namque judicio Ægyptios invasit, divinitus inflictis plagis castigans illos propter filios Israel ab ipsis pessime habitos. *Miserator et misericors Dominus, longanimis et multum misericors, non in finem irascetur, neque in æternum succensebit. Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem cœli a terra corroboravit Dominus misericordiam suam super timentes se. Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognovit figmentum nostrum. Recordare quoniam pulvis sumus; homo, sicut fenum dies ejus, tanquam flos agri, sic efflorebit. Quoniam spiritus pertransibit in illo et non subsistet, et non cognoscet amplius locum suum.* Quemadmodum a tenebris

[29] Marc. II, 9.

ignorantiæ peccatis inductæ ad lucem cognitionis suæ nos tranatulit ; hæcque fecit ut bonus pater insanientes filios miseratus, ac erga liberos male affectos majorem commiserationem assumens : eodem ille modo nos miseratus est, ac ex atheis et timore carentibus, pios ac se timentes nos effecit.

A Ὅτι πνεῦμα διῆλθεν ἐν αὐτῷ, καὶ οὐχ ὑπάρξει, καὶ οὐκ ἐπιγνώσεται ἔτι τὸν τόπον αὐτοῦ. Ὅστις ἀπὸ σκότους τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἀγνοίας ἐπὶ τὸ φῶς τῆς αὐτοῦ γνώσεως μετεστήσατο ἡμᾶς· καὶ ταῦτα ἔπραξεν ὡς ἀγαθὸς πατὴρ σπλαγχνιζόμενος ἐπὶ υἱοῖς μεμηνόσι, καὶ ἐπὶ κακῶς διακειμένοις τέκνοις μείζονα οἶκτον ἀναλαβών· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ αὐτὸς ᾠκτείρησεν ἡμᾶς, ἐξ ἀθέων καὶ ἀφόβων εὐσεβεῖς καὶ φοβουμένους αὐτὸν ἀπεργασάμενος.

Vers. 17 19. *Misericordia autem Domini ab æterno, et usque in æternum super timentes eum. Et justitia illius in filios filiorum, his qui servant testamentum ejus, et memores sunt mandatorum illius ad faciendum ea.* Huic simile illud : *Faciens misericordiam diligentibus me.* Nam misericordia Domini, et compar ejus justitia in omnem generationem extenditur in timentes eum, et in filios eorum, id est, in æmulatores gestorum ipsorum, in eos scilicet, qui non modo præceptorum ejus recordantur, sed sermonibus opera adjiciunt, et hoc modo vitam concinnant suam. Ea quippe dantur, non ut ipsorum nudam memoriam et notitiam servemus ; sed ut memoria ad operandum utamur. Illud quoque Servator declarat his verbis : *Qui habet mandata mea, et servat ea, ille est qui diligit me* [80] : nam observationi tantum, non memoriæ eorum, merces debetur ; neque auditores, sed cultores legis justificabuntur. Pulchre autem lex Dei testamentum vocata est, ut qui eam observamus, hæreditatem inde speremus. Quod autem natura quidem nostra fluxa sit, divina vero clementia debitam progenitoribus justitiæ mercedem usque ad nepotes conservet, sexcenta hujusce rei testimonia reperias. Nam ob Abrahami, Isaaci et Jacobi justitiam, populum ex iis postea exortum vocatione et peculiari providentia dignatus est. Jehu autem usque ad quartam generationem regnum conservavit, etiamsi non omnino pietate præditus esset ; quia in principio regni sui studium erga Deum exhibuerat. Mirabili vero Davidi inexstinctam custodivit generis scintillam, etsi impii multi inter ejus posteros exorti sint. *Dominus in cœlo paravit thronum suum, et regnum ipsius omnibus dominabitur.* Accurate dictum est, *omnibus dominabitur ;* sed non, *omnibus dominatur*, quia non omnes digni sunt regno illius. Quamobrem iis qui evangelicam vitam exigunt, regnum cœlorum Salvator pollicitus est. Alio item intelligendi more omnibus dominatur, etiam iis qui regno cœlorum indigni sunt imperans ; quatenus nempe omnium Dominus est.

Τὸ ἔλεος δὲ τοῦ Κυρίου ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν· καὶ ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν υἱῶν τοῖς φυλάσσουσι τὴν διαθήκην αὐτοῦ, καὶ μεμνημένοις τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, τοῦ ποιῆσαι αὐτάς. Ὅμοιον καὶ τὸ, *Ποιῶν ἔλεος τοῖς ἀγαπῶσί με.* Παρατείνει γὰρ τὸ ἔλεος Κυρίου, καὶ ἡ σύζυγος αὐτοῦ δικαιοσύνη, εἰς πᾶσαν τὴν γενεὰν ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, τουτέστι τοὺς τῶν ἔργων αὐτοῦ ζηλωτὰς, τοὺς οὐχ ἁπλῶς μεμνημένους τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπιτιθέντας τοῖς λόγοις τὰ ἔργα, καὶ κατὰ ταὐτὸ τὸν οἰκεῖον βίον ῥυθμίζοντας. Δίδονται γὰρ αὗται οὐκ ἐπὶ τῷ μνήμην αὐτῶν ψιλὴν καὶ γνῶσιν ἔχειν ἡμᾶς, ἀλλὰ μνήμην εἰς τὸ ποιῆσαι. Τοῦτο καὶ ὁ Σωτὴρ παρίστησιν εἰπών· *Ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου καὶ τηρῶν αὐτάς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με·* τῆς γὰρ ποιήσεως ἀλλ' οὐ τῆς μνήμης αὐτῶν μόνης ὁ μισθός· καὶ οὐ οἱ ἀκροαταὶ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. Καλῶς δὲ διαθήκη ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ προσηγόρευται, ἵνα κληρονομίαν ἐλπίζωμεν ἐξ αὐτῆς οἱ φυλάσσοντες. Ὅτι δὲ ἡ μὲν φύσις ἡμῶν ἐπίκηρος, ἡ δὲ θεία φιλανθρωπία καὶ μέχρις ἐγγόνων διατηρεῖ τὴν τοῖς προγόνοις ὀφειλομένην τῆς δικαιοσύνης ἀντίδοσιν, μυρία ἂν εὕροις μαρτύρια. Διὰ γὰρ τὴν τοῦ Ἀβραὰμ δικαιοσύνην, καὶ τὴν τοῦ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, τὸν ἐξ αὐτῶν φύντα μετὰ ταῦτα λαὸν τῆς κλήσεως καὶ τῆς οἰκείας ἐπισκοπῆς κατηξίωσε· τοῦ Ἰηοῦ μέχρι τετάρτης γενεᾶς τὴν βασιλείαν τετήρηκε, καίτοι μηδὲ τελείαν κτησαμένῳ εὐσέβειαν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς βασιλείας ἐπιδειξαμένῳ τὸν ζῆλον· τῷ θεσπεσίῳ Δαυὶδ, ἄσβεστον ἐτήρησε τὸν τοῦ γένους σπινθῆρα, καὶ ταῦτα πολλῶν δυσσεβῶν ἐν μέσῳ βεβλαστηκότων. *Κύριος ἐν τῷ οὐρανῷ ἡτοίμασε τὸν θρόνον αὐτοῦ, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ πάντων δεσπόσει.* Ἀκριβῶς δὲ τὸ *πάντων δεσπόσει*, εἴρηται, ἀλλ' οὐ, *πάντων δεσπόζει·* ἐπεὶ μὴ πάντες ἄξιοι τυγχάνουσι τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Διὸ τοῖς τὸν εὐαγγελικὸν κατορθοῦσι βίον τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ὁ Σωτὴρ ἐπηγγείλατο. Δεσπόζει δὲ πάντων καθ' ἑτέραν ἐπίνοιαν καὶ τῶν ἀναξίων τῆς βασιλείας αὐτοῦ κρατῶν, οἷα δὴ πάντων Κύριος.

Vers. 20. *Benedicite Domino, omnes angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum ejus.* Superius quidem Spiritus divinus hominis animam ad gratiarum actionem et benedictionem Dei invitabat dicens, *Benedic, anima mea, Domino ;* nunc autem, quia throni Dei et cœlestium mansionum, quas dignis Deus

Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, δυνατοὶ ἰσχύι, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ, τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς τῶν λόγων αὐτοῦ. Ἀνωτέρω μὲν τὸ θεῖον Πνεῦμα τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν ἐκάλει ἐπὶ τὴν εὐχαριστίαν καὶ τὴν εὐλογίαν τοῦ Θεοῦ, φάσκον· *Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον·* νῦν δὲ, ἐπειδὴ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ ἐμνημόνευσε,

[80] Joan. xiv, 21.

καὶ τῶν οὐρανίων διατριβῶν, ἃς τοῖς ἀξίοις ὁ Θεὸς ἡτοίμασε, σφόδρα ἀκολούθως ταῖς οὐρανίοις δυνάμεσι συγχαίρειν τῇ τῆς ψυχῆς σωτηρίᾳ παρακελεύεται, κατὰ τὸν σωτήριον λόγον φήσαντα χαρὰν ἔσεσθαι ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι· ἀλλὰ καὶ εἰς τέλος ἄγει τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν καὶ τὰς οὐρανίους δυνάμεις· τὸ γὰρ αὐτὸ τῆς εὐλογίας ἔργον καὶ ταύτῃ κἀκείνοις ἐπιτάττει. *Δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ, τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς τῶν λόγων αὐτοῦ.* Τὰ μὲν κατὰ σὲ, φησὶν, ὦ ψυχὴ, ἐξασθενεῖ πρὸς τὸ κατ' ἀξίαν ὑμνεῖν τὸν Θεόν· ἐκ μέρους δὲ ὅμως τοῦτο ποιεῖ. Ἴσθι δὲ, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, δυνατοὶ ἰσχύϊ ὄντες, καὶ ἀδιαπτώτως τὸν λόγον αὐτοῦ ποιοῦντες, ἄξιοί τε ἀκούειν τῆς φωνῆς αὐτοῦ καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ, πρεπόντως καὶ κατ' ἀξίαν εὐλογοῦσιν αὐτόν. Εἰ δὲ καὶ ἐν ἀνθρώποις εἶέν τινες τὸν ἰσάγγελον βίον μετερχόμενοι, ἅτε τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου φοροῦντες, ἰσχύοντες δὲ καὶ αὐτοὶ ποιεῖν τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ δυνατοὶ τῆς φωνῆς αὐτοῦ ὑπακούειν, κατὰ τὸν φήσαντα· *Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με.* Καὶ οὗτοι, ἰσάγγελοι ὄντες, εὐλογείτωσαν αὐτόν. Μηδεὶς δὲ τῶν παραβαινόντων τὸν λόγον αὐτοῦ καὶ παρακουόντων τῆς φωνῆς αὐτοῦ, προπετέστερον τολμάτω τοῦτο ποιεῖν.

Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, λειτουργοὶ αὐτοῦ, ποιοῦντες τὰ θελήματα αὐτοῦ. Ὁ μὲν Δαυὶδ, ἐπειδήπερ εἰσὶ καὶ ἀντικείμεναι δυνάμεις, σφόδρα ἀναγκαίως ἐπιφέρει τό· *Λειτουργοὶ αὐτοῦ, ποιοῦντες τὰ θελήματα αὐτοῦ*, δεικνὺς τίνας βούλεται καὶ ὁποίας δυνάμεις εὐλογεῖν τὸν Θεόν· ὅτι μὴ πάσας, μηδὲ τὰς ἐναντίας, ἀλλὰ μόνος τὰς ἀξίας τὰς ἐν διαφόροις τάξεσι λειτουργούσας αὐτῷ, ἤτοι ποιούσας αὐτοῦ τὸ θέλημα. Λειτουργοὶ γάρ εἰσι Θεοῦ δυνάμεις ὑπερητοῦσαι αὐτῷ εἰς ἃ βούλεται ποιεῖν δι' αὐτῶν ἐπ' εὐεργεσίᾳ καὶ ὠφελείᾳ παντός· διὸ καὶ ποιεῖν τὰ θελήματα αὐτοῦ εἴρηνται. *Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ. Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον.* Ἡ τῆς ἀκολουθίας διάνοια τοῦτον ἔοικεν ὑποβάλλειν τὸν νοῦν· Εἰ μὲν ἀγγέλων ἦν, φησὶ, μόνον, καὶ θείων δυνάμεων καὶ οὐρανίων λειτουργῶν Θεοῦ τὸ εὐλογεῖν αὐτὸν, καλῶς ἂν εἶχες, ὦ ψυχὴ, ὑποστέλλεσθαι ἑαυτὴν, τοῖς κρείττοσι παραχωροῦσα τὴν εὐλογίαν· ἐπειδὴ δὲ ὁ θεῖος λόγος πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ εὐλογεῖν τὸν Κύριον προστάττει· προσήκει γὰρ πᾶσαν τὴν κτίσιν κατὰ τὴν αὐτῆς δύναμιν τὸν πρέποντα ὕμνον ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ· τί μέλλεις, ὦ ψυχή; Οὐχὶ καὶ αὐτὴ, ἅτε ἔργον οὐκ εὐκαταφρόνητον οὖσα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ πεποιημένη, ἀνεγείρῃ σαυτὴν ἐπὶ τὴν θεολογίαν καὶ εὐλογίαν τοῦ Θεοῦ; Ἐπειδὴ ἡ δεσποτεία αὐτοῦ, κατὰ τὸ εἰρημένον, πάντων δεσπόζει, οὐρανίων, ἐπιγείων, καταχθονίων, ἀκολούθως πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ, ὡς ἂν ὑπὸ τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν ὄντα, τὰ σύμπαντα γὰρ, φησὶ, δοῦλα σά, ὡς ποιήματα, εὐλογείτω αὐτόν. Καὶ πῶς εὐλογοῦσι τὰ ἄλογα καὶ τὰ ἄψυχα; Ὡς οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, πάντως ἀντὶ φωνῆς χρώμενα τῇ ὄψει εἰς

[21] Luc. xv, 7. [22] Philipp. iv, 13.

præparavit, mentionem fecit, admodum congruenter cœlestes virtutes jubet animæ saluti congaudere, secundum hoc Salvatoris dictum, scilicet, gaudium fore in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente [21]: sed etiam cum hominis animam, tum cœlestes virtutes in finem agit: idem enim benedicendi munus tam illi, quam istis præscribit. *Potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.* Quod ad te spectat, o anima, imbecilla infirmaque es ad Deum pro dignitate celebrandum: attamen id ex parte exsequaris. Scito autem angelos ejus, cum potentes virtute sint, et indesinenter verbum Dei faciant, dignique sint qui vocem et sermonem ejus audiant, decenter ac condigne ipsi benedicere. Quod si quidam inter homines sint qui vitam angelicæ paremn ineunt, utpote qui imaginem cœlestis circumferant, ac ipsi quoque verbum ejus exsequi et vocem audire valeant, secundum eum qui dicit, *Omnia possum in eo qui me confortat* [22]; hi quoque angelis pares cum sint, benedicant ei. Nemo autem eorum, qui verbum ejus transgrediuntur ac voci ejus non obtemperant, temere hoc agere præsumat.

Vers. 21, 22. *Benedicite Domino, omnes virtutes ejus, ministri ejus, qui facitis voluntates ejus.* Quoniam adversariæ quoque virtutes sunt, ideo David necessario illud adjicit, *ministri ejus, qui facitis voluntates ejus:* declarans quas et cujusmodi virtutes Deo benedicere velit: non omnes quippe, neque adversarias; sed solum eas quæ dignæ sunt, et variis ordinibus ipsi ministrant, sive quæ faciunt voluntatem ejus. Nam ministri Dei sunt virtutes ipsi ad quælibet munera pro beneficio et utilitate universi ministrantes: quare voluntates ejus exsequi dicuntur. *Benedicite Domino, omnia opera ejus, in omni loco dominationis ejus. Benedic, anima mea, Domino.* Hæc seriei mens et sententia videtur esse: Si angelorum, inquit, solummodo, divinarum virtutum, cœlestiumque Dei ministrorum officium esset ipsi benedicere, recte posses, o anima, te continere, ac te melioribus benedictionem cedere; quia vero divinus sermo cunctis ejus operibus præcipit ut Domino benedicant; par est enim omnem creaturam pro facultate, congruentem Deo hymnum emittere, quid cunctaris, o anima? Nunquid etiam ipsa, utpote opus Dei non spernendum, sed ad imaginem ejus factum, temetipsam excitas ad divinas laudes et ad benedicendum Deo? Quoniam dominatio ejus, ut dictum est, omnibus imperat cœlestibus, terrestribus et infernis; ideo omnia opera ejus, utpote ipsius dominationi subdita, ipsi benedicant. Nam omnia, inquit, tibi subdita, utpote opificia tua, benedicere tibi debent. Et quomodo benedicant irrationabilia et inanimata? Quo modo cœli enarrant gloriam Dei, qui sane conspectu suo ceu voce, ad exhibendam Dei virtutem utuntur: unde

ego laudandi occasionem accipio, et ad Creatorem celebrandum provocor. Et alias solent plerumque prophetæ etiam irrationabilem naturam ad Dei laudes efferendas assumere, quasi rationabilis non sufficiat, uti revera pueri in camino fecerunt. Cæterum omnibus in locis canere Judæis non convenit. Illi quippe ab iis qui se in captivitatem abduxerant, in Babylone ex canticis Sion cantare jussi, dixerunt, et quidem secundum legem agentes : *Quomodo cantabo canticum Domini in terra aliena* [33] ? Nobis autem divinus Apostolus præcipit ut in omni loco orantes elevemus sanctas manus [34]. Idipsum Dominus Christus Samaritanæ dixit, localem adorationem de medio tollens, cultumque docens in Spiritu et veritate exhibendum [35].

ἐμφασιν τῆς θείας δυνάμεως· παρ' ὧν ἐγὼ λαμβάνω τοῦ ὑμνεῖν τὰς ἀφορμὰς, καὶ κινοῦμαι πρὸς εὐφημίαν τοῦ κτίσαντος. Ἄλλως τε εἰώθασιν οἱ προφῆται καὶ τὴν ἄλογον φύσιν πολλάκις παραλαμβάνειν εἰς εὐφημίαν τοῦ Θεοῦ, ὡς οὐκ ἀποχρώσης τῆς λογικῆς. καθάπερ ἀμέλει καὶ οἱ παῖδες ἐν τῇ καμίνῳ. Πλὴν τὸ ἐν παντὶ τόπῳ ᾄδειν οὐχ ἁρμόττει τοῖς Ἰουδαίοις. Ἐκεῖνοι γὰρ, ὑπὸ τῶν ἀνδραποδισάντων ᾄσαι προσταχθέντες ἐκ τῶν ᾠδῶν Σιὼν ἐν Βαβυλῶνι, ἔφασαν. ἔννομον ὁρῶντες· *Πῶς ᾄσομαι τὴν ᾠδὴν Κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας.* Ἡμῖν δὲ ὁ θεῖος Ἀπόστολος παρεγγυᾷ ἐν παντὶ τόπῳ προσευχομένους αἴρειν ὁσίας χεῖρας. Τοῦτο καὶ ὁ δεσπότης Χριστὸς πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν ἔφη, τὴν τοπικὴν ἀναιρῶν προσκύνησιν, τὴν δὲ ἐν Πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ διδάσκων λατρείαν.

PSALMUS CIII.

VERS. 1, 2. *Benedic, anima, Domino : Domine Deus meus, magnificatus es vehementer : confessionem et decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento.* A creaturarum magnitudine, providentia et varietate docetur anima gaudere ac fiduciam sumere : ita ut in eo glorietur, ac Dominum Deumque suum magnum tantarum rerum opificem ascribat, eumque sibi proprium prædicet cum affectu dicens, *Domine Deus meus. Confessionem et decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento.* Quemadmodum is qui sensibili vestimento induitur, undique tegitur; sic quod Dei lumen sustineri nequeat, incomprehensibilem esse illius substantiam declarat. Sed quid ais, o David? Evangelista ait : *Ipse est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* [36]. Paulus vero dicit, ipsum lucem inhabitare inaccessibilem, et tu ais ipsum lumine indui sicut vestimento? Viden' neque prophetam, neque evangelistam, neque apostolum posse eam claritatem complecti; sed a nominibus apud nos usitatis paulatim ascendentes, obscuram quamdam ineffabilis illius gloriæ cognitionem afferre? Quia enim ignorant quæ sit illa substantia, a rebus apud nos conspicuis pro facultate illam complecti conantur.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΓ'

Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον· Κύριε ὁ Θεός μου, ἐμεγαλύνθης σφόδρα· ἐξομολόγησιν καὶ εὐπρέπειαν ἐνεδύσω, ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον. Διὰ τῆς τῶν κτισμάτων μεγαλουργίας καὶ προνοίας καὶ ποικιλότητος χαίρειν δὴ ἐν ταύτῃ καὶ θάρσος ἀναλαμβάνειν διδάσκεται ἡ ψυχὴ, διὰ τοῦ σεμνύνεσθαι, καὶ Κύριον ἑαυτῆς καὶ Θεὸν τῶν τοσούτων μεγαλουργὸν ἐπιγράφεσθαι, καὶ ἰδιοποιεῖσθαι αὐτὸν ἐν τῷ λέγειν· *Ὁ Θεός μου*, μετὰ διαθέσεως, *ἐξομολόγησιν καὶ εὐπρέπειαν ἐνεδύσω, ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον.* Ὡς ὁ ἀναβαλλόμενος αἰσθητὸν ἱμάτιον πάντοθεν καλύπτεται, οὕτω τὸ μὴ δύνασθαι διασχεῖν τὸ περὶ τὸν Θεὸν φῶς, ἀκατάληπτον αὐτοῦ τὴν οὐσίαν παρίστησιν. Ἀλλὰ τί φῂς, ὦ Δαυΐδ; Ὁ εὐαγγελιστής φησιν· *Ὅτι αὐτός ἐστι φῶς ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.* Ὁ δὲ Παῦλος, ὅτι φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, σὺ περιβεβλῆσθαι τὸ φῶς αὐτὸν φῂς ὡς ἱμάτιον; Ὁρᾷς, ὅτι, κἂν προφήτης ᾖ τις, κἂν εὐαγγελιστὴς, κἂν ἀπόστολος, οὐ δύναται περιδράξασθαι τῆς ἀφηνείας, ἀλλ' ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν ὀνομάτων ἀναβαίνοντες κατὰ μικρὸν ἀμυδράν τινα παριστῶσιν ἔννοιαν τῆς ἀῤῥήτου δόξης ἐκείνης. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸ τί ποτέ ἐστι τὴν οὐσίαν οὐκ ἴσασιν, ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν λαμπρῶν φιλονεικοῦσιν ἐπιλαβέσθαι αὐτῆς ὡς οἷόν τε.

VERS. 3, 4. *Extendens cælum sicut pellem, qui tegit aquis superiora ejus : qui ponit nubes ascensum suum, qui ambulat super pennas ventorum. Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem.* Hinc, ut par est, seraphim Græce explicantur, incendentes ac comburentes. Et vox seraphim incendium significare declaratur. Quare de angelica virtute dicitur : *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem.*

Ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν, ὁ στεγάζων ἐν ὕδατι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ, ὁ τιθεὶς νέφη τὴν ἐπίβασιν αὐτοῦ, ὁ περιπατῶν ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων, ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον. Ἐντεῦθεν εἰκότως ἑρμηνευόμενα τὰ σεραφὶμ, εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἐμπιπρῶντες ἢ ἐμπρησταὶ σημαίνουσι. Καὶ τὸ, σεραφὶμ τὸν ἐμπρησμὸν δηλοῦν λέγεται. Διὸ περὶ τῆς ἀγγελικῆς δυνάμεως εἴρηται· *Ὁ ποιῶν ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ φλέγον.*

VERS. 5-13. *Qui fundat terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi. Abyssus sicut vestimentum amictus ejus, super montes stabunt aquæ. Ab increpatione tua fugient, a voce toni-*

Ὁ θεμελιῶν τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς οὐ κλιθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ἄβυσσος ὡς ἱμάτιον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ, ἐπὶ τῶν ὀρέων στήσονται ὕδατα. Ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου

[33] Psal. CXXXVI, 4. [34] I Tim. II, 8 [35] Joan. IV, 24. [36] Joan. I, 9.

φεύξονται, ἀπὸ φωνῆς βροντῆς σου δειλιάσουσιν. Ἀναβαίνουσιν ὄρη, καὶ καταβαίνουσι πεδία εἰς τόπον ὃν ἐθεμελίωσας αὐτοῖς. Ὅριον ἔθου, ὃ οὐ παρελεύσονται, οὐδὲ ἐπιστρέψουσι καλύψαι τὴν γῆν. Ὁ ἐξαποστέλλων πηγὰς ἐν φάραγξιν, ἀνὰ μέσον τῶν ὀρέων διελεύσονται ὕδατα. Ποτιοῦσι πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, προσδέξονται ὄναγροι εἰς δίψαν αὐτῶν. Ἐπ' αὐτὰ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσει, ἐκ μέσου τῶν πετρῶν δώσουσι φωνήν. Ποτίζων ὄρη ἐκ τῶν ὑπερῴων αὐτοῦ. Ἐπεὶ καὶ ἀρχόμενος ἔλεγεν· Ὁ στερεώζων ἐν ὕδατι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ· νῦν φησι· Ποτίζων ὄρη ἐκ τῶν ὑπερῴων σου· εἰ μή τῳ φίλον ὑπερῷα τοῦ Θεοῦ ὡς παρ' αὐτοῦ πεποιημένα τὸν ἀέρα νοεῖν, τοῖς νέφεσι περιβαλλόμενον. Ποτίζει τοιγαροῦν ὁ Θεὸς τὰ ὄρη καὶ τὰ ἐν τούτοις πεδία τὴν τε λοιπὴν σύμπασαν γῆν οὐκ ἀπὸ τῶν ἀταῖς φάραγξι πηγῶν, οὐδ' ἀπὸ τῶν φερομένων κατὰ γῆς ποταμῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑπερῴων αὐτοῦ ἄνωθεν ἀφ' ὕψους τοὺς αὐτάρκεις καὶ μεμετρημένους ἐπιχορηγῶν ὑετούς. Ὑπερῷα δὲ Θεοῦ τὸν ἀέρα καλεῖ, καθάπερ ἐπὶ μιᾶς οἰκίας τοῦ παντὸς κόσμου. Ὄρη μέν εἰσιν οἱ πνευματοφόροι ἄνδρες· ποτίζονται δὲ ἐκ τῶν ὑπερῴων αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, πληρούμενοι τῶν τοῦ Πνεύματος χαρισμάτων, λόγου σοφίας καὶ τῶν ἐξῆς ἀπηριθμημένων. Ὑπερῷα δὲ Θεοῦ, ἀφ' ὧν τὰ ὄρη ποτίζει, ἀκραιφνεῖς καὶ ὑπερβάλλουσαι θεωρίαι τῆς ἀληθείας τυγχάνουσι, ὑπερῷα καλούμεναι, τῷ μηδὲν αὐτὰς ὑπεραναβεβηκέναι. Ἀπὸ καρποῦ τῶν ἔργων σου χορτασθήσεται ἡ γῆ. Αὐτὸς γὰρ εἶπε· Βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπόν, καὶ τὰ ἐξῆς. Ἐκ τῶν Ἰησοῦ κατὰ τὴν οἰκονομίαν ἔργων, πολὺν καρπὸν ἐχόντων, ἅπασα ἡ γῆ χορτάζεται, μεταλαμβάνουσα τῶν οὕτω παραδόξως ὑπὸ Ἰησοῦ γεγενημένων· οὗτος γὰρ καρπὸς τῶν ἔργων αὐτοῦ τυγχάνει. Καὶ ὁ λόγος δὲ ὁ περὶ τῶν ἔργων τῆς δημιουργίας καὶ προνοίας αὐτοῦ νοηθείς, οἷα φημὶ δὴ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς διατρίβοντας ἀνθρώπους.

trui tui formidabunt. Ascendunt montes et descendunt campi in locum quem fundasti eis. Terminum posuisti, quem non transgredientur, neque convertentur operire terram. Qui emittis fontes in convallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ. Potabunt omnes bestiæ agri, exspectabunt onagri in siti sua. Super ea volucres cœli habitabunt, de medio petrarum dabunt vocem. Rigans montes de superioribus suis. Quia prius dixerat, *Qui tegis aqua superiora ejus;* hic ait, *Rigans montes de superioribus tuis.* Nisi malit quis superiora Dei, quasi ab eo constructa aerem nubibus amictum intelligere. Deus itaque montes et campos qui in eis sunt, et universam reliquam terram rigat, non ex fontibus convallium, neque ex fluminibus quæ per terram defluunt, sed de superioribus suis pluvias ex alto sufficientes ac moderatas subministrans. Superiora autem Dei vocat aerem, de toto mundo quasi de domo quadam verba faciens. Montes quidem sunt spirituales viri : hi autem irrigantur de superioribus ipsius Dei, Spiritus sancti donis repleti, videlicet sermone sapientiæ, cæterisque recensitis. Superiora vero Dei, de quibus montes irrigat, sunt sublimes ac eximiæ veritatis contemplationes, quæ superiora vocantur, quod nihil illas transcendat. *De fructu operum tuorum satiabitur terra.* Ipse namque dixit, *Germinet terra herbam feni et lignum fructiferum faciens fructum*[37], et reliqua. Ex Jesu operibus per œconomiam editis, quæ multis fructibus instructa sunt, universa terra satiatur, particeps eorum quæ a Jesu adeo mirabiliter perpetrata sunt : hic enim fructus operum ejus est. Et quidem sermo de operibus creationis et providentiæ ipsius, ceu fructus operum Dei esse intellectus, terram satiabit; nempe homines in terra versantes.

Ὁ ἐξανατέλλων χόρτον τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων, τοῦ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς· καὶ οἶνος εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου, καὶ τὰ ἐξῆς. Εἶπεν, ὅτι ἀπὸ τοῦ ὑετοῦ κτᾶται πλησμονὴν ἡ γῆ, τοῦ Θεοῦ ἐργαζομένου τὴν ἐκ θαλάσσης τῶν ὑδάτων ἀναγωγήν. Εἶτα τὴν ἐντεῦθεν ὑποδείκνυσιν ὠφέλειαν, ὅτι πιανθεῖσα ἐκ τῆς τῶν ὑδάτων χορηγίας ἡ γῆ, ἐξανατέλλει τοῖς ἀπ' αὐτῆς ἅπασι τὰς προσφόρους τροφάς· ἀνθρώπῳ μὲν εὐγενεῖ ζώῳ, καὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τετιμημένῳ, ἐξαίρετον καὶ ἀφωρισμένην τροφήν, ἄρτον, καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον· ἄρτον μὲν ἐπὶ τῷ στηρίζεσθαι καὶ δυναμοῦσθαι τὴν καρδίαν, οἶνον δὲ ἐπὶ τῷ κατευφραίνεσθαι τὴν ψυχήν, ἔλαιον δὲ ἐπὶ τῷ φαιδρύνεσθαι τὸ σῶμα, καὶ ἀπαλύνεσθαι θεραπευόμενον ἐκ τῆς ἐπιπόνου σκληραγωγίας. Οὕτως αὐτῷ πλουσίαν καὶ ἐκ πλειόνων τράπεζαν εἰς ἀπόλαυσιν οἷα πατὴρ ὁ Θεὸς ἑδωρήσατο. Οὐ μὴν καὶ τῆς τῶν λοιπῶν ζώων κατωλιγώρησεν ἐπιμελείας· φροντίζων δὲ καὶ τῆς τούτων διαμονῆς τὴν ἁρμόζουσαν

καρπὸς ἔργων Θεοῦ τυγχάνων, χορτάσει τὴν γῆν·

Vers. 14, 15. *Producens fenum jumentis et herbam servituti hominum, ut educas panem de terra; et vinum lætificat cor hominis,* et cætera. Ait a pluvia satietatem terræ parari, Deo aquas ex mari reducente. Deinde indicat utilitatem hinc promanantem, quia aquarum irrigatione impinguata, cunctis incolis suis congruentem cibum profert; homini quidem nobili animali, et apud Deum in honore habito, eximium ac selectum cibum, panem, vinum, et oleum; panem quidem quo cor fulciatur et roboretur, vinum quo anima lætificetur, oleum quo corpus exhilaretur atque a laboriosa defatigatione curetur. Sic autem illi opimam et variis instructam mensam ad usum ceu pater paravit Deus. Neque tamen cæterorum animalium curam neglexit; sed de eorum quoque conservatione sollicitus, congruentem ipsis escam subministravit, fenum quidem jumentis, servituti autem hominum, herbam producens. Accuratissime vero propheta animalium distinctionem

[37] Gen. I, 11.

fecit; jumenta quidem generatim appellans omne animal herba vescens; servitutem vero hominum, mansueta et quodammodo civilia animalia ad hominum usum deputata, quorum alia quidem terram arant hominique opem ferunt, ut bos; alia gestant onera, ut asinus; alia demum aliud mortali generi ministerium præstant : quæ proprie et opportune servitutem hominum vocavit, quibus herbam datam esse ait, scilicet ab hominibus seminatam et cultam; cæteris vero jumentis sponte natum fenum. Possunt autem utraque simul, herba videlicet et fenum, et jumentis et servituti hominum data fuisse. Neque feras hic neque reptilia memoravit, quia hæc alio utuntur cibo; alia enim carnivora sunt; reptilia autem ipsa terra vescuntur.

A καὶ τοῦτοις ἀπένειμε τροφήν· χόρτον μὲν τοῖς κτ- νεσι, τῇ δὲ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων χλόην ἐξανατεί- Σφόδρα δὲ ἀκριβῶς ὁ προφήτης τὴν τῶν ζώων ποίησιν διαίρεσιν· κτήνη μὲν γενικῶς πᾶν τὸ τετρά- γον ζῶον, δουλείαν δὲ ἀνθρώπων τὰ ἥμερα καὶ ὡσ- πολιτικὰ ζῶα τὰ εἰς ὑπηρεσίαν ἀνθρώπων ἀφω- σμένα, ὧν τὰ μὲν ἀροῖ τὴν γῆν συνεργοῦντα ἀνθρώ- πῳ, ὡς βοῦς· τὰ δὲ ἀχθοφορεῖ, ὡς ὄνος· τὰ δὲ ἄλ- τινὰ χρῆσιν τῷ θνητῷ γένει παρέχεται· ἃ οἰκείως π προσφυῶς δουλείαν ἀνθρώπων ὠνόμασεν, οἷς τ χλόην δεδόσθαι φησὶ, τουτέστι τὴν ὑπ' ἀνθρώπ σπαρεῖσαν καὶ γεωργηθεῖσαν· τοῖς δὲ ἄλλοις κτήν- σι, τὸν αὐτομάτως βλαστῶντα χόρτον. Δύναται δὲ κ ἀμφότερα ἥ τε χλόη καὶ ὁ χόρτος, ὁμοῦ καὶ τοῖς κτ- νεσι καὶ τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων δεδόσθαι. Οὔτε ἐ θηρίων ἐν τούτοις, οὔτε ἑρπετῶν ἐμνημόνευσε, διὰ τὸ ἑτέρᾳ κεχρῆσθαι ταῦτα τροφῇ· τὰ μὲν γάρ ἐστι σα- κοβόρα· τὰ δὲ ἑρπετὰ, αὐτῇ τῇ γῇ κέχρηται τροφῇ

Animadverte porro sermonem hunc circuitione uti, ac manifestiora quidem leviter tangere, iis vero insistere quibus multi contradicunt, neque abstinere ab irrationabilibus, nec ab usu ministerioque eorum. Id vero duplici de causa agit; alia est, ut ex abundanti impudentiam illorum refrenet, qui dicunt aliquid in mundo supervacaneum et inutile exsistere; alia vero, ut ostendat quanta sit Deo de hominibus sollicitudo, quando de iis quæ eorum causa condita sunt tantam habet rationem. Quid huic curæ par esse possit, quandoquidem ea quæ nobis serviunt ita nutrit, nec patitur ut in omnibus gravemur? Neque enim hominem deservit, nec laboribus ipsum gravat, vario illum salutis genere donans. Hic juvat eum, qui congeneres nostros servitute opprimit, sic alloqui : una hominum servitus sunt irrationabilia, tu vero hæc despicis : quare naturam a servitute et dominatione scindens, id effecisti, ut sibi ipsa serviret et dominaretur. Eum qui ad similitudinem Dei factus est, quis vendidit, quis emit, cum id solus Deus possit efficere; imo vero nec ipse Deus, nam dona ejus sunt sine pœnitentia? Quod si Deus id quod liberum est non redigit in servitutem, quis potentiam suam potentiæ Dei præponat? Cæterum sat oneris imponitur iis, qui liberi sunt, quod serviant, tantaque in pulvere sit differentia, ut alius imperet, aliis imperetur. At neque jugum, neque supplicium primo peccato nostro destinatum, aggravandum est. Producit autem in his supernaturalibus altissimisque sermonibus suis, qui montes sunt, fenum : quem cibum irrationabiliores ferre valeant. Est autem fenum in hisce montibus positum, sermo de sensibilibus et littera Scripturæ; imo etiam sermo moralis, quem multitudo quoque percipere valebit, dicentibus singulis, *Dominus pascit me, et nihil mihi deerit : in loco pascuæ ibi me collocavit, super aquam refectionis educavit me*[38]. Qui autem hujusmodi statum transcenderunt cum non in servitute hominum versentur, sed homines facti sint, singuli ite-

B Ὅρα δὲ κύκλῳ περιιόντα τὸν λόγον καὶ τὰ σα- στερα παρατρέχοντα, ἐμφιλοχωροῦντα δὲ τοῖς πα- τῶν πολλῶν ἀντιλεγομένοις, καὶ τῶν ἀλόγων οὐκ ἀφ- στάμενον, καὶ τῆς χρείας αὐτῶν καὶ τῆς ὑπηρεσίας. Ποιεῖ δὲ τοῦτο διὰ δύο ταῦτα· δι' ἓν μέν, ἵνα ἐκ π- ριουσίας ἐπιστομίσῃ τὴν ἀναισχυντίαν τῶν λεγόντω εἶναί τι περιττὸν ἐν τῷ κόσμῳ καὶ ἄχρηστον· δι' ἕτε- ρον δὲ, ἵνα δείξῃ ὅση τῷ Θεῷ τῶν ἀνθρώπων ἡ κη- δεμονία, ὅπου γε τῶν δι' ἐκείνους γενομένων τοσοῦ- τον ποιεῖται λόγον. Τί ταύτης ἴσον γένοιτ' ἂν τῆς κη- δεμονίας, ὅταν καὶ τὰ δουλεύοντα ἡμῖν οὕτω τρέφῃ, καὶ μὴ συγχωρῇ πονεῖσθαι περὶ πάντα; Οὔτε γὰρ εἴασε τὸν ἄνθρωπον, οὔτε βαρύνει τοῖς πόνοις αὐτὸν, ποικίλλων αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν. Ἐνταῦθα καλὸν εἰπεῖν πρὸς τὸν τοὺς ὁμογενεῖς καταδουλούμενον· μία δου- C λεία τῶν ἀνθρώπων τὰ ἄλογα· σὺ δὲ ταῦτα ὀλιγωρεῖς διὸ τὴν φύσιν δουλείας καὶ κυριότητος σχίσας αὐτὴν ἑαυτῇ δουλεύειν καὶ ἑαυτῇ κυριεύειν ἐποίησας. Τὸν καθ' ὁμοιότητα Θεοῦ ὄντα καὶ πάσης γῆς ἄρχοντα τίς ὁ ἀπεμπολῶν; τίς ὁ ὠνούμενος; μόνου Θεοῦ τὸ δυνη- θῆναι τοῦτο, μᾶλλον δὲ οὐδὲ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ· ἀμε- ταμέλητα γὰρ αὐτοῦ τὰ χαρίσματα. Εἰ δὲ ὁ Θεὸς οὐ δουλοῖ τὸ ἐλεύθερον, τίς ὁ ὑπερτιθεὶς τοῦ Θεοῦ τὴν ἑαυτοῦ δυναστείαν; Πλὴν ἀρκεῖ δουλεύειν τοῖς ἐλευ- θέροις, καὶ τοσοῦτον εἶναι τὸ διάφορον, ὥστε τοῦ αὐ- τοῦ χοὸς τὸ μὲν κρατεῖν, τὰ δὲ ἄρχεσθαι. Μὴ βαρυ- νέσθω δὲ ὁ ζυγὸς, μηδὲ τῆς πρώτης ἡμῶν ἁμαρτίας τὸ ἐπιτίμιον. Ἐξανατέλλει δὲ ἐν τούτοις ὑπερφυέσι καὶ ὑψηλοτάτοις λόγοις αὐτοῦ ὄρεσιν οὗσι χόρτον· ὃν D φέρεσθαι τροφὴν οἷοί τέ εἰσιν οἱ ἀλογώτεροι. Ἔστι δὲ ὁ ἐν τούτοις τοῖς ὄρεσι χόρτος ὁ περὶ τῶν αἰσθητῶν λόγος καὶ τὸ γράμμα τῆς Γραφῆς· ἀλλὰ καὶ ὁ ἠθικώ- τερος, οὗ μεταλαβεῖν καὶ οἱ πολλοὶ δυνήσονται, ἑκά- στου τῶν τοιούτων λέγοντος· *Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει· εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν· ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέ- θρεψέ με.* Ὑπερβάντες δέ ποτε τὴν τοιαύτην κατά- στασιν, οὐκέτι ἐν δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων ὄντες, ἀλλ' ἄνθρωποι γεγενημένοι, ἐροῦσι πάλιν ἕκαστος· *Ἡτοί- μασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν ἐξεναντίας τῶν θλι-*

[38] Psal. XXII, 1, 2.

Ὄντων με· ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου, καὶ τὸ ποτήριόν μου μεθύσκον ὡς κράτιστον. Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξεταί με πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, καὶ τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου εἰς μακρότητα ἡμερῶν.

Τοῦ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς, καὶ οἶνος εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου· τοῦ ἱλαρῦναι πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ, καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει. Ἄξιον ἐνταῦθα ζητῆσαι τίνος χάριν εἰπὼν ὁ Δαυὶδ, ὁ ἐξανατέλλων χόρτον τοῖς κτήνεσιν, ἐπήγαγε· *Τοῦ ἐξαγαγεῖν ἄρτον ἐκ τῆς γῆς*, ἀπὸ τοῦ σίτου δηλαδὴ κατασκευαζόμενον. Τί ποτέ ἐστιν ὅπερ αἰνίξασθαι βούλεται; Ὅτι τὸ αὐτὸ σπέρμα κοινὴ γίνεται ἐδωδὴ καὶ ἀλόγοις καὶ ἀνθρώποις, οὐ κατὰ τὸ αὐτό. Καὶ τοῦτο δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας. Σκόπει δέ· Καταβάλλεται σῖτος, τέως μὲν ἀνθρώπων ἐστὶ τροφὴ μόνον· ἐπειδὰν δὲ βλαστάνῃ, ἄνεισι καὶ τὴν τῶν ἀλόγων ἔχων τροφήν. Ὥσπερ γὰρ αὐτὸ τὸ εἶναι δι' ἡμᾶς ἔλαβε τὰ ζῶα, οὕτω καὶ ἡ τροφὴ αὐτῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας τροφῆς ἔχει τὴν ἀρχήν. Ἡ γὰρ χλόη διὰ τοῦτο προηγουμένως γέγονεν, ἵνα τὸν σῖτον διατηρῇ. Εἶδες οὖν τὰ ἄλογα οὐ μόνον ἡμῖν δουλεύοντα, ἀλλὰ καὶ τὴν τροφὴν τῶν ἀλόγων τῇ ἡμετέρᾳ τροφῇ ὑπηρετουμένην, καὶ τῇ τάξει πάλιν τὸ αὐτὸ τοῦτο μιμουμένην. Ὥσπερ γὰρ πρότερον ἄλογα, καὶ τότε ἄνθρωπος, ἐπειδὴ διὰ τὸν ἄνθρωπον τὰ ἄλογα· οὕτω καὶ πρῶτον χλόη, καὶ τότε σῖτος ἐν τῇ βλάστῃ, ἐπειδὴ διὰ τὸν σῖτον ἡ χλόη. *Καὶ οἶνος εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου.* Οὐ πᾶς, ἢ μόνος ὁ τὴν γένεσιν ἔχων ἐκ τοῦ εἰπόντος· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή.* Ἀλλ' ἐπεὶ τὰ αἰσθητὰ πάντα γῆ διὰ τὸ ὑλικὸν ὀνομάζεται, εἰς τοῦτον δὲ λαβεῖν ἐστι λόγον ἀναβιβάζοντα διά τινος ἀναλογίας ἐπὶ τὰ νοητά· καὶ οὗτος ὁ λόγος ἄρτος ἐστὶν ἐκ τῆς γῆς ἐξαγόμενος, ἐπὶ τὸ τρέφειν τὸν ἔνδον καὶ ἐν κρυπτῷ ἄνθρωπον, καὶ ἀπὸ τῶν σωματικῶν δὲ τῆς γραφῆς διηγημάτων διὰ τὸ ἱστορικὸν γῆ εἰρημένον. Ἄρτος ἐξαγόμενος ὁ μυστικός ἐστι λόγος. *Τοῦ ἐξιλαρῦναι πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ, καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει.* Ἱλαρύνεται δὲ καὶ φαιδρύνεται τὸ πρόσωπον τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ἐλαίῳ τῷ θρεπτικῷ τοῦ θείου φωτὸς, καὶ λύοντι τὰς νόσους καὶ τοὺς πόνους τῆς ψυχῆς, ἐπινοίᾳ μόνῃ διαφέρον τοῦ ἀποδοθέντος οἴνου. Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ λόγος ὥσπερ ἄμπελος, οὕτω καὶ ἐλαία ἐστίν· Ἐγὼ, φησὶν, *ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ.* Ἡ γὰρ αὐτοῦ διδασκαλία κατὰ διάφορον σχέσιν οἴνός τε καὶ ἔλαιόν ἐστι καὶ ἄρτος.

Χορτασθήσεται τὰ ξύλα τοῦ πεδίου, αἱ κέδροι τοῦ Λιβάνου ἃς ἐφύτευσας· ἐκεῖ στρουθία ἐννοσσεύσουσι. Τοῦ ἐρωδιοῦ ἡ οἰκία ἡγεῖται αὐτῶν· ὄρη τὰ ὑψηλὰ ταῖς ἐλάφοις, πέτρα καταφυγὴ τοῖς χοιρογρυλλίοις. Ὁ Ἑβραῖος καὶ οἱ λοιποὶ, *ξύλα τοῦ Κυρίου*, τεθείκασι. Διεξελθὼν τὰ κάρπιμα, ἀναγκαίως μνημονεύει καὶ τῶν ἀκάρπων, ὡς ἀναγκαίαν ἀνθρώποις καὶ αὐτῶν παρεχόντων χρείαν. Διὰ τοῦτο καὶ Κυρίου αὐτὰ προσηγόρευσεν, ὡς αὐτόrum dicent : *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me; impinguasti in oleo caput meum, et calix meus inebrians, quam præclarus est. Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ, et ut inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum*[59].

Ut educas panem de terra, et vinum lætificat cor hominis; ut exhilaret faciem in oleo, et panis cor hominis confirmat. Hic opportune quæratur, qua de causa cum dixisset David : *Producens fenum jumentis*; subjunxerit, *Ut educas panem de terra*, ex frumento nempe confectum. Quid autem est quod insinuare vult? Idem scilicet semen communem escam esse tam brutis quam hominibus, sed non eadem ratione. Atque illud Dei sapientiæ fuit. Et vero id animadvertas velim : spargitur frumentum, atque hactenus quidem hominum est cibus; cum autem germinaverit, exsurgit, brutorum quoque alimentum proferens. Quemadmodum enim animalia id nostri causa acceperunt quod exsistant, ita et esca illorum a nostra initium habet. Nam herba ideo maxime producitur, ut frumentum conservet. Vides igitur non solum bruta nobis famulari, verum etiam cibum eorum cibo nostro servire, atque eodem ordine et ratione id ipsum agere. Quemadmodum enim prius bruta, deinde homo, quia propter hominem bruta; sic primo herba, mox frumentum in germine, quia propter frumentum herba. *Et vinum lætificat cor hominis* : non omne vinum, sed illud solum quod ortum habet ab eo qui dicit : *Ego sum vitis vera*[60]. Sed quia sensilia omnia ob materiam terra vocantur, atque de illo accipiendus sermo est, qui quadam ratione et proportione ad spiritualia deinde erigit; hic quoque sermo panis est de terra eductus, ut interiorem et occultum hominem nutriat : atque a corporeis Scripturæ narrationibus, ob naturalem historiæ rationem, terra dicitur. Panis quippe eductus, est mysticus sermo. *Ut exhilaret faciem in oleo, et panis cor hominis confirmat.* Exhilaratur porro ac illustratur interioris hominis facies oleo, quod divinam alit lucem, ac morbos laboresque animæ solvit, solaque intelligendi ratione a memorato vino differt. Dei quippe verbum, ut vitis, ita et oliva est. *Ego*, inquit, *sicut oliva fructifera in domo Dei*[61]. Nam ejus doctrina secundum diversam rationem, et vinum et oleum et panis est.

Vers. 16-18. *Saturabuntur ligna campi, cedri Libani, quas plantasti, illic passeres nidificabunt. Erudii domus dux est eorum : montes excelsi cervis, petra refugium herinaciis.* Hebraicum exemplar et reliqui interpretes, *ligna Domini*, habent. Cum fructifera recensuisset, necessario etiam fructu carentia memorat, utpote quæ hominibus ad usum necessaria sint. Ideoque ipsa Domini nuncupavit, ut sponte nascentia, neque manu culta; sed divino

[59] Psal. xxii, 5-7. [60] Joan. xv, 1. [61] Psal. li, 10.

verbo germinantia. *Cedri Libani quas plantasti.* Pulchre cedrorum plantationem Deo ascripsit, quia sine ulla humana cura in tantam celsitudinem excreverunt. Non enim lignarius aliquis earum cultor fuit ; sed divinum verbum montium cacumina his opaca fecit. Quod si ipse plantaverit, sane utiles sunt : optima quippe sunt quæcunque Deus effecit. Cum porro Libani tanquam celeberrimi mentionem fecit, necnon cedrorum ejus, alios etiam montes et arbores his significavit. *Illic passeres nidificabunt. Erodii domus dux est eorum.* Aquila sic habet : *Illic aves nidificabunt. Erodio abietes domus ipsi.* Nam hæ ipsæ arbores alium quidem hominibus, alium vero avibus usum præbent.

φυᾶ καὶ οὐ χειρόκμητα, ἀλλὰ τῷ θείῳ λόγῳ βλαστησαντα. Αἱ *κέδροι τοῦ Λιβάνου ἃς ἐφύτευσας.* Καλῶς τῷ Θεῷ προσέγραψε τῶν κέδρων τὴν φυτείαν ὅτι ἐκτὸς ἀνθρωπίνης ἐπιμελείας ἐπὶ τοσοῦτον ηὐξήθησαν. Οὐ γὰρ ἀλσοκόμος τις τούτων γέγονε φυτουργός· ἀλλ' ὁ θεῖος Λόγος, ἀμφιλαφεῖς τὰς τῶν ὀρέων εἰργάσατο κορυφάς. Εἰ δὲ αὐτὸς ἐφύτευσε, πάντως ὅτι χρήσιμα· *πάντα* γὰρ ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς, καλὰ λίαν. Τοῦ μὲν Λιβάνου ὡς ἐπισήμου μνημονεύσας καὶ τῶν ἐν αὐτῷ κέδρων, καὶ τὰ ἄλλα ὄρη καὶ δένδρα διὰ τούτων ἐδήλωσεν. *Ἐκεῖ στρουθία ἐννοσεύσουσι. Τοῦ ἐρωδιοῦ ἡ οἰκία ἡγεῖται αὐτῶν.* Ὁ Ἀκύλας οὕτως ἔχει· *Ἐκεῖ ὄρνεα νοσσεύσουσι. Ἐρωδιῷ ἐλάται οἶκος αὐτῷ.* Τὰ γὰρ αὐτὰ δένδρα ἄλλην μὲν ἀνθρώποις χρείαν, ἄλλην δὲ τοῖς ὀρνέοις παρέχει.

VERS. 7-9. *Suscitans de terra inopem et de stercore erigens pauperem, ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui; qui habitare facit sterilem in domo, matrem de filiis lætantem.* Virtutem Dei pro voluntate sua quælibet commutantem celebrat. Non solum enim, inquit, pauperem divitiis et gloria afficit, sed etiam cum principibus populi collocat, et ad imperium evehit. Magnæ quippe et inenarrabilis virtutis est parva erigere. Potest item hic versus de populo ex gentibus dici : de quo ait propheta : *Et propterea benedicet tibi populus pauper, et civitates hominum injuria affectorum benedicent tibi. Fuisti enim omni civitati humili adjutor, et iis qui animo deficiebant propter indigentiam, tegumentum : ab hominibus malignis erues eos : tegumentum sitientium, et spiritus hominum injuria affectorum*[19]. Hunc enim pauperem et populum egenum a vilibus rebus, a dedecore turbulentorum animi motuum, et a stercore gentilitiarum abominationum erigens, sedere faciet cum principibus Israelis, qui populus ejus est. Sunt autem apostoli principes vel patriarchæ Hebraicæ gentis : quibuscum habitabunt quotquot ex gentibus crediderunt. Idipsumque dicit Dominus : *Multi venient ab oriente et occidente, et recumbent cum Abraham, Isaac et Jacob in regno cœlorum*[1]. Est itaque sermo ille universalis. Quod si quis illum anagogico more excipere velit, is deprehendet hoc ipsum in adventu Christi factum esse. Quid enim natura nostra egentius? Attamen illam excitavit primitiasque nostras extulit, atque in altissimum cœlum sedere fecit. Stercus autem hoc loco dicit vilitatem illam, et repentinam, quæ inde facta est, mutationem, omnia ipsi facilia et pervia esse declarans. Hæc et beata Anna, hymnum in gratiarum actionem Deo offerens, dicit : *Dominus pauperem facit, et ditat; humiliat, et erigit; suscitat de terra inopem, et de stercore erigit pauperem, ut sedere faciat cum optimatibus populi, et thronum gloriæ in hæreditatem ipsis tribuens*[2]. Hæc porro videmus

B *Ὁ ἐγείρων ἀπὸ γῆς πτωχὸν, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἀνυψῶν πένητα, τοῦ καθίσαι αὐτὸν μετὰ ἀρχόντων μετὰ ἀρχόντων λαοῦ αὐτοῦ· ὁ κατοικίζων στεραν ἐν οἴκῳ, μητέρα ἐπὶ τέκνοις εὐφραινομένῳ.* Ὑμνεῖ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ, ῥᾳδίως μεταβάλλασαν ἃ βούλεται. Οὐ μόνον γὰρ, φησὶ, πλουτίζει τὰ πένητα καὶ δοξάζει, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄρχουσι τοῦ λαοῦ συγκαθίστησι, καὶ εἰς ἀρχὴν ἀνάγει. Μεγάλης γὰ δυνάμεως καὶ ἀφάτου τὸ τὰ μικρὰ ἐπαίρειν. Δύνατ δὲ ὁ στίχος καὶ περὶ τοῦ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν λαοῦ λέγ σθαι, περὶ οὗ φησιν ὁ προφήτης· *Καὶ διὰ τοῦτο εὐλ γήσει σε ὁ λαὸς ὁ πτωχὸς, καὶ πόλεις ἀνθρώπω ἀδικουμένων εὐλογήσουσί σε. Ἐγένου γὰρ πάσ πόλει ταπεινῇ βοηθὸς, καὶ τοῖς ἀθυμήσασι δι' ἔν δειαν σκέπη· ἀπὸ ἀνθρώπων πονηρῶν ῥύσῃ αὐτούς* C *σκέπη διψώντων, καὶ πνεῦμα ἀνθρώπων ἀδικουμέ νων.* Τοῦτον γὰρ τὸν πτωχὸν καὶ πένητα λαὸν, ἀπὸ τῶ χαμαιζήλων πραγμάτων ἐγείρας, καὶ τῆς ἀτιμίας τῶν παθῶν καὶ τῆς κοπρίας τῶν Ἑλληνικῶν μυσαγμάτων, καθίσει μετὰ τῶν ἀρχόντων τοῦ Ἰσραὴλ, ὄντος λαοῦ αὐτοῦ. Εἰσὶ δὲ οἱ ἀπόστολοι ἄρχοντες τοῦ Ἑβραίων λαοῦ, ἢ καὶ οἱ πατριάρχαι, μεθ' ὧν κατασκηνώσουσιν οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες. Καὶ τοῦτό φησιν ὁ Κύριος· *Πολλοὶ ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.* Ἔστι μὲν οὖν ὁ λόγος καθολικός. Εἰ δέ τις καὶ κατὰ ἀναγωγὴν αὐτὸν βουληθείη, ὄψεται τοῦτο πάλιν ἐπὶ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ γενόμενον. Τί γὰρ τῆς ἡμετέρας φύσεως πτωχότερον; Ἀλλ' ὅμως αὐτὴν D ἤγειρε καὶ ἀνήγαγε τὴν ἀπαρχὴν ἡμῶν, καὶ εἰς οὐρανὸν ἐκάθισε τὸν ὑψηλότερον. Κοπρίαν δὲ ἐνταῦθα τὸ εὐτελὲς λέγει, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀθρόον γενομένην μεταβολὴν, δεικνὺς ὅτι πάντα αὐτῷ ῥᾴδια καὶ εὔκολα. Ταῦτα δὲ καὶ ἡ μακαρία Ἄννα εἴρηκε, τὸν χαριστήριον ὕμνον προσφέρουσα τῷ Θεῷ· *Κύριος πτωχίζει καὶ πλουτίζει, ταπεινοῖ καὶ ἀνυψοῖ, ἀνιστᾷ ἀπὸ γῆς πένητα, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἐγείρει πτωχὸν, καθίσαι μετὰ δυναστῶν λαοῦ, καὶ θρόνον δόξης κατακληρονομῶν αὐτοῖς.* Ὁρῶμεν

[19] Isa. xxxv, 3, 4. [1] Matth. viii, 11. [2] I Reg. ii, 7, 8.

αὐτῷ

Ἐ
ἐκ λι
τοῦ,
τὰς
σίας
καὶ τ
δὲ κ
καὶ τ
θάνο
ὄντα,
θήκη
Ἀκ
Ἐκ
δαία
Πάλ
πορ
μόρ
οἰκο
τὸ
χάρ
ἀνα
Κυ
ὑψη

ἐστ
κρ
ἐσ
ὅτ
τή
χρ
γῆ
το
τα
ὃ
ἀπ
ἐξ
τα
Κ
σ
π
μ
ρ

gentium et Dei gratia in universum hominum orbem effundenda esset, necesse prorsus erat simulacra gentium a sæculo stabilita, commotionem et concussionem pati, et dæmones in ipsis habitantes fugere, ut populus ex gentibus per totum orbem Deo nasceretur.

τοὺς ἐν αὐτοῖς δαίμονας φυγεῖν, ἵνα τῷ Θεῷ γεννηθῇ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ὁ ἐξ ἐθνῶν λαός.

Vers. 1-4 (1). *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam : super misericordia tua et veritate tua, nequando dicant gentes : Ubi est Deus eorum ? Deus autem noster in cœlo et in terra, omnia quæcunque voluit fecit. Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum.* Hic mihi videtur Spiritus sanctus populi ex circumcisione abjectionem subindicare, atque orationes ipsis tradere ad confitendum, hæcque verba ex ipsorum persona proferre ; queis declarat ipsos virtutem sibi prospicientem non ulterius habere : hisque instituuntur ad obsecrandum et dicendum : Nos quidem indigni sumus gratia, qua donantur omnes gentes : at ne nobis hæc facias, Domine ; sed propter nomen tuum quod ab initio invocatum est super nos, neque ex justitiis nostris, sed ex misericordia et veritate tua id concedas. Nam si non miserearis, gentes dicent : *Ubi est Deus eorum ?* Ne vero unquam hoc dictum proferant, concede ac tribue nobis misericordiam tuam. Etiamsi enim nos inspectio tua non amplius gubernet, sed persuasum habemus te esse in cœlo, et ea facere quæ velis.

Μὴ ἡμῖν, Κύριε, μὴ ἡμῖν, ἀλλ' ἢ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν· ἐπὶ τῷ ἐλέει σου καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου, μή ποτε εἴπωσι τὰ ἔθνη, Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν ; Ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, πάντα ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησε. Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα τῶν χειρῶν ἀνθρώπων. Ἐνταῦθά μοι δοκεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον αἰνίττεσθαι τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ τὴν ἀποβολὴν, εὐχήν τε αὐτοῖς παραδιδόναι εἰς ἐξομολόγησιν, καὶ προσώπου τε αὐτῶν τὰ παρόντα φάσκειν, δι' ὧν ἐξίστανται μηκέτι ἔχοντες τὴν ἐπισκοποῦσαν αὐτοῖς θείαν δύναμιν· δι' ὧν διδάσκονται δέεσθαι καὶ παρακελεύεσθαι διὰ τοῦ λέγειν· Ἡμεῖς μὲν ἀνάξιοι τῆς χάριτος, ἣν κατηξίωνται πάντα τὰ ἔθνη· ἀλλὰ μὴ ἡμῖν ποιήσῃς, Δέσποτα· ἀλλὰ διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπικληθὲν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ μὴ ταῖς ἡμῶν δικαιοσύναις, ἀλλὰ τῷ σῷ ἐλέει χάρισαι καὶ τῇ σῇ ἀληθείᾳ. Εἰ γὰρ μὴ ἐλεήσειας, ἐροῦσι τὰ ἔθνη· Ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν ; Ἀλλ' ἵνα μή ποτε τοῦτον εἴπωσι τὸν λόγον, χάρισαι ἡμῖν καὶ δώρησαι ἔλεός σου. Κἂν γὰρ μὴ ἡμᾶς μηκέτι ἡ σὴ ἐπισκοπὴ διακυβερνᾷ, ἀλλὰ πεπεισμεθά σε εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ταῦτα ποιεῖν ἅπερ ἠβουλήθης.

Vers. 5-18. *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam : super misericordia tua et veritate tua, nequando dicant gentes : Ubi est Deus eorum ? Deus autem noster in cœlo et in terra, omnia quæcunque voluit fecit. Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum ; os habent, et non loquentur ; oculos habent, et non videbunt ; aures habent, et non audient ; nares habent, et non odorabunt ; manus habent, et non palpabunt ; pedes habent, et non ambulabunt ; non vociferabuntur in gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. Domus Israel speravit in Domino, adjutor eorum et protector eorum est. Domus Aaron speravit in Domino, adjutor eorum et protector eorum est. Qui timent Dominum speraverunt in Domino, adjutor eorum et protector eorum est. Dominus memor nostri benedixit nobis. Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron : benedixit iis qui timent Dominum, pusillis cum majoribus. Adjiciat Dominus super vos, super vos et super filios vestros. Benedicti vos a Domino, qui fecit cœlum et terram. Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Non mortui laudabunt te, Domine, neque omnes qui descendunt in infernum. Sed nos qui vivimus benedicemus Domino, ex hoc nunc et usque in sæculum.* Hi versiculi in quibusdam exemplaribus a psalmo CXIII distincti ac separati sunt ; ita ut hæc CXIV psalmum constituant. At,

Ἠκουσε τοιαῦτα, καὶ τίς ἑώρακεν οὕτως ; Εἰ δὲ γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, καὶ ἐτέχθη ἔθνος εἰσάπαξ ; Ἡ γὰρ κλήσεως τῶν ἐθνῶν καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος μελλούσης χεῖσθαι καθ' ὅλης τῆς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένης, ἀνάγκη πᾶσα ἦν τὰ ἐξ αἰῶνος ἱδρυμένα σεβάσματα τῶν ἐθνῶν σάλον καὶ κλόνον παθεῖν, καὶ

(1) Psal. CXIV, juxta Hebræos. Vid. infra apud Euseb. Edit.

ντες εἰς ᾅδου. Ἀλλ' ἡμεῖς οἱ ζῶντες εὐλογήμεν τὸν Κύριον ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶος. Διέσταλται καὶ ἰδίως ἀφώρισται τοῦ ριγ' ψαλμοῦ ἓν τισι τῶν ἀντιγράφων τὰ προκείμενα, ὥστε εἶναι ριδ' ψαλμὸν τὸν μετὰ χεῖρας. Ἐπειδὴ δὲ, ἐγκύψας αὐτῇ τῇ Ἑβραίων βίβλῳ, τοὺς αὐτῶν χαρακτῆρας συνημμένους εὗρον καὶ τὰς λέξεις, ἐπέστησα καλῶς ἀκολουθῆσαι τῇ Ἑβραίων βίβλῳ, συνάψαι τε τοῖς προτέροις τὰ προκείμενα, ὥστε εἶναι μέρος αὐτὰ τοῦ ριγ' ὕμνου. Δοκεῖ οὖν τὰ προκείμενα ἀνηρτῆσθαι τῶν προτέρων· παιδεύονται γὰρ οἱ παῖδες οἷς ἐλέγετο· Αἰνεῖτε, παῖδες, Κύριον, τουτέστιν ὁ νέος λαὸς, ποῖον Κύριον προσήκει αἰνεῖν· δῆλον δὲ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ἐν τῇ ἐξόδῳ Ἰσραὴλ τῇ ἐξ Αἰγύπτου τὰ τοσαῦτα θαυμάσια διαπραξάμενον. Ἐκείνοις οὖν ἀκολούθως οἱ αὐτοὶ διδάσκονται τοὺς πάλαι νενομισμένους αὐτῶν θεοὺς ὁποῖοί τινες ἦσαν μὴ ἀγνοεῖν, ὅτι ἄψυχοι καὶ πάσης αἰσθήσεως ἐστερημένοι, ὅτι νεκρὰ, καὶ κωφὰ καὶ τυφλὰ εἴδωλα, οὐδὲν ὅμοιον ἔχοντα, οὐ φημὶ τῷ μεγάλῳ καὶ παραδοξοποιῷ ποιητῇ τῶν ὅλων, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐσχάτοις τῶν ἐμψύχων, οἷς οὐκ ἔνεστιν αἰσθήσεως· πάντη δὲ ἄψυχος ὕλη καθέστηκεν. Κἀκεῖνα μὲν, λέγω δὴ τὰ ἔμψυχα ζῶα, Θεοῦ Λόγῳ συνέστηκεν· οἱ δὲ τῶν ἐθνῶν νενομισμένοι θεοὶ ἀνθρωπίνων ἔργων ἀναπλάσματα τυγχάνουσιν.

A cum inspecto Hebræorum libro, eorum dictiones et characteres conjunctos esse repererim, Hebræorum librum sequendum esse, atque prioribus hæc conjungenda esse æstimavi, ita ut hæc pars sint centesimi decimi tertii hymni. Videntur itaque hæc præcedentibus cohærere. Nam pueri illi, quibus dictum est, *Laudate, pueri, Dominum*, id est, novus populus, edocentur quem Dominum laudare par sit. Palam autem est eum ipsum esse, qui in exitu Israel de Ægypto tanta miracula edidit. Consequenter igitur ad illa edocentur ipsi, ne ignorent quinam fuerint illi ab se olim dii existimati, quod scilicet anima omnique sensu caruerint, fuerintque mortua, muta et cæca idola, nihil simile habentia, non dico magno et mirabilium editori, omnium opifici, sed B ne vel postremis eorum quæ anima et sensu prædita sunt : sed inanimata prorsus materia fuerint. Et illa quidem, animalia inquam animata, Dei Verbo constiterunt : at illi gentium dii, ut putabantur, humanorum operum figmenta sunt.

ΑΛΛΗΛΟΥΙΑ. ΡΙΔ'.

Ἠγάπησα, ὅτι εἰσακούσεται Κύριος τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου, ὅτι ἔκλινε τὸ οὖς αὐτοῦ ἐμοὶ, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις μου ἐπικαλέσομαι. Ὁ πάλαι φοβούμενος τὸν Κύριον, ἤδη προκόψας ἀπὸ τοῦ φόβου, καὶ μεταβὰς ἐπὶ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, εἴποι ἂν, *Ἠγάπησα*· τίνα δὲ, ἢ δηλαδὴ Κύριον τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ δυνάμεως καὶ ψυχῆς, ὥστε ἕνεκεν αὐτοῦ καὶ μέχρι θανάτου ἀγωνίζεσθαι ὑπὲρ ἀληθείας, πάντα τε ὑπομεῖναι πειρασμὸν, καὶ πάντα κίνδυνον ὑποστῆναι προθύμως διὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην; *Ὅτι ἔκλινε τὸ οὖς αὐτοῦ ἐμοὶ, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις μου ἐπικαλέσομαι. Περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου, κίνδυνοι ᾅδου εὑροσάν με· θλῖψιν καὶ ὀδύνην εὗρον, καὶ τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπεκαλεσάμην. Ὦ Κύριε, ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου· ἐλεήμων καὶ δίκαιος ὁ Κύριος, καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐλεεῖ. Φυλάσσων τὰ νήπια ὁ Κύριος, ἐταπεινώθην, καὶ ἔσωσέ με. Ἐπίστρεψον, ψυχή μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι Κύριος εὐηργέτησέ σε· ὅτι ἐξείλετο τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου, τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος.* Πάντα γὰρ ταῦτα, φησὶ, διὰ τὸν Θεὸν ὑπομείνας ἠγάπησα. Οὐ γὰρ παρὰ προαίρεσιν, οὔτε φεύγων, προθύμως δὲ ἐμαυτὸν τούτοις ἅπασιν ἐπιδιδοὺς, ἔστερξα διὰ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπην· ὡς δύνασθαι λέγειν· *Ἕνεκέν σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν.* Πάντα γὰρ ταῦτα ἠγάπησα διὰ τὸν Κύριον, καὶ ἀγαπήσας τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπεκαλεσάμην.

ALLELUIA. CXIV.

VERS. 1, 2. *Dilexi quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ, quia inclinavit aurem suam mihi, et in diebus meis invocabo.* Qui olim Dominum timebat, jam a timore profectus, et ad dilectionem Dei transgressus, jure dixerit, *Dilexi :* quem porro, nisi Dominum Deum, ex toto corde, virtute atque anima; C ita ut propter ipsum, vel ad mortem usque concertet pro veritate, ac quamvis tentationem sustineat, quodvis periculum alacriter præ Dei amore subeat? — VERS. 3-8. *Quia inclinavit aurem suam mihi, et in diebus meis invocabo. Circumdederunt me dolores mortis, pericula inferni invenerunt me. Tribulationem et dolorem inveni, et nomen Domini invocavi. O Domine, libera animam meam, misericors et justus Dominus, et Deus noster miseretur. Custodiens parvulos Dominus, humiliatus sum, et salvabit me. Convertere, anima mea, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu.* Hæc, inquit, omnia propter Deum perpessus dilexi illum. Non enim præter voluntatem, neque refu- D giendo, sed alacriter me his omnibus tradidi, et hæc amplexus sum propter amorem Dei; ita ut dicere valeamus : *Propter te mortificamur tota die*[1]. Hæc quippe omnia dilexi propter Dominum; ac cum diligerem, nomen Domini invocavi.

Εὐαρεστήσω ἐνώπιον Κυρίου ἐν χώρᾳ ζώντων. Ὁ κόσμος οὗτος αὐτός τέ ἐστι θνητὸς, καὶ χωρίον ἀποθνησκόντων ἐστίν. Ἐπειδὴ γὰρ σύνθετός ἐστι τῶν ὁρωμένων ἡ σύστασις· τὸ δὲ σύνθετον ἅπαν διαλύεσθαι πέφυκεν· ἐν τῷ κόσμῳ ὄντες, μέρος ὄντες τοῦ

VERS. 9. *Placebo coram Domino in regione viventium.* Hic mundus vere et ipse mortalis, et morientium locus est. Quia enim rerum visibilium constitutio composita est, omne vero compositum solvitur; cum in mundo et pars mundi simus, ne-

[1] Psal. XLIII, 22.

cessario naturæ universi consortes sumus; at illic non est immutatio vel corporis vel animæ. Neque enim est cogitationis aberratio, neque sententiæ variatio, cum nulla calamitas pacatum tranquillumque cogitationum ordinem auferat. Illa item est regio viventium, ubi se maxime Deo placiturum propheta prænuntiat; ut qui a nullo extraneo ex numero viventium abscindendus sit. Illa regio est, in qua neque nox, neque somnus, mortis imago, neque cibus, neque potus, infirmitatis nostræ fulcimenta, nec quidpiam eorum quæ extrinsecus molestiam creant; sed regio viventium, nec per peccatum morientium; at vera vita viventium in Christo Jesu.

A κόσμου, ἀναγκαίως τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ἐπαλλ-
μεν· ἐκεῖ δὲ οὐκ ἔστιν ἀλλοίωσις, οὔτε σώματος, τ-
ψυχῆς. Οὐδὲ γάρ ἐστι λογισμοῦ παραπροπή, οὐδὲ
τάθεσις γνώμης, οὐδεμιᾶς περιστάσεως τὸ εὐστ-
καὶ ἀτάραχον τῶν λογισμῶν ἀφαιρουμένης. Κ-
ἐστὶν ἐκείνη τῶν ἔτι ζώντων, ἐν ᾗ μάλιστα εὐαρ-
στήσειν τῷ Θεῷ ὁ προφήτης κατεπαγγέλλεται, κ
ὑπ' οὐδενὸς μέλλων τῶν ἔξωθεν διακόπτεσθαι ζώντ-
Ἐκείνη χώρα ἐν ᾗ οὐκ ἔνι νύξ, οὐκ ἔνι ὕπνος τ-
θανάτου μίμημα, οὐκ ἔνι βρῶσις, οὐκ ἔνι πόσις τ-
ἀσθενείας ἡμῶν ὑπερείσματα, οὐ τῶν ἔξωθέν τι π-
ριστατικῶν· ἀλλὰ χώρα ζώντων, οὐκ ἀποθνησκόν-
διὰ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ ζώντων τὴν ἀληθινὴν ζω-
τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

ALLELUIA. CXV.

B

ΑΛΛΗΛΟΥΙΑ. ΡΙΕ'.

Vers. 10-12. *Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. Ego autem dixi in excessu meo: Omnis homo mendax. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* In Hebraico exemplari hæc cum præcedentibus conjuncta sunt, ita ut horum sententia cum præmissis cohæreat, et pars eorum sit. Nam cum dixisset ibi: *Convertere, anima mea, in requiem tuam;* ac rursum: *Placebo in conspectu Domini in regione viventium;* hic subjungit hæc verba: *Credidi, propter quod locutus sum.* Aliam quippe esse regionem viventium præter humanam vitam credidi, esseque item animæ requiem aliam præter terrenam habitationem. *Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. Ego autem dixi in excessu meo: Omnis homo* C *mendax.* Memetipsum humiliavi, et admodum afflixi: ita enim interpretatus Symmachus est, dicens: *Afflictus sum valde.* Id vero præstiti, quod scirem, omnem hominem esse mendacem: quare contendens ac sollicitudinem gerens, ne, utpote homo, falso de me hanc sententiam protulerim: *Placebo in conspectu Domini in regione viventium.* Ideo cum futuræ vitæ et animæ requiei, necnon regioni viventium fidem habeam, et hæc locutus sim quia credebam, ne a promissione labar, nec spe frustratus evadam, memetipsum valde humiliavi.

Ego autem dixi in excessu meo: Omnis homo mendax. Nam ratiocinia hominum miserabilia, et fallaces D cogitationes nostræ sunt; siquidem corruptibile corpus aggravat animam, et terrenum tabernaculum mentem curis gravem onerat: vixque terrena conjectare possumus, ac quæ præ manibus sunt cum labore deprehendimus. Cœlestia vero quis investigavit? Attamen ego non ut homo locutus sum; alias enim mentitus essem: sed Dei verbis ac pollicitationibus credidi.

Vers. 17. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo. Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus. O Domine, ego servus tuus, ego servus tuus et filius ancillæ tuæ. Dirupisti*

Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα, ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθ-
σφόδρα. Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Π-
ἄνθρωπος ψεύστης. Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυ-
περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; Συνῆπται τ-
ταῦτα τοῖς πρὸ αὐτῶν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ ἀντιγρά-
ὥστε ἀπηρτῆσθαι τὴν ἐν αὐτοῖς διάνοιαν τῶν προ-
λεγμένων, καὶ μέρος εἶναι αὐτῶν. Ἐπεὶ μὲν γ-
εἰρήκει· Ἐπίστρεψον, ψυχή μου, εἰς τὴν ἀ-
παυσίν σου· καὶ πάλιν· Εὐαρεστήσω ἐνώπι-
Κυρίου ἐν χώρᾳ ζώντων· ἐνταῦθα δὲ ἐπισ-
άπτει λέγων· Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα. Εἶτ-
γὰρ χώραν ζώντων ἑτέραν παρὰ τὸν ἀνθρώπινον β-
ἐπίστευσα, καὶ εἶναι τῆς ψυχῆς ἀνάπαυσιν ἑτέρ-
παρὰ τὴν ἐπὶ γῆς διατριβήν· Ἐπίστευσα, δ-
ἐλάλησα, ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθην σφόδρα. Ἐγὼ δ-
εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστ-
Ἐταπείνωσα ἐμαυτὸν, καὶ σφόδρα ἐκάκωσα· οὕτ-
γὰρ ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος εἰπών· Ἐκακώθ-
σφόδρα. Τοῦτο δὲ ἐποίησα, ἐπειδήπερ ἠπιστάμη-
ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης· διόπερ ἀγωνιῶν κ-
φροντίζων, μὴ ἄρα καὶ αὐτὸς, ὡς ἄνθρωπος ἀπ-
φηνάμενος περὶ ἐμαυτοῦ καὶ εἰπὼν· Εὐαρεστήσ-
ἐνώπιον Κυρίου ἐν χώρᾳ ζώντων, ψεύσωμαι· τ-
τοῦ χάριν πιστεύσας τῇ μελλούσῃ ζωῇ καὶ τῇ τ-
ψυχῆς ἀναπαύσει, καὶ τῇ χώρᾳ τῶν ζώντων, καὶ διὰ
τοῦ πιστεῦσαι λαλήσας ταῦτα αὐτὰ, ἵνα μήποτ-
ἐκπέσω τῆς ἐπαγγελίας, καὶ ψευσθῶ τῆς ἐλπίδ-
ἐταπείνωσα ἐμαυτὸν σφόδρα.

Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄν-
θρωπος ψεύστης. Λογισμοὶ γὰρ ἀνθρώπων δειλοὶ,
καὶ ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι ἡμῶν. Φθαρτὸν γὰρ σῶμα
βαρύνει ψυχὴν, καὶ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν
πολυφρόντιδα· καὶ μόλις εἰκάζομεν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς,
καὶ τὰ ἐν χερσὶν εὑρίσκομεν μετὰ πόνου. Τὰ δ' ἐν
οὐρανοῖς τίς ἐξιχνίασεν; Ὅμως ἐγὼ οὐχ ὡς ἄνθρωπος
ἐλάλησα· ἦ γὰρ ἂν καὶ ἐψευσάμην· ἀλλ' ἐπίστευσα
τοῖς τοῦ Θεοῦ λόγοις, καὶ ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐπαγ-
γελίαις.

Τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀντ-
απέδωκέ μοι; Ποτήριον τοῦ σωτηρίου λήψομαι, καὶ
τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπικαλέσομαι. Τὰς εὐχάς μου
τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ
αὐτοῦ· τίμιος ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν
ὁσίων αὐτοῦ. Ὦ Κύριε, ἐγὼ ὁ δοῦλος σὸς, ἐγὼ

υλος σὸς καὶ υἱὸς τῆς παιδίσκης σου. Διέρηξας τοὺς δεσμούς μου. Υἱὸν παιδίσκης φησὶν αὐτὸν, τῆς Ἐκκλησίας. Δεσμοὺς δὲ οἷς σειραῖς τῶν αὐτοῦ ἁμαρτημάτων κατεσφίγγετο. Ἐλευθερωθεὶς δὲ τῆς ἁμαρτίας, καὶ υἱὸς τῆς σῆς παιδίσκης γενόμενος τῆς Ἐκκλησίας, τῶν προτέρων ἀνέθην ἁμαρτημάτων διὰ τῆς σῆς χάριτος. *Σοὶ θύσω θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἐν ὀνόματι Κυρίου ἐπικαλέσομαι. Τὰς εὐχάς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἐν αὐλαῖς οἴκου Κυρίου, ἐν μέσῳ σου, Ἱερουσαλήμ.* Προκοπὴν σημαίνει τῷ ταῦτα λέγοντι, φημὶ δὲ τῷ ἐξ ἐθνῶν λαῷ. Τῷ γὰρ, *Σοὶ θύσω θυσίαν αἰνέσεως*, τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος, φησὶ, μεταλήψομαι, καὶ ἐν τῇ τούτων μεταλήψει τὸ ὄνομά σου ἐπικαλέσομαι, καὶ τὰς εὐχαριστηρίους εὐχάς σοι τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω ἔνδον ἐν μέσῳ τῆς ἁληθοῦς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐναντίον παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ τὰς ἐπαγγελίας ἃς ποτε ἐποιησάμην.

vincula mea. Se filium ancillæ dicit, scilicet Ecclesiæ. Vincula vero erant, quibus ceu catenis peccatorum suorum constringebatur. Liberatus autem a peccato, ac filius ancillæ tuæ, Ecclesiæ scilicet, effectus, gratia tua a pristinis peccatis liber evasi. — Vers. 18, 19. *Tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo. Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus, in atriis domus Domini, in medio tui, Jerusalem.* Profectum ejus qui talia dicit significat, id est, populi ex gentibus. Per illud enim : *Tibi sacrificabo hostiam laudis*, corpori et sanguini communicabo, ait, et in horum communione nomen tuum invocabo, ac vota gratiarum actionis tibi Domino intus in medio veræ Jerusalem et in conspectu omnis populi reddam, necnon promissiones, quas aliquando feceram.

ΑΛΛΗΛΟΥΙΑ. ΡΙϚ'.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, πάντα τὰ ἔθνη, ἐπαινέσατε αὐτὸν, πάντες οἱ λαοί· ὅτι ἐκραταιώθη τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἡ ἀλήθεια τοῦ Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα. Ἀνακαλεῖται τοίνυν ὁ λόγος ἐπὶ τὸν ὕμνον τοῦ Θεοῦ πάντα τὰ ἀλλογενῆ καὶ ἀλλόφυλα ἔθνη· εἶτα ἀποδιαστείλας τῶν ἐθνῶν τοὺς λαοὺς ἐπιλέγει· *Ἐπαινεσάτωσαν αὐτὸν πάντες οἱ λαοί.* Νοήσεις δὲ τὴν διαφορὰν ἐπιστήσας τῇ προφητείᾳ τῇ λεγούσῃ παρὰ τῷ Ζαχαρίᾳ· *Χαῖρε καὶ εὐφραίνου, θύγατερ Σιών· ἰδοὺ ἐγὼ ἔρχομαι καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ σου, λέγει Κύριος. Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαὸν, κἀγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν.* Τέως μὲν γὰρ ἔθνη τυγχάνοντα, οὔπω λαὸς ἦν αὐτοῦ, μεταβαλόντα δὲ τοῦ προτέρου βίου, καὶ μετασχόντα τῶν τοῦ Θεοῦ μυστηρίων δι' ἀναγεννήσεως καὶ λουτροῦ παλιγγενεσίας, γίνονται αὐτοῦ λαοί. Ὁ δὴ εἰσέτι καὶ νῦν πληροῦται καθ' ὅλης τῆς τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένης, μυριάνδρων λαῶν ὥσπερ κατὰ χοροὺς ἱσταμένων καὶ τὸν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν Θεὸν ὑμνούντων, καὶ τὰ αὐτὰ ἀναγνώσματα, μαθήματά τε καὶ δόγματα διδασκομένων. Ταῦτα γοῦν ὀφθαλμοῖς ὁρώμενα, οὐκ ἄλλως ἢ διὰ μόνης τῆς σωτηρίου δυνάμεως καθ' ὅλης συνέστη τῆς τῶν ἐθνῶν οἰκουμένης.

ALLELUIA. CXVI.

Vers. 1, 2. *Laudate Dominum, omnes gentes, laudate eum, omnes populi : quoniam confirmata est super nos misericordia ejus, et veritas Domini manet in æternum.* Hic itaque sermo gentes omnes alienigenas et peregrinas ad laudem Dei provocat ; deindeque a gentibus populos distinguens ait : *Laudent eum omnes populi.* Discrimen autem intelliges, si attenderis prophetiæ apud Zachariam dicenti : *Gaude et exsulta, filia Sion : ecce ego venio et habitabo in medio tui, dicit Dominus. Et confugient gentes multæ ad Dominum, et erunt ei in populum, et ego ero eis in Deum*[a]. Quandiu enim gentes erant, nondum erant populus ejus ; a priori autem vita conversæ, ac per lavacrum regenerationis mysteriorum Dei participes effectæ, ejus populi evadunt. Quod ad hanc usque diem per universum orbem impletur, cum infiniti populi, quasi in choro distributi, Deum prophetarum, qui penes Hebræos erant, hymnis celebrent, atque easdem lectiones, disciplinas et dogmata edoceantur. Hæc igitur, quæ ipsis oculis conspicimus, non aliter, quam per solam Salvatoris virtutem in toto gentium orbe constituta sunt.

ΑΛΛΗΛΟΥΙΑ. ΡΙΖ'.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Εἰπάτω δὴ ὁ οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ· εἰπάτω δὴ οἶκος Ἀαρὼν, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Εἰπάτωσαν δὴ πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Καὶ ἐν τοῖς προκειμένοις, τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη χυθείσης, ὧν ἐθνῶν μέρος τι ἦν καὶ ὁ ἐκ περιτομῆς λαὸς, καὶ μέρος τὸ πρώτιστον, εἰκότως πρώτους αὐτοὺς ὁ λόγος ἐπὶ τὴν ἐξομολόγησιν καλεῖ· ἔπειτα τοὺς ἐξ ἐθνῶν προσεληλυθότας τῷ Εὐαγγελίῳ, κατὰ τό· *Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι.* Εἰ δέ

ALLELUIA. CXVII.

Vers. 1-4. *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Dicat nunc domus Israel quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Dicat nunc domus Aaron quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Dicant nunc omnes qui timent Dominum quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.* In his quoque, effusa in omnes gentes evangelica gratia, quarum gentium pars aliqua, imo pars prima, erat populus ex circumcisione, merito Judæos ad confessionem primos sermo evocat : deindeque eos ex gentibus, qui ad Evangelium accesserant, secundum illud : *Judæo primum et Græco*[b]. Si quis autem accurate

[a] Zach. II, 10, 11. [b] Rom. I, 16.

rem examinaverit, etiam pro adventu Christi Judæos in primis gratias agere decet. Nam etiamsi adversa sint perpessi, at non ab eo qui in mundum venit; sed ingrati animi pœnas luerunt. Nam ille quidem ad ipsos peregrinatus, frequenter dicebat: *Non veni nisi ad oves quæ perierunt domus Israel* [1]: quod si hoc beneficio indigni sunt habiti, id suis iniquitatibus et ingrato nimium animo suo imputent.

A τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, καὶ ὑπὲρ τῆς παρουσίας τῆς τοῦ Χριστοῦ μάλιστα τοὺς Ἰουδαίους εὐχαριστεῖν δεῖ. Εἰ γὰρ καὶ τὰ ἐναντία ὑπέμειναν, ἀλλ' οὐ τὸν παραγενόμενον, ἀλλὰ παρὰ τὴν οἰκείαν ἀνομοσύνην. Αὐτὸς μὲν γὰρ πρὸς αὐτοὺς ἀφικνεῖτο καὶ συνεχῶς ἔλεγεν· *Οὐκ ἦλθον ἀλλ' εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ·* εἰ δὲ ἀνάξιοι τῆς εὐεργεσίας ἐφάνησαν, ταῖς ἑαυτῶν λογιζέσθωσαν παρανομίαις καὶ τῇ τῆς ἀγνωμοσύνης ὑπερβολῇ.

Vers. 5-15. *De tribulatione invocavi Dominum, et exaudivit me in latitudine. Dominus mihi adjutor, et non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adjutor, et ego despiciam inimicos meos. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus. Omnes gentes circuierunt me, et nomine Domini ultus sum eos. Circumdantes circumdederunt me, et nomine Domini ultus sum eos. Circumdederunt me sicut apes favum, et exarserunt sicut ignis in spinis, et nomine Domini ultus sum eos. Impulsus eversus sum ut caderem, et Dominus suscepit me. Fortitudo mea et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem. Vox exsultationis et salutis in tabernaculis justorum.* Mihi sane profuit quod impiorum finem ipsis oculis perciperem. Novi enim eos exarsisse *sicut ignis in spinis*, aut exstinctos esse *sicut ignis in spinis*; ita ut non ulterius perturber, si videam impios sese erigentes et in populum Dei insurgentes. Edidici quippe quinam ipsos finis exspectet.

Ἐκ θλίψεως ἐπεκαλεσάμην τὸν Κύριον, καὶ ἐπήκουσέ μου εἰς πλατυσμόν. Κύριος ἐμοὶ βοηθός, καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. Κύριος ἐμοὶ βοηθός, κἀγὼ ἐπόψομαι τοὺς ἐχθρούς μου. Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον· ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχουσι. Πάντα τὰ ἔθνη ἐκύκλωσάν με, καὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς. Κυκλώσαντες ἐκύκλωσάν με καὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς. Ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον, καὶ ἐξεκαύθησαν ὡσεὶ πῦρ ἐν ἀκάνθαις, καὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς. Ὠσθεὶς ἀνετράπην τοῦ πεσεῖν, καὶ ὁ Κύριος ἀντελάβετό μου. Ἰσχύς μου καὶ ὑμνησίς μου ὁ Κύριος, καὶ ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν. Φωνὴ ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας ἐν σκηναῖς δικαίων. Ὠφελήθην δὲ καὶ ὀφθαλμοῖς περιλαβὼν τὰ τέλη τῶν ἀσεβῶν. Ἔγνων γάρ, ὅτι ἐξεκαύθησαν ὡς πῦρ ἐν ἀκάνθαις, ἢ ἐπεσβέσθησαν ὡς πῦρ ἐν ἀκανθῶν (sic) ὡς μηκέτι με ταράττεσθαι, εἴ ποτε ὁρῶν ἀσεβεῖς ἐπαιρομένους, καὶ τῷ λαῷ θεοῦ ἐπανισταμένους. Πεπαίδευμαι γὰρ ὁποῖον αὐτοὺς τέλος περιμένει.

Vers. 16-18. *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me, dextera Domini fecit virtutem. Non moriar, sed vivam, et narrabo opera Domini. Castigans castigavit me Dominus, et morti non tradidit me.* Quod persecutiones non inutiles sint, sed ad utilitatem et probationem vexatorum cedant, docet his verbis: *Castigans castigavit me Dominus.* Novi enim infirmitatem meam, et a Deo mihi præstitam virtutem non ignoravi. Edidici vero cujusmodi sit dextera illa Domini, quæ inimicos depressit.

Δεξιὰ Κυρίου ἐποίησε δύναμιν, δεξιὰ Κυρίου ὕψωσέ με, δεξιὰ Κυρίου ἐποίησε δύναμιν. Οὐκ ἀποθανοῦμαι, ἀλλὰ ζήσομαι, καὶ διηγήσομαι τὰ ἔργα Κυρίου. Παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ Κύριος, τῷ δὲ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με. Ὅτι μὴ εἰς ἄχρηστον οἱ διωγμοὶ, ἀλλ' ἐπ' ὠφελείᾳ καὶ δοκιμῇ τῶν πεπειρασμένων γεγόνασι, διδάσκει λέγων· *Παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ Κύριος.* Ἔγνων γὰρ τὴν ἐμαυτοῦ ἀσθένειαν, καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ μοι παρασχεθεῖσαν δύναμιν οὐκ ἠγνόησα. Ἐπαιδεύθην δὲ ὁποία τις ἦν ἡ δεξιὰ τοῦ Κυρίου, ἡ τοὺς πολεμίους ταπεινώσασα.

Vers. 19-21. *Aperite mihi portas justitiæ, ingressus in eas confitebor Domino: hæc porta Domini, justi intrabunt in eam. Confitebor tibi, quoniam exaudisti me, et factus es mihi in salutem.* Generale igitur omnium virtutum nomen justitiæ ascribitur, quas in specie dividens quispiam jure dixerit: *Aperite mihi portas justitiæ*, portas item prudentiæ, et reliquarum secundum Deum actionum. Postquam autem portas omnes prætergressus fuerit; demum in intima sanctorum, ut quispiam dixerit, perveniens, non multas, sed unam videbit portam ipsius Domini, per quam omnes justi ingredientur. Dixerit porro quispiam, hanc ultimam esse et postremam portam, ultra quam progredi non liceat.

Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης, εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ· αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. Ἐξομολογήσομαί σοι, ὅτι ἐπήκουσάς μου, καὶ ἐγένου μοι εἰς σωτηρίαν. Τὸ μὲν οὖν γενικὸν ὄνομα πασῶν τῶν ἀρετῶν τῇ δικαιοσύνῃ προγράφεται· κατ' εἴδος δὲ λοιπὸν διαιρῶν τις, εἴποι ἀναλόγως ἄν· Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης, καὶ πύλας φρονήσεως, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν κατὰ Θεὸν πράξεων. Ἐπειδὰν διὰ πασῶν παρέλθῃ τῶν πυλῶν, λοιπὸν ἐπὶ τὸ τέλος τῶν, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐνδοτάτω ἁγίων ἐλθών, οὐκέτι πολλὰς, ἀλλ' μίαν ὄψεται πύλην τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, δι' ἧς πάντες εἰσελεύσονται οἱ δίκαιοι. Εἴποι δ' ἄν τις ταύτην τὴν ὑστάτην καὶ

[1] Matth. xv, 24.

λευταίαν, ἧς ἐπέκεινα οὐκέτι οἷόν τε εἶναι προσθεῖν. Ὑστάτη δὲ πύλη τοῦ Κυρίου ἡ θεωρία ἀν η αὐτοῦ, κατὰ τὸ, *Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, τι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.*

Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες· οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Παρὰ Κυρίου γέγονε αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. Ὦ Κύριε, σῶσον δή, ὦ Κύριε, εὐόδωσον δή. Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. Ἐπειδὴ εἶδε τῆς οἰκουμένης τὴν εὐεργεσίαν καὶ τὴν τῶν πραγμάτων μεταβολὴν, καὶ πρὸς τὸ βέλτιον μετάστασιν, συγχαίρων τοῖς ἀπολαύουσί φησιν· *Ὦ Κύριε, σῶσον δή· ὦ Κύριε, εὐόδωσον δή.* Τουτέστι, διάσωσον τοὺς ἀπολαύοντας, ὥστε ἐμπλησθῆναι, καὶ καρποὺς ἀξίους διαδείξασθαι τῆς χάριτος· ῥᾳδίαν αὐτοῖς ποίησον τὴν ὁδὸν, ὥστε, μετὰ τὸ τυχεῖν, μὴ ἐκπεσεῖν τῶν τοιούτων καλῶν.

Εὐλογήκαμεν ὑμᾶς ἐξ οἴκου Κυρίου, Θεὸς Κύριος καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. Ὁμολογοῦντες, ὅτι ταῦτα αὐτοῖς οὐδεὶς ἄλλος ἢ αὐτὸς ὁ Κύριος ἐπέφανέ τε καὶ ἔδειξε· διό φασιν, *Εὐλογήκαμεν ὑμᾶς·* ὅτι ἐπέφανε τὴν ὑμετέραν δείξας σωτηρίαν. Ἐπευξάμενοι καὶ τὰ μέλλοντα προθεωρήσαντες τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τὰ προκείμενα οἱ προφῆται, μακαρίζουσι τοὺς μέλλοντας τῶν ἀποτελεσμάτων ποτὲ καταξιοῦσθαι. *Συστήσασθε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου,* ὑμεῖς οἱ ἐξ ἐθνῶν ἐν τοῖς πυκάζουσι. Τοῦτο δὲ ὁ μὲν Ἀκύλας ἡρμήνευσεν εἰπών· *Δήσατε ἑορτὴν ἐν πιμελέσιν·* ὁ δὲ Σύμμαχος· *Συνδήσατε ἐν πανηγύρει πυκάσματα ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου.* Προστάττει δὲ διὰ τούτων πολλοῖς κειμηλίοις πληροῦν τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ καὶ ἀναθήμασι πυκνοῖς στεφανοῦν αὐτὸν κατὰ τοὺς τῶν ἑορτῶν καιρούς.

Θεός μου εἶ σὺ, καὶ ἐξομολογήσομαί σοι· Θεός μου εἶ σὺ, καὶ ὑψώσω σε. Προστάττεται δὲ ὁ συγκροτηθεὶς ἐν Χριστῷ λαὸς ἐκ τε τοῦ Ἰσραὴλ καὶ ἐκ τοῦ οἴκου Ἀαρὼν, καὶ ἐκ τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον ἐξομολογεῖσθαι καὶ λέγειν ἐν τῇ ἐξομολογήσει τὸ, *Θεός μου εἶ σὺ, καὶ ἐξομολογήσομαί σοι· Θεός μου εἶ σὺ, καὶ ὑψώσω σε. Ἐξομολογήσομαί σοι, ὅτι ἐπήκουσάς μου, καὶ ἐγένου μοι εἰς σωτηρίαν.* Τίνι δὲ ταῦτα λέγει ἢ τῷ ἀνωτέρω δεδηλωμένῳ Κυρίῳ τῷ καὶ ἐκ θλίψεως ῥυσαμένῳ αὐτὸν, τῷ καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ταπεινώσαντι, τῷ καὶ τὸν λίθον τὸν ἀποβληθέντα πρὸς τῶν οἰκοδόμων ὑψώσαντι, τῷ καὶ εὐοδώσαντι καὶ σώσαντι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας. *Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.*

ΑΛΛΗΛΟΥΙΑ. ΡΙΗ

Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν τῇ ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ Κυρίου. Μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ἐκζητήσουσιν αὐτόν. Οὐ γὰρ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ ἐπορεύθησαν. Σὺ ἐνετείλω τὰς ἐν-

[a] Matth. v, 8.

A Postrema autem Domini porta fuerit contemplatio ejus, secundum illud : *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*[a].

Vers. 22-26. *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. Hæc dies quam fecit Dominus, exsultemus et lætemur in ea. O Domine, salva, quæso : o Domine, bene prosperare fac, quæso; benedictus qui venit in nomine Domini.* Quoniam videbat beneficium in orbem terræ conferendum, rerumque mutationem ac in melius conversionem, hoc bono fruentibus gratulans ait : *O Domine, salva, quæso; o Domine, bene prosperare fac, quæso.* Id est, conserva illos qui his B fruuntur, ita ut repleantur, et fructus gratia dignos exhibeant : facilem ipsis viam para, ut postquam hæc consecuti fuerint, a talibus bonis ne excidant.

Vers. 27. *Benediximus vobis de domo Domini : Deus Dominus et illuxit nobis.* Confitentes neminem alium quam ipsum Dominum hæc ipsis ostendisse ac exhibuisse, quare dicunt : *Benediximus vobis,* quia illuxit vestram salutem ostendens. Postquam autem oraverunt et in Spiritu sancto hæc futura prospexerunt prophetæ, beatos prædicant eos qui horum finem et effectum aliquando consecuturi sunt. *Constituite diem solemnem in condensis usque ad cornua altaris,* vos ex gentibus qui in C condensis estis. Hoc autem sic Aquila interpretatus est : *Ligate solemnitatem in pinguibus;* Symmachus vero : *Colligate in celebritate densitates, usque ad cornua altaris.* His autem præcipit, multis cimeliis domum Dei replere, atque donariis frequentibus ipsam temporibus solemnitatum coronare.

Vers. 28, 29. *Deus meus es tu, et confitebor tibi : Deus meus es tu, et exaltabo te.* Populus ex Israel, ex domo Aaron et ex timentibus Dominum, in Christo congregatus, jubetur confiteri ac dicere : *Deus meus es tu, et confitebor tibi : Deus meus es tu, et exaltabo te. Confitebor tibi, quoniam exaudisti me, et factus es mihi in salutem.* Cui porro hæc dicit, nisi Domino superius declarato, qui de tribula- D tione ipsum liberavit, qui etiam inimicos ejus depressit, qui reprobatum ab ædificantibus lapidem exaltavit, qui fideles suos bene prosperare fecit et salute donavit. *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.*

ALLELUIA. CXVIII.

Vers. 1-8. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirent eum. Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Utinam diri-*

gantur viæ ad custodiendas justificationes tuas. Tunc non confundar, cum respexero omnia mandata tua. Confitebor tibi in rectitudine cordis, quod didicerim judicia justitiæ tuæ. Justificationes tuas custodiam, non me derelinquas usquequaque. Immaculati sane fuerint qui perfecti sunt in via, quos beatos prædicare docetur is qui in divinarum disciplinarum principiis et rudimentis versatur; ne ipse inflatus documento afficiatur, ut jam se beatum æstimans; sed agnoscat se procul abesse ab iis qui beati prædicantur. *Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirent eum.* De testimoniis jam disseruimus: via igitur hujusmodi testimoniorum fuerit, secundum eorum mentem progredi, non ex tristitia, aut ex necessitate; sed cum omni lætitia, quemadmodum ait Propheta: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.*

ολάς σου φυλάξασθαι σφόδρα. Ὄφελον κατευθυνθείησαν αἱ ὁδοί μου τοῦ φυλάξασθαι τὰ καιώματά σου. Τότε οὐκ αἰσχυνθῶ ἐν τῷ με βλέπειν ἐπὶ πάσας τὰς ἐντολάς σου. Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν εὐθύτητι καρδίας, ἐν τῷ μαθηκέναι με τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. δικαιώματά σου φυλάξω, μή με ἐγκαταλίπῃς ἕως σφόδρα. Ἅμωμοι δ' ἂν εἶεν καὶ οἱ τέλειοι ἐν οἷς καὶ μακαρίους ἀποφαίνειν διδάσκεται ὁ ἐν ἀρετυγχάνων τῶν θείων μαθημάτων· ὡς ἂν μὴ ἐπιβοιτο αὐτὸς χαυνούμενος, ὡς ἤδη μακάριος· γινώδὲ, ὅτι μακρὰ ἀφεστερεῖ τῶν μακαριζομένων. Μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ἐκζητήσουσιν αὐτόν. Περὶ τῶν μαρτυρίων ἤδη διηγησάμεθα· ὁδὸς οὖν μαρτυρίων τούτων εἴη ἂν τὸ ὁδεῦσαι κατὰ τὸ βούλημα αὐτοῦ οὐκ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ μετὰ πάσης χαρᾶς σου ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου.

Vers. 9-16. *In quo corriget junior viam suam? in custodiendo sermones tuos. In toto corde meo exquisivi te, ne repellas me a mandatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Benedictus es, Domine, doce me justificationes tuas. In labiis meis enuntiavi omnia judicia oris tui. In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus divitiis. In mandatis tuis exercebor, et considerabo vias tuas. In justificationibus tuis meditabor: non obliviscar sermones tuos.* Justi judicii tui sermones, inquit, memoria repetens, magnam hinc utilitatem nactus sum. Timeo autem ne aliquando in horum oblivionem veniam: quare orationem effudi; ut per totam vitam meam, et omni tempore, judicii tui memor sim; sive alio modo: universalis Providentiæ tuæ, Domine, judicia tua nosse concupivit anima mea.

Ἐν τίνι κατορθώσει νεώτερος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐν τῷ φυλάξασθαι τοὺς λόγους σου. Ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου ἐξεζήτησά σε, μὴ ἀπώσῃ με ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου. Ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὰ λόγιά σου ὅπως ἂν μὴ ἁμάρτω σοι. Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε· δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. Ἐν τοῖς χείλεσί μου ἐξήγγειλα πάντα τὰ κρίματα τοῦ στόματός σου. Ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων σου ἐτέρφθην ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ. Ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου ἀδολεσχήσω, καὶ κατανοήσω τὰς ὁδούς σου. Ἐν τοῖς δικαιώμασί σου μελετήσω· οὐκ ἐπιλήσομαι τῶν λόγων σου. Τοὺς δικαιοκρισίας σου, φησὶ, λόγους ἀναλαμβάνων τῇ μνήμῃ τὰ μέγιστα ὠφελοῦμαι. Φοβοῦμαι δὲ μήποτέ τις αὐτῶν λήθη ἐν ἐμοὶ γένηται· διόπερ εὐχὴν ἐποιησάμην· τὸ δι' ἀπάσης τῆς ἐμαυτοῦ ζωῆς, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ τῆς σῆς μνημονεύειν κρίσεως· ἢ καὶ ἄλλως, τῆς σῆς καθ' ὅλου προνοίας, ὦ Κύριε, τὰ κρίματα εἰδέναι ἐπεθύμησεν ἡ ψυχή μου.

Vers. 17-24. *Retribue servo tuo: vivam et custodiam sermones tuos. Revela oculos meos, et considerabo mirabilia tua de lege tua. Incola ego sum in terra, non abscondas a me mandata tua. Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore. Increpasti superbos, maledicti qui declinant a mandatis tuis. Aufer a me opprobrium et contemptum, quia testimonia tua exquisivi. Etenim sederunt principes et adversum me loquebantur, servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis. Nam et testimonia tua meditatio mea est, et consilia mea justificationes tuæ.* Aliquando, inquit, exprobrabant mihi, olim cum peccata in me exsisterent; aliquando despiciebant vilipendentes quasi nullius pretii hominem. Ego vero seorsim sedens, ac divinis sermonibus animum adhibens, neminemque habens, quocum consulerem, nullamque aliam nactus consolationem, justificationibus tuis pro consiliariis utebar.

Ἀνταπόδος τῷ δούλῳ σου· ζήσομαι καὶ φυλάξω τοὺς λόγους σου. Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσιά σου ἐκ τοῦ νόμου σου. Πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ, μὴ ἀποκρύψῃς ἀπ' ἐμοῦ τὰς ἐντολάς σου. Ἐπεθύμησεν ἡ ψυχή μου τοῦ ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματά σου ἐν παντὶ καιρῷ. Ἐπετίμησας ὑπερηφάνοις, ἐπικατάρατοι οἱ ἐκκλίνοντες ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου. Περίελε ἀπ' ἐμοῦ ὄνειδος καὶ ἐξουδένωσιν, ὅτι τὰ μαρτύριά σου ἐξεζήτησα. Καὶ γὰρ ἐκάθισαν ἄρχοντες καὶ κατ' ἐμοῦ κατελάλουν, ὁ δὲ δοῦλός σου ἠδολέσχει ἐν τοῖς δικαιώμασί σου. Καὶ γὰρ τὰ μαρτύριά σου μελέτη μου ἐστὶ, καὶ αἱ συμβουλίαι μου τὰ δικαιώματά σου. Ποτὲ μὲν ὠνείδιζόν με, φησὶ, παλαιὰ εἰ τύχοι ἁμαρτήματα· ποτὲ δὲ ἐξουδένουν ἐξευτελίζοντες, ὡς οὐδενὸς ἄξιον λόγου. Ἐγὼ δὲ καταμόνας καθήμενος, καὶ τοῖς θείοις λόγοις προσανέχων, καὶ μηδένα κεκτημένος σύμβουλον, μηδ' ἄλλην ἔχων παραμυθίαν, τοῖς σοῖς δικαιώμασιν ἀντὶ συμβούλων ἐχρώμην.

Vers. 25-29. *Adhæsit pavimento anima mea, viri-*

Ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου· ζῆσόν με

στά τὸν λόγον σου. Τὰς ὁδούς μου ἐξήγγειλα, καὶ ἐπήκουσάς μου· δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. Ὁδὸν δικαιωμάτων σου συνέτισόν με, καὶ δολεσχήσω ἐν τοῖς θαυμασίοις σου. Ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας, βεβαίωσόν με ἐν τοῖς λόγοις σου. Ὁδὸν ἀδικίας ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τῷ νόμῳ σου ἐλέησόν με. Ὥσπερ ἀρχὴ κοιμήσεώς ἐστι νυσταγμός, οὕτως ποτὲ καὶ ψυχὴ ἐν ἀρχῇ γενομένη ἁμαρτημάτων λέγεται νυστάζειν, καθελκομένη μὲν ὥσπερ εἰς ὕπνον, τὸ ἁμάρτημα, ἀνανεύουσα δὲ καὶ ἐγειρομένη διὰ τῆς τῶν κρειττόνων μνήμης. Ἀναγκαίως δὲ συνετισθῆναι ἀξιῶ, καὶ φωτισθῆναι τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς κατανόησιν τῶν νόμων, ἵνα πᾶσα ὁδὸς ἀδικίας ἀποστῇ ἀπ' ἐμοῦ. Ἀντὶ δὲ τοῦ, Ὁδὸν ἀδικίας ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ, ὁ μὲν Ἀκύλας, Ὁδὸν ψεύδους ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ, εἴρηκεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, Ὁδὸν ψευδῆ περίελε ἀπ' ἐμοῦ· ὡς ἀληθεύειν τὴν προειρημένην ἐξήγησιν. Εὔχεται γὰρ ἕκαστος ἐκτὸς γενέσθαι πάσης ψευδοδοξίας καὶ τῆς περὶ τὰς θείας Γραφὰς ψευδοῦς ὑπολήψεως.

fica me secundum verbum tuum. Vias meas enuntiavi, et exaudisti me, doce me justificationes tuas. Viam justificationum tuarum intelligere me fac, et exercebor in mirabilibus tuis. Dormitavit anima mea præ tædio, confirma me in verbis tuis. Viam iniquitatis amove a me, et lege tua miserere mei. Sicut initium dormiendi est dormitatio; sic cum anima initium peccandi facit, dormitare dicitur, dum ad peccatum quasi ad somnum trahitur; sed ex memoria meliorum inde emergit ac excitatur. Necessario autem prudentia muniri, et oculos meos lumine perfundi tuo, postulo ad intelligendum legem, ut omnis via iniquitatis amoveatur a me. Pro illo autem: *Viam iniquitatis amove a me;* Aquila: *Viam mendacii amove a me*, edidit; Symmachus vero: *Viam merdacem aufer a me;* ut prior expositio vera sit. Nam precatur unusquisque, ut extra falsam quamlibet sententiam et mendacem de divinis Scripturis opinionem versetur.

Ὁδὸν ἀληθείας ἡρετισάμην, τὰ κρίματά σου οὐκ ἐπελαθόμην. Τὸν στίχον τοῦτον ἐρεῖ μόνος ὁ καταφρονῶν μὲν τῶν βλεπομένων ὡς προσκαίρων, σκοπῶν δὲ τὰ μὴ βλεπόμενα ὡς αἰώνια, καὶ μόνα κυρίως ἀληθῆ, καὶ ἐπ' ἐκεῖνα σπεύδων. Οὐκ ἀληθείας γὰρ ὁδός, ἣν αἱρεῖται ὁ πραγματευόμενος τὸν κάτω πλοῦτον καὶ τὰς ἐπὶ γῆς δόξας. Ὁ οὖν ἑλόμενος ὁδεύειν, ὡς ἀποδεδώκαμεν, τὴν τῆς ἀληθείας ὁδόν, οὗτος οὐκ ἐπιλανθανόμενος τῶν κριμάτων τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἀνταποδόσεων αὐτοῦ τὸ τοιοῦτον πράττει. Ὁ φιλαλήθης καὶ μήποτε προφέρων ψευδῆ λόγον διὰ στόματος εἴποι ἄν· *Ὁδὸν ἀληθείας ἡρετισάμην.* Ἀλλὰ καὶ ὁ διαπαντὸς πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενος τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα καὶ ἐπὶ πάσῃ πράξει μεμνημένος αὐτῶν ἐρεῖ· *Τὰ κρίματά σου οὐκ ἐπελαθόμην.*

Ἐκολλήθην τοῖς μαρτυρίοις σου, Κύριε, μή με καταισχύνῃς. Κεκόλληται τοῖς μαρτυρίοις ὁ ἐπὶ λόγοις τοῖς περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς, ἢ τινος τῶν γεγραμμένων παραδεδομένοις ἑνῶν ἑαυτὸν, καὶ μηδαμῶς τούτων ἀφεστηκώς. Οὗτος καὶ θαῤῥείτω κἂν πρότερον ἔργα αἰσχύνης πεποιηκώς· ἢ καὶ αἰτείτω ἀπὸ Θεοῦ ἄφεσιν, καὶ λεγέτω· *Κύριε, μή με καταισχύνῃς.* *Ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου.* Διέδραμον, φησὶν, ἐν βραχεῖ χρόνῳ οὐ μιᾶς ἐντολῆς, ἀλλὰ πασῶν ἐντολῶν σου τὴν ὁδὸν ἔργοις ἐπιτελῶν, καὶ αὐταῖς πράξεσι τὰ ὑπὸ τῶν ἐντολῶν σου διηγορευμένα. Ὅθεν καὶ Παῦλος, τετελεκὼς τοῦτο, φησί· *Τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα.*

Νομοθέτησόν με, Κύριε, τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου· καὶ ἐκζητήσω αὐτὴν διαπαντός. Τὰ μὲν γὰρ παρὰ τοῦ Θεοῦ αἰτεῖ, τὸ δὲ ἐπαγγέλλεται ἐξ ἑαυτοῦ συνεισφέρειν. Σὺ μὲν γὰρ, φησὶν, ὦ Κύριε, νομοθέτησόν με τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου· ἐγὼ δὲ τὸν τῆς ζωῆς μου ἅπαντα χρόνον ἐπιδιδόω ἐν αὐτῷ εἰς ἀναζήτησιν αὐτῆς.

[9] II Tim. IV, 7.

Vers. 30. *Viam veritatis elegi, judicia tua non sum oblitus.* Hunc quidem versum ille tantum dicet, qui ea quæ sub aspectum cadunt, tanquam temporanea despicit; invisibilia autem, ut sempiterna ac sola vera, contemplatur, et ad illa festinat. Siquidem illa veritatis via non est, quam eligit is qui terrenas divitias ac mundi gloriam sectatur. Qui igitur, ut diximus, in veritatis via incedere cooptavit, hic non immemor judiciorum Dei, et retributionum ejus, eo sese modo gerit. Qui veritatis amans est, et mendacia ore suo nunquam profert, dixerit: *Viam veritatis elegi.* Sed etiam qui Dei judicia præ oculis semper habet et in omni opere suo eorum meminit, dicet: *Judicia tua non sum oblitus.*

Vers. 31, 32. *Adhæsi testimoniis tuis, Domine, noli me confundere.* Ille testimoniis adhæret, qui sermonibus de cœlo et terra, vel quavis alia de re scripto traditis sese addicit, et nullatenus ab iis recedit. Hic vero confidat, licet prius opera turpia perpetrarit; sive etiam postulet a Deo remissionem, et dicat: *Domine, noli me confundere. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* Brevi, inquit, tempore decucurri non unius, sed omnium mandatorum tuorum viam, operibus et actionibus meis ea complens, quæ mandatis tuis enuntiantur. Quamobrem Paulus cum ea consummasset, ait: *Cursum consummavi, fidem servavi*[9].

Vers. 33. *Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum, et exquiram eam semper.* Aliud a Deo petit, aliud ex parte sua se collaturum promittit. Tu enim, inquit, Domine, legem pone mihi viam justificationum tuarum: ego autem toto vitæ meæ tempore in ejus inquisitione persistam.



VERS. 34. *Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam, et custodiam illam in toto corde meo.* Vult propheta legem Dei scrutari, gnarus eam non claram et captu facilem. Itaque da mihi intellectum, ait, ut congruenti cum examine et attentione perquiram illam; ut ex illa rerum quas vel agere vel contemplari opus est, usum captumque assequar : sic namque potero eam in toto corde custodire, ac sine dubitatione adire illam. Quod si intellectu opus sit ut legem duntaxat scruteris, quantam a Deo intelligentiam accipere opus habes, ut finem ejus reperias?

VERS. 35. *Deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia ipsam volui.* Hic semitam pro lege dicit : nam mandatorum semita quædam est. Semita autem dicitur via trita, in qua multi ante nos justi ambularunt. Si quis autem justo duce non utatur, non potest secundum præcepta Dei ambulare. Nam Christi nos imitatores esse, ac tollere crucem, ipsumque sequi oportet.

VERS. 36-40. *Inclina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam. Averte oculos meos ne videant vanitatem; in via tua vivifica me. Statue servo tuo eloquium tuum in timore tuo. Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum, quia judicia tua jucunda. Ecce concupivi mandata tua, in justitia tua vivifica me.* Omnia ad Deum viri sancti referunt, docentes nihil nos sine Deo posse. *Nisi enim in me manseritis*, inquit, *nihil potestis facere* [10]. Sed fortasse nonnemo dixerit : Si omnia ad Deum referuntur, ubi est id quod meæ facultatis est? Sin minus, ubique sane miscet ea quæ a Deo sunt cum iis quæ in nostra sunt potestate. A Deo certe illud est : *Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum;* nostrarum autem partium est illud : *Et exquiram eam semper.* A Deo rursum postulo : *Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam*, ad me vero pertinet illud : *Et custodiam illam in toto corde meo.* Tertio item a Deo id expeto : *Deduc me in semitam mandatorum tuorum :* quid autem ad me spectat? *Quia ipsam volui*, videlicet legem supra memoratam; ita ut petamus ut quæ a Deo sunt adsint nobis, ea promittentes quæ nostræ facultatis sunt, neque irrita illa facientes, ne pacta cum Deo nostra violemus.

VERS. 41-48. *Et veniat super me misericordia tua, Domine, salutare tuum secundum verbum tuum. Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speravi in sermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usque valde, quia in judiciis tuis superspravi. Et custodiam legem tuam semper, in sæculum et in sæculum sæculi. Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisivi. Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebar.* Hoc pulchre quadraverit in eum qui ad nomen Christi confitendum ante reges et præsides ducitur. *Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi valde. Et le-*

[10] Joan. xv, 4.

A *Συνέτισόν με, καὶ ἐξερευνήσω τὸν νόμον σου καὶ φυλάξω αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου.* Βούλεται ἐξερευνῆσαι τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ ὁ προφήτης ἐπιστάμενος, ὅτι οὐκ ἔστι σαφὴς καὶ εὐκαταφρόνητος. Συνέτισόν με τοίνυν, ἵνα ζητήσω αὐτὸν μετὰ τῆς πρεπούσης ἐρεύνης καὶ ἐπιστασίας, ὡς ἐξ αὐτοῦ λαβεῖν τῶν πρακτέων καὶ θεωρητῶν τὴν χρῆσιν καὶ κατάληψιν· οὕτω γὰρ δυνήσομαι φυλάξαι αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἀδιαστάτως αὐτῷ προσερχόμενος. Εἰ δὲ συνέσεως ἔργον ἵνα μόνον ἐρευνήσῃ τὸν νόμον, τίνος δεῖται, συνέσεως ἀπὸ Θεοῦ διδομένης, ἵνα εὕρῃ τὸ τέλος;

Ὁδήγησόν με ἐν τῇ τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου, ὅτι αὐτὴν ἠθέλησα. Ἵνα εἴπῃ τὸν νόμον, ἤτοι τὸν τρίβον· ἔστι γὰρ ἐντολῶν τρίβος. Τρίβος δὲ λέγεται B ἡ τετριμμένη ὁδός, ἣν πολλοὶ πρὸ ἡμῶν ἐπορεύθησαν τῶν δικαίων. Ἐὰν δέ τις μὴ ὁδηγῷ χρήσηται τῷ δικαίῳ, οὐ δύναται ὁδεῦσαι κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. Χριστοῦ γὰρ ἡμᾶς δεῖ γίνεσθαι μιμητὰς, καὶ αἴρειν τὸν σταυρὸν, καὶ ἀκολουθεῖν ὀπίσω αὐτοῦ.

